This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

UNIVERSITY OF CALIFORNIA, SANTA C
3 2106 01945 1563

Digitized by Google

The University Library
UNIVERSITY OF CALIFORNIA/SANTA CRUZ
Digitized by Google

The University Library
UNIVERSITY OF CALIFORNIA/SANTA CRUZ
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FRAGMENTA

HISTORICORUM GRÆCORUM.

Digitized by Google

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

Digitized by Google

FRAGMENTA

HISTORICORUM GRÆCORUM

HECATÆI	ANTIOCHI	CLITODEMI
CHARONIS	PHILISTI	PHANODEMI
XANTHI	TIMÆI	ANDROTIONIS
HELLANICI	EPHORI	DEMONIS
PHERECYDIS	THEOPOMPI	PHILOCHORI
ACUSILAI	PHYLARCHI	ISTRI

APOLLODORI BIBLIOTHECA

CUM FRAGMENTIS.

AUXERUNT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRARUNT,

INDICE PLENISSIMO INSTRUXERUNT

CAR. ET THEOD. MULLERI.

ACCEDUNT MARMORA PARIUM ET ROSETTANUM,

HOC CUM **LETRONNII**, ILLUD CUM **C. MULLERI** COMMENTARIIS.

PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC XLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

PA
3490
F72
1841
V.1

PRÆFATIO.

Sortis nescio qua iniquitate accidit, ut, si exceperis quæ Herodotus, Thucydides, Xenophon commentariis suis tradiderunt, uberior antiquioris Græcorum historiæ expositio omnis fere nobis haurienda sit ex serioris demum ætatis scriptoribus. Qui quoniam ex aliorum libris sua hauserunt tantum non omnia auctoritas eorum in plerisque pendet ex diligentia, quam ad fontes conquirendos attulerunt, et ex eorum quos duces sequerentur delectu. Jam vero quamvis diligentia plurimorum animique sincera voluntas laudandæ sint, atque nefas habeam temerarie velle insolenterque meritis eorum detrahere; fatendum tamen est ipsius ætatis horum scriptorum indolem, cujus vim subterfugere non poterant, tantum abesse, ut altiores verioresque de arte scribendæ historiæ notiones iis suggesserit, ut in perniciosa sæpenumero eos abduxerit consilia. Quod quia in auctorum, quibus suam illi fidem adjungerent, delectum et usum magnam vim exercere debuit, mox intellexerunt viri docti non posse nos in Diodori et Plutarchi, ut hos nominem, auctoritate acquiescere, neque quidquam magis faciendum esse existimarunt, quam fontium illorum accuratam habere notitiam, fragmenta eorum colligere, inter se contendere, accuratissime examinare. Itaque novum quoddam studiorum genus emersit, quod etsi multis impeditum difficultatibus tædiique plenum, tamen tanto ardentius nostri ævi

Digitized by Google

homines eruditi amplexi sunt, quanto majorem ex eo in penitiorem historiæ cognitionem redundare viderunt utilitatem. Quo denique successu in his elaboraverint, quantam doctrinæ eruditionisque copiam, quantum ingenii acumen et sagacitatem adhibuerint, non est profecto, cur hic memoremus. Alio nos convertamus. Etenim postquam viri docti disjecta membra nobiliorum scriptorum collegerant, et, quum vitam iis restituere non possent, umbram certe uniuscujusque ac imaginem quandam delineaverant, *Firminus Didot*, quæ est ejus viri celeberrimi eximia in his rebus prudentia, nihil jam antiquius habendum esse censuit, quam omnes illas fragmentorum collectiones in unum corpus unius voluminis spatio circumscriptum congerere et ex ordine disponere. Quod institutum tum aliis se nominibus commendare vidit, tum propterea historiæ studiosis gratissimum fore, quod multorum scriptorum testimonia hac ratione sub unum oculorum conspectum venire interque se comparari possent, atque ipsius artis historicæ apud Græcos viva quasi præberetur imago, ita ut a nativa logographorum simplicitate ascenderes ad historiam omnibus dictionis luminibus collustratam, deinde ab rhetorica hac et pragmatica Ephori et Theopompi rerum expositione paullatim descenderes ad jejuniorem illum Atticarum rerum scriptorum sermonem doctamque qua excellunt perscrutationem monumentorum.

Jam quum fragmenta ordinandi, recognoscendi, vertendi negotium Firminus Didot mihi demandaverit, meum est dicere, quomodo in eo sim versatus.

Auctores, quorum reliquiæ hoc volumine comprehenduntur, hi sunt : Hecatæus, Charon, Xanthus, Hellanicus, Pherecydes, Acusilaus. His, qui primam collectionis partem efficiunt, tanquam supplementum subjunximus Bibliothecam Apollodori. Reliquorum hujus auctoris operum fragmenta a consilio nostro aliena quidem fuerunt, sed ne imperfectam rem reliquisse videremur, ea in calce libri apponenda curavimus. Logographos excipiunt scriptores rerum Sicularum, Antiochus, Philistus, Timæus. Deinde sequuntur Ephorus et Theopompus et Phylarchus. Agmen denique claudunt Atthidum auctores : Clitodemus, Phanodemus, Androtio, Demo, Philochorus, Ister. Eorum quos postremo loco nominavi, necnon Phylarchi fragmenta quum quominus ipse retractarem temporum angustiis excluderer, frater meus Theodorus disponendi ea et recognoscendi negotium benigne voluit in se recipere.

Digitized by Google

Ordine auctorum ita constituto, singulorum fragmenta, quibus nova non pauca a nobis addita sunt, ubique ita ordinare studuimus, ut, quantum ejus fieri poterat, integri operis dispositio adumbraretur; quod quum primarium fragmentorum editoris officium sit, ac revera plerique magnam huic rei operam navaverint, a nonnullis tamen ea aut plane neglecta est, aut minus feliciter iis successit. Ut deinde contextus verborum ad veram uniuscujusque auctoris scripturam quam proxime accederet, consuluimus et optimas veterum scriptorum editiones, et, ubi licuit, libros manuscriptos. Quæ denique a viris doctis aliud agentibus oblata occasione in nostris fragmentis emendata innotuerunt, diligenter enotavimus. Qua ex parte si nonnulla, vel etiam multa, nos fugerunt, id lector benevolus non tam negligentiæ nostræ imputaverit quam penuriæ supellectilis literariæ.

Uberior annotatio omnem lectionis varietatem enumerans atque verba et res usquequaque illustrans ab editionis hujus consilio prorsus abhorret. Nam præterquam quod cavendum erat, ne moles libri in immensum accresceret, quæ ad verborum intelligentiam a lectoribus, quibus græcus sermo minus est familiaris, desiderari possint, versio suppeditat latina, quam propterea sæpenumero liberiorem dedimus, non tam id agentes ut verbum redderemus verbo, quam ut sententiam auctoris aperiremus. Itaque nonnisi ubi majoribus difficultatibus res impediuntur, notæ, eæque quam brevissimæ, subjiciendæ erant. Id quod fecimus modo nostris verbis, modo appositis cum nominis signo priorum interpretum animadversionibus. Quam rationem in solis Hecataei fragmentis reliquimus, ubi quæ in notis leguntur omnia sunt Clausenii. Quare non erat cur auctoris nomen adpingeremus. De iis enim fragmentis, quæ Clausenius Porphyrii testimonio fisus vel conjecturis et speciosis argumentationibus Hecatæo suo vindicavit, quum a viri docti judicio nobis recedendum esset, neque vero tribus verbis res profligari posset, editoris argumenta ipsissimis ejus verbis adscripsimus nostram sententiam separatim exposituri.

In paucis illis Charonis et Xanthi reliquiis plerumque secuti sumus Creuzerum. In Hellanico, Pherecyde, Acusilao, relicto quem Sturzius adoptavit ordine, novam dare fragminum dispositionem tentavimus. Qua in re, quod ad Pherecydem, non minimum adjuti sumus dissertatione Augusti Matthiæ Analectis Literariis Friderici Augusti Wolfii (tom. I, § II, p. 321-331) inserta atque ex parte a

Digitized by Google

Sturzio in præfatione ad alteram Pherecydis editionem repetita.

Ad constituendum textum Apollodori primi adhibuimus codicem Parisinum 2722, qui formæ quadratæ, seculique, ut videtur, decimi quarti, præter carmina nonnulla Theocriti atque epigrammata nullius pretii, Apollodori continet fragmentum quindecim foliorum, quæ vero temporum injuria multis locis mutilata, quorumque ordo susque deque perturbatus est. Ad priscam normam revocata ita se excipiunt :

Prima folia duo integri codicis perierant.

Cod. fol. 3 et 4 : I, 2, 7. — I, 6, 3, 11. (Ζεὺς δὲ γαμεῖ — ἔβαλλεν ὄρη.)
Exciderunt duo folia.

Cod. fol. 5 et 6 : I, 9, 1, 2. — I, 9, 17, 2. (πέμπων ὁ Ἄθαμας — συνευνάζεται.)
Excidit unum folium.

Cod. fol. 7 et 8 : I, 9, 23, 7. — II, 1, 5, 10. (κατέζευξεν — Ἡφαιστίνης.)
Excidit unum folium.

Cod. fol. 10 et 14 : II, 4, 2, 6. — II, 5, 1, 7. (εἶχεν πέδιλα — Ἴφιτον κτείνας.)
Excidit unum folium.

Cod. fol. 9 et 11 : II, 5, 8, 1. — II, 6, 3, 3. (τοῦ Θρᾳκὸς — τοὺς παριόντας.)
Excidit unum folium.

Cod. fol. 1 : II, 7, 6, 7. — II, 8, 2, 9, (Ἡρακλέα ἔχειν — Ἀριστόδημος.)
Exciderunt quattuor folia.

Cod. fol. 2 : III, 6, 5, 1. — III, 7, 6, 1. (Τυδέα — τὴν Ἀλκμαίωνος.)
Excidit unum folium.

Cod. fol. 15, 13, 12 : III, 10, 2, 3. — III, 14, 4, 2. (τὰς μὲν λοιπὰς — Ἀλφεσιβοίας λέγει.) Reliqua interciderunt.

Memoratur quidem hic liber ab Heynio (Præfat. ad Apollod., p. XLIX), qui autem lectionis varietatem ex eo non habuit. Verum quamvis sit inter eos, qui hucusque collati sunt, optimæ sane notæ, in majoribus tamen corruptelis, lacunis et interpolationibus in reliquorum depravationem conspirat. Quod hæc attinet, omnis salutis spes posita est in codicibus Italicis, si quidem verum est quod Hermannus (Præfat. ad Hymn. Hom., p. XLV) accepit : « Apollodori libros in iis ita scriptos inveniri, ut si cum editionibus isti codices comparentur, scriptorem hunc vix sui similem habituri simus. » Ceterum multa fragmentum nostrum continet, quibus loci librariorum mendis inquinati purgari possint, aliaque, quibus confirmentur virorum doctorum emendationes. Sed ut ipse lector judicet, potiorem lectionis varietatem, omissis levioribus, apponamus :

Digitized by Google

LIBER I.

(*Lectiones asterisco signatas in textum recepimus.*)

			EDITIO HEYNIANA.	CODEX PARIS. 2722.
3,	6,	1.	λέγουσι καὶ Ἡφαίστου	*λέγουσιν Ἡφαίστου
4,	1,	1.	πρῶτον	*πρότερον
4,	3,	4.	Ποσειδῶνι	*Ποσειδᾶν
5,	1,	4.	ἔθρεψεν αὐτὸν ἀθάνατον ἐπετήρησε M. αὐτὴν	*ἔτρεφεν *αὐτὸ ἀθάνατον *ἐπετήρησεν ἡ M. αὐτὴν
5,	2,	1.	Μετανείρας υἱὸν Ὠκεανοῦ	Πραξιθέας *Ὠκεανο ῦ
5,	3,	1.	συμβησόμενον Heyn. conj.	*συμβησόμεναν
6,	2,	4.	Νίσυρον	νήσουρον
6,	2,	5.	Μοῖραι μαχομένους Heyn.	Μοῖρα et sic cod.
6,	3,	4.	ἐξηνεμοῦντο	ἐξηνέμωντο (quod recipiendum)
6,	3,	7.	κατέπτησσεν Καυσίου	κατέπτησεν Καυκασίου
6,	3,	8.	παρελόμενος, τὰ δὲ τῶν χειρῶν etc.,	περιελόμενος, ἐκόμισεν αὐτὸν εἰς τὴν Σικελίαν, τὰ δὲ τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν διέτεμε νεῦρα, ἀράμενος δὲ ἐπὶ τῶν ὤιων καὶ παρελθὼν etc.
9,	1,	6.	ὧν Αἰήτης	sic cod.
9,	2,	2.	μήρους	μοίρας
9,	11,	1.	τὴν αὐτοῦ ἀδελφιδῆν	absunt.
9,	12,	1.	τὰς Ἰφίκλου	*τὰς Φυλάκου
9,	12,	2.	κατὰ τὸ κρυφαῖον	sic cod.
9,	12,	6.	ἐπὶ τῶν ἀγρῶν	*ἐπὶ τῶν αἰδοίων
9,	12,	7.	ξύων	sic cod.
9,	16,	4.	προσέταττον ἂν φέρειν	προσέταττον ἀναφέρειν
9,	16,	8.	ὃς ἐκυβέρνα τὴν ναῦν	τὴν ναῦν ὃς ἐκυβέρνα
9,	16,	9.	Ἴφιτος Ναυβόλου	sic cod.
9,	17,	1.	ἀναχθέντες ἀνδρῶν τότε	ἀνενεχθέντες sic cod.
9,	23,	3.	μέλλοντα τοὺς ταύρους	sic cod.
9,	24,	4.	τοῖς Ἀργοναύταις μηνίσας δὲ Ζεὺς Ἀψυρτίδας	*τοῖς δὲ Ἀργοναύταις *μηνίσας Ζεὺς Συρτίδας
9,	24,	5.	Αιγύων	Διβύων
9,	25,	2.	Πέτραι Πλαγκταὶ Θέτις	πέτραι κυάνεαι πλαγκταί abest a cod.
9,	25,	4.	Κεραυνίοις Ἀλλυρίδα	Κερκυραίοις ἀλμυρίδα
9,	26,	2.	ἐπὶ τὰς Μελαντίους δειρὰς κατήστραψεν	ἐπὶ τὰς Μενοιτίου δειρὰς κατέστραψεν
9,	27,	2.	Πρόμαχον	πρὸς πόλεμον προμαχον
9,	28,	3.	μεμαγευμένον	sic cod.

LIBER II.

1,	1,	1.	λέγωμεν τὸ Ἰνάχου ἐκ τῆς Λαοδίκης	λέγομεν τὸ Ἰνάχιον ἐκ Τηλοδίκης
1,	2,	1.	Ἴασον	ἴκασσον
1,	2,	2.	ἐκ Ἰάσου	*Ἐκβάσου
1,	2,	3.	Ἀρκαδίαν	sic cod.
1,	2,	5.	ὅτι	sic cod.
1,	3,	1.	Ἴασος ἀγνοήματα	sic cod. abest.
1,	3,	3.	Ἀρέστορος λέγει υἱόν	*Ἀρέστορος λέγει
1,	3,	8.	Συρίαν	*τὴν Συρίαν
1,	4,	5.	κατῴκισεν Μελαμπόδων ἀφ' ἑαυτοῦ	sic cod. sic cod. abest.
1,	4,	7.	στασιασάντων δὲ αὐτῶν πεντηκόντορον	*στασιασάντων δὲ αὐτῶν περὶ τῆς ἀρχῆς deest.
1,	4,	8.	Λινδίας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα Γελάνωρ	Λινδίας ἄγαλμα Ἀθηνᾶς (Ἀθηνᾶς ejiciendum) sic cod.
1,	5,	2.	ἐξεῖλε Γοργοφόνην	*ἐξεῖλον Γοργοφόντην
1,	5,	4.	Λυγκεὺς δὲ καὶ	*Λυγκεὺς δὲ
1,	5,	5.	οἱ δὲ ἑπτὰ ἐξ Αἰθιοπίδος	οἱ ἑπτὰ Αἰθιοπίδος
1,	5,	6.	Καλιάνδης Νύμφης	καλιάνδης καὶ νηΐδος νύμφης
1,	5,	7.	οἱ δὲ ἐκ Γοργόνων	οἱ δὲ Γοργόνων
1,	5,	8.	Μετάλκης	*Μενάλκης
4,	2,	6.	ἣν φασιν εἶναι πήραν	ἣν φασίν τινες καὶ πήραι
4,	4,	9.	λέγεται δὲ καὶ	*λέγεται δὲ
4,	5,	1.	Πέρσης	sic cod.
4,	5,	3.	πάλιν ἐξ Ἀλκαίου καὶ Ἱππονόμης	*Ἐκ μὲν οὖν Ἀλκαίου καὶ Ἀστυδαμείας τῆς Πέλοπος, ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσι, Λαονόμης τῆς Γουνέως, ὡς δὲ ἄλλοι πάλιν, Ἱππονόμης.
4,	5,	6.	θυγάτηρ Κομαιθὼ καὶ ἄρρενες·	absunt a cod.
4,	5,	7.	Στρατοβάτην	abest a cod.
4,	5,	7.	Χειρόμαχον	*Χειρίμαχον.
4,	6,	1.	Ἠλεκτρύονος δὲ βασ. Μετὰ Ταφίων τῷ μητροπάτορι	sic cod. *μετὰ Ταφίου *τοῦ μητροπάτορος
4,	6,	5.	Μίδεαν	Μιδείαν
4,	6,	7.	στρατεύειν	*στρατεύει
4,	9,	1.	ἐδιδάχθη μὲν	*ἐδιδάχθη δὲ
4,	9,	2.	καὶ οὕτως ἀπελύθη	sic cod.
4,	9,	3.	φοβερός·	*φανερός·
4,	9,	4.	ὅτι παῖς Διὸς ἦν	*ὅτι Διὸς παῖς ἦν
4,	10,	1.	Ἀρναίου	Ἀρνέου
4,	10,	2.	δορὰν	δορὶ
4,	11,	1.	οἱ Θηβαῖοι	*Θηβαῖοι
4,	11,	2.	ἡμιθνὴς	sic cod.
4,	11,	4.	ἀποταμὼν τοὺς κήρυκας εἰς Θήβας	ἀποτεμὼν εἰς Θήβας τοὺς κήρυκας
4,	11,	8.	Ὠκαλείᾳ	Ἰκαλέαις
5,	1,	2.	εἰς Κλεωνὰς ἦλθε Μόλορχον ἱερεῖον τότε ὡς ἥρωι	*Ἦλθεν εἰς Κλεωνάς Μόλορκον sic cod. τῷ τέως ἥρωι
5,	1,	4.	ἀπῳδοκόμησεν	ἀνῳκοδόμησεν
5,	9,	3.	ἦν κατῴκουν (καὶ) Χρύσης	*καὶ κατῴκουν *Χρύσης

(1) Καὶ quod codd. præbent, in textum reponendum. Vitium, quo totus locus turbatur, latet, nisi fallor, in κατῴκουν. Equidem scripserim ἀπεώθουν, i. e. προσίσχειν ἐκώλυον. Jam non est cur in sequentibus lacunam statuamus, nec ulla egent verba mutatione.

Digitized by Google

	EDITIO HEYNIANA.	CODEX PARIS. 2722.
	ἀπὸ πάντων τῶν ἐν νηΐ δύο	*ἀπὸ πάντων δὲ δύο τῶν ἐν νηΐ
5, 9, 6.	Μύγδονα	Μυγάονα
5, 9, 7.	ἁρπάζουσιν	*ἁφαρπάζουσιν
	καὶ δώσειν τὸν ζωστῆρα ὑπισχνουμένης	non desunt in nostro cod.
	ἐκ δόλου	sic cod.
	ἐπ' ἠϊόνος	*ἐπὶ τῆς ἠϊόνος
5, 9, 12.	ὁ Ζεὺς	*Ζεὺς
5, 9, 13.	Αἰνίαςα	Αἰνείας
5, 10, 1.	ἐτάγη	*ἐπετάγη
5, 10, 4.	ὄρων	*ὁρῶν
5, 10, 7.	Μενοίτιος	*Μενοίτης
	καὶ τοξευθεὶς	*τοξευθεὶς
5, 10, 9.	Λιγύην	Λιβύην
5, 10, 11.	ἀπαιτεῖ καὶ	absunt.
5, 10, 12.	τὰς Θρᾴκης	*τὰς τῆς Θρᾴκης
	ἦγεν	*ἤγαγεν
5, 11, 1.	ἐνὶ μηνὶ Ἀρέθουσα	ἐν μ. *Ἐρέθουσα
5, 11, 3.	σπεύσων	*φεύγων
5, 11, 6.	Ἰσχυρότατον	*Ἰσχυρότερον
	συνέβη	*συνέβαινε
5, 11, 8.	παύσεσθαι	*παύσασθαι
5, 11, 10.	Ἀσίας Ῥοδίων	*Ἀσίαν *Αινδίων
5, 11, 12.	Καυκάσου	Καυκασίου
5, 12, 2.	εἰς Ἔλευσῖνα θετός	πρὸς Ἔλευσῖνα Θέστιος
5, 12, 3.	κατῆει	ἀπῆει
5, 12, 4.	κενὸν	sic cod.
5, 12, 7.	Μενοίτιος Κευθωνύμου	*Μενοίτης σκυθωνίμου.
5, 12, 9.	ὦτον	ὄνον
6, 1, 2.	τοξικῇ	τοξικήν
7, 7, 2.	ἦκεν	ἦλθεν
7, 7, 3.	μετὰ τῶν ἄλλων	*μετὰ καὶ ἄλλων
7, 7, 4.	Ἴτωνα	*Ἰτωνον
7, 7, 5.	Ὀρμένιον	Ὀρχόμενον
7, 7, 6.	οὐκ εἶα	*μεθ' ὅπλων οὐκ εἶα
7, 7, 7.	συνήθροισεν	*συνήθροιζεν
7, 7, 10.	(Αἴχαν)	τὸν Κήυκα
7, 7, 11.	τοῖν ποδοῖν	*τῶν ποδῶν

	EDITIO HEYNIANA.	CODEX PARIS. 2722.
	κατηκόντισεν	κατηκόντισεν ἀπὸ τῆς Βοιωτίας
7, 7, 13.	τὴν Ἰόλην	*Ἰόλην
	ἐκέλευσεν	*ἐκέλευεν
7, 8, 1.	Εὐμείδης	*Εὐμήδης
7, 8, 2.	Ἐπιλαΐδος Κλυθίπτης	Ἔπλαος Κλύτοπτος
7, 8, 4.	Ὄλυμπος· Νίκης Ἐξόλης	Ὀλυμπούσης· Ἔξολος
	Ἀντιώπτης	Ἀντιώτης
7, 8, 5.	Ἀρχέδικος	Ἀρχοδίκου
7, 8, 6.	Ἡσυχείης Εὐρύοψ	Ἡσιοχείης Εὐρυόπτης
7, 8, 9.	Δηΐων	deest.
8, 2, 2.	ἐπ' ἐνιαυτοῦ ἦλθον	ἐνιαυτοῦ ἀνεχώρησαν
8, 2, 4.	κατὰ τὴν τοῦ	sic cod.
8, 2, 7.	στενυγρὰν τὴν ἔχοντι	στενύστραν τὸν τὴν (2) *ἔχοντα

LIBER III.

6, 5, 2.	ἀπιόντα	sic cod.
6, 6, 1.	Ὀγκαΐδας	Ὀχνηΐδας·
6, 6, 2.	Ἴσους Ἴσοις	sic cod.
6, 7, 1.	Χαρικλοῦς	Χαρικλέους
7, 1, 1.	αὐτὴν τῷ τάφῳ ζῶσαν ἐκρύψατο	*αὐτοῦ (nisi potius αὐτῷ· scripturæ compendium obscurius) τῷ τάφῳ ζῶσα ἐκρύφθη.
10, 3, 8.	τῷ Ἐλάτου υἱῷ	*τοῦ Κλεινέως ἀδελφῷ
10, 7, 1.	ἐκ Διὸς	Διὸς
10, 7, 4.	εἰς Ἀθήνας	*εἰς Ἀφίθνας (quod vero a secunda manu in Ἀθήνας mutatum est.)
12, 3, 9.	Ἄτης	*αὐτῆς
12, 6, 8.	Κυχρέως	sic cod.
13, 5, 1.	Θέμιδος	sic cod.
13, 5, 4.	κατέχειν	καὶ κατασχεῖν.

(2) C. O. Müller. Dor. I, p. 57, trimetros, quos facile agnoscere licet, hunc in modum restaurari vult:

γενεὰς γὰρ, οὐ γῆς καρπὸν ἐξεῖπον τρίτον
καὶ τὴν στενυγρὰν αὖ τὸν εὐργάστορα
— ἔχοντα κατὰ τὸν Ἰσθμὸν δεξιάν.

Præterea Galei, Heynii, Sommeri editiones qua par est diligentia consuluimus. Conjecturas perraro codicum lectioni substituere conati sumus, satis habentes eas uncinis ( ) inclusas in locis aperte corruptis interposuisse. Similiter quæ ex margine vel aliunde in ordinem verborum irrepsisse videntur, uncis quadratis [ ] distincta sunt. In fragmentis reliquorum operum Apollodori, quam Heynius liberius in his versatus adornationem dedit debuimus relinquere. Chronica ad temporum ordinem, Navium Catalogum ad librorum seriem et carmen Homericum revocavimus. Nonnulla addita sunt nova, plura plenius exhibita.

Antiochi fragmenta, quæ Gœllerus nonnisi indicaverat, primum hic ex auctoribus exscripta leguntur. In Philisto Gœlleriana reliquiarum dispositio

Digitized by Google

conservata est; id quod fieri non potuit in Timæo, cujus fragmenta, ex Vaticanis Polybii excerptis magnopere aucta, ita ordinandi periculum fecimus, ut quæ fuerit totius operis œconomia intelligatur. In Ephoro et Theopompo ordinem a primis eorum editoribus datum non mutavimus, de quibus aliter statuendum nobis videbatur suo loco in notis monentes. Uti Ephorus locupletatus est fragmentis, quæ Marxius in Addendis (v. Seebodii Miscell. crit., vol. II, part. IV, p. 754) publici juris fecit, sic ad Theopompea quoque plura nova accesserunt a Wichersio, quæ est viri docti humanitas, Firmino Didot per literas communicata. Phylarchus quum eodem fere tempore et Luchtium et Brücknerum editores nactus esset, quæ uterque in hoc auctore seorsim præstitit in unum conjunximus. Quod ad Atthidum scriptores, tum in ceteris plura aliter ac fecerunt Lenzius et Siebelis disposita sunt, tum præcipue in Philochori fragmentis, quæ, præeunte Bœckhio (in Annal. Univers. Berolin. 1832), ad integri operis constitutionem studuimus distribuere.

Hæc sunt quæ de ratione, quam in fragmentorum tractatione secuti sumus, in universum monenda habemus. De singulis accuratius egimus in commentatione quæ de vitis et scriptis auctorum nostrorum præfationi huic est subjuncta.

Historicorum reliquiis in calce voluminis adjunximus Chronicon Parium et Inscriptionem græcam lapidis illius, qui ex Rosetta urbe Ægyptia in Britanniam est translatus. Quæ monumenta quum inter cetera sui generis facile principia sint, magnumque in historiæ cognitionem adjumentum afferant; rem neque inutilem neque injucundam Firminus Didot suscepisse sibi visus est, si ea denuo typis excusa una cum historicorum fragmentis in publicum edenda curaret. In adornatione et explicatione Chronici Parii in plerisque ducem secuti sumus Bœckhium, Marmoris interpretem longe doctissimum. Inscriptionem vero Rosettanam Letronnius, vir Clarissimus, tum in sermonem vernaculum vertit, tum commentario exquisitæ doctrinæ divitiis pleno ita illustravit, ut plurima, quæ in hoc decreto sacerdotum spissa hucusque caligine obducta latuerant, clara jam luce circumfusa exsplendescant.

Parisiis, mense Februario, MDCCCXLI.

Carolus MUELLER.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE VITA

ET

SCRIPTIS AUCTORUM,

QUORUM FRAGMENTA HOC VOLUMINE COMPREHENDUNTUR.

HECATÆUS.

Hecatæus, Hegesandri filius, Milesius, quo anno lucem conspexerit certo antiquitatis testimonio affirmari nequit. Haud multum tamen a vero abesse videtur Larcherus, qui in tabula chronologica ad calcem Herodoti eum natum esse statuit Ol. 57, 4. Itaque Ol. 65, quo tempore Suidas (1) historicum nostrum una cum Dionysio Milesio vixisse dicit, vitæ annum egit tricesimum. Ex eodem computo natus erat annos quinquaginta, ubi Ol. 70, 1, vir summa apud populares auctoritate gaudens, in Ionum conventu tulit sententiam (Herodot. V, 36, 124). Ac quum per totum bellorum Medicorum temporis spatium et aliquanto post vixisse dicatur (2), non multo post prœlia ad Platæas et Mycalen, circa Ol. 76 septuagenarius diem obiisse videtur.

Nobili Hecatæum genere ortum esse tum quo fruebatur in civitate Milesiorum honore declaratur, tum inde potest concludi, quod Thebis versatus coram sacerdotibus gentem suam per quindecim generationes ad deum (Apollinem sine dubio) ascendere gloriatus est (Herodot. II, 143, v. fr. 276). Generis nobilitati rem familiarem accessisse satis amplam ex longinquis quæ geographus instituit itineribus intelligitur. De educatione et institutione Hecatæi nihil in quo acquiescere possis traditum accepimus. Nam quod Suidas eum e Protagoræ ludo profectum dicit, id, si recte temporum calculos subducas, omnino fieri non potuisse in aprico est. Quare aut diversos Hecatæos Suidas ex more confundit, aut, quæ est Sevini (in *Comment. de l'Académ. des Belles-Lettres*, tom. VI, p. 474) suspicio, pro Protagora substituendus est Pythagoras. Quæ posterior sententia, quamvis propter temporis rationes admitti posse videatur, et alias quoque illorum philosophorum nomina perturbata legantur, tamen, quum mera conjectura nitatur, consultius in medio relinquitur. Fatendum quidem sæpius Hecatæum cum Pythagora a veteribus componi (v. Diog. Laert. IX, § 1, Ælian. Var. Hist. XIII, 20), sed hujus rei caussa in eo quærenda videtur, quod magna doctrina et acre illud interiores rerum rationes investigandi studium philosophi nomen Nostro comparaverint (οἰκεῖος φιλοσοφίας est Eratostheni ap. Strab. I, 13) et eadem in suis studiis Hecatæus laude elatus sit, qua in philosophia Pythagoras. Adde, sis, utrumque, ut fama erat, Ægyptum ejusque sacerdotes adiisse; addas porro Hecatæum Abderitam (3),

(1) Suidas s. v. Ἑκαταῖος Ἡγησάνδρου Μιλήσιος γέγονε κατὰ τοὺς Δαρείου χρόνους, τοῦ μετὰ Καμβύσην βασιλεύσαντος· ὅτε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος, ἐπὶ τῆς πέμπτης καὶ ἑξηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἱστοριογράφος. Ἡρόδοτος δὲ Ἁλικαρνασεὺς ὠφέληται τούτου νεώτερος ὤν. Καὶ ἦν ἀκουστὴς Πρωταγόρου ὁ Ἑκαταῖος. Πρῶτος δὲ ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε· συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης. Τὰ γὰρ Ἀκουσιλάου νοθεύεται.

(2) Suidas: Ἑλλάνικος ... καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλε γεγονότι κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ μικρῷ πρός.

(3) Suidas: Ἑκαταῖος Ἀβδηρίτης, φιλόσοφος, ὃς ἐπεκλήθη κριτικὸς καὶ γραμματικός· οἷα γραμματικὴν ἔχων παρασκευήν· γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν Διαδόχων. Joseph. Apion. I, 22: Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης, ἀνὴρ φιλόσοφος ἅμα καὶ περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος, Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνακμάσας καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου συγγενόμενος. Cf. Plutarch. Symp. p. 666, E. Magistrum habuit Pyrrhonem, Diog. Laert. IX, 69. Ptolemaei Lagi ætate Thebas profectus, Ægyptiaca (Diodor. I, 47) et secundum Diogen. Laert. I, procem. § 10, librum de philosophia Ægyptiorum conscripsit. Utrum hæc duo opera an unum fuerint, non liquet. Ad Ægyptiaca ejus respicit etiam Plutarch. Is. et Osir. p. 354, D (τὸν Ἄμοῦν... Ἐκ. ὁ Ἀβδ. φησὶ τούτῳ καὶ πρὸς ἀλλήλους τῷ ῥή-

Digitized by Google

sæpenumero illum cum nostro confusum, de Ægyptiorum philosophia libros composuisse; nec difficile erit intelligere, quam proni esse debuerint serioris ævi scriptores, ut Milesium nostrum Samii alumnum fingerent, ac homini celeberrimo, sicuti solebant, celebratissimum darent magistrum. Idem cadit in Strabonis locum (XII, p. 828), ubi Hecatæus Xenocratis familiaris fuisse dicitur. Ingeniorum similitudo et ætatis diversitas simul originem hujus commenti et perversitatem ostendunt.

Sed quicunque ille sit, qui præceptis suis juvenis animum ad altiora studia erexerit et præteritûm sæculorum historiam orbisque terrarum naturam penitius cognoscendi amore inflammaverit, plurimum in hac re ex itineribus, quæ ipse instituit, profecisse putandus est. Ægyptum ab eo peragratam esse scimus ex Herodoto l. l. Accurata autem et distincta aliarum quoque terrarum cognitio a serioris etiam ætatis geographis summis laudibus evecta, atque illud, quod noster ab Agathemero (1) ἀνὴρ πολυπλανής vocatur, postulare quodammodo videntur, ut eum plurimas terrarum quas descripsit suis oculis vidisse credamus. Etenim provincias Persarum imperio subjectas ab ipso perlustratas esse, propter ea, quæ Herodotus loco mox laudando et Agatharchides (2) narrant, nemo non largietur. Num vero ad Indum usque penetraverit potest dubitari. Quæ de his regionibus fortasse tradidit, ex Scylace cognoverit. Sed Ponti litora, tum meridionalia, tum australia (fr. 185 sqq.), plures Thraciæ populos (ex. gr. v. fr. 123), Græciam universam, regionem quæ ab Inacho ad Æantem usque patet (fr. 70 sqq.), Oenotriam denique (fr. 30 sqq.) ab Hecatæo inspecta esse, si accuratam harum regionum descriptionem reputaveris, pro certo fere affirmare licet. Etiam Liguriæ nonnullas saltem urbes eum visisse, nec non australes Iberiæ et boreales Libyæ oras legisse ad probabilitatis speciem adduci potest. De his tamen dubitantius pronuntiaverim.

Jam si quonam tempore et ordine Hecatæus peregrinationes illas perfecerit anquiramus, id unum jure nobis sumere possumus, eum in Persiæ provincias itinera ante Ol. 70, 1, ubi coram Ionibus eas recensuit, absolvisse. Ac ne reliqua posterius instituta sint, et bella obstant, quibus inde ab hoc tempore Græcia atque Asia continuo perturbabantur, et senilis Hecatæi ætas ad longinquorum itinerum molestias parum accommodata. Veri itaque simillimum est plurima et majora ejus itinera facta esse inter Ol. 66, 4 et 69, 4, illo igitur duodecim annorum spatio, quod inter Darii contra Scythas bellum Thraciæque et Macedoniæ expugnationem atque initium belli Ionici est interjectum. Quod tempus et si ætatem Hecatæi spectemus aptissimum videtur, et propter liberam, quæ tunc erat, in mari Ægæo navigationem optime convenit. Ante Darii regnum adultam vixdum ætatem noster attigerat, et nimis periculosa fuisse videtur in Asia et Ægypto peregrinatio. Ex ipsis fragmentis de his rebus nihil elici potest, nisi illud, libros geographicos non ante Ol. 64 esse conscriptos. Nam fr. 140 ut Persarum urbs nominatur Boryza in Thracia, quæ regio illa demum Olympiade a Persis est subacta.

Reversus igitur in patriam Hecatæus non minus ob generis nobilitatem, quam ob eruditionis et sapientiæ famam, ab Aristagora Ioniæ defectionem meditante, in Milesiorum consilium advocatus est. In quo quum reliqui omnes in Aristagoræ cederent sententiam, et deficiendum esse a Persis dictitarent, unus Hecatæus, quot quantique populi essent regi Persarum subjecti exponens, ut a conjuratione desisterent, hortatus est.

ματι χρῆσθαι τοὺς Αἰγυπτίους ὅταν τινὰ προσκαλῶνται). Præterea scripsit Περὶ τῆς ποιήσεως Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου. Suidas l. l. — Περὶ τῶν Ὑπερβορείων. Schol. Apollon. Rh. II, 675. Huc pertinent quæ leguntur ap. Ælian. Hist. A. XI, 1. Steph Byz. v. Ἐλίξοια et Καραμβύκαι. — Περὶ Ἰουδαίων βιβλίον Joseph. C. Apion. I, 22, vel περὶ Ἰουδαίων ἱστορία Euseb. Præp. Ev. IX, p. 408. Ex quo opere plura laudantur ap. Joseph. p. 1186-1190 et Clem. Alex. Strom. V, p. 603, B, quæ exscripsit Euseb. l. l. XIII, p. 680, D. Eundem librum vel partem ejus laudat Joseph. Ant. I, 7, 2 his verbis: Ἐκ... βιβλίον περὶ τοῦ Ἀβράμου συνταξάμενος κατέλιπε. De auctoritate hujus libri Orig. C. Celsum I, 15: Ἐκ τοῦ ἱστορικοῦ φέρεται περὶ Ἰουδαίων βιβλίον ἐν ᾧ προστίθεται μᾶλλον ὡς σοφῷ τῷ ἔθνει ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ Ἐρέννιον Φίλωνα ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι πρῶτον μὲν ἀμφιβάλλειν εἰ τοῦ ἱστορικοῦ ἐστὶ τῷ σύγγραμμα, δεύτερον δὲ λέγειν ὅτι, εἴπερ ἐστὶν αὐτοῦ, εἰκὸς αὐτὸν συνηρπάσθαι ἀπὸ τῆς παρὰ Ἰουδαίοις πιθανότητος, καὶ συγκατατεθεῖσθαι αὐτῷ τῷ λόγῳ. Cf. Voss. de Hist. Gr. p. 52. Clinton Fasti Hell. III, p. 480. — *Hecatæus Teius*, historiographus, cujus apud Strab. XIV, p. 953 mentio injicitur, a priore non diversus esse videtur. *Hecatæus Eretriensis* laudatur ap. Plut. Alex. p. 160 ed. Francof. Præter hos apud Diodor. XVII, 5, Hecatæus quidam, qui Attalum dolo interemerit, nominatur inter ministros Alexandri.

(1) Agathemer. I, 1: Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, ἀκουστὴς Θάλεω. Πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι γράψαι. Μεθ' ὃν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος, ἀνὴρ πολυπλανὴς, διηκρίβωσεν ὥστε θαυμασθῆναι τὸ πρᾶγμα. Ἑλλάνικος γὰρ Λέσβιος ἀνὴρ πολυίστωρ ἁπλάστως παρέδωκε τὴν ἱστορίαν. Εἶτα Δαμάστης ὁ Κιττιεὺς τὰ πλεῖστα ἐκ τοῦ Ἑκαταίου μεταγράψας περίπλουν ἔγραφεν.

(2) Agatharchid. De Rubro mari p. 48: Τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν ἐξείργασται Αὔκος τε καὶ Τίμαιος, τὰ δὲ πρὸς ἀνατολὰς Ἑκαταῖος καὶ Βάσιλις, cett.

Digitized by Google

Nec tamen persuasit. Tum id consilii dedit, ut sibi maris imperium comparare studerent, atque hujus rei efficiendæ causa opibus in Branchidarum templo conservatis potirentur, easque navibus instruendis impenderent. Verum ne hanc quidem sententiam iis probavit. Herodot. V, 36.

Paullo post ubi Artaphernes et Otanes Ioniam Æolidemque invaserant ac Clazomenas et Cymam urbes in potestatem suam redegerant, Aristagoras de rebus suis desperans, ut impendentem tempestatem averteret, denuo consilium convocavit. In eo Hecatæus proposuit, ut neque in Sardiniam, neque in Edoniam Aristagoras, sed in Lerum insulam castello munitam se reciperet, ibique rerum eventum exspectaret. Herodot. V, 124. Prudentis sane et circumspecti viri hæc consilia; at sicuti antea hominibus rerum novarum studio præoccupatis frustra noster restiterat, sic etiam nunc Aristagoræ pusillanimitas impedivit, quominus salutarem ejus sententiam amplecteretur. Itaque ingenti clade Iones ad Ladam insulam prostrati sunt, Miletus terra marique oppugnata sortem experta est tristissimam. Sed ne tunc quidem Hecatæus patriæ deesse voluit. Nam ubi Ionia penitus tandem pacata est, atque Artaphernes judiciis instituendis, et imperandis tributis, terrisque dimetiendis res Ionum satis bene ordinavit, multum in his deberi videtur Hecatæi prudentiæ et qua valebat apud satrapam auctoritati. Id concludo ex fragmento Diodori (Excerpt. Vatican. in Scriptt. vett. nov. collect. ed. Mai, tom. II, p. 38), ubi Hecatæus pro Ionibus legatione fungens Artaphernen rogavisse dicitur, cur Ionibus diffideret. Respondente illo, vereri se, ne injuriarum memores essent, quas victi exantlavissent, Ergo, inquit Hecatæus, si maleficia diffidentiam creant. beneficia urbes efficient Persis benevolas. Dictoque obtemperans Artaphernes leges urbibus dedit, atque tributa pro viribus imposuit.

Quæ præterea Hecatæo acciderint, quique reliquus vitæ cursus fuerit plane ignoramus. Nam quod Suidas l. l. dicit Hellanicum ad Milesium nostrum venisse vel obviam ei factum esse, id ab vero prorsus abhorrere ex iis, quæ infra de Hellanici ætate dicenda sunt, satis patebit.

Restat, ut veterum scriptorum testimoniis nonnullis indicemus quantum Hecatæo honorem antiquitas præstiterit. Heraclitus quidem (Diog. Laert. IX, 1) doctrinæ copiam dicit nec Hesiodi, nec Pythagoræ, nec Xenophanis, nec Hecatæi mentem satis expolivisse. Quod tamen philosophi dictum longe abest ut detrahat aliquid laudi Hecatæi cum celeberrimis Græciæ viris compositi. Apud Ælianum vero (Var. Hist. XIII, 20) Cercidas Megalopolitanus dixisse fertur lubenter se ex vita discessurum; sperare enim fore, ut post mortem adjungatur inter philosophos Pythagoræ, inter historicos Hecatæo (Cf. Eratosthenem ap. Strab. I, p. 13). Ab Hermogene (De genere dicendi II, § 12) cum Herodoto, Thucydide, Xenophonte imitatione prædicatur dignissimus. Solinus (in Polyhist. c. 43) insigne eum dicit totius Asiæ minoris decus et ornamentum (Cf. Strabo XIV, p. 942). Quanti denique ab Herodoto factus sit, ipso illo studio, quo, ubi a scriptore nostro dissentit, eum refutare solet, intelligitur.

Opera quibus eruditionis suæ divitias posteritatis memoriæ traderet Hecatæus, composuit duo, Περίοδον γῆς, quam etiam Περιήγησιν vocant, et Γενεαλογίας vel Ἱστορίας. (1). — *Descriptio orbis terrarum* duobus constabat libris, quorum prior Europam, alter Asiam, Ægyptum et Libyam exhibebat. Europa Hecatæo est borealis orbis terrarum pars Caucaso monte ab Asia sejuncta. Ad eandem pertinent insulæ maris Ægæi, paucis, quæ Asiæ litori proxime adjacent, exceptis. Australem terræ partem universe dicit Asiam; ubi vero accuratius loquitur, distinguit inter Asiam angustiore sensu dictam et Libyam, Nilo fluvio disjunctas. Delta regionem Asiæ tribuit,

Uterque liber in capita divisus erat, quorum nomina ex parte quidem nobis servata sunt. Sic prioris libri caput inscriptum erat *Hellespontus*, in quo etiam Tenedum insulam commemoravit (fr. 136-138); ex altero laudantur *Æolica* (fr. 212, 213); *Ægyptus* (fr. 272, 274, 277, 278, 264, 283), quæ etiam Æthiopica continebat (fr. 265, 266); *Libya* (fr. 302, 305-310, et sæpius), cujus pars inscripta fuisse videtur: Libya Phœnicum (fr. 311). — Ordinem, quo regiones et populos et urbes enumeraverit, in universum secutus esse videtur hunc, ut in Europa a Græcia exorsus occidentem versus procederet (V. fr. 83, 74, 75). Quod institutum reliquit, ubi oræ alicujus, qualis v. c. Epiri est, urbes recensuit, quibus, sicuti res ferebat, mediterranea oppida adjunxit (fr. 74). Eodem modo in Asia a regionibus Græciæ maxime vicinis initium ponens in occidentali litore ad meridiem (fr. 219, 228), in boreali (fr. 203, 195, 190, 173, 171) ad orientem pergit. Hæc igitur Clausenium commoverunt, ut exordium in utroque libro factum esse statuat ab Hellesponto primum per Archipelagum, Græciam,

(1) Suidas : Ἑλλάνικος, Μιλήσιος, ἱστορικός. Περίοδον γῆς καὶ Ἱστορίας. Ubi aperte Hellanicus cum Hecatæo confunditur.

Digitized by Google

Italiam in Iberiam, deinde ab eodem Hellesponto, atque primum Europæ caput nomine Hellesponti, primum Asiæ caput nomine Æolicorum designata fuisse; unde facile explicari dicit, cur horum potissimum capitum nomina præter Ægyptum et Libyam, quippe quorum alia fuisset ratio, ab epitomatore diserte nominarentur. Itaque Hecatæus priore libro ab Hellesponto per Thraciam et Scythiam ad Caucasum usque perrexit. Similiter altero libro ab Æolide primum per mediam Asiam minorem processit ad Chalybes, Colchos, Medos, Parthos, Persas, Indos; deinde ab eadem Æolide per occidentalem et australem Asiæ oram ad Syriam, Ægyptum, Libyam. Qui rerum ordo quamvis simplicissimus sit, atque ultro fere sese offerat, tamen, quum non ubique Hecatæum ei adstrictum fuisse liceat contendere, Clausenius, in singulis veram operis œconomiam restitui posse desperans, satius duxit fragmenta eo ordine disponere, quem Scylax in Periplo suo secutus est. «Ægæi maris insulas, inquit, dedi post descriptionem Atticæ (fr. 95 sqq.), in Thracia describenda bis a Pæonibus exorsus sum, nunc populos inter Hæmum montem et Ægæum mare habitantes recensens usque ad Byzantium (fr. 125-140), nunc per Desilos et Datyleptos Hæmo trajecto borealem Thraciæ partem sitam inter Hæmum et Istrum perlustrans (fr. 141-152). Asiæ descriptione in vicinia Caucasi incepta nunc per Medos, mare Caspium, Parthos, Indos ac Persas profectus sum (fr. 164-184), nunc ad Bospori viciniam regressus per Coraxos, Colchos, Asiæ litus boreale, occidentale, australe, per Syriam et Ægyptum usque ad Libyam (fr. 185 sqq.).»

Ratio, qua singulas regiones Noster descri bit, ut docent fragmenta ipsius verbis concepta, admodum simplex est. Post populi nomen nude ponit ejus urbes, quibus interdum incolarum originem, vel ethnicum civium vocabulum, vel deum præ ceteris ibi cultum, sæpissime vero urbis conditorem addit. Inter antiquiores auctores maxime respexisse videtur ad Homerum, cum quo in multis sane concinit, in veris æque ac fabulosis (cf. fr. 227, 153, 200, 202, 144, 145, 2, 266). Nam etsi concedendum est non satis habuisse Hecatæum in scriptis suis relata referre, sed acre ejus et sollers ingenium in caussas rerum et argumenta diligenter inquisivisse, ac omnium primum crisin quandam historiæ adhibuisse (v. fr. 332, 347, 349, 72); nihilominus dubius sæpe et suspensus hæsisse videtur inter fidem, quam pietas sancitis tempore traditionibus debebat, atque veriores illas notiones, quas de arte historiæ scribendæ animo conceperat. Itaque si in dijudicandis veterum fabulis animum non usquequaque liberum habuit, nec ob sæculi sui indolem ubique præstare potuit, quod tam sincere voluit, in iis certe rebus summa fides ei tribuenda erit, quæ nihil sibi postulant quam accurate observandi facultatem, memoriam visa et audita feliciter complectentem, scitam denique et dilucidam rerum expositionem. Quæ virtutes quum quam maxime in opere geographico requirantur, atque re vera Hecatæus non solum emetiendis locorum distantiis (fr. 163, 303), sed etiam describendis regionum montibus, silvis, arboribus, populorumque moribus plurimum operæ navasse videatur, satis apparet, quam dignus sit auctor, quem omni laude ornemus.

Tabulam geographicam ab Hecatæo confectam esse Eratosthenes quidem ap. Strabonem (1) negare videtur, comparanti autem Agathemeri locum supra appositum (not. 4) cum Herodoto V, 49, ubi Aristagoras, Lacedæmonem profectus, Cleomeni, quem ad bellum contra Persas pelliceret, tabulam ostendisse dicitur, cui totius terræ ambitus, maria et fluvii omnes insculpti erant, veri simillimum videtur, inventi laudem tribuendam esse Anaximandro, at inventam hanc tabulam a Hecatæo emendatam, ad suas rationes adornatam, scriptis suis illustratam fuisse.

Ut ex hac parte multum Noster Anaximandro acceptum retulit, sic etiam e scriptis Melesagoræ historici, si quidem, quod nego, audiendus est Clemens Alexandrinus (2), plura in usum suum convertit. Certioribus indiciis constat ex ipso posteriores scriptores, Herodotum, Damasten, Avienum (3), Ammianum Marcellinum multa in sua opera transtulisse.

Verum enim vero jam grammaticorum Alexandrinorum ætate vir exstitit rei literariæ scientia in paucis insignis, Callimachum dico, qui Periegesin, quæ tunc Hecatæi Milesii esse ferebatur, vel eam certe, quam ipse manibus tenebat, genuinam esse negaret et ad insulanum quendam referendam censeret (4) (Hecatæum Eretrien-

(1) Strabo I, 13: Τὸν μὲν οὖν (Ἀναξίμανδρον) ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα, τὸν δὲ Ἑκαταῖον καταλιπεῖν γράμμα πιστούμενον ἐκείνου εἶναι ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γραφῆς (sc. ex ejus Historiis, ut Clausenius explicat. Verum nescio an γράμμα vocabulum (quod fortasse etiam in Agathemeri loco, not. 4, pro πρᾶγμα reponendum est) h. l. significet *Orbis terrarum delineationem*, γραφή vero librum, qui descriptionem ejus continebat.)

(2) Stromat. VI, p. 752 ed. Potter: Μελησαγόρου γὰρ ἐκλεψεν Γοργίας ὁ Λεοντῖνος — καὶ Ἑκαταῖος.

(2) Festus Rufus Avienus in Descript. orœ maritim. v. 40 in Hudson. Script. geogr. gr. min. tom. IV.

(4) Athenæus epitom. II, p. 270 ed. Schweigh.: Ἑκα-

Digitized by Google

sem, ut putat Schweighæuser. ad Athenæum, tom. I, p. 468, ubi reprehendit Toupium, qui de Gorgia Leontino cogitaverat). Ejusdem auctoritate niti videtur Arrianus (1). Contra Eratosthenes, si quidem recte Clausenius intellexit locum Strabonis (not. 7), ex altero Hecatæi opere (Historiis) apparere contendit periegesin quoque ab eodem auctore profectam esse. Difficillimum est de hac re judicium, tum propter celeberrimorum censorum divortium, tum ob fragmentorum brevitatem. Plura quidem sub Hecatæi nomine citantur, quæ a Milesio nostro aliena sunt, sed his rejectis in Abderitam, vel in alium quemvis Hecatæum, reliqua Eratosthenis auctoritate adjuti facili negotio auctori nostro vindicamus. Percommodum sane hoc refugium, nec multum tamen inde lucramur. Vellem paullo accuratius in hanc rem inquisivisset Clausenius. «Possit quidem, vir doctus ait, aliquis existimare, revera in Periegesi illa contentum esse vetustum opus Hecatæi, sed tam multa fuisse intrusa et interpolata, ut alienam magis quam germanam speciem tulerit; id quod facile accidit ei libro, ex quo omnes Græci homines scientiam geographiæ sibi comparavisse videntur. Id vero Eratosthenis sententiam affirmat, quod in iis etiam, quæ nobis e Periegesi servata sunt, vetustiora urbium nomina et designationes reperiuntur. Si qua mutata essent in commodum discipulorum, ante omnia haud dubie pro Zancle Messanæ, pro Catana Ætnæ vocabulum esset inductum, neque Boryzæ nomen urbis Persicæ retinuisset (fr. 43, 44, 140). Ipsum illum, de quo excerpsit Stephanus, Hecatæi librum cognitum habuisse et respexisse Herodotum, constat e descriptione Chembis insulæ, quam *vehi et moveri* dixit Hecatæus, cui refragatus *neque vectam neque motam sese vidisse* confirmat Herodotus (fr. 284). His accedit, quod ea, quæ nobis restant, fragmenta, quæ regiones Ægypto vicinas spectant, sine ulla perturbatione concinunt cum iis, quæ aliunde novimus statuta ab Hecatæo de Nilo, regione Delta confiniisque Asiæ, Ægypti ac Libyæ; quod fieri non posset, si gravibus interpolationibus codex ille, quo Stephanus usus est, fuisset onustus.» Non nego equidem quæ Stephanus servavit fragmenta in universum ita esse comparata, ut ex genuino Hecatæo ea desumta esse non possit dubitari, quamvis id, quod Catana, non vero Ætna urbs memoretur, parum idoneum sit testimonium ad demonstrandam operis antiquitatem, quia hæc urbs, ut ipse Clausenius in Addendis fatetur, post obitum Hieronis antiquum nomen recuperavit. Atque ab altera parte Capuæ mentio, quæ urbs, Hecatæi ætate, si fides habenda est Livio, Volturnum vocabatur, satis luculenter docet Hecatæi exemplum, ex quo Stephaniana fragmenta fluxerunt, a posterioris ætatis innovationibus non prorsus fuisse alienum. Jam si concedimus Hecatæi orbis descriptionem non esse in usum scholarum, ut ita dicamus, ad seriorem terrarum statum et conditionem accommodatam, sponte fere Callimachi sententia in eam nos ducit conjecturam, ut fuisse quædam statuamus hujus operis exempla, quæ ex aliis vetustis scriptis mala sedulitate corrasa Hecatæi nomen mentita sint. Quod quidem eo probabilius est, quo celebrius erat nomen Milesii, ac quo studiosius certum hominum genus commentis suis et obscuræ compilationis fœtibus præfixis clarorum remotæ jam ætatis scriptorum nominibus fidem et auctoritatem addere consuevit. Magis autem, opinor, ad rem nostram faciunt præclara duo Galeni testimonia, quorum alterum (in Hippocr. De nat. hom. II proœm. tom. XV, p. 109 Kühn.) hoc est: Ἐν γὰρ τῷ κατὰ τοὺς Ἀτταλικούς τε καὶ Πτολεμαϊκοὺς βασιλέας χρόνῳ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως βιβλίων ἡ περὶ τὰς ἐπιγραφάς τε καὶ διασκευὰς αὐτῶν ἤρξατο γίγνεσθαι ῥαδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀργύριον ἀναφέρουσιν ὡς τοὺς βασιλέας ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα. Alterum, quod in eodem commentario legitur (I. § 42, p. 105), verbis expressum est hisce: Πρὶν γὰρ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Περγάμῳ γενέσθαι βασιλεῖς ἐπὶ κτήσει παλαιῶν βιβλίων φιλοτιμηθέντας, οὐδέπω ψευδῶς ἐπεγέγραπτο σύγγραμμα· λαβεῖν δ' ἀρξαμένων μισθὸν τῶν κομιζόντων αὐτοῖς συγγράμματα παλαιοῦ τινος ἀνδρὸς, οὕτως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφοντες ἐκόμιζον. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ βασιλεῖς μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου γεγόνασι θάνατον· ὁ δὲ Πλάτων ἀνωτέρω τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας ἐγεγράφει ταῦτα μηδέπω πεπανουργευμένων τῶν ἐπιγραφῶν, ἀλλ' ἑκάστου βιβλίου τὸν ἴδιον γραφέα διὰ τοῦ προγράμματος δηλοῦντος (Cf. Ritschl De biblioth. Alexandr. p. 21). Fieri igitur potuit, ut Callimachus Alexandriæ bibliothecæ præfectus, ubi in ordinandis libris inque titulis eorum consignandis occupatus erat, Hecatæi exemplum legeret, quod, quum aperta talis fraudis indicia præ se ferret, tamquam spurium in tabulis suis literariis (πίναξι) enotaret. Callimachum in munere bibliothecarii

ταῖος δ' ὁ Μιλήσιος, ἐν Ἀσίας περιηγήσει, εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον (Καλλίμαχος γὰρ Νησιώτου αὐτὸ ἀναγράφει), ὅστις οὖν ὁ ποιήσας, λέγει οὕτω· v. fr. 172.

(1) Arrian. Exped. Alex. V, 6: Αἴγυπτον Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑκαταῖος οἱ λογοποιοὶ (ἢ εἰ δή του ἄλλου ἢ Ἑκαταίου ἐστὶ τὰ ἀμφὶ τῇ γῇ Αἰγυπτίᾳ ποιήματα), δῶρόν τε τοῦ ποταμοῦ ἀμφότεροι ὡσαύτως ὀνομάζουσι. V. fr. 279.

Digitized by Google

excepit Eratosthenes. Is de eadem re denuo anquirens si veri Hecatæi exemplo usus sit, vides, cur, ut in aliis multis, sic etiam in judicio de opere Hecatæi suam ab illa magistri sententiam sejunxerit. Cogitare quoque licet Eratosthenem negligentius opus nostrum inspexisse. Nam si ad externam, quæ erat illa ætate, librorum rationem spectes (quippe qui, si vel exigui tantum ambitus erant, in multa plerumque volumina divisi fuerint), facile accidit, ut altera pars operis alicujus genuina, altera esset spuria atque a venditore conficta, ideoque, prout quis vel hanc vel illam tantum partem examinaret, librum pro vero aut pro falso, pro genuino aut pro subdititio haberet. Huc accedit, quod Eratosthenes tanto facilius prædecessoris sententiam derelinquere potuit, quanto magis accurata argumentorum expositio, cur hoc vel illud opus huic vel illi auctori Callimachus abjudicandum censeret, a πινάκων ab eo compositarum indole videtur abhorrere.

Sed ne diutius conjecturis indulgeamus, quas sine lectorum molestia non licet augere, satis, puto, intelligitur neque Callimachi neque Eratosthenis sententiam temere amplectendam esse, quum utriusque judicio veri aliquid subesse possit. Igitur ut redeamus, unde digressi sumus, id quod præ ceteris fraudis suspicionem movit, ποιήματα illa de Ægypto fuisse videntur. Quæ quidem suspicio quam maxime augetur loco Porphyrii, ubi Ἡρόδοτος, ait, ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου κατὰ λέξιν μετήνεγκεν ἐκ τῆς περιηγήσεως βραχέα παραποιήσας, τὰ τοῦ Φοίνικος ὀρνέου καὶ περὶ τοῦ ποταμίου ἵππου καὶ τῆς θηρᾶς τῶν χροκοδείλων (fr. 292). Omni hoc caret specie verisimilitudinis; ac non sine caussa vereor, ne omnia quæ Porphyrii testimonio fisus ex Herodoto Clausenius ad Hecatæum retulit, insulano isti Callimachi tribuenda sint. Etenim ne descriptiones illæ ex Hecatæo fluxerint, obstat Herodoti mos fontes, e quibus aliunde petita hauserit, indicandi, atque id quod suis oculis hæc vidisse potuit aut ab indigenis audiisse. Præterea narrationes illæ, quas ex nostro Herodotus in brevius contraxisse dicitur, multo longiores sunt, quam ut in opere locum haberent, quod duobus tantum libris totius orbis terrarum descriptionem complectebatur. Quæ quum ita sint, non absurda est suspicio Porphyrium, levis sane auctoritatis scriptorem, in Ægyptiaca incidisse, quæ Hecatæi Milesii nomine ornata ex Herodoti maxime, Hecatæi Abderitæ, aliorum fortasse scriptis erant conflata, ita ut Herodotus compilasse videretur, ubi ex ipso erat compilatum. Confirmatur hoc sequentibus. Nam quid sit illud κατὰ λέξιν μεταφέρειν affatim intelligitur ex fragmento in Crameri Anecdotis vol. I, p. 287, 30. Verba sunt: Μεμετρέαται, παρὰ τῷ Ἑκαταίῳ· Ὁ μὲν οὖν (leg. μέν νυν) Βόσπορος καὶ ὁ Πόντος οὕτω, καὶ ὁ Ἑλλήσποντος κατὰ ταὐτά μοι μεμετρέαται. Cum his confer Herodot. IV, 86: Ὁ μέν νυν Πόντος οὗτος καὶ Βόσπορός τε καὶ Ἑλλήσποντος οὕτω τε μοι μεμετρέαται, καὶ κατὰ τὰ εἰρημένα πεφύκασι. Grammaticum turpiter lapsum pro Herodoto Hecatæum laudasse putarem, nisi ut hoc statui posset, non satis verba concinerent, neque aliud suaderet Porphyrius. Igitur nullo modo fieri potuit, ut sic Hecatæum exscripserit Herodotus, cujus verba, sicut Bachr. ad l. l. monet, indicare videntur, ipsum hæc maria visisse et distantias emensum esse. Nec illud hic nobis refugium restat, ut de Hecatæo Abderita cogitemus, quippe qui neque in libris de philosophia Ægyptiorum neque in Judæorum historia de Ponti magnitudine sermonem instituisse videatur. Porro quisque largietur non solum quæ servata sunt verba, sed etiam quæ antecedebant de marium illorum mensura ab Herodoto mutuata esse. Jam vero Herodoti calculus, parum ille accuratus, omnino non quadrat cum loco Marcellini (XXII, 8, fr. 163), ubi, «Omnis Pontici sinus, ait, velut insularis circuitus litorea navigatio viginti tribus dimensa millibus stadiorum, ut Eratosthenes affirmat et Hecatæus et Ptolemæus aliique hujusmodi cognitionum minutissimi scrutatores, etc.» Mirandum quidem, Herodotum in tantum se errorem induci passum esse, quum ex Hecatæi libris manu ipsi tritis veriora potuisset discere; quod tamen ita aliquis defenderit, ut Herodotum id tradere dicat, quod ipse ex itineribus suis et navigatorum narrationibus de marium horum magnitudine statuendum esse censeat, ideoque suam sententiam alteri Hecatæi tacite velit oppositam. Habemus igitur de una eademque re duo Hecatæi sed diversa plane testimonia, quorum alterum ex vero depromptum, alterum ex commentitio.

Huic loco adjungere liceat alium similem quendam. Etenim Stephanus v. Χερρόνησος, post alia dicit: Ἔστι δευτέρα πόλις ἐν τῇ Θρᾴκῃ Χερρόνησος, περὶ ἧς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ «Ἐν δ' αὐτοῖσι πόλις Χερσόνησος ἐν τῷ ἰσθμῷ τῆς Χερσονήσου. « Καὶ τὸν πολίτην Χερσονησιόν φησιν. « Ἀψινθίοισιν πρὸς μεσημβρίαν ὁμορέουσι Χερσονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσημήναντο τοῖσιν Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός. » Τούτους καὶ Χερσονησίους λέγει (fr. 135). Primo oculorum obtuitu docemur pro τὸν πολ. Χερσονήσιόν φ. scribendum esse Χερσονησίτην, deinde vero post ὁμορέουσι bis ponendum esse Χερσονησῖται, ita

Digitized by Google

ut duo habeas exempla ex diversis Hecatæi locis repetita, quorum primum ad incolas urbis Chersonesi spectat; altero vero de Sestiis sermo est communi Chersonesitarum nomine designatis; atque hos posteriores, addit Stephani excerptor, Hecatæus etiam Chersonesios dicit. Simplicissimam hanc interpretationem quisque, spero, amplecteretur, nisi postrema quæ ex Hecatæo Stephanus laudat, iisdem plane verbis legerentur apud Herodot. IX, 118, quem vide. Jam igitur locum ab ipso epitomatore, diversa confundente atque deinde verbis τούτους καὶ Χερσ. λέγει se ipsum corrigente, misere depravatum esse dicunt (v. notam Clausenii). Rem dijudicare nolo, quamvis verisimillimum sit hæc petita esse ex falso isto Hecatæo, qui historiolas de Œobazo, Apsinthiorum deo Plistoro immolato, deque Actaycte ob impietatem in crucem fixo ex Herodoto aliisque in opus suum recipere potuerit. Utut est, id certe teneri velim, fragmentum quod ex Crameri Anecdotis laudavi, aptissime referri ad Hecatæum, quem Callimachus et Porphyrius indigitant. Eidem assignandum est illud apud Arrianum, et ipsum auctoris sui integritatem addubitantem, ubi Ægyptus Herodoti verbis vocatur δῶρον τοῦ ποταμοῦ. Eidem vindicaverim fragm. 187 de Phaside in Oceanum exeunte, et fortasse illud de Nilo ex Oceano profluente. De iis quoque dubitare licet quæ de natante Chemni insula Stephanus tamquam ex Milesii Periegesi affert (fr. 284). Nam Herodotum (II, 156) ad hunc Hecatæi locum respexisse, ex κινέεσθαι voce, qua uterque utitur, non potest concludi; immo disertis verbis Herodotus id quod ipse vidit non scriptoris alicujus sententiæ, sed ipsorum Ægyptiorum de hac insula fabulis opponit.

Videntur igitur Alexandrinorum ætate et genuina exstitisse et supposita Hecatæi operis exempla. Priora temporum decursu aliquoties interpolata esse puto et ad præsentem tunc rerum statum et orbis terrarum cognitionem adaptata; verum posteriora præter nomen cum Nostro nil commune habuisse ex Herodoto aliisque in fraudem hominum conscripta; Stephanum denique, quum ipse Milesii opus vix inspexerit, plerumque quidem veri Hecatæi testimonia afferre, interdum tamen ex auctoribus hausisse supposito operi addictis.

Alterum Hecatæi opus *Genealogiæ* fuerunt. Sic ipse auctor, e more logographorum, librum inscripsisse videtur, qui in eo maxime versabatur, ut poetarum fabulas ex ordine genealogico soluta oratione exponeret (1). *Historias* a Genealogiis non fuisse diversas, recte monet Clausenius; quod vero hunc iis titulum a serioribus inditum ait propterea, quod ad criticæ historiæ scribendæ artem jam propius accederent (v. fr. 332), id vereor, ne subtilius quam verius disputatum sit. Libros continebant ad minimum quattuor, tot enim in fragmentis commemorantur. Exorsa est narratio a Deucalione ejusque progenie. Sed accipe Clausenii verbis, quem fabularum ordinem ex reliquiis vir doctus eruendum esse censeat. « Primum progeniem Hellenis, et in ea primum prolem Dori, Doriensium expeditiones, deinde stirpem Æoli, et in hac Athamantis filium Phrixum, Crethei Æsonem, Æsonis Iasonem cum Argonautis, deinde Crethei Amythaonem, Melampodem, Amphiaraum: postea alium Deucalionis filium Orestheum, Phytium, Œneum, Tydeum exhibitos fuisse arbitror. Ad secundum librum Herculem cum Heraclidis refero, quorum multa facta ab eo tractata scimus: quæ ita disposui, ut primum res Peloponnesiacas, aprum Erymanthium, Augen, Cerberum in Tænaro, hydram Lernæam, Augeam, deinde reliquas Græcas, Geryonem et Œchaliam, denique exteras, Amazones, postremo Heraclidas recensuerim. Ex libro tertio non nisi res Arcadum citantur. Atqui quum multas præterea rerum Argolicarum mentiones habeamus, omnes res Peloponnesiacas, quarum heroes neque ab Hercule neque a Deucalione derivantur, ibi tractatas putavi, velut Ægyptum et Danaum, Danaen, Prœtum et Cyclopes, denique Perseum, postea alios in reliqua Græcia ab eadem stirpe oriundos, velut Cadmum. De libro quarto nil scimus: nonnisi Cariæ et Lyciæ mentionem habemus: probabile est, ibi fabulas ad Asiam minorem pertinentes fuisse narratas, quarum multas haud dubie novit Hecatæus. » Cf. Idem ad fr. 334, 344, 361.

Quod ad Hecatæi genus dicendi attinet, Strabonis locum (v. not. 13), ubi prosaria Nostri oratio ad poeseos indolem proxime accedere dicitur, uberius exponit Hermogenes (2): « He-

(1) Strabo I, p. 34 : Λύσαντες τὸ μέτρον τἆλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραφον οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδην καὶ Ἑκαταῖον.

(2) De gener. dicendi II, 12 : Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος, παρ' οὗ δὴ μάλιστα ὠφέληται ὁ Ἡρόδοτος, καθαρὸς μέν ἐστι καὶ σαφὴς, ἐν δέ τισι καὶ ἡδὺς οὐ μετρίως. Τῇ διαλέκτῳ δὲ ἀκράτῳ Ἰάδι καὶ οὐ μεμιγμένῃ χρησάμενος οὐδὲ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ποικίλῃ, ἧττόν ἐστιν ἑνεκά γε λέξεως ποιητικός. Καὶ ἡ ἐπιμέλεια δὲ αὐτῷ οὐ τοιαύτη, οὐδὲ ὅμοιος ὁ κόσμος ὁ περὶ αὐτήν. Διὸ καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἐλαττοῦται πολλῷ τοῦ Ἡροδότου, ἀλλὰ πάνυ πολλῷ, καίτοι γε μύθους τὰ πάντα σχεδὸν καὶ τοιαύτην τινὰ ἱστορίαν συγγραψάμενος. Ἀλλ' οὐ μόνον ἡ ἔννοια ἱκανὴ λόγιον εἶδος ὅτιοῦν ἐξεργάσασθαι, πολὺ δὲ ἔχει καὶ ἡ λέξις καὶ τὰ περὶ τὴν λέξιν, οἷον σχήματα, κῶλα, συνθῆκαι, ῥυθμοὶ, ἀναπαύσεις, πρὸς τὸ ἡδονὰς ποιῆ-

Digitized by Google

catæus Milesius, inquit, cui plurimum debet Herodotus, purus est et perspicuus. Dialecto mera Ionica (1) nec mixta usus nec, sicuti Herodotus, variata, minus est in dictione poeticus. In qua neque eadem ei diligentia nec similis ornatus. Propterea jucunditate multum inferior est Herodoto, sane permultum: quamvis fabulæ sint fere omnia quæ scripsit, et ejusmodi etiam ejus historia. Atqui non solum sufficit cogitatum ad dicendi genus aliquod perficiendum; multum etiam dictio facit et quæ ad dictionem pertinent, velut figuræ, membra, rationes connectendi, numeri, clausulæ, ad efficiendam delectationem et suavitatem, quales apud Herodotum sunt, et profecto aliud orationis genus, quod singulæ naturaliter efficiunt orationis formæ. Consentaneum igitur est, hæc parum successisse Hecatæo, quippe qui diligentiæ ac dictionis ornatui non æqualem operam dederit. » In universum igitur Hecatæi oratio leniter et sedate fluebat mediocriter temperata, nulla periodorum arte impedita; nec semper tamen eam fuisse placidam, sed vividam quoque interdum et concitatam allato exemplo (fr. 353) testatur Longin. De sublim. c. 27.

In fine hujus commentatiunculæ fragmenta quædam subjicere liceat, quæ sero deprehendimus.

Epimerism. Hom. ap. Cramer. Anecd. vol. I, p. 223, 16: Τὸ ἐπὶ θηλυκοῦ φάκος... σεσημείωται τὸ φακός ὀξυνόμενον· ἔστι δὲ καὶ βαρυτόνως ὄνομα ὄρους· Ἑκαταῖος· « Πρὸς μὲν νῶτον (recte Cramerus νότον) παῶλος (codex παῶλα) καὶ Φάκος. »

Phacus, urbs Macedoniæ, a monte cui adjacebat, ut videtur, nominata, memoratur apud Polyb. XXXI, 25, 2 et Diodor. tom. IX, p. 416. Ex posteriore loco concludere licet eam sitam fuisse haud procul a Pella, in terra Bottiæorum. Ad eandem regionem pertinere debet alterum nomen misere corruptum. Sed nullus dubito, quin grammaticus scripserit Παικτωλὸς. Sic Diodor. XII: εἰς Παικτωλὸν τῆς Βοττικῆς. Quod quidem si cum Palmerio, Wesselingio, Dindorfio mutandum est in Σπαρτωλόν, Botticam urbem ex Thucydide (II, 79) et Isæo (Or. de Dicæog. Hered. p. 55) notam, idem nostro quoque loco faciendum foret. Nec tamen ulla mutandi necessitas, immo ut in Phrygia erat urbs Βοτίειον (Steph. Byz.), sic in Bottiæorum terra esse potuit mons Pactolus, in quo nomine novum agnosco vestigium cognationis, quæ Asiæ minori cum Thraciæ gentibus intercessit. V. quos laudat Bæhr. ad Herodot. VII, 73.

Iidem ibid. p. 265, 10: Σημειωτέον δὲ ὅτι οὐχ ἁπλῶς τὸν ὄχλον σημαίνει, ἀλλὰ τὸν ὑποτεταγμένον· Ἑκαταῖος γὰρ, « Τὸν Ἡρακλέα τοῦ Εὐρυσθέως λέων » λέγει, καίτοι ἕνα ὄντα.

Iidem ibid. p. 207, 20: Τοῦ ἐμὲν τὸ προστακτικὸν ἔθι, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ ἔσθι· Ἑκαταῖος· « Ἐνθάδι (scr. videtur ἐνθάδε) ἔσθι· » ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ ἴσθι κατὰ τροπήν.

Photius: Τενθεύς· ὁ Πενθεύς, παρ' Ἑκαταίῳ.

Isidor. Hispalens. (Origin. I, 38), ubi metro heroico dicit minime primum usum esse Homerum, sed longe ante eum et Pherecydem in Moysis cantico Deuteronomii et apud Iobem Moysis æqualem hexametrum versum inveniri, addit hæcce: « Hoc apud Græcos Achatesius Milesius fertur primus composuisse, vel, ut alii putant, Pherecydes Syrius. » Pro *Achatesio* editores *Hecatæo*.

C. O. Müller in Diariis Gœtting. 1832, N. 202 in Hecat. fr. 114 pro Ἰμφέες, qui prorsus sunt ignoti, restitui jubet Τυμφέες.

Post fr. 333 hoc inserendum ex Schol. Thucyd. I, 3, § 2: Ἑκαταῖος ἱστορεῖ, ὅτι Δευκαλίων τρεῖς παῖδας ἔσχε, Πρόνοον, Ὄρεσθέα καὶ Μαραθώνιον· Προνόου δὲ τὸν Ἕλληνά φησι γενέσθαι.

CHARON.

Charon, Lampsacenus, Pythei, ut Pausanias (X, 38) dicit, vel secundum Suidam (2) Pythoclis filius, a Dionysio (Judic. de Thucyd. p. 817 ed. Reiske) eorum ordini scriptorum adnumeratur, quos ἀρχαίων nomine designatos floruisse dicit ante bellum Peloponnesiacum. Eum Herodoto priorem fuisse idem Halicarnassensis alio loco (p. 769) asseverat, nec non Plutarchus et Ter-

σαι καὶ γλυκύτητας, οἷαί εἰσιν αἱ παρὰ Ἡροδότῳ καὶ νὴ Δία γε ἄλλο τι λόγων εἶδος, ὡς ἔκασται περύκασιν ἐργάζεσθαι λόγων ἰδέαι. Εἰκότως οὖν τοῦτο ὁ Ἑκαταῖος πέπονθε, τῆς ἐπιμελείας καὶ τοῦ περὶ τὴν λέξιν κόσμου μὴ ὁμοίως φροντίσας. Τοσαῦτα καὶ περὶ Ἑκαταίου. *Cf.* Demetr. Phaler. De elocut. 12.

(1) Quare fr. 58 pro διδυμοτοκεῖν restituendum διδυμητοκεῖν. *Cf.* Scymn. Chium 378, eadem, ex Hecatæo, ut videtur, narrantem, ubi hæc forma legitur in Manuscr. Parisiensi.

(2) Suidas et Eudocia in Violario: Χάρων Λαμψακηνὸς, υἱὸς Πυθοκλέους, γενόμενος κατὰ τὸν πρῶτον Δαρεῖον οθ' ὀλυμπιάδι· μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν κατὰ τὴν οε' Ὀλυμπιάδα· ἱστορικός· ἔγραψεν Αἰθιοπικά· Περσικὰ ἐν βιβλίοις β'· Ἑλληνικὰ ἐν βιβλίοις δ'· περὶ Λαμψάκου β'· Λιβυκά· ὅρους Λαμψακηνῶν ἐν βιβλίοις δ'· Πρυτάνεις ἢ ἄρχοντας τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ἔστι δὲ χρονικά· Κτίσεις πόλεων ἐν βιβλίοις β'· Κρητικὰ ἐν βιβλίοις γ', λέγει δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Μίνωος τεθέντας νόμους· Περίπλουν τὸν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.

Digitized by Google

tullianus (v. fr. 1 et 4): ut mireris Larcherum (Chronolog. Herodot. p. 643), qui, spreta omnium testimoniorum auctoritate, Charonis natales et Herodoti eidem anno assignare conatus sit. Paullo accuratiora docemur a Plutarcho in Themistocle (c. 27), ubi Xanthus narrasse dicitur Themistoclem ad Artaxerxem venisse, non vero ad Xerxem, uti Ephorus, Clitarchus, alii falsam temporum computationem secuti tradiderunt. Igitur quum Artaxerxes secundum Canonem Astronomicum et Diodorum (XI, 69) Ol. 78, 4 patri in regno successerit, apparet auctorem nostrum post id temporis in Persicis suis vel Hellenicis condendis adhuc fuisse occupatum. Cum his congruit quod Suidas refert floruisse eum Ol. 79 vel, ut mavult, Ol. 75, quo tempore Xerxis classis ad Salaminem est devicta. Sed raro Suidas testis adhibetur, quin simul aut summam ipsius acrisiam aut supinam librariorum negligentiam accuses. Sic nostro quoque loco illa: Κατὰ τὸν πρῶτον Δαρεῖον οθ' ὀλυμπ. aut gravem scriptoris errorem arguere aut egregie corrupta esse, neminem latet, qui Darium noverit jam Ol. 73, 4 e vita decessisse. Quare Sevinus (in *Mém. de l'Acad. d. bell. lett.*, tom. XIV, p. 58) Persæ mentionem ab indocto homine intrusam esse censuit, Creuzerus vero leniorem, ut videtur, medicinam afferens pro οθ' scribendum proposuit ξθ'. Itaque Suidas diceret Charonem jam Ionici belli initio florere cœpisse, majori autem gloria polluisse illo tempore quo Xerxes in Græciam fecerit expeditionem. Non est enim, cur vocem γενόμενος pro *natus* accipiamus, quæ quidem interpretatio eo cautius vitanda est, quo frequentius ea a nostri ævi viris eruditis advocari solet, ut testimonia incongrua et ex diversis temporum calculis profecta inter se concilientur. Nam bene fieri potuit, ut is, qui Ol. 69 prima eruditionis specimina edidit, post quadraginta annos historiæ scribendæ adhuc operam navaret (Cf. Clinton. ad Ol. 68). Igitur si Charonem Ol. 69 annum trigesimum egisse statuamus, natales ejus referendæ sunt ad Ol. 62, ita ut initio regni Artaxerxis natus fuisset annos sexaginta fere et octo.

Sed vides hanc ætatis definitionem totam esse in conjecturis retrusam ideoque incertissimam. Eodem jure quo Olympiadis numerum Creuzerus mutavit, Dario substituere liceret nomen Artaxerxis. Quapropter equidem reputans diversas in antiquitate, quamvis nondum satis exploratas, tempora computandi rationes obtinuisse, quas Suidas omni judicii acumine destitutus haud semel confudit, nil in verbis grammatici mutandum esse puto. Darii mentio fluxisse videtur ex fonte, qui Charonem justo antiquiorem fecit, id quod, ut videbimus, plurimis nostris historicis accidit. Verum Olympiades, quas deinde posuit, quarumque primam inepte cum regno Darii conjungit, ex aliis fontibus petivit; et verum illæ tempus, quo Charon floruit, designare videntur, ita ut vixisse dici possit inter Ol. 67 et 87.

De scriptis Charonis si ex operum catalogo, qualem grammaticus exhibet, conjecturam facere liceret, contra ætatis suæ indolem auctor noster fuit admodum fecundus. Verendum autem, ne posteriorum Charonum opera in antiquissimum hujus nominis scriptorem, uti fieri solet, sint relata. Etenim apud Suidam præter Lampsacenum memorantur Carthaginiensis et Naucratita, quem posteriorem Vossius (De hist. Gr. p. 468) et Johnsius (De script. histor. philos. II, 7, 4) eundem esse suspicati sunt ac ille, qui a Schol. ad Apollon. Rhod. (II, 1055) Apollonii familiaris fuisse ejusque Argonautica commentariis illustrasse dicitur. His adjungendi sunt alii quidam historici, Chares Mytilenæus, rerum Alexandri scriptor (Voss. l. l. p. 62), Charax Pergamenus, uti noster, Hellenicorum et Chronicorum auctor (Voss. p. 341), Chæreas denique, a Polybio (III, 20, 5) tanquam ineptus nugator reprehensus; qui omnes propter nominum vel operum ab iis conditorum similitudinem ut a recentioris ætatis viris doctis sæpe cum Charone Lampsaceno confusi sunt, sic jam a veteribus non semper recte distincti esse possunt videri (v. quæ affert Creuzer. p. 96, sq).

Accedo ad illa scripta, quorum fragmenta quædam ætatem tulerunt. Primum igitur *Persica* duobus libris, *Hellenica* quattuor libris composuit. Ad hæc respexit Dionys. Hal. (Jud. de Thuc. p. 769), ubi dicit: Ἡρόδοτος τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων, Ἑλλανίκου τε καὶ Χάρωνος, τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν παρεκδεδωκότων, οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν· ὅπερ καὶ πεποίηκε. Quibus indicat jejunam illam nullaque jucunditate conditam antiquissimorum historicorum enarrationem, quæ satis haberet summa tantum rerum capita tangere, in causas earum et connexum altius nunquam inquireret. Hanc Charonis operis indolem fuisse intelligitur etiam ex primis fragmentis (1, 2), ubi Pseudo-Plutarchus Charonis et Herodoti de iisdem rebus narrationem componens majorem illi integritatem tribuendo hujus laudes detrectare studet. Nam, ut Sevinus et Creuzerus monent, omnis hæc criminatio eo diluitur quod res a Charone summis tantum lineis descriptas Herodotus accuratius tradidit, singula quæque rerum momenta

Digitized by Google

diligenter exponens. Aliud quo ad charactera Charonis penitius cognoscendum non minimum adjumentum afferri puto, illud est quod fragmento tertio legitur de albis (1) columbis, sinistro Persis naufragii cladisque augurio. Quod quum Herodotus in copiosa sua narratione silentio prætermiserit, Charon vero in opusculo, quod duobus tantum libris totam Persarum historiam inde a Nini (2) temporibus usque ad æqualem auctori ætatem complectebatur, memoratu dignum habuerit, luculenter inde apparet Charonem cupidissimum fuisse prodigiorum et portentorum narratorem. Quam quidem rem explicaverim non tam ex studio illo, quod apud seriores scriptores deprehendimus, orationis siccitatem his quasi condimentis leniendi animumque lectorum demulcendi, quam ex arcta potius conjunctione, quæ antiquissimæ historiæ cum poesi intercesserit ad omina et signa deorum rerum eventus referente.

Ex *Hellenicis* nihil servatum est expressis verbis huic operi adscriptum. Fragmentum de fuga Themistoclis in Persicis æque atque in Hellenicis locum habere potuit, et quod huic subjunximus de Carcino Naupacticorum auctore, non magis certo judicio ad Hellenica referre licet.

Sequuntur apud Suidam *Prytanes vel Reges Lacedæmoniorum*, quorum nomina et res memorabiles sub singulorum regnis gestas sine dubio ex παλαιοτάταις illis ἀναγραφαῖς repetiverat, quarum Plutarchus (Adv. Colot. 17, p. 1156 F) mentionem facit, et quas Herodotus quoque (I, 65, ibique Bæhr.) consuluisse videtur. V. Odofr. Müller. Dor. I. p. 131. Maximopere dolenda est hujus operis jactura, quum multum sane faceret ad veteris chronologiæ rationes penitius intelligendas. Nam quum verisimile sit in publicis illis Lacedæmoniorum catalogis non solum nomina regum consignata fuisse, sed etiam numerum annorum, quibus quisque regnaverat, quæstio oritur quomodo hoc fieri potuerit, quum orales traditiones poetarumque carmina personarum quidem nomina regnorumque seriem suppeditent, numeros vero parum curare soleant. Videntur igitur in hac re veteres artificio quodam, ut ita dicam, ex deorum cultu aliisque civitatum institutis profecto usi esse; quod systema chronologicum sine dubio admodum simplex, sed a serioribus valde obscuratum eruere fortasse liceret, si Charonis operi, sicut simili illi Hellanici de Sacerdotibus Junonis Argivæ, temporum injuria pepercisset. Nusquam enim fragmentum occurrit, quod ex hoc libro repetitum esse dicitur. Exstat vero locus Athenæi (fr. 11), ubi ex Charone ἐν Ὥροις, i. e. *in annalibus*, poculum Alcmenæ a Lacedæmoniis monstratum commemoratur. Nullus dubito quin Ὧροι alius titulus sit operis chronologici a Suida Πρυτάνεις appellati, in quo donaria commemorari horum librorum indoli optime convenit.

Hæc manu nos ducunt ad aliud Charonis opus, Ὅροι Λαμψακηνῶν ἐν βιβλίοις δ' inscriptum. Sic Suidas; atque egisse Charonem de finibus agri Lampsaceni docet locus Polyæni (fr. 10), quem, quamvis nulla adjecta sit fontis notitia, ad Nostrum referendum esse acute vidit summus Creuzerus. Videtur igitur hoc ipso fragmento titulus operis a Suida allatus quam maxime confirmari. Verum sunt quæ scrupulum injiciant et dubitationem, atque pro ὅροις legendum esse suadeant ὥροις. Qua in re proficiscendum nobis est a docta disputatione Schweighæuseri ad Athenæum (Animadv. ad verba Νεάνθης ἐν πρώτῳ Ὡρων, IV, c. 76, tom. II, p. 645 sqq.). Is enim quum apud Athenæum aliosque scriptores animadvertisset fluctuare libros inter vocabula ὥρων, ὡρῶν et ὅρων, ubi scriptorum historicorum tituli excitantur, atque a vett. grammaticis ὡρογράφους i. e. ἱστοριογράφους, τὰ κατ' ἔτος πραττόμενα γράφοντας sæpe laudari vidisset, « mirum vero omnino, ait, debebat videri, quum omnes isti lexicographi nos doceant, ὡρογράφους dictos olim fuisse *Annalium scriptores*, et ὡρογραφίας dictas esse *Descriptiones rerum memorabilium* in civitatibus gestarum juxta annorum seriem digestas; quid ergo esset, quod in infinito numero librorum historicorum, quorum tituli ab iis scriptoribus, qui ad nostram ætatem supersunt, commemorantur, ne unus quidem reperiatur (in Vossii quidem toto opere De historicis Græcis nullum reperire mihi con-

(1) Res illustratur ex Herodoto I, 138, ubi Persæ dicuntur et λέπρῃ vel λεύκῃ morbo affectos (i. e. leprosos) aversati esse et λευκὰς περιστεράς. De his apponere liceat notam Bæhrii : « Hæc vulgo de *albis* intelligunt columbis, quas propter albi coloris similitudinem cum vitiligine laborantibus, quorum pallida facies et albescens, ejecerint. Album enim colorem Persis invisum dictitant. Sed omnium sanctissimum Persis haberi hunc colorem, qui innocentiæ, integritatis adeoque pietatis indicium sit, optime commonstravit Hammer. in *Wiener Jahrbb.* IX, p. 17, 18. Unde consequens est, hic non de albis columbis sermonem institui, sed de *columbis et ipsis leprosis*, quas pariter atque homines leprosos a se remotas voluerint Persæ. Plura Hammer. l. l. » Quod si recte disputatum, in Charonis quoque fragmenti versione pro *albæ columbæ* scribendum esset *leprosæ columbæ*. Sed vehementer dubito.

(2) Hoc indicari mihi videtur fr. 12 de Rhœco, qui, ut Schol. Theocrit. Idyll. III, 13, dicit, Nini in Assyria habitavit. A Nini temporibus Hellanicus quoque Persicorum suorum exordium posuit.

Digitized by Google

tigit) cujus in titulo vestigium conspiceretur vocabuli ὦρος, a quo ὡρογράφοι nomen habuere. At salva res est. In Ionicorum præsertim et Ioniæ vicinorum scriptorum historicis operibus nomen illud quærendum, probabile ex eo fiebat, quod Erotianus, Ionicarum glossarum interpres, in Lexico suo Hippocrateo utrique vocabulo ὦρος et ὡρογράφοι locum dedisset. » Deinde multorum scriptorum operibus, in quibus antea putabatur aut de anni temporibus (ὡραῖς), aut de finibus (ὅροις) sermonem esse, verum titulum restituit. Sic præter Neanthem Cyzicenum ὦρους scripsisse videmus Theoclytum Methymnæum (Athen. XI, p. 470), Aethlium (Athen. XIV, p. 650), Malacum (Athen. XIV, p. 653, E, et 650, D), Alexin Samium (XII, p. 540; XIII, 572, F), Duridem (Athen. XV, p. 696, E, Schol. ad Hecub. 934, Porphyr. in Vita Pythag.), Creophylum. In multis quidem locis optimi libri manuscripti veram lectionem ὦρους exhibent, sed quum hæc vox minus nota esset, a librariis plerumque depravata est. — Quæ omnia si sub unum oculorum adspectum subjicias, non reprehendendus sane Schweighæuserus videtur si etiam apud Suidam pro ὅροις reponi jusserit ὦροις. Ac confirmatur viri celeberrimi sententia eo, quod præter locum Athenæi modo laudatum, ubi ex ὦροις Charonis poculum Alcmenæ commemoratur, alius legitur apud eundem scriptorem (fr. 9) ex libro secundo ὥρων. Sic enim scribitur in melioris notæ libris pro vulgata ὅρων. Narratur ibi quanam arte usi Bisaltæ vicerint Cardianos. Potuit hoc in Lampsacenorum *Annalibus* referri, sed quomodo ad fines eorum pertineat non assequor; contra sponte intelligitur in Annalibus Lampsacenorum dicendum fuisse etiam de ditionis magnitudine, deque litibus quas propter agrorum fines cum Parianis aliisque gentibus vicinis habuerint; ita ut fragm. 10 nil faciat ad consolidandam Creuzeri opinionem. « At, vir doctissimus dicit, obstat testimonium Suidæ vel ejus potius scriptoris, quem is exscripsit, qui hoc non solum dicit, Charonum ὅρους Λαμψακηνῶν conscripsisse quattuor libris, sed primum refert: illum scripsisse περὶ Λαμψάκου, et deinde, interjecta mentione de ipsius Libycis, subjicit eundem condidisse ὅρους Λαμψακηνῶν, quorum quidem quattuor ait libros fuisse, quum illius prioris scripti duo tantum volumina numerasset. » Hæc librorum de Lampsaco divisio parum veri similis est. Nam, ut statuamus Charonem duo de Lampsaco opera composuisse, quorum alterum de finibus agri Lampsaceni egerit, alterum a civitatis originibus exorsum incrementa ejus et res gestas per decursum temporis enarraverit, nonne mirum tum quod posterius posuimus duos tantum libros, alterum vero, quod multo angustiorem materiam tractabat, atque nonnisi in priori opere jam tractata nonnulla uberius persequi poterat, duplicem librorum numerum complexum esse? — Ultro quasi suspicio subnascitur duos ejusdem operis indices a Suida pro diversis operibus laudari. Nec dubitarem hanc sententiam amplecti, nisi cautius agendum esse diversus librorum numerus admoneret. Erunt fortasse qui hunc in altero-utro loco corruptum esse dicant; verum hoc est incidere nodum, non autem solvere. Quare revertendum puto ad id, quo Creuzerus apprime nititur, ut περὶ Λαμψάκου et Ὅρους Λαμψ. opera diversa fuisse demonstraret; nempe ad Λιβυκὰ, inter illa duo scripta interposita. Quod ut ad Creuzerianam sententiam parum adjumenti affert, sic alio modo viam ad veriora poterit patefacere.

Quemadmodum enim Suidas in constituenda Charonis ætate diversas sententias protulit, easque pessime in unum conglutinavit, eadem ratione etiam ad operum catalogum contexendum plures fontes adhibuisse, iisque ita usus esse videtur, ut ubi in libro aliquo indicem operis reperiret in alio fonte aut non memoratum aut aliter elatum, eum in lexicon suum sine hæsitatione inscriberet. Inde evasit uberrimus noster Charonis operum recensus. Nimirum inde a voce Λιβυκὰ nova series librorum incipit, ex alio fonte quam ex quo superior repetita. Etenim Λιβυκὰ procul dubio idem opus sunt quod initio catalogi Αἰθιοπικὰ nominaverat. Nec est cur longius exponamus, cur unus idemque liber sub duobus his titulis potuerit citari (1). Sequuntur in prima serie Περσικά, quæ quum alio nomine vix designari possent, mentio eorum ex altero fonte non iteratur. Deinde afferuntur Ἑλληνικὰ ἐν βιβλίοις δ'· et in altera parte ὅροι Λαμψακηνῶν ἐν βιβλίοις δ', Πρυτάνεις ἢ ἄρχοντες οἱ τῶν Λακεδαιμονίων. Diversa hæc videntur; sed animadvertas eundem librorum numerum in utroque opere excitari; deinde reputes quod in antecedentibus monui, hunc librorum numerum admitti non posse si cum Creuzero illud ὅρους retinere velis, vel si ὥρους Λαμψακηνῶν legeris, quia tum non intelligitur quid fuerit alterum opus περὶ Λαμψάκου ἐν βιβλίοις β'; porro consideres duo hæc opera Libycorum mentione sejuncta esse, atque alterum conjunctum cum libro de Regibus Lacedæmoniorum. Quæ omnia in unum congesta persuadent, sicut

(1) Libyca ista fortasse pertinent ad Charonem Carthaginiensem.

Digitized by Google

Libyca et Æthiopica, eodem modo etiam Ἑλληνικὰ et ὥρους Λαμψακηνῶν eundem librum esse, Λαμψακηνῶν vero ab ipso Suida ut videtur corruptum esse ex Λακεδαιμονίων, Πρυτάνεις denique alium titulum ejusdem operis esse. Post hæc memorantur περὶ Λαμψάκου β', et in altera parte Κτίσεις πόλεων β'. Tituli differunt, librorum numerus est idem. Jam si antecedentia recte disputavi, vel inde probabile fit, his quoque titulis unum laudari opus idemque. Nec id a vero abhorret. Voluit Charon, ita enim existimo, patriæ condere historiam. Sed quoniam, ut rite propositum exsequeretur, de populis illis, qui antiquam Pithyusam urbem et Bebryciam regionem tenuerant, sermo instituendus erat, deinde vero, antequam ad Lampsacum a Nelidis conditam deveniret, de ceteris Ionicis coloniis, quæ Lampsaci fundationem satis longe antecesserunt, simul vero, ut ex Pausania, Strabone, Eusebio discimus, arcte cum illa erant conjunctæ, exponendum erat; quoniam denique, ut ex ipsis fragmentis eruitur, etiam postea de finitimis Thraciæ populis plura Charon retulit, neque Lampsacenorum colonias atque oppida eorum ditioni subjecta silentio præterire poterat; facile intelligitur quomodo aliquis, præsertim si ad priorem libri partem respexerit, totum opus appellare potuerit κτίσεις πόλεων. Sed neque περὶ Λαμψάκου neque κτίσεις πόλεων verus libri index fuisse videtur. Ex more scriptorum Ionicorum et ad similitudinem operis de Lacedæmoniis, hoc quoque inscripsit: Ὧροι Λαμψακηνῶν. Rem ita esse apparet ex fr. 9, ubi quod ex altero libro ὥρων affertur, non potuit locum habere in Annalibus Lacedæmoniorum. Sine dubio Suidas hunc quoque titulum in fontibus suis repperit, sed quum duos libros inusitato hoc vocabulo inscriptos videret, alterum omisit, in altero vero Λακεδαιμονίων mutavit in Λαμψακηνῶν, quum Lacedæmonios denuo inveniret in verbis Πρυτάνεις ἢ ἄρχοντες Λακεδαιμονίων.

Restat, ut moneam nullum exstare fragmentum quod ex opere κτίσεις πόλεων inscripto excitetur: duo tamen sunt, quæ Creuzerus huc referenda putavit. Sine ulla caussa. Primum ad Persica verisimiliter referri dixi in antecedentibus. Alterum, quo ex Charone refertur Arcadem esse Jovis vel Apollinis ex Callistone filium, probabiliter ex ὥροις Λακεδαιμονίων depromtum est.

Quæ præterea Suidas Charoni opera tribuit, ea ab Nostro aliena, ad alium hujus nominis auctorem pertinere videntur.

XANTHUS.

Xanthus, Candaulæ filius, Lydus ex Sardibus. Verba sunt Suidæ (1). Ut jam mittam celebre nomen patris, Lydiam auctoris nostri terram fuisse natalem communi scriptorum consensu confirmatur, verum Sardibus eum oriundum vulgata quidem sententia fuisse videtur, nec ita tamen firma, ut nullus dubitationi locus esset relictus. Patet hoc ex verbis Strabonis (XIII, p. 931): Ξάνθος ὁ παλαιὸς συγγραφεύς, ait, Λυδὸς μὲν λέγεται, εἰ δὲ ἐκ Σάρδεων, οὐκ ἴσμεν.

Quod ad ætatem scriptoris attinet, eum Ephorus (fr. 19) Herodoto antiquiorem dicit atque huic historiæ scribendæ fuisse auctorem. Nec multum tamen ætate historiæ patrem superare potuit, quum Dionysius Halicarnassensis (De jud. Thuc. p. 818) Xanthum cum iis componat auctoribus, qui fuerint ὀλίγῳ πρεσβύτεροι τῶν Πελοποννησιακῶν καὶ μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας. Itaque natus esse videtur circa Olymp. septuagesimam. Scripsisse eum sub Artaxerxe, qui Ol. 78, 4 regnum suscepit, ex fragmento tertio luculenter apparet. Jam quum Suidæ Xanthus dicatur γεγονὼς ἐπὶ τῆς ἁλώσεως Σάρδεων, hoc si ad nostras rationes revocare volueris, necessario cogitandum est de Sardibus ab Ionibus captis (Ol. 69, 1), et γεγονὼς pro *natus* accipi debet. Quæ vocis interpretatio quoniam vix admittenda sit, Creuzerus putavit « peccatum esse a librario, qui perperam repetiverit Σάρδεων, aberrantibus oculis ab altera linea ad priorem, unde nobis obstrusum sit molestum illud : ἐκ Σάρδεων ... ἁλώσεως Σάρδεων, quum posteriore loco scribendum esset Ἀθηνῶν, ut Suidas floruisse Xanthum dicat, quo tempore Athenæ a Persis Xerxe rege captæ sunt (Ol. 75, 1). » Ut ingenue fatear, magis hæc vir venerandus disputasse videtur, ut Suidæ testimonium ad rei veritatem traduceret, quam ut ejus, quem grammaticus exscripsit, opinionem nobis aperiret. Sed de his paullo inferius erit sermo instituendus.

Scripsit Xanthus Lydiaca, quorum quattuor erant libri (2). Verum quæstio est multum diuque agitata, utrum ea, quæ apud veteres scriptores ex Xanthi Lydiacis laudantur, revera sint Xanthi,

(1) Suidas : Ξάνθος, Κανδαύλου, Λυδὸς ἐκ Σάρδεων· ἱστορικός· γεγονὼς ἐπὶ τῆς ἁλώσεως Σάρδεων· Λυδιακὰ βιβλία δ'. — De reliquis Xanthis v. Spanhemius ad Callimach. Del. v. 41. *Cf.* Fabric. Bibl. Gr. ed. Harles. tom. II, p. 159.

(2) Xanthi Lydiaca Menippus quidam in compendium redegit, teste Diog. Laert. VI, 101 : (Μένιππος) ὁ γράψας τὰ περὶ Λυδῶν καὶ Ξάνθον ἐπιτεμόμενος.

Digitized by Google

au Dionysii Scytobrachionis, qui, ut Artemon contendit, sub Xanthi nomine Lydiaca composuerit. Etenim Athenæus (fr. 19), ubi dicit Lydis deberi feminas castrandi inventum, subjicit : ὡς ἱστορεῖ Ξάνθος, ἢ ὁ εἰς αὐτὸν τὰς ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφὼς, Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων, ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς βιβλίων. Creuzerus, quamvis certi quidquam de hac re statui posse neget, tamen propter Athenæum suam ab Artemonis auctoritate opinionem sejungentem, deinde vero propter Dionysii Halicarnassensis de Xantho judicium (quod eo majoris faciendum esse existimat, quo minus ille spuriis libris imponi sibi passus esset) pronior est in eam sententiam, ut Lydiaca nostra genuina putet, nec a serioris ævi homine profecta. Alteram sententiam probare studuit Welckerus in Seebodii *Archiv.* 1830, p. 70 sqq. Nec possum, quin ex animo ei assentiar. Nam quod Athenæus Artemoni opponit nullius est momenti. Nimirum post verba modo laudata pergit: ἀγνοῶν (sc. Ἀρτέμων) ὅτι Ἔφορος ὁ συγγραφεὺς μνημονεύει αὐτοῦ ὡς παλαιοτέρου ὄντος καὶ Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκότος. Profecto nemo negabit exstitisse Xanthum antiquum historiographum, quamquam illud quod Ephorus dicit de vi, qua in Herodotum Xanthi opus exercuerit, nescio an recte, in dubium vocavit Dahlmannus (De Herodoto p. 121). Quid vero hoc impedit, quin postea Dionysius Scytobrachion, non [illegible] nomine ille suspectus (1), aut novum plane opus sub Xanthi nomine ederet, aut vetus illud Xanthi tantopere interpolaret, ut pristinam ejus faciem non amplius posses agnoscere? Complura quidem inter fragmenta occurrunt, quæ quominus ex vero Xantho deprompta putemus non modo nil obstat, sed tantopere sigillo veri et antiquitatis signata sunt, ut libenter ea Lydo nostro vindicaveris : illa dico quæ fragmento tertio, quarto, quinto, octavo ex Strabone exscripsimus. Sed quum fr. 3 Strabo disertis verbis Eratosthenem tamquam fontem suum laudet, haud vana est Welckeri suspicio, cetera quoque, quæ Strabo e Xantho commemorat, ex eodem fluxisse Eratosthene, qui Scytobrachione, æquali fere Apollonio, paullo antiquior fuit.

Restat Dionysius Halicarnassensis, a quo Xanthus prædicatur ἱστορίας παλαιᾶς εἰ καί τις ἄλλος ἔμπειρος ὤν, τῆς δὲ πατρίου καὶ βεβαιωτὴς ἂν οὐδενὸς ὑποδεέστερος νομισθείς. Laus magnifica, quæ non cadere videatur in impostorem. At eidem Dionysio (I, 49, 72) Cephalon Gergithius ἀρχαῖος est καὶ λόγου ἄξιος συγγραφεύς. Igitur hic quoque repudiandum erit testimonium Athenæi (IX, p. 393, D), qui Troica, quæ Cephalionis nomen in fronte habebant, ab Hegesianacte ex Alexandria in Troade, histrione olim, postea poeta (III, p. 80, D; IV, p. 155, B), confecta esse affirmat. Et tamen verissimum est, quod monet Welckerus, dubitationem de γνησιότητι operis alicujus ab uno tantum alterove prolatam in hoc genus disquisitionibus multo majoris esse faciendam, quam silentium multitudinis in titulorum auctoritate bona fide acquiescentis. Quod si in universum valet, nonne tanto acrius insistendum est, ubi falsitatem libri alicujus asseverari videmus a viro, qui ut Artemon opere suo περὶ βιβλίων συναγωγῆς ex professo in hanc rem inquisivisse putandus est? At neque Dionysius, dixeris, passus est sibi falsis libris imponi. Quod nescio quomodo probaturus sis. Nolo denuo excitare Cephalionem; verum non anxie Dionysium veterum scriptorum fidem et veritatem in examen vocasse, sed satis habuisse in aliorum judicio acquiescere, locus arguit a Welckero allatus ex libro de Thuc. p. 864 Reisk. : Οὐδὲ γὰρ διασώζονται τῶν πλειόνων αἱ γραφαὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, οὔθ' αἱ διασωζόμεναι παρὰ πᾶσιν ὡς ἐκείνων οὖσαι τῶν ἀνδρῶν πιστεύονται ἐν αἷς εἰσιν αἵ τε Κάδμου τοῦ Μιλησίου καὶ [illegible]ου τοῦ Προκοννησίου καὶ τῶν παραπλησίων τούτων. Nemo profecto ex hisce verbis contrariam sententiam eruere voluerit. Itaque quod Xanthus prædicatur ἱστορίας εἰ καί τις ἄλλος ἔμπειρος, id ita explicandum esse videtur, ut rerum mythicarum expositionem, qualem Dionysius Scytobrachion sectabatur, haud absimilem fuisse illi credamus, cujus ipse Halicarnassensis in Antiquitatibus Romanis luculenta edidit specimina. Præterea Mytilenensis satis multa veterum scriptorum subsidia ad librum suum contexendum adhibuisse potest, ut eruditionis laude dignus videretur : quod tanto probabilius est, quanto magis Halicarnassensis non tam veram Lydiacarum antiquitatum cognitionem spectasse existimandus est quam rerum narratarum multitudinem. Adde Lydi auctoris nomen oculorum aciem præstrinxisse, atque historiarum obscuritatem verum de earum fide judicium reddidisse difficillimum.

Quodsi igitur ex hac parte Artemonis sententia non possit infringi, ipsis fragmentis ea quam maxime consolidatur. Plurima quæ de ea re Welckerus in medium protulit ad fragmenta paucis jam indicavi. Quare hic nonnisi potiora attingam. Inter ea numerandum est, quod Lesches Arctinum vicisse narratur Olympiade decima

(1) V. Welcker. l. l., ubi disserit admodum sagaciter de Dionysii cognomine, et in libro de Cyclo Hom. p. 82, sqq.

Digitized by Google

octava (fr. 27). Temporum secundum Olympiades computationem a Xanthi ætate alienam esse nemo nescit. Tueri hoc possis a seriore dicens homine Xanthi calculos ad Olympiadum annos exactos esse, neque ipse refragarer quominus simile quid Xanthi Lydiacis accidisse statuerem ac Hellenicis Xenophontis, nisi aliam hujus anachronismi causam doceret Artemon. Sicut in temporibus notandis Scytobrachion contra morem antiquitatis peccavit, eodem modo Alexandrinus grammaticus in ista sese prodit genealogia, quæ Tantalum et Ascalum filios facit Hymenæi (fr. 23). Aliud fraudis indicium inest Plinii loco (fr. 19, p. 40), quem ex Xantho petitum esse acute vidit Creuzerus. Narratur ibi Candaules, rex Lydorum, picturam Magnetum excidii pari rependisse auro. Quod quam sit absurdum, vix est cur pluribus ostendam. Præterea quæ de Magnete et de rogo Crœsi e Xantho apud Nicolaum leguntur, ipsius narrationis tenore et adornatione seriorem ætatem redolent, aliisque de caussis, de quibus Welckerum adeas, suspecta sunt. Huc accedit quod eidem Xantho de Magis opus adscribitur, quod, quum in auctoris nostri tempora omnino non cadat, suppositum esse jam a priori concludere liceret, nisi alterum ex duobus fragmentis, quæ servata habemus, aperta præ se ferret signa falsitatis. Apta vero hæc materia fuit, in qua Alexandrinus homo commentis suis et hariolationibus indulgeret, iisque Xanthi nomine studeret fidem conciliare et auctoritatem. Ut magorum historia, sic etiam vita Empedoclis multa suppeditavit miraculosa liberumque campum reliquit fingendi libidini. De his quoque Xanthus librum scripsisse dicitur. Quem uti summo jure viri docti Lydo auctori abjudicaverunt, sic ad eundem eum referendum esse qui Magica consarcinavit, probabilis est conjectura Welckeri. Igitur quum in tanta fragmentorum paucitate tot occurrant fraudis vestigia, his si Artemonis judicium adjungas, omnis de veritate ejus dubitatio rescinditur. Nec tamen propterea existimandum nihil nos habere ex vero Xantho servatum. Nam, ut mittam quæ de Lydiæ natura apud Strabonem ex Nostro citantur, alia exstant complura, quæ antiquo historiographo optime conveniant. Inter hæc cum Welckero pono, quæ leguntur de Cario et Torrhebo (fr. 2), de Tyrrhenorum et Lydorum cognatione (fr. 1), de Alyatte et Phrygia muliere (fr. 8), de Alcimo et Mopso (fr. 10, 11), de Camblete (fr. 12), de Niobe (fr. 13). Videtur itaque Dionysius Mytilenensis nova quidem Lydiaca condidisse, ita tamen, ut veteris Xanthi historias, prout res et consilium ferebant, iis admiscuerit.

Nimirum veterum historicorum simplicitas sermonis, rerum traditarum paucitas aridaque earum enumeratio non potuit valde placere illius hominibus ætatis, quæ omne genus doctrina abundabat, quæ historicos noverat judicii acumine præstantes summaque pollentes eloquentia, ubi denique rerum mythicarum tractatio invaluerat, qua ad communis historiæ veritatem fabulas revocare studerent. Cujus interpretationis quamvis prima initia ad ipsos logographos pertineant, tamen sobrie admodum et religiositate quadam temperata adhibebatur, totoque cœlo distabat ab Alexandrinorum licentia et insulsitate (1). Ergo antiqua illa scripta in ingenti novorum librorum multitudine plurimi obliviscebantur, doctis et philosophis erant contemtui. Verum hoc ipso tempore (inde ab longinquis expeditionibus Alexandri) multitudinis animos mirus quidam amor invasit narrationum mirabilium, phantasiam excitantium, incredibilium. Neque defuerunt scriptores, qui huic ætatis ingenio indulgentes populi benevolentiam captarent. Atque hi fuisse videntur, qui haud parvum in veteres quosdam scriptores beneficium conferre, simulque suis ipsorum commodis optime consulere putarent, si nomina eorum ex oblivione in vitam revocata suis lucubrationibus præfigerent, ut eas doctis fortasse tamquam novam, locupletatam ætatisque indoli adaptatam veteris operis editionem probarent, præcipue autem, ut apud multitudinem veteris nominis præstigio commentis suis veritatis speciem præberent. Quæ vero materies tali consilio commodior sese obtulit quam historia regum Lydorum? quod deinde nomen ad fucum faciendum vulgo magis idoneum quam illud Xanthi Lydi? Quid, si Welckerum audias, non contenti erant suis libris antiquorum auctorum nomina inscribere, sed eodem consilio eorum familiam, patriam, ætatem mendaciter mutaverunt. Ne dicam de Ceba, neque de Pandione, quorum ille Acusilai, hic Cadmi Milesii pater fuisse dicitur; Candaulen illum Xanthi parentem Welckerus putat a Scytobrachione effictum esse, neque solum patrem celeberrimum, a rege Candaule sine dubio genus ducentem, sed etiam Sardes patriam clarissimam, cujus urbis expugnationi Xanthus tot nominibus jam ornatus non potuit non interfuisse. Conjecturis hæc nituntur, nec tamen ab omni specie veri destitutis.

(1) Videas e. g. quomodo Mnaseas apud Athenæum explicaverit quæ Xanthus fr. 11 de Atergate narravit.

Digitized by Google

Nam offendit Lydium nomen cum Græco compositum(1), dubitat Strabo de Sardibus patria, non quadrat Suidæ de Xanthi ætate testimonium cum iis quæ scimus aliunde.

Redeo ad locum Plinii, ubi Candaules dicitur Bularchi picturam pari rependisse auro. Si quidem omnino fuerit Bularchus celeber pugnarum pictor, ex artis hujus apud Græcos progressu, nonnisi illa demum ætate esse potuit, qua floruit Xanthus. Nec quidquam refragatur, quominus hic talem picturam Bularchi cujusdam memoraverit, præsertim quum valde celebratum esset Magnesiæ infortunium, ita ut Μαγνήτων κακά in proverbium abiissent. Scytobrachion igitur Bularchum ad Candaulæ tempora retulit; pictori impune faciens, quod historico facere non licebat. Sed alia inde quæstio oritur. Etenim de Magnetum excidio sub Candaule nihil constat. Strabo XIV, p. 186 Tauchn. dicit : Καὶ τὸ πάλαι συνέβη τοῖς Μάγνησιν ὑπὸ Τρηρῶν ἀρδην ἀναιρεθῆναι, Κιμμερικοῦ ἔθνους. Treres hi iidem sunt, ut mihi persuasum est, atque illi qui a Scythis ex Europa pulsi Sardes ceperunt regnante Ardye, ut narrat Herodotus I, 15. Res igitur ex Herodoti calculo accidisse debet post Ol. 25. Candaules secundum eundem jam Ol. 16 e vita decesserat. Quare Xanthus (nescio utrum verus an falsus), ut rem ad Candaulen referre posset, aut hunc multo seriorem, aut Cimmeriorum iuvasionem multo priorem fecit. Ut quod primo loco posui probem, movet me Tatianus (Strom. I, p. 327, B), qui Gygem ponit Ol. 23. Ne ibi cum Clintone (p 310 ed. Krüger) medium regni tempus, sed primum ejus annum designatum credam, suadet Plinius (H.N. XXXV, 8), qui « Duodevicesima Olympiade (Ol. 18, 4), ait, interiit Candaules, aut, ut quidam tradunt, eodem anno quo Romulus. » Igitur duas habemus chronologias, septem Olympiadibus inter se distantes, quarum alteram Herodotus sequitur, alteri Xanthus addictus fuisse debet. Sic enim dicere potuit Magnetes excisos esse sub Candaule. Jam si Strabo (XIII, p. 627, et XIV, p. 647) duplicem Cimmeriorum et Trerum invasionem Sardiumque expugnationem statuit, quum tamen Herodotus non nisi unam agnoscat, simplicissimè hæc res, de qua multum disputarunt viri dd., explicatur ex duplice illa quam indicavi chronologia. Differentiam illam septem Olympiadum per omnium regum imperia regnasse, fortasse inde licet concludere, quod Solon, cum Crœsi historia arcte conjunctus, a Tatiano (Orat. adv. Gent. p. 141) Ol. 40, a Suida vero Ol. 47 leges tulisse dicitur. Ut Herodoti calculi ab illis Xanthi septem Olympiadibus distant, sic Eusebius totidem annis discrepat a Marmore Pario. Alyattes regnum suscipit sec. Euseb. 612, sec. M. Par. 605; Crœsus rex factus sec. Euseb. 563, sec. M. Par. 556; Cyrus capit Sardes sec. Euseb. 548, sec. M. 541. Eandemque diversitatem apud alios auctores deprehendi Sic secundum Sosicratem (ap. Diogen. Laert., I, 95; v. Clinton. l. l., p. 310) Gyges rex factus est 715, sec. Euphorionem (v. Fréret in *Mém de l'Acad.*, V, p. 317) Candaules moritur 708. Accuratius de his omnibus disputare jam non licet. Illud tantum moneo, non fortuitas esse illas discrepantias, neque in solis regnis regum Lydorum, sed per totam Græciæ historiam obvias, ejusque rei caussas in veterum ἀναγραφῶν constitutione esse quærendas.

(1) Verum patris nomen fortasse erat Κάνδαλος, quod facile in Κανδαύλης (quod fortasse ejusdem vocis forma Lydia est, ut Κανδαύλης sit *Illustris*) transformari potuit, atque propter significationem vocis locum habere in familia Xanthi. Nam Κάνδαλος, sicut ξανθός, primitiva vocabuli significatione, est : *candidus*, *splendidus*. Quare Κάνδαλος nominatur Solis filius, et Κανδάων nomen (Bœoticum) est Orionis. Tzetz. ad Lycophr. 328. Ut in Lycia Xanthus fluvius et urbs, sic etiam Κανδύβα oppidum.

HELLANICUS.

Hellanicus, Lesbius ex Mytilene (2). Patrem habuit, teste Suida, aut Andromenem, qui idem,

(2) Suidas : Ἑλλάνικος, Μυτιληναῖος, ἱστορικὸς, υἱὸς Ἀνδρομένους, οἱ δὲ Ἀριστομένους, οἱ δὲ Σκάμωνος, οὗ ὁμώνυμον ἔσχε υἱόν. Διέτριψε δὲ Ἑλλάνικος καὶ σὺν Ἡροδότῳ παρὰ Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, κατα τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους· καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλε γεγονότι κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ μικρῷ πρός, ἐξέτεινε δὲ καὶ μέχρι τῶν Περδίκκου χρόνων, καὶ ἐτελεύτησεν ἐν Ἑρπερήνῃ, τῇ κατ' ἀντικρὺ Λέσβου. Συνεγράψατο δὲ πλεῖστα πεζῶς τε καὶ ποιητικῶς.

Præter Hellanicum Mytilenensem memorantur : *Hellanicus grammaticus*, Agathoclis discipulus, Aristarchi, ut videtur, æqualis, qui sectabatur Ptolemæum grammaticum, teste Suida *v.* Πτολεμαῖος γραμματικός. Facile hic cum nostro confundi potest. Plura quæ ad eum referenda sunt, indicavi ad calcem fragmentorum. *Cf.* fragm. 7. Adde Schol. Vatican. ad Eurip. Orest. 1347 : Τῷ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκότι· ὃν οἱ μὲν Θεστορίδην, Φωκέα φασίν, οἱ δὲ Κιναιθῶνα Λακεδαιμόνιον, ὡς Ἑλλάνικος. *V.* Welcker. De Cycl. Hom. p. 251.

Hellanicus Syracusanus, qui vixit Dionis temporibus. Plutarch. Vit. Dion. p. 976 D, E ed. Wechel. Ad hunc fortasse referendum fr. 179, ubi Hellanicus una cum Sophrone laudatur; porro fr. 178 : — ἀναβρίχᾶται δ' ὥσπερ πίθηκος ἐπ' ἄκρα τὰ δένδρα, quæ ab Lesbio quidem aliena esse videntur. Quod propterea moneo, quia ex his fragmentis Sturz. colligere voluit Hellanicum Doriee scripsisse.

Hellanicus Eleus, inter eos fuit, qui Aristotimum,

Digitized by Google

nescio an rectius, aliis dicebatur Aristomenes, aut Scamonem vel potius Scammonem. Quem priorem posui propter vocabuli significationem Hellanico nostro optime convenit, alter eo sese commendat, quod cognominem Hellanicus filium habuisse narratur. Nota enim res est in nepote avi nomen repeti. Sturzius nihil dijudicat, Marxius (ad Ephorum p. 11) Andromeni præferendum ducit Scammonem. Mihi aliter videtur. Etenim Eudocia verba οἱ δὲ Σκάμμωνος ... υἱόν omisit, ut ideo vel ab ipso Suida aliena videri possint; neque dubito quin is, qui hunc Scammonem apposuit, aut de Hellanico cogitaverit ab nostro diverso, aut quæ ad hominem spectant Hellanici nomen mentitum, ad Mytilenensem auctorem retulerit. Error facillimus erat. Apud Clementem Alex. (Stromm. I, p. 361) legitur : Σκάμμων ὁ Μυτιληναῖος καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος .... ἐν τοῖς περὶ Εὑρημάτων (1). Hunc Scammonem eundem esse qui a Suida Hellanici filius dicitur conjectura est Marxii, quæ sponte quasi unicuique sese offert; quanquam id quod hic Scammon περὶ Εὑρημάτων librum scripsisse narratur potest offendere. Nihilominus ulterius progredior idem Scammonis nomen dicens depravatum esse in *Sandon*, apud Suidam, ubi hæc: Σάνδων, Ἑλλανίκου, φιλόσοφος, ἔγραψεν ὑποθέσεις εἰς Ὀρφέα, βιβλίον α'. Hic vero qui de Orpheo scripsit procul dubio filius erat illius Hellanici, qui et ipse Orphicam theologiam, a plurimis Hieronymo tributam, condidisse putabatur (Damascius De principiis c. 13 in Wolf. Anecd. Gr. tom. III, p. 253). Hunc denique Hellanicum de Orphica doctrina scriptorem non esse Lesbium historicum, res ipsa quidem clamare videtur, a multis tamen ejus scripta, neque sine veri quadam specie ad nostrum Hellanicum esse relata paullo infra, ubi de scriptis Hellanici dicendum est, probare studebo. Inde explicandus erit nominum ordo in canone historico apud Anonymum in libello De Artium et Disciplinarum Inventoribus (Bibl. Coislin. p. 597 et Fabric. Bibl. Gr. IX, p. 600 edit. prim.) : Θουκυδίδης, Ἡρόδοτος, Ξενοφῶν, Φίλιστος, Θεόπομπος, Ἔφορος, Ἀναξιμένης, Καλλισθένης, Ἑλλάνικος, Πολύβιος. Sicuti quisque intelligit non potuisse auctorem de alio ac de notissimo illo Hellanico cogitare, eodem modo qui ei inter Callisthenem et Polybium locus assignatur, subfuisse indicat, cur Hellanicum eodem fere tempore vixisse crederet, quo scripsit Hieronymus. Propter hæc igitur de Scammone vel Sandone Hellanici Lesbii filio vehementer dubito. Cum nepote concidit avus.

Vixit Hellanicus, si Suidam sequamur, sub regno Amyntæ (Ol. 56, 4—69, 1) usque ad tempora Perdiccæ, qui ex Marmore Pario regnum adeptus est Ol. 79, 4, 461 a. Chr. Itaque quum Lucianus (De Macrobb. tom. III, p. 224 Reitz.) Hellanicum vixisse dicat annos octoginta quinque, si Ol. 80, 1 vel 81, 1 Noster e vita decesserit, natus est Ol. 57, 3 vel 58, 3; 550 vel 546 a. Chr. Falsum hoc esse jam inde apparet, quod Hellanicum Suidas æqualem facit Sophoclis, Herodoti, Euripidis, quorum natales incidunt in Olymp. 71, 74, 75. Neque tamen hos calculos ipsius Suidæ ingenio deberi, sed pluribus fuisse probatos colligitur ex Chronico Paschali, ubi ad Ol. 67 ponitur Ἑλλάνικος ἱστοριογράφος καὶ Δημόκριτος φιλόσοφος. Quæ quum ita sint, Sturzius omnibus bonarum literarum studiosis summopere commendat Gellii Noctes Atticas, ubi (XV, 23) notus ille locus Pamphilæ : *Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiæ scriptores, in iisdem temporibus fere laude ingenti floruerunt, et non nimis longe distantibus fuerunt ætatibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur, Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides quadraginta.* Verum quantacunque sit feminæ Ægyptiæ eruditio et auctoritas, non possumus in ejus testimonio acquiescere. Nam Hellanicum post pugnam ad Arginusas commissam (Ol. 93, 3, 406 a. Chr.) in condendis historiis adhuc occupatum fuisse probatur fragm. 80. Primus hoc vidit Dahlmannus (*Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte* vol. II, P. I, p. 124), qui itaque erroris incusat Lucianum, Hellanicum putans annos natum nonaginta adhuc operam dedisse scribendæ Atthidi. Parum hoc verisimile; multo minus vero audiendus est Sturzius, qui omnem difficultatem facile dicit ac funditus tolli, si in fragmento modo laudato non historicum sed grammaticum Hellanicum intellexeris, aut Hellanico substitueris Callimachum. Etenim simpliciter dicendum est errasse Pamphilam, neque dubitandum quin ad verum proxime accedat auctor Vitæ Euripidis, qui γεννηθῆναι, ait, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Ἑλλάνικον, ᾗ ἐνίκων περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν οἱ Ἕλληνες

Eleorum tyrannum, urbe ejecerunt. V. Pausan. V, 5. *Hellanici duo Ephesii*, alter pancratiasta, Pausan. VI, 4, alter Olymp. 89 ἐπὶ πυγμῇ παίδων victor, Pausan. VI, 7. His alios addere possis non magis quam hi ad nos pertinentes. Verum repetendum hoc loco est, quod jam in Hecataei vita monuimus, Hellanicum Milesium, quem Suidas ἱστορίας καὶ γῆς περίοδον scripsisse ait, confusum esse cum Hecatæo.

(1) Idem Scammonis opus laudat Suidas v. Φοινικήϊα γράμματα.

Digitized by Google

(Ol. 75, 1, 480 a. Chr.). Accuratissime hæc dicta esse vix contenderim, quum valde probabile sit huncce annum diemque natalem ad nomen Hellanici accommodatos esse. Quare si contra expressa verba testimonii conjecturæ indulgere liceret, natalem annum Hellanici in veteribus catalogis positum putarem Ol. 74, 3, 482 a. Chr., ita ut verus calculus ab illo Pamphilæ differat bis septem annis, quam eandem distantiam in aliis nonnullis quæ ad hanc ætatem spectant deprehendi. Vixerit igitur Hellanicus ab Ol. 74, 3—95, 4; 482-397 a. Chr.

Jam quum Pamphilæ auctoritas, quam multi adstupere solent, quoad Hellanicum labefactata sit, atque verisimiliter ea quæ de Herodoti et Thucydidis ætate habet ex iisdem ἀναγραφαῖς fluxerint, quæ quum ad majorem vel minorem omnia antiquitatem adducerent, rerum distantias tamen æquabiliter observabant: de fide eorum, quam a nonnullis impugnatam plurimi strenue defenderunt, quam maxime est dubitandum. — De Herodoti ætate eædem diversitates reperiuntur quas de Hellanico vidimus. Nam quod Suidas eum una cum Hellanico in aula Amyntæ commoratum dicit, quadrat cum calculo Eusebii atque Syncelli, qui Herodotum (provectiore demum ætate opus suum componentem) floruisse dicunt Ol. 78. Neque defuerunt qui eum post Ol. 74, 1 natum esse dicerent. Sic Tzetzes eum Euripide juniorem facit, levis sane auctoritatis testis, sed in eo qui nunc est rerum statu haudquaquam contemnendus, præsertim quum tot aliis Herodoti vitæ chronologia sit impedita difficultatibus. Quod deinde Thucydidem attinet, Pamphilæ testimonium tantopere adversatur Marcellino, qui historicum mortuum dicit super annos natum quinquaginta, atque ipsius Thucydidis loco (V, 26), ut persuasum mihi sit, Thucydidem non Ol. 77, 2, 471 a. Chr., sed quatuordecim annis post, Ol. 80, 4, 457 a. Chr., lucem conspexisse (2); quod idem si de Herodoto accipitur, de multis melius et probabilius statui potuit quam hucusque factum est. Sed limites circumscripti hujus libelli non admittunt jam diutius me his immorari. Ut redeam ad Hellanicum, potuit is cum Herodoto per aliquod tempus in aula Macedonica degere aut regnante Alexandro, antequam Thurios Herodotus abiisset, aut post ejus reditum sub regno Archelai. Innuit hoc Suidas (3): is vero quum Hellanicum sexaginta tribus circiter annis justo majorem fecerit, neque Alexandrum regem neque Archelaum nominare potuit; sed pro suo calculo Hellanicum apud Amyntam cum Herodoto fuisse dicere debuit; ne tamen nimium tribuamus huic famæ, monet quod idem Suidas Hellanicum obviam factum esse dicit Hecatæo, qui eodem fere tempore e vita decessit, quo alter est in lucem editus. Ut propter veram temporum rationem hoc a vero abhorret, sic jure quodam mentiri potuit is, qui Hellanicum Amyntæ ætate vixisse statueret. Ceterum de vita nostri auctoris nihil compertum habemus nisi illud, quod a Suida Perperenæ, quæ urbs sita est e regione Lesbi ad sinum Adramyttenum, fato defunctus esse narratur.

Conscripsit Hellanicus plurima tum prosaria oratione tum poetica. Hæc sunt quæ de operibus Hellanici tradit Suidas, ac ne paucissima quid m hæc usquequaque vera esse videntur. Accuratiora ex ipsis sunt eruenda fragmentis, ex quibus sane apparet fœcundissimum eum fuisse scriptorem. Si ex titulis a veteribus laudatis conclusionem facere liceret, opera scripsisset circa triginta. Verum satis convenit inter viros doctos hancce quæ videtur duntaxat librorum multitudinem ex isto enatam esse more veterum scriptorum, quo singulas majorum operum partes peculiaribus titulis ab ipsis plerumque effictis laudare solerent. Nihilominus, quæ est horum titulorum atque fragmentorum natura et indoles, res difficillima est et lubrica admodum has partes ita componere et conglutinare, ut qui fuerit majorum operum numerus, ambitus et adornatio inde intelligatur. Quare Sturzius de vera earum dispositione restituenda desperans, eas recensuit ex ordine literarum a quibus incipit cujusque inscriptio. Nos in ordinandis reliquiis ita versati sumus, ut primo loco ponerem fragmenta sub titulo laudata, qui totius alicujus operis inscriptio haberi possit, his deinceps adjungeremus eos titulos, quibus aut majoris operis pars aut cognatum saltem ei argumentum indicaretur. Ita fragmentorum Hellanici dispositio ad eam rationem, quam in reliquis auctoribus secuti sumus, accedit, neque difficultatem creavimus, quominus suo quisque ipsius ingenio in refingendis historici operibus indulgeat. In iis demum fragminibus, quibus nulla libri notitia adspersa est, raro tantum, quod

(2) Thucydidem a. 403 mortuum esse propterea dubito quod lib. I, c. 97 commemorat Atthidem Hellanici, quæ certe non ante finem belli Peloponnesiaci in publicum edita esse potuit.

(3) Cf. Schol. Soph. Philoctet. 201 : Εὔστομ' ἔχε, παῖ] Εἰώθασιν οὕτω λέγειν ἀντὶ τοῦ σιώπα· τὸ δὲ τοιοῦτο κεχίασται, ὅτι Ἑλλάνικός ποτε ἀναγιγνώσκων τὰ Ἡροδότου, ἔλεγε· « Περὶ δὲ τῶνδέ μοι εὔστομα κείσθω· » οὐ διαιρῶν εἰς δύο λέξεις, ἀλλ' ὡς ἂν τις εἴποι, ταῦτα εὔστομα.

Digitized by Google

valde doleo, Sturzii adornationem reliqui. Igitur ordo titulorum in nostra editione hic est :

Phoronis, Bœotica, Asopis; Deucalionia, Thessalica; Argolica, Sacerdotes Junonis Argivæ; Atlantis, De Arcadia; Atthis, Cranaica. — Historiæ, De Gentibus, De Gentium Nominibus, De Gentium et Urbium originibus, De Chii origine, Æolica, Lesbica, (Carneonicæ), De rebus Lydiæ, Troica, Cypriaca, Ægyptiaca, Iter ad templum Jovis Ammonis, Persica, Scythica, Instituta Barbarica.

Jam quid de singulis statuam paucis exponam, quod quidem eo magis necessarium est, quia, re iterum perpensa, in multis ab ordine modo proposito discedendum puto.

Primum commemoro illud opus, quod Barbarorum historiam, quatenus Hellanici ætate perspecta erat, complectebatur, atque ante illa conditum esse videtur quibus tractavit res Græcorum. Inscriptum erat PERSICA, neque tamen Persarum tantum, qui proprie dicuntur, historiam, sed etiam Assyriorum atque Medorum inde a Nini temporibus usque ad æqualem auctori ætatem in eo expositam fuisse, tum ex fragmentis colligi potest, tum disertis verbis testatur locus Cephalionis apud Syncell. p. 315 ed. Dindorf.: Ἄρχομαι γράφειν, inquit, ἀφ' ὧν ἄλλοι τε ἐμνημόνευσαν καὶ τὰ πρῶτα Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος καὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος, ἔπειτα Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασσεύς. Τὸ παλαιὸν τῆς Ἀσίας ἐβασίλευσαν Ἀσσύριοι, τῶν δὲ ὁ Βήλου Νίνος. Libri ejus operis laudantur duo, neque plures, opinor, fuerunt. In secundo enim bella Medica narrata esse indicat, nisi fallor, Strepsæ et Tyredizæ, quæ Thraciæ sunt urbes, commemoratio (fr. 161, 162), quarumque Tyredizæ meminit Herodotus (VII, 25), ubi agit de Xerxis copiarum trajectu. Itaque libro primo res Assyriorum et Medorum breviter recensuisse videtur, altero vero diductius exposuisse regnum Persarum.

Accedo ad opera, quibus res Græcas tum mythicæ tum historicæ ætatis memoriæ prodidit.

PHORONIS continebat fabulas Argolicas inde a Phoroneo, πατέρι θνητῶν ἀνθρώπων, Ogygis æquali, usque ad reditum, puto, Heraclidarum. Libri ejus fuisse creduntur minimum decem. Nam apud Harpocrationem (fr. 4) citatur Hellanicus ἐν δεκάτῳ Φορωνίδος, ubi Stephanephorum Herculis ex una Thestiadum commemorasse dicitur. Verum aut egregie fallor, aut pro ἐν δεκάτῳ scribendum est ἐν δευτέρῳ. Etenim ex fragmento tertio patet jam secundo libro de Hercule sermonem fuisse, atque res ibi narrata ex vulgari rerum ab Hercule gestarum ordine accidit longe post commercium cum Thestiadibus. Deinde vero ex primo fragmento intelligitur tantopere abfuisse Hellanicum a prolixa fabularum enarratione, ut nihil fere nisi genealogias videatur condidisse, quibus paucis verbis rerum gestarum commemorationem immiscuerit. Sic primo statim libro eum Thebanas fabulas tractasse videmus. Inde ultro sese offert operis divisio: nimirum primo libro complexus est antiquissimas Argolidis fabulas atque stirpem Agenoris, altero ad Beli progeniem sese convertit. Ad primum librum Phoronidis pertinent ea quæ de Cadmi historia ex *Bœoticis* citantur. Ex utroque ejus libro desumta sunt *Argolica*.

Quod Argolidi Phoroneus, idem Thessaliæ post diluvium fuit Deucalion, cujus prosapia, apprime numerosa stirps Æoli, exposita erat in DEUCALIONIA, sicuti Phoronis duos libros complectente. Ex hoc opere Dieuchidas Megaricus initium suæ historiæ mutuatus est, auctore Clem. Alex. (Strom. VI, p. 629, A). Ad Deucalioniam referendum est fragm. ex *Thessalicis* Hellanici excitatum, quamquam res memorata (tetrades Thessaliæ) primo oculorum adspectu huic sententiæ videtur refragari. Sed ne dicam, non esse aliud opus, quod Thessalica nominare possis, evanescit hæc quæ videtur difficultas, si reputes solere Hellanicum in fabularum expositione quam maxime respicere ad rationes geographicas. Appendix Deucalioniæ fuisse videtur *Asopis*, in qua stirpem Æaci, Jovis ex Ægina Asopi filia, plane uti Pherecydes ad Miltiadem usque deduxit.

Tertia radix quasi gentium multarumque mater fabularum est progenies Atlantis, duobus libris ab Hellanico in ATLANTIDE ita, puto, exposita, ut ceterarum Atlantiadum stirpem breviter tantum enumeraret, in Electræ vero posteritate subsistens Trojanas fabulas uberius persequeretur. Nam satis multum in rebus Troicis fuisse Hellanicum, præsertim in recensione coloniarum quæ Ilii excidium secutæ sunt, ac nova multa et inaudita de Trojano bello in medium protulisse, ex fragmentis augurari licet et probabile est propterea, quod Lesbius homo non vulgarem Trojanarum fabularum cognitionem facili negotio sibi comparare potuerit. Itaque tota Atlantis, quum maximam partem in rebus Troicis versaretur, etiam *Troica* (quorum item duo laudantur libri) nominata esse videtur. Eidem operi tribuenda erunt fragmenta ex Hellanico περὶ Ἀρκαδίας et περὶ Λυδίας excitata.

Jam ut omnem mythicam Græciæ historiam Hellanicus scriptis suis complexus sit, nihil restat

Digitized by Google

nisi Atticarum fabularum enarratio. Has exposuit peculiari opere quattuor librorum, quod a Thucydide (I, 97) ἡ Ἀττικὴ συγγραφὴ nominatur, in fragmentis autem ad similitudinem seriorum librorum, qui in eodem versabantur argumento, *Atthidis* vel *Atthidum* nomine designatum, et fragm. 20 a Phoronide disertis verbis distinctum videmus. Verum in hoc opere Hellanicus non substitit in fabulosis temporibus, neque data solummodo occasione ad seriorem ætatem descendit, sed continuam contexuit Atticæ historiam inde ab Ogyge vel Cecrope usque ad finem belli Peloponnesiaci. Sæpius eum in rebus Atheniensium ad res Lacedæmoniorum aliorumque fortasse populorum Græcorum respexisse et per se probabile est et indicatur fragmento 67, ubi de Helotis citatur Ἑλλάνικος ἐν τῇ πρώτῃ. Putaveris hoc ex Sacerdotum libro primo desumtum esse, quum operis notitia non sit adjecta. Sed ut ex Atthide petitum credam movet me tum id, quod fragmentum hoc in Harpocrationis Lexico rerum Atticarum legitur, tum quod alia erat in Sacerdotibus librorum divisio. Quum itaque de Helo urbe a Doriensibus in servitutem redacta in Atthide sermo institueretur, fortasse etiam quæ de Spartanorum dixit republica, cujus constitutionem, nulla facta mentione Lycurgi, ad Proclem et Eurysthenem retulit (v. Ephor. fr. 18, 19), in Atthide legebantur. Nil decerno; apparet vero ex fragm. 67 primum nostri operis librum ad minimum pertinuisse usque ad tempora post reditum Heraclidarum, atque verisimiliter usque ad migrationem Ionicam. Altero libro Hellanicum egisse videmus de tribubus a Callisthene institutis ac de sacerdotibus eorumque familiis. Ex tertio libro nihil servatum habemus. Ad quartum, quo probabiliter res inde a Persicis bellis usque ad finem belli Peloponnesiaci gestas exposuit, referendum puto fr. 78 de Andocide a Mercurio genus deducente; quod sine dubio commemoravit ubi egit de caussa Hermocopidarum. Fragmenti 80 ad rem a. 406 gestam spectantis jam supra mentionem feci (1). Facile ex his colligitur Hellanicum summa tantum rerum capita narrasse, quod de rebus inter Medica et Peloponnesiacum bellum gestis expresse testatur Thucydides l. l. breviter has dicens tactas esse et temporum ratione minus diligenter observata.

Quattuor hæc quæ hucusque de rebus Græcis opera recensui, in unum corpus, ut mihi quidem persuasum est, conjuncta erant, atque simul in publicum edita sunt. Distinctiones et divisiones operum librorumque, ut in omnibus fere hujus ætatis scriptis, a seriore quodam homine factæ esse videntur. Itaque quum totum volumen decem libros contineret, quod Harpocration Stephanephori mentionem factam esse dicit Phoronidis libro decimo, id ita explicari possit, ut eum postremum Phoronidis librum, cum postremo libro totius operis, cujus prima pars erat Phoronis, confudisse statuamus.

Ab his vero sejungenda puto *Lesbiaca* vel *Æolica*, quæ duos ad minimum libros complexa σύνταγμα ἐπιχώριον fuerunt, quale Charonem, Ephorum et alios multos scripsisse constat.

Sequuntur SACERDOTES JUNONIS ARGIVÆ, quod opus synopsin chronologicam continebat tum earum rerum, quas in præcedentibus operibus secundum stirpes atque terras distributas jam tractaverat, tum earum quæ in illis propter narrationis modum et tenorem haud commode potuerant commemorari, aut ad populos spectabant, quorum in prioribus nullam rationem habuerat. Etenim inter plures veterum Græcorum tempora rerum notandi rationes una fuit illa, qua res gestæ referebantur ad seriem sacerdotum Junonis Argivæ, quæ proprio nomine Ἡρεσίδες vocabantur (2). Asservabantur sine dubio in templo Junonis earum catalogi, illo tempore, ut videtur, confecti, quo primum hominum animi adducebantur, ut hunc in modum vetustissimorum temporum memoriam quasi stabilirent, et in ordinem quendam redigerent. Neque enim sola nomina sacerdotum in iis consignata fuisse videntur, sed etiam rerum gestarum memorabiliores, eæ maxime quæ ad cultum deorum, ad festa, ludos, alia hoc genus spectarent. His igitur ἀναγραφαῖς Hellanicus tamquam fundamento usus est, cui superstrueret opus historicum res sub singulis sacerdotibus gestas breviter exponens. Sic Thucydides quoque potiora belli Peloponnesiaci παραπήγματα Sacerdotum nominibus notavit (II, 2; IV, 133), eodem-

(1) Non prorsus recte igitur Bougainville in *Mém. de l'Acad.* tom. XXIX, p. 124 dixit : *L'ouvrage de Thucydide était en même temps une continuation et un supplément de l'Atthis de Hellanicus.*

(2) Nomina Sacerdotum apud vett. scriptores obvia hæc sunt : *Callithyia* s. *Callithoe*, Piranti filia, Argi neptis (sive *Io*) prima sacerdos. V. Euseb. Chron. p. 24 et 105 ed. Scaliger. — *Hypermnestra*, Danai filia. Euseb. p. 115, n. 582. — *Alcyone* s. *Alcinoe*, tertia ætate ante bellum Trojanum. V. fr. 53. — *Admete*, Herculis temporibus. Marmor Farnes. *V.* infra. — *Callisto*, tempore excidii Troiæ. *V.* fr. 144. — *Cydippe*, Crœsi ætate. *V.* Fischer. ad Æschin. Dialog. III, 10, p. 136, sq. — *Chrysis*, initio belli Peloponn. Thucyd. II, 2. — *Phaennis*, Thuc. IV, 133.

Digitized by Google

que modo Heraclidem ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ (Plutarch. De Musica, tom. II, p. 1181) tempora distinxisse scimus. Sed quamvis genealogiarum et fabularum et aliorum fortasse catalogorum comparatione multa ad sacerdotum annos revocaverit, alia multa ne his quidem subsidiis accurate constitui potuerunt. Quare vulgarem illum secundum generationes numerandi morem non prorsus reliquit (v. e. g. fr. 83); quid quod interdum utramque computandi rationem conjunxit (fr. 53). Mireris igitur quomodo Hellanicus (fr. 62) ad annum exputaverit spatium inter Ogygem atque primam Olympiadem elapsum; verum tales computationes jam ante Hellanici ætatem factas esse intelligitur ex Herodoto (II, 145); atque satis facili negotio hunc numerum ponere potuit, quippe qui, quamvis nobis accuratissimus esse videatur, nonnisi majorem quandam epocham involvat, ideoque pro rotundo, ut aiunt, habendus sit; id quod fortasse alio loco demonstrabo.

Sacerdotum opus intelligendum esse censeo in duobus illis fragmentis (3, 96), quibus Hellanicus ἐν Ἱστορίαις citatur. Alterum eorum ex Herculis historia petitum, ad eandemque spectat alterum de Hyperboreis. Herculis res narratæ erant in Phoronide; hæc vero ab Historiis expresse distinguitur. In Atthide porro Herculis historia tractari non potuit; in Sacerdotibus autem ejus facinora secundum ordinem chronologicum exposita esse pro certo affirmaverim. Quo accedit quod hocce opus, quippe quod non solum res Græciæ, sed etiam quæ in Asia minori, Italia, Sicilia memoratu digna evenerant, complecteretur, præ ceteris generaliori Historiarum titulo designari potuit, eodemque certe jure quo Charonis Πρυτάνεις Λακεδαιμονίων appellatos vidimus Ἑλληνικά. — Verbo denique commemoro Sturzii opinionem, qui propterea quod Callithoe sacerdos fuit e Phoronei posteris, suspicatur opus illud Sacerdotum fuisse partem Phoronidis.

Libri Sacerdotum laudantur tres, neque plures desidero. Libro primo res deductæ erant usque ad regnum Thesei et Herculis apotheosin, quæ magna erat veteribus chronographis temporum distinctio, quamque Marmor Farnesianum refert ad annum quinquagesimum octavum Admetæ: ΗΡΑΣ ΑΡΓΕΙΑΣ ΙΕΡΕΙΑ ΑΔΜΑΤΑ ΕΥΡΥΣΘΕΩΣ ΚΑΙ ΑΔΜΑΤΑΣ ΤΑΣ ΑΜΦΙΔΑΜΑΝΤΟΣ ΕΤΗ ΝΗ. Hæc vero Herculis consecratio in eundem fere annum cadit, quo Theseus in Cretam profectus est (v. Fréret in *Mém. de l'Acad.* XIV, p. 273). Jam Nisæa a Niso, fratre Ægei, qui pater erat Thesei, nominata esse narratur ex libro primo (fr. 47), verum Minoem (nam de hoc sermo esse debet) Nisæam cepisse et Nisum, Pandionis, affertur ex secundo. Unde patet illud in fine libri primi narratum esse, hoc initio libri secundi. Cum hac re quadrat, quod Hellanicus Theseum, non, sicuti Philochorus, una cum Hercule, sed, ut Pherecydes et Herodorus, solum post Herculem contra Amazonas expeditionem suscepisse dicit. Igitur liber secundus præter regnum Thesei persequi debuit res Troicas, præcipue colonias Græcorum et Trojanorum post Ilii excidium in Italiam deductas (inter quas etiam Romæ mentionem injectam videmus fr. 53). Quare huc refero et fragm. 74, ubi Theseus quinquaginta annos natus Helenam septem annorum puellam rapuisse dicitur, et fragm. 144 de die quo capta sit Troja. Quousque hic liber pertinuerit, accurate dici nequit; sed quum ex eo Chalcidensium et Naxiorum coloniæ circa a. 736 a. Chr. in Siciliam deductæ commemorentur, probabiliter usque ad bella Medica descendit (2). Liber tertius reliquum tempus complexus est. Unum quod superest ex eo fragmentum (52) ad bellum Peloponnesiacum retulerim.

Quodsi igitur hæc recte disputavi, Sacerdotes erant peculiare opus et ab Atthide diversum, quamquam, ne quid dissimulem, sunt quæ in alteram sententiam possis adducere. Etenim frag. 144 Tzetzes ait Trojam captam esse quo tempore Καλλιστὼ ἱέρεια κλειναῖς ἦν ἐν Ἀθήναις. Porro Hesychius (v. Ἰώ) Ionem, quæ prima fuit sacerdos Junonis Argivæ, sacerdotem dicit Minervæ. Utrumque, nisi fallor, ex Atthide Hellanici petitum est, qui quum simpliciter diceret rem aliquam accidisse sub hac vel illa sacerdote, facile est intellectu, quomodo minus attenti Junonem cum dea Atheniensium confuderint. Neque tamen hæc sufficiunt, ut Atthidem et Sacerdotes unum idemque opus fuisse credamus. Urbs Troja capta est eodem anno, quo Demophon rex Atheniensium imperium suscepit (v. fr. 143), ac propterea apte potuit hæc res memorari in Atthide, in

(2) In fragm. 49 verba mutila Ἀθηναῖοι ... εἶλον non sunt Hellanici, ut docet O. Müller. in libro de Minyis p. 416, ubi simul hunc in modum emendata sunt: Ἀθηναῖοι καὶ οἱ μετ' αὐτῶν ἐπὶ τοὺς Ὀρχομενίζοντας τῶν Βοιωτῶν ἐφορμώμενοι Χαιρώνειαν εἶλον πόλιν Ὀρχομενίων. Referenda enim ad Tolmidem Tolmæi f. cum haud exigua manu Atheniensium profectum contra Bœotorum optimates, qui Orchomenum, Chæroneam, inque alias hisce vicinas urbes sese receperant. Procul dubio hæc petita sunt ex *Hellenicis* Theopompi, quæ apud eundem Stephanum v. Ὧρωπος in Hellanici nomen abierunt. Quo commisso errore, quum Hellanicus jam antea laudatus esset, verba quibus Θεόπομπος Ἑλληνικοῖς citatus erat, ab alio omissa esse videntur.

Digitized by Google

qua ad rationes chronologicas Hellanicum attendisse docent fragm. 62 et 82. Magis vero obstat quod diversa fuit horum operum divisio. Qua in re si quis me errasse demonstraverit, ad eam, quam modo innui, sententiam lubenter accedam.

Simile Sacerdotibus opus ac cum illis fortasse conjunctum fuisse debent *Carneonicæ*, i. e. catalogus eorum, qui in Carneis ludis inde ab Olymp. 26, ut videtur, in Apollinis honorem celebratis victoriam deportaverant. Neque enim probo Sturzium, qui Carneonicas ad Lesbiaca pertinere putavit. Nititur hæc opinio interpretatione fragmenti 122, ex qua Hellanicus diceret: Terpandrum omnium primum in Carneis ludis vicisse eo quod Carneonicas et carminibus et orationibus ornasset. Quod ineptum plane foret. Equidem verba : ὡς Ἑλλάνικος ἔν τε τοῖς ἐμμέτροις Καρνεονίκαις κἀν τοῖς καταλογάδην ita explicanda esse credo, ut Hellanicus victorum catalogum, qualis Lacedæmone servabatur, hexametris versibus conceptum apposuerit et deinde pedestri oratione illustraverit et in usus suos converterit (7). Ita si statuamus, minime ex historico evadit poeta. Hoc tamen in caussa fuisse videtur, cur Hellanicus etiam ligata oratione scripsisse dicatur. Quid in hoc opere tractaverit non constat. Nudam victorum enumerationem dare vix voluerit; res ad politicam Græcarum civitatum historiam pertinentes jam recensuerat in Sacerdotibus. Nescio an verum tetigerim, si Hellanicum in Carneonicis tempora rerum quæ ad poetas et musicos eorumque inventa et instituta spectant, eorum nominibus notasse putem, qui Apollinis, ducis Musarum, auguriis victoria erant ornati. Favet huic sententiæ, quod Hellanicus in Carneonicis dixisse fertur, Arionem Methymnæum primum cyclicos choros instituisse (fr. 85). Legitur nunc quidem id narratum esse ἐν Καρναϊκοῖς, quæ Sturzius Atthidis partem fuisse censet; sed verissimam habeo viri docti (in Ephemer. Gœtting 1828, p. 7) a Sturzio laudati conjecturam, cui Dahlmannus quoque album calculum adjecit, scilicet Καρναϊκοῖς vocem corruptam esse ex Καρνεονίκαις.

Devenimus ad titulos : Περὶ ἐθνῶν, Ἐθνῶν ὀνομασίαι, Κτίσεις (Κτήσεις apud Stephan., fr. 109, pro quo Berkelius voluit Κλήσεις). Quibus nominibus idem opus significari recte observavit Sturz., quamvis respuenda sit alia ejusdem conjectura: nempe videri librum De Nominibus Gentium ad literarum ordinem fuisse compositum, quia apud Stephanum v. Ἀγβάτανα laudaretur Ἑλλάδιος ἐν τῷ α στοιχείῳ. Quod si ad Hellanicum, uti Berkelius conjecit, referendum est, sine dubio pertinet ad librum primum Persicorum, atque illud στοιχείῳ librarii stupori acceptum retuleris.

Ex libro De Gentibus brevis mentio fit duorum populorum Scythiæ; cum his igitur conjungenda sunt, quæ citantur ex *Scythicis* (fr. 170 sqq.). Ex Nominibus Gentium fragmentum habemus de moribus Libyorum; his adjungas *Ægyptiaca* atque *Iter ad templum Jovis Ammonis*. Itaque quum quæ ex his libris afferuntur omnia spectent ad barbaras nationes, atque ex fragmentis reliquorum operum vel obiter inspectis intelligatur quantopere in rebus Græcis Hellanicus ad populorum urbiumque origines animum attenderit, ut in iis hunc maxime scopum ante oculos habuisse videri debeat; persuasum mihi est opus De Gentibus nonnisi ad barbaros populos pertinere; quorum quum historia Græcis non satis cognita esset, ut ad genealogicum vel chronologicum ordinem revocaretur, satis habuit auctor nomina eorum, urbes, terrarum naturam, incolarum mores et instituta ad morem fere Geographorum recensuisse. Quæ si mihi largieris, alius exstat titulus, qui toti operi bene convenit : *Instituta Barbarica*, qualia scripserunt Aristoteles, Nymphodorus, Theodectes. Obstare quidem mihi videtur fragm. 112, ubi Hellanicus citatur περὶ Χίου κτίσεως, sed illud ipsum quod expresse dicitur π. Χίου κτ., neque simpliciter κτίσεις laudantur, docet posse hoc ex quovis alio opere, ubi Chii mentionem faciendi occasio erat, esse desumtum; atque res memorata indicat relegandum id esse ad Troica. Accedit quod ne illud quidem satis exploratum habemus, utrum omnino κτίσεις an κλήσεις titulus verior sit.

Jam vero alia oritur difficultas. Porphyrius enim (apud Euseb. P. E. IX, 39, p. 466, B) dicit : τὰ Βαρβαρικὰ Νόμιμα Ἑλλανίκου ἐκ τῶν Ἡροδότου καὶ Δαμάσου (sic) συνῆκται. Hellanicum cognovisse opus Herodoti ipso junioris et summa demum senectute historias suas in vulgus edentis ab omni verisimilitudine abhorret, neque inde quod cum Herodoto Damastes (sic enim legendum) componitur, homo æqualis quidem Hellanici, sed qui ejus discipulus dicitur, Porphyrii testimonium ad majorem probabilitatem adducitur. Repugnat denique Dionysii locus (Epist. ad Cn. Pompej. p. 129), ex quo Hellanici opera ante Herodoti historias in publicum prodierunt. Nam Ἡρόδοτος, ait, τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων, Ἑλλανίκου τε καὶ Χάρωνος, τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν προεκδεδωκότων οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ' ἐπί-

(7) Eadem ratione in Sacerdotibus egisse putari posset propter illud Tzetzæ : ὁ Λέσβιος Ἑλλάνικος ἀείδει fr. 144. Verum non magni hoc faciendum esse bene scio.

Digitized by Google

στευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν. Itaque maledicentiæ incusarem Porphyrium, quippe cui tota fere literatorum respublica infamis sit turba furum et mœchorum; nisi ea quæ Suidas de Zalmoxi ex Hellanico (fr. 173) affert, tantopere in rebus et verbis concinerent cum iis, quæ apud Herodotum (IV, 95) leguntur, ut alterum alterius opus ante oculos habuisse nemo unquam negaverit. Jam quum Herodotus dicat se ipsum hoc accepisse a Græcis ad Pontum habitantibus, atque omnino nil Herodotum Hellanico debere pluribus demonstraverit Dahlmannus (l. l. p. 127, 599), nihil relictum videri possit, quam cum Sturzio, cui suffragatur Creuzerus (ad Herodot. l. l. ed. Bæhr.), Hellanicum repræsentare compilatorem Herodoti. At tertium datur quod unice verum puto. Nimirum Nomima Barbarica Hellanici eandem sortem experta sunt quam Ægyptiaca Hecatæi, quam Xanthi Lydiaca. Quæ res sit paucis explicare studebo.

Zalmoxis Getis monstravit initia. Dixit iis neque se neque convivas suos umquam morituros, sed in locum quendam venturos, ubi cum vitæ perpetuitate omnium fruituri essent bonorum abundantia. Deinde tribus annis in loco subterraneo commoratus, quarto demum in lucem denuo ascendit. Quæ omnia ad doctrinam de animi immortalitate spectare monet Bæhr., Zalmoxin apte comparans cum Sileno, Bacchicorum sacrorum interprete, auctore immortalitatis. Igitur propter argumentum præclarus fuit hic Herodoti locus, quem excerperet iste Hellanicus, qui Orphicam theologiam scripsit. Commemoratur hoc opus a Damascio (περὶ ἀρχῶν in J. Chr. Wolfii Anecd. Gr. tom. III, p. 253) ita: Ἡ δὲ κατὰ τὸν Ἱερώνυμον φερομένη (sc. Ὀρφικὴ θεολογία) καὶ Ἑλλάνικον, εἴπερ μὴ ὁ αὐτός ἐστιν. Hieronymus, quem Damascius eundem cum Hellanico esse suspicatur, a Josepho (Archæol. I, 4 extr.) dicitur Ægyptius, quod non impedit quominus recte fortasse statuerit Tiedmannus (*Griechenlands erste Philosophen* p. 61) eum esse notum illum Rhodium Peripateticum. Idem vero non solum Orphica, sed etiam historica scripsit, quoniam Josephus l. l. laudat ejus Phœnicica. Hæc ipsa autem Phœnicica sine dubio fuerunt pars Βαρβαρικῶν Νομίμων, quæ sub Hellanici nomine venderet. Num Orphicam quoque theologiam tamquam vetus Hellanici opus (3) ediderit, an hæc in Νομίμοις Βαρβαρικοῖς Ægyptiacis inserta fuerit, an denique ab aliis Hellanico vindicata sit, qui utrumque opus ab eodem auctore profectum esse viderunt, hoc, inquam, in medio relinquo. Utut sit, optime cum his quadrat quod Clem. Alex. Stromm. VI, p. 629. dicit: τὰ Μελεσαγόρου ἔκλεψεν Ἑλλάνικος. Nam hujus quæ ferebantur scripta referta erant talibus hariolationibus atque Orphicis historiunculis. Sed videamus singula.

Pars Institutorum Barbaricorum, ut modo dixi, fuerunt Ægyptiaca. Jam vero Photius Sopatri ἐκλογὰς compositas dicit ἐκ τῶν Αἰλίου Δίου περὶ Ἀλεξανδρείας καὶ ἐκ τῶν Αἰγυπτιακῶν Ἑλλανίκου, δι' ὧν μυθικὰ καὶ πλασματικὰ πολλὰ συλλέξας etc. Nonne suspicionem movet Hellanicus Lesbius cum Ælio compositus? Multo magis certe ad Ælii Severi commentarios accedere debuerunt Ægyptiaca Hellanici Ægyptii, quæ sine dubio copiosas expositiones de Ægyptiorum theologia, atque mythicam de hujus terræ miraculis farraginem præbebant. Ac profecto non abfuisse disputationes philosophicas ex illis apparet quæ ex Hellanici Ægyptiacis leguntur apud Arrianum in Dissertat. Epict. II, 19 et inde apud Gellium in N. A. I, 2: Τῶν ὄντων, inquit, τὰ μέν ἐστιν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τὰ δ' ἀδιάφορα. Ἀγαθὰ μὲν οὖν αἱ ἀρεταὶ καὶ τὰ μετέχοντα αὐτῶν· κακὰ δὲ κακίαι καὶ τὰ μετέχοντα κακίας· ἀδιάφορα δὲ τὰ μεταξὺ τούτων, πλοῦτος, ὑγίεια, ζωὴ, θάνατος, ἡδονὴ, πόνος. Ad quæ Sturzius: « Potest profecto hic locus desiderium omnium Hellanici librorum vehementer augere etiam in eorum animis, qui in cognoscenda philosophiæ historia id sibi agendum esse putant, ut hodie ignoramus. » Ut ipse lector judicare possit, locum a Damascio ex theologia allatum apponam: Ὕδωρ ἦν, φησὶν, ἐξ ἀρχῆς καὶ ὕλη, ἐξ ἧς ὑπάγει ἡ γῆ, δύο ταύτας ἀρχὰς ὑποτιθέμενος πρῶτος, ὕδωρ καὶ γῆν· ταύτην μὲν ὡς φύσει σκεδαστήν· ἐκεῖνο δὲ, ὡς ταύτης κολλητικόν τε καὶ συνεκτικόν· τὴν δὲ μίαν πρὸ τῶν δυοῖν ἄῤῥητον ἀφίησιν· αὐτὸ γὰρ τὸ μηδὲ φάναι περὶ αὐτῆς ἐνδείκνυται αὐτῆς τὴν ἀπόῤῥητον φύσιν· τὴν δὲ τρίτην ἀρχὴν μετὰ τὰς δύο γεννηθῆναι ἐκ τούτων, ὕδατος φημὶ καὶ γῆς· δράκοντα εἶναι, κεφαλὰς ἔχοντα προσπεφυκυίας ταύρου καὶ λέοντος, ἐν μέσῳ δὲ θεοῦ πρόσωπον· ἔχειν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων πτερά· ὀνομάσθαι δὲ χθόνον (χρόνον Jablonski Panthei Ægyptior. P. I, p. 191) ἀγήρατον· φύσιν οὖσαν· τὴν αὐτὴν καὶ Ἀδράστειαν, ἀσώματον, διοργωμένην, ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ τῶν περάτων αὐτοῦ ἐφαπτομένην· ταύτην οἶμαι λέγεσθαι τὴν τρίτην ἀρχὴν κατὰ τὴν οὐσίαν ἑστῶσαν· πλὴν ὅτι ἀρσενόθηλον αὐτὴν ὑπεστήσατο, πρὸς ἔνδειξιν τῆς πάντων γεννητικῆς αἰτίας. Καὶ ὑπολαμβάνω τὴν ἐν ταῖς βαῤῥβδίαις θεολογίαν ἀφεῖσαν τὰς δύο πρώτας ἀρχὰς, μετὰ τῆς μιᾶς πρὸ τῶν δυοῖν τῆς ἐν στιγῇ παραδοθείσης: ἀπὸ τῆς τρίτης μετὰ τὰς δύο, ταύτης ἐν στήσασθαι τὴν ἀρχὴν, ὡς πρώτης ῥητόν τι ἐχούσης καὶ σύμμετρον πρὸς ἀνθρώπων ἀκοάς. Οὗτος γὰρ ἦν ὁ πολυτίμητος ἐν ἐκείνῃ χρόνος ἀγήρατος, καὶ αἰθέρος καὶ χάους πατήρ. ... Καὶ ἤδη ἡ θεολογία πρωτόγονον ἀνυμνεῖ καὶ Δία καλεῖ, πάντων διατάκτορα καὶ ὅλου τοῦ κόσμου.

(7) Mirandum sane Sturzium revera putare Hellanicum Lesbium in Ægyptiacis de Orphica theologia in modum Hieronymi exposuisse. Ad verba Damascii supra allata dicit: « Quæ sic interpretor: *nisi quidem alter ex altero sua hausit, ita ut ambo non nisi unius auctoris loco habendi sint.* Uter autem alterum secutus, nos

Digitized by Google

quo ex fonte dogma quodque haustum sit, intelligant. Idem ille Hellanicus, qui h. l. præclarum edidit eruditionis et sapientiæ specimen, non dedecere putavit suam personam, si aliis in locis, ubi meræ historiæ narrandæ essent, rem quamque ita, ut fando vel aliis modis accepisset, narrando redderet. Unde necessario debuit nonnulla, vel si mavis multa, scriptis suis immiscere, quæ vel sana ratio demonstraret vana esse nec ullo modo fide digna. Fortasse hic locus desumtus est ex Ægyptiacorum præfatione, in qua multis modis potuit sapientiam suam et judicandi facultatem declarare, quo magis perspicerent lectores, ubi narrasset res omnem fidem humanam superantes, id ab ipso factum esse non judicii infirmitate, sed religiosa quadam in narrando diligentia. » Noli a me impetrare ut hæc refutare studeam. Deleveram in fragmentis locum modo laudatum, quippe quem animi caussa Arrianus Hellanico tribuisset; sed jam vides non esse cur levitatis crimine Arrianum oneremus, quum vel hæc ipsa vel similia saltem in Ægyptiacis, quæ Hellanici nomine circumferebantur, reperiri potuerint, nec auctore Ægyptio sint indigna.

Deinde quæ ex Gentium Nominibus (fr. 93) de moribus Libyorum leguntur, eadem fere apud Herodotum exstant, ut jam Valckenarius Hellanicum suspicaretur Herodotum exscripsisse. Igitur hæc quoque Hieronymo tribuenda sunt, sicuti etiam Iter ad templum Jovis Ammonis, quem librum non vere Hellanici esse Athenæus indigitat verbis : εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα.

Restat aliud Hellanici opus Διὸς πολυτυχία inscriptum. Quod utrum metricum opus fuerit necne, dijudicari vix potest. Nam ne illud quidem satis scimus, quid titulus sibi velit. Vossius (De histor. Gr. p. 450) legendum putavit πολυτοκία vel πολυτεχνία. « Sed non video, Sturzius ait, cur non πολυτυχία ad analogiam nominis εὐτυχία et similium, recte dici potuerit de varia et multiplici fortuna, ita ut hoc raro et exquisito vocabulo indicaretur historia sive carmen de Jove, ratione imprimis habita variarum fortunæ vicissitudinum, quibus obnoxius fuit. Quæ quidem res ampliorem fingendi scribendique materiam suppeditaverit necesse est, quam sola liberorum multitudo. Sin autem hæc ratio cuipiam displicet, videat ille an magis probanda videatur πολυπτυχία, ut multiplex et tortuosum Jovis ingenium dicatur ab Hellanico descriptum fuisse. » Perplacet mihi hæc conjectura, quamvis de sensu vocis πολυπτυχία paullo aliter statuendum putem. Ante omnia vero monendum erat hoc scriptum historiographo nostro omnino abjudicandum esse. Non fugit hoc nec fugere potuit Welckeri sagacitatem (de Cycl. Hom. p. 49). Attamen non ad grammaticum Hellanicum hoc scriptum retulerim, quæ est Welckeri sententia, sed ad eundem qui Ægyptiaca atque Iter ad templum Jovis Ammonis composuit; quid, non improbabile est Διὸς πολυπτυχίαν, sicuti theogoniam Orphicam, partem fuisse Ægyptiacorum. Nam non dubito, quin argumentum ejus libri fuerit de doctrina cosmogonica. Jupiter Orphicis his philosophis est, ut ipsius Hieronymi verbis rem eloquar, ὁ πολυτίμητος ... χρόνος ἀγήραος, καὶ αἰθέρος καὶ χάους πατήρ ... καὶ ἤδη ἡ θεολογία πρωτόγονον ἀνυμνεῖ καὶ Δία καλεῖ, πάντων διατάκτορα καὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Apte igitur Jovis nomen poni potuit in fronte operis theogonici. Tum in πολυτυχία latere putaverim πολυμυχία, qui titulus similis esset illi Pherecydei operis Ἑπτάμυχος inscripti. Sed præferendum fortasse est quod Sturzius suspicatus est, πολυπτυχία Quod quid sibi velit explicandum est ex allegorica Orphicorum dicendi ratione, atque significari potest hisce verbis Pherecydis Syrii (ap. Clem. Alex. Stromm. VI, p. 621, A): Ζᾶς ποιεῖ φάρος μέγα τε καὶ καλόν· καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγῆνον καὶ τὰ Ὠγήνου δώματα, et aliis ll., quibus universum cum pallio comparat.

Ex simili allegoria locus Fulgentii (p. 174) desumtus esse videtur. Incerta hæc, quod bene scio; meliora et certiora doceant alii.

Igitur, ut quæ in antecedentibus disserui, paucis comprehendam, multi illi librorum tituli ita distinendi atque conjungendi sunt, ut inde quinque vel sex opera constituantur, quibus totius orbis terrarum historia, quantum ejus tum temporis fieri poterat, contineretur. Barbaris populis destinata erant Persica et Instituta Barbarica, quorum hæc postea denuo edidit, ut ita dicam, Hieronymus, i. e. hoc opere ejusque adornatione atque vetere Hellanici nomine usus est, ut historiarum farragini ex Amelesagora, Herodoto, Damaste, aliis corrasæ atque philosophicis suis doctrinis in Ægyptiacorum libro expositis fidem et auctoritatem conciliaret. Res Græcas ita tradidit Hellanicus ut primum opusculum scriberet de rebus patriæ; deinde in majori opere totius Græciæ historiam eum in modum adornaret, ut in rebus mythicis quattuor fabularum atque gentium quasi familias discerneret, quarum auctores Phoroneus, Deucalion, Atlas, Cecrops, quarumque primitivæ et primariæ sedes fuerunt Argolis, Thessalia, Arcadia, Attica. In his uberiorem fabularum enarrationem plerumque repudiavit, maximam

Digitized by Google

in eo curam ponens, ut genealogica fila sine interruptione texeret iisque insereret quæcunque spectant ad origines gentium et urbium et si quæ sunt horum similia. In Atthide denique a mythicis in historica tempora descendit, Athenarumque fata ad suam usque ipsius ætatem narrando devolvit. Omnes denique res memorabiliores a Græce loquentibus gestas et mythicæ et historicæ ætatis, tum ad respublicas tum ad artes deorumque cultum spectantes, synchronistica et compendiaria ratione notavit in Sacerdotibus Junonis et in Carneonicis (1).

Quæ omnia si sub unum oculorum conspectum subjicias, non difficile est pronuntiare quemnam locum Hellanicus inter antiquiores historicos occupaverit. Nimirum vetus hoc historiæ scribendæ genus ad summum pro illis temporibus perfectionis gradum adduxit. Etenim quæ una cum prosa historiographia emersit statim ab initio duplicem viam ingressa est, quarum altera fuit logographorum arctiori vocabuli sensu, altera geographorum. Prior tota in eo versabatur, ut deorum hominumque historiam genealogiarum ope in ordinem quemdam redigeret. Quod quamquam propter traditionum poeticarum, quæ tunc erat, multitudinem earumque discrepantiam non sine delectu quodam et judicio fieri potuit, tamen, quum penitior rerum mythicarum intelligentia huic ætati sicuti sequentibus omnibus deesset et deesse deberet, his auctoribus in plurimis nihil relictum erat nisi vel horum vel illorum poetarum, quos fide dignissimos haberent, reddere narrationem. Unde factum est, ut ii, qui ex rerum superficie naturam earum definire solent, hoc ipsum logographorum consilium fuisse dicant, ut hexametros versus in prosam orationem dissolverent. Quo sane nihil ineptius excogitari potest. Ea vero in quibus antiquissimum hoc historicorum genus a poetarum narratione jure sibi recedendum esse, et quæ tamquam vera πλάσμασι poeticis opponenda putare debebant, ea continebantur traditionibus quas dicunt ἐπιχωρίοις. Initio hæc pauca fuerunt, nimirum ea quæ patria scriptoris posset suppeditare; atque hæc pauca plerumque criterio fuerunt, cur vel his vel illis mythis, prout cum patriis fabulis plus minus conciliari poterant, majorem vel minorem fidem tribuerent. Hæc ratio mox manu duxit ad eas historias, quibus auctor solas res patrias tractavit, angustiorem quidem materiam, sed in qua ubique ad veritatem attingere posse sibi videretur. Ut vero ulterius hac via progrederetur historia, maximi momenti fuerunt studia et itinera geographorum. A quibus quum in ipsis locis et ex rerum monumentis permagna traditionum copia de urbium originibus, gentium migrationibus, deorum cultu etc., collecta esset, fieri potuit, ut quæ a singulis in singularum civitatum historia præstita erant, eadem jam in totius fere orbis terrarum historia præstarentur. Atque hoc est, quod efficere studuisse videtur Hellanicus. Is logographiam cum geographi studiis ita conjunxit, ut possis dubitare, utrum genealogias an potius geographiam scripserit. Quæ librorum indoles optime colligitur ex paucis verbis Agathemeri I, 1, ubi postquam Anaximandri de geographia merita laudans hunc primum dixerat orbem terrarum in tabula pinxisse, deinde vero Hecatæum, ἄνδρα πολυπλανῆ, eandem rem diligentius et ad admirationem usque tractasse, pergit: Ἑλλάνικος γὰρ Λέσβιος, ἀνὴρ πολυίστωρ, ἁπλάστως παρέδωκε τὴν ἱστορίαν. Ut ex verbo ἱστορίαν apparet Hellanicum non scripsisse opera mere geographica (quod ne de Barbaricis quidem Institutis valere videtur), sic elucet historiam ejus, cum Anaximandri et Hecatæi operibus compositam, ad librorum geographicorum naturam proxime accessisse, verum ἁπλαστον exhibere geographiam, i. e. non ita ex terrarum efformatione regionumque situ adornatam, ut lector ab uno loco ad alterum subsequentem ductus plasticam quasi regionum imaginem animo concipere posset. Ex eadem re intelligitur cur eadem opera modo mythicis modo geographicis nominibus citentur, cur deinde magnum illud de rebus Græcis opus in tot particularia opera distinctum videamus. Pherecydes quoque heroicorum temporum historiam secundum stirpes distributam tractavit, attamen libri hujus operis ubique continua serie laudantur, quia narrationes ejus præmissa deorum historia atque uberiore fabularum expositione magis inter se conjunctæ, sicuti quæ sequebantur carmina epica, unum quoddam efficiebant et simplex; in Hellanico autem κατὰ τόπους omnia magis distinebantur.

Saluberrimum fuisse hunc historiam scribendi modum, quo a poetarum carminibus res ad monumenta fabulasque locorum revocarentur, nemo negabit. Neque vero tum temporis Græci homines diu in eo potuerunt perseverare. Eo ipso tempore, quo Hellanicus sua opera scripsit, novum atque diversum plane historiæ genus vigere cœpit, breve temporis spatium præsentis ætatis

(7) Ex his igitur facienda erit fragmentorum dispositio, quæ in plurimis quidem facillima, in multis tamen semper erit dubia, quum easdem res Hellanicus in diversis operibus attingere soleat. Lector ipse videat.

Digitized by Google

complectens, in interiores rerum caussas inquirens, civili et morali prudentia plenum, luminibus ornatum eloquentiæ. Itaque fieri non potuit, ut qui post Hellanicum ad universalem Græciæ historiam condendam denuo sese accinxerunt, hujus scriptoris vestigia premerent; sed, quamvis multa sine dubio ei accepta referrent, in plurimis tamen alia prorsus via incedebant.

Fides et auctoritas Hellanico a veteribus sæpe denegata est. Ac quum in tot partes se converterit ejus ingenium, haud semel eum errasse lubenter largiemur (v. fr. 111, 172, 108). Quod vero Ephorus (ap. Phot. cod. 72, p. 64, 18) eum ἐν πλείστοις ψευδόμενον dicit, atque Strabo (XIII, p. 612, A) eum in tractandis rebus antiquissimis ita se negligentem præbuisse, ut facilius hoc in genere credi posset Hesiodo, et Homero, et Tragicis, hoc videndum est ut recte intelligamus. Neque enim aliud fere esse videtur ac si dixissent: Hellanicus mendaciis squalet, quia in multis poetarum narrationi, cui universa Græcia religiosam fidem habet, obscuras quasdam locorum fabulas substituere conatus est, atque in aliis monumenta sequi maluit quam incertam quidem, attamen vulgarem opinionem. Sic Strabo (fr. 145) ei crimini vertit, quod secundum ipsorum Trojanorum narrationem, Trojam a Græcis nunquam funditus eversam atque τὴν αὐτὴν εἶναι πόλιν τὴν νῦν τῇ τότε contenderit. Plura ejusmodi, apprime in Troicis, ubi multa ἐπιχώρια proferre potuit, apud eum obvia fuisse, significant verba Strabonis modo laudatis subjecta: οἷος ὁ ἐκείνου μῦθος (noli cum Xylandro scribere θυμός). Ephorus (fr. 91) eum reprehendit, quod Lacedæmoniorum reipublicæ constitutionem ad Proclem et Eurysthenem referens his tribuisset, quæ essent Lycurgi, cujus ne mentionem quidem injecisset. Sed primum reputes Hellanicum hæc, quum in Atthide narrata videantur, nonnisi obiter commemorasse; deinde vero quod Lycurgum non nominavit, documento esse potest eum quæ de Spartanorum civitate tradidit ex veteribus hausisse Lacedæmoniorum ἀναγραφαῖς, in quibus Lycurgo locum non fuisse statuit O. Müller. Dor. I, p. 132. Ac revera pleraque quæ vulgo Lycurgo tribuuntur eo multum antiquiora esse hodie nemo nescit.

Quod fuerit Hellanici genus dicendi ex reliqua operum indole licet conjicere. Si in antiquissimis logographis, ut in Hecatæo, oratio habuit dulcedinem quandam, quæ posteris illam commendaret; hanc eodem modo diminutam esse patet, quo magis scriptores a poetarum narratione accederent ad solam nominum, rerum gestarum, locorum, monumentorum enumerationem. Hellanici igitur sermo non potuit valde placere neque imitatione dignus haberi. Testis est Hermogenes (περὶ ἰδεῶν 2, p. 614 ed. Colon.), qui, de Theopompo, Ephoro, Hellanico et Philisto agens, ζήλου καὶ μιμήσεως, inquit, τὰ εἴδη τῶν λόγων αὐτῶν οὐ πάνυ τοι, μᾶλλον δὲ οὐδ' ὅλως, ἠξίωται παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καθάπερ τὰ τῶν ἄλλων, οἷον Θουκυδίδου, Ἡροδότου, Ἑκαταίου, Ξενοφῶντος, τῶν λοιπῶν. Cum Philisto etiam a Photio (cod. 176, p. 204) componitur. Dialecto usus est, ut plerique istius temporis historici, Ionica, colorata sine dubio formis Æolicis. Quod Sturzius eum Dorice vel Æolice scripsisse suspicatur, ejus rei indicia protulit parum idonea. V. supra.

In fine hujus commentationis apponere liceat locum Dionysii (Jud. de Thuc. p. 138, 36), qui tum ceterorum logographorum tum maxime Hellanici operum formam et indolem optime depingit. Οὗτοι, inquit, προαιρέσει τε ὁμοίᾳ ἐχρήσαντο περὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὑποθέσεων, καὶ δυνάμεις οὐ πολύ τι διαφερούσας ἔσχον ἀλλήλων· οἱ μὲν, τὰς Ἑλληνικὰς ἀναγράφοντες ἱστορίας· οἱ δὲ, τὰς βαρβαρικάς· καὶ αὐτὰς δὲ ταύτας οὐ συνάπτοντες ἀλλήλαις, ἀλλὰ κατ' ἔθνη καὶ κατὰ πόλεις διαιροῦντες (8) καὶ χωρὶς ἀλλήλων ἐκφέροντες, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν φυλάττοντες σκοπὸν, ὅσαι διεσώζοντο παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις μνῆμαι κατὰ ἔθνη τε καὶ κατὰ πόλεις, εἴτ' ἐν ἱεροῖς, εἴτ' ἐν βεβήλοις ἀποκείμεναι γραφαὶ, ταύτας εἰς τὴν κοινὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐξενεγκεῖν, οἷας παρέλαβον· μήτε προστιθέντες αὐταῖς τι, μήτε ἀφαιροῦντες· ἐν αἷς καὶ μῦθοί τινες ἐνῆσαν ἀπὸ τοῦ πολλοῦ πεπιστευμένοι χρόνου, καὶ θεατρικαί τινες περιπέτειαι, πολὺ τὸ ἡλίθιον ἔχειν τοῖς νῦν δοκοῦσαι. Λέξιν τε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὴν αὐτὴν ἅπαντες ἐπετήδευσαν, ὅσοι τοὺς αὐτοὺς προείλοντο τῶν διαλέκτων χαρακτῆρας, τὴν σαφῆ καὶ κοινὴν καὶ καθαρὰν καὶ σύντομον καὶ τοῖς πράγμασι προσφυῆ, καὶ μηδεμίαν σκευωρίαν ἐπιφαίνουσαν τεχνικήν. Ἐπιτρέχει μέντοι τις ὥρα τοῖς ἔργοις αὐτῶν, καὶ χάρις τοῖς μὲν πλείων, τοῖς δ' ἐλάττων· δι' ἣν ἔτι μένουσιν αὐτῶν αἱ γραφαί (9)

(8) Hoc quam maxime de Hellanico valere ex supra disputatis vidimus, et ab eodem Dionysio nominatim ei tribuitur p. 139, 10: Θουκυδίδης οὐκ ἐφ' ἑνὸς ἐβουλήθη τόπου καθιδρῦσαι τὴν ἱστορίαν, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἑλλάνικον ἐποίησαν· et p. 140, 13: Θουκυδίδης οὐ τοῖς τόποις, ἐν οἷς αἱ πράξεις ἐπετελέσθησαν, ἀκολουθῶν ἐμέρισε τὰς διηγήσεις, ὡς Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑλλάνικος.

(9) Fragmentis Hellanici addas: Stephan. Byz.: Βεμβῖνα, κώμη τῆς Νεμέας. Ἑλλάνικος δὲ Βέμβινον καὶ πόλιν φησίν. Ad fr. 6 omissus est locus in Certamine Hesiodi et Homeri: Ἑλλάνικος μὲν γὰρ καὶ Κλεάνθης Μαιόνα (vulgo Βίωνα) λέγουσιν (Homeri patrem fuisse). Fragm. 102 formam Ὀμφαλις defendit Unger. in Thebanis Paradoxis I,

Digitized by Google

PHERECYDES.

Pherecydes fuerunt duo, alter philosophus ex Syro, alter historicus Atheniensis (*). Prior etsi ad nos non pertinet, tamen, quia a Suida aliisque cum altero sæpenumero confunditur, de utroque nobis dicendum est.

Pherecydes philosophus, Babyos filius, patriam habuit Syrum sive Syram sive Syriam, unam ex Cycladibus insulis. Hoc patriæ nomen si conjungas cum iis, quæ de doctrina Pherecydis et qua eam adeptus sit ratione traduntur, nec non cum ambitioso quodam seriorum scriptorum studio, facile intelligitur, qui factum sit, ut apud multos scriptores, quos diligenter recenset Sturz. p. 2, natale Nostri solum in Syriam, Asiæ regionem, vel Assyriam translatum sit.

Vixit Pherecydes secundum Suidam, Alyattis temporibus, secundum Diogen. Laertium (I, 121) Ol. 59. Quam testimoniorum discrepantiam (nam Alyattes secundum Euseb. jam Ol. 54 moritur) Clintonus (F. H. p. 9 Krüg.) ex more vulgari ita conciliare vult, ut γέγονεν apud Suidam sit, *natus est*. Falso; differentia illa ad eandem chronologiarum confusionem referenda est, de qua ad Xanthum monui. Videtur Suidas Pherecydem septem Olympiadibus priorem posuisse (Ol. 52) quam Diogenes, cujus vero rationes veriores esse tum ex aliis testimoniis constat, tum ex Cicerone (Tusc. I, 16), qui eum æqualem facit Servio Tullio.

Hic igitur Pherecydes a serioris ævi scriptoribus, quorum nomina exscribere tædet, uno fere ore Pythagoræ magister fuisse dicitur. Ipse vero, aiunt, nullius magisterio usus sapientiam suam hausit ex arcanis libris Phœnicum. Sic præter Suidam referunt Clemens Alexandrinus, Philo Byblius, Hesychius Milesius et Eustathius. Diogenes Laert. (l. l.et II, 46) eum Pittacum audiisse dicit, atque Thaletis gloriam æmulatum esse. Cf. Suidam. Josepho (contra Apion. I, p. 1034, E), sicuti Thales et Pythagoras, Ægyptiorum et Chaldæorum fuit discipulus, atque in Ægyptum iter ab eo susceptum esse disertis verbis tradunt

p. 360. In Lex. inedito Paris. (apud Wyttenbach. Plutarch. tom. I, p. XLIII) leguntur hæc : Παραλλήλους μὲν βίους λέγομεν καὶ ἄνδρας παραλλήλους, οὐκέτι δὲ κατὰ ἄλλας πτώσεις, οἷον βίων παραλλήλων, ἢ ἐν τοῖς παραλλήλοις βίοις· ἔτι δὲ ἦττον λεκτέον ἑνικῶς, παράλληλον βίον. Οὐδὲν γάρ ἐστι ἄλλο· μᾶλλον δὲ λεκτέον, (ὅτι) ἐν τοῖς βίοις τοῖς παρ' ἀλλήλους τεθεωρημένοις, ἢ τῶν ἀνδρῶν τῶν παρ' ἀλλήλους ἐξητασμένων Ἑλλάνικος τοῦτο ἱστορεῖ ἐν τοῖς κατ' ἄλληλα, οὐκ ἐν τοῖς κατ' ἀλλήλους. In quibus Hellanici nomen exempli causa fictum esse videtur, nisi forte locus ita intelligendus est, ut hæc deprompta sint ex scripto grammatico Hellanici chorizontis.

Hæc quum typis jam excusa essent, nactus sum de Hellanico commentationem a Prellero conscriptam (Dorpati Livanorum 1840), in qua vir doctissimus, quod magnopere gaudeo, in plurimis mecum consentit; in nonnullis, minoris plerumque momenti, aliter statuit. Ægyptiaca, Nomima Barbarica, Ἐθνῶν ὀνομασίαι, Περὶ ἐθνῶν, Scythiaca, Cypriaca a personato aliquo Hellanico composita esse demonstrat; genuina opera ad tres classes revocat : I, *genealogica* (Deucalionia, Phoronis, Atlantias, Troica); 2, *chorographica* (Atthis, Æolica, Lesbiaca, Persica), 3, *chronologica* (Sacerdotes, Carneonicæ). In genealogicis igitur alium atque ego ordinem statuit; atque Atthidem ab iis sejungit. Quod minus recte factum esse ex iis quæ supra de Phoronide, cujus decem libri citantur a Steph. Byz., exposuimus, patebit. Sumit enim Prellerus Hellanicum res eodem modo adornasse quo postea Apollodorum. Sed quamquam nemo negabit Apollodorum Hellanici opus sæpius consuluisse, tamen dispositio rerum in Bibliotheca multo artificiosior est, quam ut eam Hellanico tribuamus; deorum historiæ in Hellanico nulla sunt vestigia; inde vero quod secundum stirpes res divisit Apollodorus, nihil colligi potest; eadem apud veteres logographos divisio erat, uti v. c. ap. Pherecydem, cujus rerum tractatio propius jam ad Apollodoream accedit. Sed spatium huic notulæ vix concessum non patitur diutius his me immorari. Quare missis ceteris, satis habebo nonnulla a Prellero allata subjunxisse. — De *Hellanico grammatico* laudat Grauertum in Mus. Rhen. 1, 2, p. 204 sqq.—Pamphilæ auctoritatem nuper Krügerus quoque impugnavit in libello : *Epicritischer Beitrag zu den Untersuchungen ü. d. Leb. d. Thucyd. Berlin* 1839.—Pro corrupto illo : Διὸς πολυτυχία Creuzerus (*Symb.* I, p. 36 ed. tertiæ) legi vult πολυπτυχίαν. Πτώχαι, ait, *sind Olympische Rollen von der Haut der Ziege Amalthea* (?!)—*Was diese Rollen in ihren vielen Falten enthalten, das Gesetz der Natur und des Geistes, das ist* Διὸς πολυπτυχία, *und wunderbaren, oft rœthselhaften Inhalts*. Quæ interpretatio non longe abest ab ea, quam ego tentavi; modo caveas capram istam.—Fr. 3 Preller. scribendum suspicatur ἐν ταῖς ἱστορίαις.—Fr. 4 Preller. scribit : ἐν δευτέρῳ Φορωνίδος, uti nos.—Fragmentis Deucalioniæ addendus est locus ex Epimerism. Hom. ap. Cram. Anecd. Gr. vol. I, p. 344 : Ἑλλάνικος δέ· « Καὶ Πελίαν ὠνόμασθεν αὐτὸν, ἐπεὶ ἐπελιώθη αὐτῷ ἡ ὄψις λακτισθέντι ὑπὸ τοῦ ἵππου.» Cf. Apollodor. 7, I, 6, 8.

(*) Suidas : Φερεκύδης, Βάϐυος, Σύριος. Ἔστι δὲ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἡ Σύρα, πλησίον Δήλου. Γέγονε δὲ κατὰ τὸν τῶν Λυδῶν βασιλέα Ἀλυάττην· ὡς συγχρονεῖν τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς, καὶ τετάχθαι περὶ τὴν μ' Ὀλυμπιάδα· διδαχθῆναι δὲ ὑπ' αὐτοῦ Πυθαγόραν λόγος· αὐτὸν δὲ οὐκ ἠσκηκέναι καθηγητὴν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀσκῆσαι, κτησάμενον τὰ Φοινίκων ἀπόκρυφα βιϐλία. Πρῶτον δὲ συγγραφὴν ἐξενεγκεῖν πεζῷ λόγῳ τινὲς ἱστοροῦσιν, ἑτέρων τοῦτο εἰς Κάδμον τὸν Μιλήσιον φερόντων. Καὶ πρῶτον τὸν περὶ τῆς μετεμψυχώσεως λόγον εἰσηγήσασθαι. Ἐζηλοτύπει δὲ τὴν Θάλητος δόξαν. Καὶ τελευτᾷ ὑπὸ πλήθους φθειρῶν. Ἔστι δὲ ἅπαντα, ἃ συνέγραψε, ταῦτα· Ἑπτάμυχος, ἤτοι Θεοκρασία ἢ Θεογονία (scribend. videtur Θεολογία). Ἔστι δὲ Θεολογία (scr. Θεογονία) ἐν βιϐλίοις δέκα, ἔχουσα θεῶν γένεσιν καὶ διαδόχους.

Φερεκύδης Ἀθηναῖος, πρεσϐύτερος τοῦ Συρίου, ὃν λόγος τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν· ἔγραψεν Αὐτόχθονας· ἔστι δὲ περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν ϐιϐλίοις δέκα. Παρατνέσεις δ' ἐπῶν. Πορφύριος δὲ τοῦ προτέρου οὐδένα δέχεται πρεσϐύτερον, ἀλλ' ἐκεῖνον μόνον ἡγεῖται ἀρχηγὸν συγγραφῆς.

Φερεκύδης Λέριος, ἱστορικὸς, γεγονὼς πρὸ ὀλίγου τῆς οε' Ὀλυμπιάδος· ἔγραψε περὶ Λέρου, περὶ Ἰφιγενείας, περὶ τῶν Διονύσου ἑορτῶν, καὶ ἄλλα.

Digitized by Google

Georg. Cedrenus (in Synopsi hist. I, p. 94, B.) et Theodorus Meliteniota (procem. in Astron. c. 12). Sed hæc omnia magis ad probabilitatis speciem inventa sunt quam ex fontibus hausta dignis fide. Et omnino nullus fere inter antiquos philosophos reperitur, quem tot fabulis exornaverint, quot de Pherecyde protulerunt mendacia et mirabilia. Huc pertinent quæ de vaticiniis ejus deque mortis genere fabulantur, a Sturzio summa cum diligentia congesta.

Opus, quo dogmata sua de cosmogonia deque deorum natura posteritati mandavit, pedestri oratione conscriptum erat, quam primus ille in rerum philosophicarum expositione adhibuisse dicitur (1). Titulus hujus operis fuit Ἑπτάμυχος. Sic ipse Pherecydes ut videtur librum suum inscripsit; aliis magis dilucide appellabatur Θεοκρασία, quippe qui de deorum sive elementorum commixtione exponeret. Quæ vero Suidas habet: Ἑπτάμυχος ἤτοι Θεοκρασία ἢ Θεογονία· ἔστι δὲ Θεολογία ἐν βιβλίοις δέκα, ἔχουσα θεῶν γένεσιν καὶ διαδόχους, in iis diversa confusa sunt. Sturzio hæc a Suida non profecta esse videntur. « Sapiunt enim, inquit, hominem qui non satis perspicua putaret nomina Θεοκρασία et Θεογονία, et qui inter hanc de Syrio et sequentem de Atheniensi Pherecyde relationem vellet similitudinem quandam effingere. Deinde vel Δεκάμυχος legendum puto, vel si illa verba, quæ an genuina sint dubitari posse dixi, Suidam vere auctorem habent, ἐν βιβλίοις ἑπτά. » Neutrum probandum. Nam quamvis sit verisimile Heptamychum in septem libros divisum fuisse, tamen minime est necessarium, quum hæc inscriptio non externam operis adornationem respexisse videatur, sed propter tria, quæ Pherecydes statuit rerum principia (Jovem sive Ætherem, Chthona sive Chaos, et Cronum sive Tempus) et quattuor elementa (ignem, terram, aerem, aquam), ex quibus omnia quæ exsistunt nata sunt et nascuntur, hunc maxime titulum auctor selegisse putandus sit. Ac ne eum mutare velis, jam illud, opinor, vetat, quod septenarius numerus omnino sacer habebatur et præ ceteris consecratus erat Apollini, cum cujus dei cultu arcto vinculo conjuncta erat tota illa Pythagoreorum, cum quibus Pherecydes componi solet, philosophia; atque quæ de ipso Pherecyde miraculosa circumferebantur, vatis potius Apollinei ei speciem præbent quam philosophi. Quamquam autem titulus Ἑπτάμυχος ab omni mutatione temeraria tuendus est, neque de librorum hujus operis numero certus aliquid statui potest, propterea non minus persuasum habeo verba illa, de quibus agitur, a Suida (non est enim cur alium accusemus) male adjecta esse, quippe quæ ad Pherecydis Atheniensis Theogoniam pertineant, quam ipse paullo post Ἀττικὴν ἀρχαιολογίαν vocat, quamque decem libris compositam fuisse scimus. Tum vero pro θεολογίαν scribendum puto θεογονίαν, quæ vox sequentibus ἔχουσα θεῶν γένεσιν καὶ διαδόχους postulari quodammodo videtur. Contra quod antecedit apud Suidam θεογονίαν mutandum in θεολογίαν.

Post Syrum Suidas alios duos Pherecydes distinguit, Atheniensem ipso philosopho antiquiorem, atque Lerium quem paullo ante Ol. 75 floruisse dicit. At unus uterque est et idem, ut jam Vossius (de Hist. Gr. p. 445) docuit. Accidit enim Pherecydi, quod est de aliis multis observatum, scilicet ut duas haberent patrias, unam naturæ, ut Cicero ait, alteram civitatis. Natus fuerit sine dubio in Lero insula, Atheniensis vero nominabatur, quod apud hos degeret vitam. Argumento est, quod Eratosthenes (ap. Diog. L. I, 119; cf. Dionys. H. p. 35 ed. R.) duos tantum Pherecydes agnoscit, alterum Syrium philosophum, alterum Atheniensem genealogum. Eodem facit Strabo X, p. 487 B: Ἐξ ἧς (Σύρου) Φερεκύδης ὁ Βάβυος ἦν, νεώτερος δὲ ἔστιν ὁ Ἀθηναῖος ἐκείνου. Atque omnino unus tantum Pherecydes historicus apud veteres laudatur.

Simili confusione laborant de ætate Nostri testimonia. Falsa sunt et ad philosophum referenda quæ habent Eusebius Arm. ad Ol. 60, 1 p. 334 ed. Mai: *Pherecydes historicus Pythagoræ magister cognoscebatur;* Chronicum Paschale p. 144, A, ad Ol. 57, anno Cyri majoris vicesimo primo: Φερεκύδης ἱστοριοποιὸς ἐγνωρίζετο καὶ Πυθαγόρας· Georgius Syncell. p. 238, B Paris. (p. 451 Dindorf.): Θέογνις ὁ ποιητὴς ἐγνωρίζετο. Πεισίστρατος Ἀθηναίων τὸ δεύτερον

(1) Suidas l.l. et v. Ἱστορῆσαι et Συγγράφω, Plin. H. N. VII, 56, Strabo I, p. 18, A, alii. Cf. Theopomp. ap. Diog. Laert. I, 116, ubi Pherecydes πρῶτος περὶ φύσεως καὶ θεῶν γράψαι traditur. Quod vero prosæ orationis inventor habetur, in eo sæpius cum Pherecyde historico confunditur. De hoc aperte cogitavit Strabo l. l.: εἶτα ἐκείνην (ποιητικὴν κατασκευὴν) μιμούμενοι, λύσαντες τὸ μέτρον, τἆλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικά, συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδην καὶ Ἑκαταῖον. Simili errore tenetur Freculphus (Chron. I, 3, 17), qui Pherecydem Syrium historiarum inventorem dicit. De historico etiam Suidas cogitasse videtur v. Ἑκαταῖος, ubi: Ἑκαταῖος ... πρῶτος ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε, συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης· τὰ γὰρ Ἀκουσιλάου νοθεύεται. Legit, ut puto, Pherecydem Syrium primum fuisse συγγραφέα, i. e. primum soluta oratione scripsisse (nam quæ vulgo datur vocis συγγραφεὺς explicatio: *qui narrat res suæ ætatis*, plane inepta est); quod cum ad historicum referret atque simul videret Hecatæum primum prosa oratione scripsisse, distinctionem fecit, quæ est nulla.

Digitized by Google

ἐβασίλευσε. Φερεκύδης ἐγνωρίζετο Πυθαγόρου διδάσκαλος.

Ad Atheniensem historicum pertinent hæc : Eusebius ad Ol. 81 p. 339 : *Pherecydes alter historicus agnoscebatur.* Chronic. Paschal. p. 163, B, ubi Pherecydes secundus historicus ponitur Olymp. 81 anno imperii Artaxerxis Longimani decimo quinto. Isidorus Origg. I, 41, Pherecydem claruisse dicit post Herodotum, quibus temporibus Esdras legem conscripserit (post Ol. 80, 3).

Jam si Suidæ Pherecydes γεγονὼς πρὸ ὀλίγου πρὸ τῆς οε' Ὀλυμπιάδος, ideoque septem Olympiadibus antiquior dicitur quam apud ceteros auctores, vides eandem hic nos reperire discrepantiam, quam supra statuimus de ætate Pherecydis Syrii, ac procul dubio utriusque scriptoris tempora Suidas ex iisdem catalogis chronologicis sumsit, qui omnia septem Olympiadibus ponebant justo priora. Nam cur γεγονὼς hic pro *natus* accipiendum sit, ut Krügerus vult, causam idoneam non video; quamquam negari nequit Pherecydem, si Ol. 81, qua floruisse dicitur, annum egerit circa tricesimum, hoc ipso fere tempore, quod posuit Suidas, in lucem editum esse debere. Itaque si recte Lucianus (2) Pherecydem annos nonaginta quinque vixisse refert, diem supremum obiit circa Ol. 96.

De scriptis Pherecydis quæ comperta habeamus perpauca sunt. Quod Suidas eum τὰ Ὀρφέως collegisse dicit, ad philosophum spectat; παραινέσεις δι' ἐπῶν item a nostro aliena sunt. Ex libris De Lero insula, De Iphigenia, et De festis Bacchicis, nihil tulit ætatem. Omnia enim quæ apud vett. exstant fragmenta ad opus pertinent mythologicum decem librorum, quod modo Theogoniam, modo Genealogias, modo Autochthones (3), modo Archæologiam Atticam vocant, prout quisque respexit aut ad primam maxime operis partem de deorum origine et successionibus agentem, aut ad illum veterum historicorum morem genealogias condendi atque has secundum autochthones, stirpium auctores, distinendi, aut denique ad studium, quo in patriis rebus narrandis et illustrandis præ ceteris elaborare solebant. Plurimis vero locis simpliciter laudatur Pherecydes in Historiis. — Operis adornationem et dispositionem quum ad ipsa fragmenta indicaverim, hoc loco iterum de iis non dissero.

(2) De Macrob. tom. III, p. 224, 93 ed. Reitz. « Hunc enim locum non de Pherecyde philosopho, sed de historico accipiendum esse, ex eo luculenter cognosci potest, quod primum dicit se expositurum esse de historicis, deinde vero Hellanicum affert et statim post hunc ætatem Pherecydis indicat. Facile igitur Joh. Henr. Maio assentirer, qui pro Φερεκύδης ὁ Σύρος in loco Luciani legi posse conjicit Φ. ὁ Λέριος, nisi a (Pseudo-) Luciano ipso, non a librariis peccatum fuisse probabile esset. » Sturz.

(3) Autochthones quum præter Suidam solus Etymologici Magni auctor (quem vide ad calcem fragmm.) excitet, Sylburg. et Heyn. pro *Pherecydes* scribere voluerunt Pherecrates, Autochthonum nomine fabulam scenicam designari putantes. Verum quum de fabula sic inscripta nihil constet, pro Αὐτόχθονες reponi jusserunt Αὐτομόλοι. At profecto hæc longius petita, eoque minus probanda, quum titulus ille Pherecydei operis nihil habeat quod offendat, neque id, quod duobus tantum locis laudatur, ut falsitatis suspicio moveatur sufficiat.

ACUSILAUS.

De Acusilao spissa caligine circumfusa sunt omnia. Clemens Alexandrinus (Strom. I, p. 299, D.) eum septem sapientibus annumeratum esse dicit. A Dionysio Hal. (De Thuc. p. 138, 31) una cum Eugeone Samio, Deiocho Proconnesio, Eudemo Pario, Democle Phigaleense et Hecatæo ante bellum Peloponnesiacum vixisse traditur. Cum his si conjungimus locum Josephi (C. Apion. I, p. 1034 et ex eo Euseb. P. E. X, 7, p. 478, A, B), ubi sic : Οἱ τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς (τοῖς Ἕλλησι), λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τε τὸν Μιλήσιον καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τούτων εἴ τινες ἄλλοι λέγονται γενέσθαι, βραχὺ τῆς τῶν Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα διαστρατείας τῷ χρόνῳ προὔλαβον, cum specie quadam verisimilitudinis statui potest floruisse Acusilaum inter Olympiadem septuagesimam et octogesimam. — Reliqua quæ de hoc scriptore innotuerunt leguntur apud Suidam. Ἀκουσίλαος, inquit, Κάδα (Κάδα ἢ Σκάδρα Diog. Laert. I, 41) υἱὸς, Ἀργεῖος ἀπὸ Κερκάδος (Κεκάδος Eudoc.) πόλεως, οὔσης Αὐλίδος πλησίον· ἱστορικὸς πρεσβύτατος. Ἔγραψε δὲ Γενεαλογίας ἐκ δέλτων χαλκῶν, ἃς λόγος εὑρεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὀρύξαντά τινα τόπον τῆς οἰκίας αὐτοῦ.

Miraris fortasse Argivum illum ex urbe prope Aulidem sita, novo acrisiæ crimine Grammaticum oneraturus. Verum cavendum est, ne citius quam cogitatius pronuntiemus. Nam quum Stephanus præter celeberrimum Argos Peloponnesi alias decem ejusdem nominis urbes enumeret, atque sic omnem fere planitiem ad mare sitam nominatam esse dicat, fieri potuit, ut Bœotia quoque Argos suum haberet. Ac revera ita fuisse nuperrime probavit Ungerus (Theban. Paradox. p. 301 sq.) tum ex Strabone (IX, p. 404), ubi ait : Ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἄργος ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ ἡ Τάναγρα· ἐν δεξιᾷ δὲ κεῖται ἡ Ὑρία· tum ex glossa Hesychii : Ἄργος Ὑάντιον (in Ἀργοβίαντον depravatum), Βοιωτίας, auxilio denique advocat auctorem Vitæ Pindari (in cod. Vratisl.

Digitized by Google

p. 10) et Eustathium (Procem. in Pindar. p. 16), qui poetam, quem plures apud Thebas mortuum esse dicunt, Argis diem obiisse narrant.

Quemadmodum hoc regionis nomen jam in antiquitate obscuratum esse debet, sic etiam Cercas urbs vetustæ admodum memoriæ fuisse videtur. « Quod nomen tamen, Unger. l. l. dicit, fortasse judicabor in lucem protraxisse mentione facta Dianæ Celcææ, de qua Bœckhius ad Corp. Insc. Græc. nr. 1947, p. 47, hæc disseruit : « Ἀρτέμιδι Κελκαίᾳ· quo firmatur optimorum librorum lectio apud Arrhianum VII, 19, ubi memoratur antiquum Athenis τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Κελκαίας ἕδος. Hoc vidit jam Paciaudus, sed ignorant Arrhiani interpretes. » Et de eadem dea ante Bœckhium loquutum video Villoissonum Anecd. T. II, p. 162 sq. not. I. Nec dubito accommodare in hanc rem vocabulum Celcææ, Epiroticæ urbis, literis mandatum ab Eustathio in Hom. Odyss. XI, 120, p. 1675, 37 : Βουνίμαν τινὰ ἢ Κελκέαν ... τοπικὰ ὀνόματα. » His igitur indiciis, quum Suidæ testimonium accedat, non dubitandum est exstitisse Bœotiæ urbem Cercadem, quod nomen postea in Celcadem abierit. Etsi enim id quod Diana Κερκαία memoratur, per se nihil probare videtur, quum voce κερκαία (a κέρκος) deæ radiosæ vel splendidæ (4) natura significetur, ideoque nihil cogat ut ejusdem nominis urbem statuamus : non minimum tamen Suidæ auctoritas augetur eo quod hoc ipsum nomen ducit nos in Bœotiam Apollinis et Dianæ cultu insignem. Obvium fit in fabulis nomen Cercyonis, filii Agamedis, qui cum Trophonio Augeæ, Iobis filio, et Hyrieo thesauros exædificavit. Uti vero Augeæ et Hyriei nomina aperte spectant ad Apollineam naturam, sic etiam illud Cercyonis ex eadem radice natum ex qua κέρκαιος. Alia hujus vocabuli forma est Κέρκαφος, qui apud Schol. Pind. Ol. VII, 132, Solis e Rhode filius dicitur, atque in fabulis Minyarum pater est Ormeni, a quo Ormenium prope Iolcum condita.

Quod deinde patris nomen apud Suidam attinet, hoc alibi, quantum sciam, nusquam reperitur. Welckerus in dissertatione, quam in Xanthi Vita laudavi, Cabam patrem a seriore quodam fictum esse suspicatur, qui quum novum opus sub Acusilai nomine ederet, exquisito hoc patris nomine auctori sui auctoritatem addere voluisset. Nescio quamnam significationem huic vocabulo tribuerit vir doctus, quum meram id fictionem esse ab omni sensu destitutam ab more antiquitatis abhorreat. Ut proferam meam qualemcunque sententiam, puto equidem quemadmodum Cercadem urbem Dianæ et probabiliter etiam Apollini sacram fuisse vidimus, sic fortasse patris quoque nomen ad Apollinis cognomen spectare, quod in Acusilai familia sacerdotali reperiebatur. Ex sacerdotum enim familiis plures vetustissimorum historicorum, qui genealogias scripserunt, profectos esse jam propterea suspicari licet, quod hi præ ceteris antiquorum temporum memoriam colere debuerunt et in templorum publicis catalogis consignare. Atque in familia Acusilai talia studia viguisse fama illa subindigitare videtur, quæ Acusilaum narrat genealogias ex æneis tabulis descripsisse a patre in domo sua repertis. Huc accedit quod Hecatæi quoque (Hegesandri filii), nec non Xanthi, Candauli, ut puto, filii, nomina aptissime referri possunt ad gentes Apollinis sacerdotio fungentes. Nomen Κάβας igitur, nisi fallor, decurtatum est ex ἑκάβας (5) i. q. ἕκατος (nam de compositione cum βαίνω in his vocibus non cogitandum), ad similitudinem vocum Λυκάβας, Ἰόβας etc. Primam syllabam ἑ agnosco litera Σ in forma Σκάβρας a Diogene allata, ubi præterea literam ρ interpositam videmus. Verum hæc fortasse orta est ex antiqua forma ἑκάβαρ, quam quidem in voce Ἰόβας (6) obtinuisse statuo propter latinum *jubar*. Incerta hæc sunt et conjecturis nituntur. Itaque si quis meliora scit, doceat.

Genealogiarum, quas Acusilaus condidit, libri laudantur tres. In his eum Hesiodi maxime carmina, quorum patria Bœotia, secutum esse intelligitur ex Clem. Alex. Strom. VI, p. 629, A, ubi hæc : Τὰ Ἡσιόδου μετῃλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὐμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι. Neque vero totum ex iis pependisse apparet ex loco Josephi (contr. Apion. I, p. 1034, et ex eo Euseb. l. l.). Περίεργος ἂν εἴην ἐγὼ, ait, τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων, ὅσα μὲν Ἑλλάνικος Ἀκουσιλάῳ περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν, ὅσα δὲ διωρθοῦτο τὸν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος. Nec tamen hos testes afferrem, nisi res per se probabile esset. Nam quod seriore ætate circumferebatur Acusilai opus adulterinum fuit et suppositum, ut pluribus locis repetit Suidas (v. Ἑκαταῖος Μιλήσιος, Ἱστορῆσαι, Συγγράφω : τὰ Ἀκουσιλάου νοθεύεται). Hæ Pseudo-Acusilai genealogiæ sine

(4) Neque alia significatio est nominis Κερκητὶς ap. Hesiod. Theog. 355.

(5) Cogitari possit etiam de Apolline Καβαίῳ apud Æschyl. fr. 411. Sed ibi Γαβαῖος scribendum esse extra dubitationis aleam positum.

(6) Apud Apollodorum II, 7, 8, in Herculis ex Thespiadibus filiorum catalogo legitur : Κέρθης (vel Κέρτης) Ἰόβης, pro quo scribendum puto : Κέρκης Ἰόβης.

Digitized by Google

dubio confectæ sunt iisdem Alexandrinorum temporibus, quibus eandem sortem etiam alii iidemque juniores scriptores experti sunt. Sed vel Hadriani ætate fraudem non admodum notam fuisse colligi potest ex Suida (v. Σαβῖνος) ubi Sabinum et in Thucydidem et in Acusilaum commentarios scripsisse dicit(7).

APOLLODORUS.

Apollodorus, Atheniensis grammaticus, patrem habuit Asclepiadem, philosophiæ magistrum Panætium Rhodium, grammaticæ Aristarchum Sic Suidas(8), qui certe non voluit Asclepiadem magistrum Apollodori, ut Galeus putat (de vita Apoll. p. 19), sed patrem dicere. Fieri tamen potuit ut Suidas erraverit. Tum cogitandum foret de Asclepiade Myrleano(9), grammatico, qui Attali primi Eumenisque temporibus floruit. Uti hoc modo Apollodorus duos artis grammaticæ præceptores nancisceretur, sic etiam in philosophia non solum Panætii magisterio usus esset, sed Diogenis quoque Babylonii, alterius sectæ Stoicæ principis, qui (Ol. 156, 2; 155 a. Chr.) una cum Carneade et Critolao ab Atheniensibus legatus missus est Romam. Ac de hoc quidem Nostri auctoris præceptore dubitari nequit, quum is nominetur a Scymno Chio (v. 19), Apollodori fere coævo, ejusque admiratore. Contra facile aliquis adduci posset, ut a Suida Apollodorum nostrum confusum crederet cum altero Apollodoro Atheniensi, cui Ephilli et Cepotyranni cognomen erat, cujusque libros philosophicos memorat Diogenes Laertius (v. Galeum p. 11 et 21).

(7) Fragmentis Acusilai addas: Schol. Victor. ad Iliad. XXIII, 296 : Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῳ Γενεαλογιῶν κύριον ἤκουσε τὸ Ἐχέπωλος, οὕτως· « Κλεωνύμου δ' Ἀγχίσης, τοῦ δὲ Ἐχέπωλος. »

(8) Suidas : Ἀπολλόδωρος, Ἀσκληπιάδου, γραμματικός· εἷς τῶν Παναιτίου τοῦ Ῥοδίου φιλοσόφου καὶ Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ μαθητῶν, Ἀθηναῖος τὸ γένος· ἤρξε δὲ πρῶτον τῶν τραγιάμβων. Scymn. Chius v. 22 : Συνεσχολακὼς δὲ πολὺν Ἀριστάρχῳ χρόνον. V. Apollodori fragm. p. 435. Cf. Tettius in commentat. editioni Ægianæ præmissa; Johnsius Hist. phil. 17; Voss. de Hist. Gr. I, 21; Meursius in Fabric. B. Gr. tom. II, p. 669 (nunc tom. IV, p. 299); Galeus in dissertat. De Scriptorr. Histor. poeticæ; Heyn. tom. I, p. 385; Clavier. in præfat. ad Apoll.

(9) Asclepiades hic genere fuit Nicænus, ut Suidas ait v. Ἀσκληπιάδης. Cf. Steph. Byz. v. Νίκαια : Ἐξ αὐτῆς Ἰσίγονος καὶ Ἀσκληπιάδης καὶ Παρθένιος καὶ Ἀπολλόδωρος καὶ Ἐπιθέρσης γραμματικός. Si quidem Galei sententia vera est, proclivis est suspicio, Apollodorum hunc Nicænum eundem esse cum Atheniensi, quum propter Chronica Pergami regi dedicata verisimile sit eum diutius Nicææ in Bithynia degisse. Itaque Nicænus eodem jure appellaretur, quo Asclepiades dicitur Myrleanus.

Ex his igitur, sicuti ex eo, quod Chronica sua Attalo Philadelpho inscripta usque ad Olymp. 159, 1 deduxit, colligi potest floruisse Apollodorum inter Olymp. 150 et 160.

In recensu operum, quæ Apollodorus, vir περὶ πᾶσαν ἱστορίαν δεινός (Auctor libelli de Allegor. Hom. : v. fr. 7) posteritati mandavit, primo loco ponimus libros tres *Bibliothecæ*. Qui titulus quamquam dubitare licet num ab ipso Apollodoro profectus sit, reperitur tamen et in omnibus libris manu scriptis et apud Schol. ad Sophocl. Antig. v. 992. Librorum distinctio, quæ in iis, quos nunc habemus, codicibus est nulla, ab Ægio, primo Apollodori editore, ex argumenti et scholiorum(10) indiciis videtur restaurata.

De rebus in hoc opere tractatis exstat locus memorabilis apud Photium (Cod. 186) : Ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει (sc. quod Cononis quinquaginta narrationes complectebatur) καὶ Ἀπολλοδώρου γραμματικοῦ βιβλιδάριον ἀνεγνώσθη μοι. Βιβλιοθήκη αὐτῷ ἡ ἐπιγραφή. Περιεῖχε τὰ παλαιότατα τῶν Ἑλλήνων, ὅσα τε περὶ θεῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος αὐτοῖς δοξάζειν ἔδωκεν· ὀνομασίας ποταμῶν καὶ χωρῶν καὶ ἐθνῶν καὶ πόλεων· ὅθεν καὶ τὰ πολλὰ ὅσα εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρέχει, καὶ κάτεισι μέχρι τῶν Τρωϊκῶν· καὶ ἀνδρῶν τινων πρὸς ἀλλήλους μάχας καὶ ἔργα ἐπιτρέχον· καὶ τῶν ἀπὸ Τροίας πλάνας τινὰς, μάλιστα δ' Ὀδυσσέως, εἰς ὃν αὐτῷ καὶ ἡ ἀρχαιολογία καταλήγει. Σύνοψις δ' ἐστὶ τὰ πολλὰ τοῦ βιβλίου καὶ οὐκ ἄχρηστος τοῖς τὰ παλαιὰ ἐπὶ μνήμης ἔχειν λόγων μεταποιουμένοις. Ἔχει δὲ καὶ ἐπίγραμμα τὸ βιβλιοδάριον οὐκ ἄκομψον τόδε·

Αἰῶνος σπείρημα (αἰώνων σπειρήματ' Salmas.) ἀφυσσάμενος ἀπ' ἐμεῖο
παιδείης μύθους γνῶθι παλαιγενέας·
μήδ' ἐς Ὁμηρείην σελίδ' ἐμβλεπε, μηδ' ἐλεγείην,
μὴ τραγικὴν μοῦσαν, μηδὲ μελογραφίην,
μὴ κυκλίων ζήτει πολύθρουν στίχον· εἰς ἐμὲ δ' ἀθρῶν
εὑρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει.

Quæ vero quum non ita sint exposita, ut adornatio operis, uti quidem nunc est, possit intelligi, liceat mihi singulorum librorum argumentum verbis Heynii subjicere. « Primis capitibus (I, 1-6), ait vir doctissimus, continentur fere, paucis aliis interpositis, mythi e theogoniis et cosmogoniis profecti, qui diversæ a ceteris indolis et naturæ sunt, et physica nonnulla placita super rerum origine, elementorum pugna, eaque diremta, de rerum dispositione, per summam narrata exhibent. Sequitur altera sectio ad finem libri primi : mythi Hellenici, seu priscæ narrationes a majoribus fando acceptæ de auctorum

(10) Schol. Hom. Il. A, 42 : ἐν β'. B, 103 : ἐν τῇ α'. B, 494 : βιβλ. γ', κεφ. δ', ubi capitis numerum a seriori manu additum suspicatur Heynius.

Digitized by Google

stirpis Hellenicæ fatis rebusque gestis. Imprimis autem Æolica stirps heroum numero inclaruit : hanc ideo potissimum persequitur Apollodorus inde a capite septimo. Incidunt in hanc partem præter Aloidas, Marpessam raptam, Oeneum, Athamantem cum Ino, Peliam et Neleum cum Nestore, Biantem et Melampodem vatem, Calydoniæ suis venatio et Argonautarum navigatio, multorum carminum argumenta. — Alter liber, ut nunc quidem libellus dispescitur, Inachi genus exponit, in quo Persei stirps succedit inde a capite quarto, et in hac Hercules, cujus res gestæ, vita et mors, tot carminibus decantatæ res, disertius sunt in iis expositæ. Subjiciuntur (cap. 8) Heraclidarum fata, profectio in Peloponnesum, sedes in ea occupatæ, usque ad Æpytum, Chresphontis filium. — Tertius liber Agenoris stirpem persequitur : primoque loco (c. 1-3) fabulas Creticas, tum (c. 4-7) Thebanas, interpositis Bacchi Thebani fabulis, subjectaque brevi expositione belli adversus Thebas, belli Epigonorum fatorumque Alcmæonis; quæ et ipsa carminum argumenta præbuere. Tertio loco hic liber (c. 8-9) fabulas Arcadicas potiores exponit, inque his Atlantis septem filias recenset, inter quas Taygete (III, 10, 3) ad mythos Laconicos scriptorem deducit, Electra autem (c. 12) ad fabulas Trojanas. Paullo abruptius ad Æaci stirpem procedit narratio (III, 12, 6), nec minus subito inde ad fabulas Atticas (c. 13), donec in Thesei rebus deficit libellus, qui deductus esse debuit usque ad bellum Trojanum et errores ducum Troja capta redeuntium. (V. Phot. l. l. et Apollod. I, 3, 4, ubi : περὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ Ὀδυσσέως ἐροῦμεν.)»

Verum non solum satis magna pars operis intercidit, sed ea ipsa quæ nobis servata sunt, innumeris corruptelis laborant multisque interpolationibus, quæ partim in ipsis codicibus reperiuntur, partim debentur Ægio, primo Apollodori consarcinatori. Quid? multi tam inter antiquiores quam inter recentiores exstiterunt viri docti, qui omnino non verum Apollodorum, sed nihil nisi majoris operis compendium nos habere contenderint. Inter eos numerantur Vossius (in Melam I, 8, De hist. Gr. p. 132), Barthius (ad Thebaid. I, 121, Animadv. III, 1), Reinesius (Epistol. ad Hoffmann. et Rupert. I, 410 sq.), Burmannus (Catalog. Argonaut. v. Calais), Faber, Clavierus (præfat. ad edit. Apollod.) et Welckerus (de Cyclo Hom. p. 88). Præ ceteris in hanc rem inquisivit Clavierus. Offendit eum Bibliothecam nostram a Photio demum et Scholiastis memorari, quum tamen reliqua Apollodori opera sæpius a vett. scriptoribus excitentur. Sed hoc levioris esse momenti ipse bene perspexit. Aperta autem excerptoris vestigia deprehendere sibi visus est in multorum locorum corruptelis. Qua in re vereor ne cupidius egerit quam cautius. Neque enim ullus eorum quos attulit (1) locorum ita est comparatus, ut non potius librariorum culpa aut interpolatorum additamentis depravatus esse videri debeat. Itaque non tam mendæ locorum quorundam in testimonium vocandæ forent, quam totius narrationis tenor genusque orationis. Nam res sæpenumero nimia obscurantur brevitate; oratio vero non modo nulla jucunditate condita, sed etiam hiulca plerumque et negligens quam maxime. Res denique in postrema operis parte ita se excipiunt, ut cur hunc potissimum Apollodorus ordinem secutus sit, non videas. At tamen ex multis locis apparet auctorem nostrum, ubi ad novam stirpem rerumque seriem transit, vel personæ alicujus mentionem injicit, ad quam postea redeundum, vel de qua jam antea dictum erat, lectores monuisse atque hoc modo adumbrasse operis œconomiam (2). Tales

(1) Loci hi sunt : I, 6, 3, 3 : ἐκ τούτων δὲ ἐξεῖχον ... συριγμὸν πολὺν ἐξέσαν. Quæ ex Viscontii sententia verisimiliter putat ita transponenda : τὰ μὲν ἀπὸ μηρῶν ... ἐξέσαν, ἐκ τούτων δὲ ἐξεῖχον etc. — I, 9, 16, 8, ubi in Argonautis recensetur Εὐρύαλος Μηκιστέως, qui idem in Trojæ expugnatione fuit dux Argivorum (I, 9, 13). Similiter Peneleus et Leitus, porro Ascalaphus et Ialmenus numerantur inter Argonautas atque duces Græcorum ante Trojam. — I, 9, 26, 4, ubi quæ de Talao narrantur ex Apollonio Rhodio (IV, 1638, sq.) adscita sunt, sed negligenter et inconcinne. V. Heyn. ad h. l. — II, 1, 5, 13, de Nauplio locus misere corruptus. — II, 5, 10, 10, de Hercule ex Italia in Siciliam tranatante. — II, 5, 11, 3, de Cycni, Martis ex Cyrene f., monomachia, quam eandem narrari dicit II, 7, 7, 5 (ubi vero Cycnus Martis et Pelopiæ filius). — II, 5, 11, 10 de Hercule in Rhodo bovem mactante. (Quæ alieno loco inculcata sunt. V. Heyn.) — II, 7, 7, 11, locus corruptus.

(2) I, 3, 4 : Σειρῆνες, περὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ Ὀδυσσέως ἐροῦμεν. — I, 5, 3 : περὶ οὖν Δήμητρος ταῦτα λέγεται. — I, 6, 3, 13, post enarratam Gigantomachiam : ἀλλὰ μὴν περὶ τούτων μέχρι δεῦρο ἡμῖν λελέχθω. — I, 7, 1, 4, ubi de Prometheo ab Hercule liberato : ὡς ἐν τοῖς κατὰ Ἡρακλέα δηλώσομεν. — I, 9, 5 : Sunt qui Perieren Cynortæ filium dicunt : διόπερ τὰ περὶ τῶν Περιήρου ἐκγόνων ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ γένει δηλώσομεν. — II, 1, 1 : ἐπειδὴ τὸ τοῦ Δευκαλιῶνος διεξεληλύθαμεν γένος, ἐχομένως λέγωμεν τὸ Ἰνάχου.—III, 1, 1 : ἐπεὶ δὲ τὸ Ἰνάχειον διερχόμενοι γένος, τοὺς ἀπὸ Βήλου μέχρι τῶν Ἡρακλειδῶν δεδηλώκαμεν, ἐχομένως λέγωμεν καὶ τὰ περὶ Ἀγήνορος. — III, 1, 4, 5, in fabulis Creticis : τὰ μὲν οὖν περὶ Μινοταύρου καὶ Ἀνδρόγεω καὶ Φαίδρας καὶ Ἀριάδνης ἐν τοῖς περὶ Θησέως ὕστερον ἐροῦμεν. — III, 3, 23 : τὰ μὲν οὖν περὶ Εὐρώπης ἀπογόνων μέχρι τοῦδέ μοι λελέχθω. — III, 8, 1, 1 : ἐπανάγωμεν δὲ νῦν πάλιν ἐπὶ τὸν Πέλοπος. — III, 12, 5, 1 : μετὰ δὲ τὸ αἱρεθῆναι Ἴλιον ὑπὸ Ἡρακλέους, ὡς μικρὸν πρόσθεν ἡμῖν λέλεκται, ἐβασίλευσε Ποδάρκης.

Digitized by Google

admonitiones et transitus permulti leguntur in libro primo et prima parte libri postremi; verum versus finem eo magis desiderantur, quum rerum adornatio hic implicatior sit et artificiosior. Nam a Pelasgi stirpe sine ullo transitu progreditur ad progeniem Atlantis, hinc ad Æaci familiam, inde ad mythos Atticos, ita ut nonnisi conjectura auctoris consilium assequi possis. Arguit hæc tractationis inæquabilitas scriptorem defessum, quæ ad res minus spectare videbantur omittentem, omni modo properantem ad finem. Quamvis igitur Apollodori librum in nonnullis decurtatum, orationemque a librariis depravatam statuam, ex his tamen omnibus non potest argumentum peti, ut a valde copioso Apollodori opere nobis nonnisi serioris hominis excerptum superesse credamus. Non nego equidem, immo admodum probabile mihi videtur, Apollodorum majus opus mythologicum composuisse, modo ne velis parvum nostrum libellum, illius epitomen, Apollodoro abjudicare.

Neque magis Claviero assentiri possum in eo, quod, quum apud Apollodorum multæ voces poeticæ reperiantur (3), eas, tamquam disjecti membra poetæ, ita explicari vult, ut auctor in genuino opere eodem fere modo quo Athenæus et Stephanus Byzantinus ipsos poetarum locos adscripserit, quos deinde epitomator in pedestrem sermonem dissolvisset, sed non satis docte, ut non ubique poeticæ orationis colorem agnoscere posses, sicuti in historiis de Melampo, Admeto, Minoe, aliis. Ad verum propius jam accedit Sommeri (præfat. ad edit. Apoll.) sententia, ex qua orationis diversitas pendet ex diversis quibus auctor usus est fontibus modo poeticis, modo prosariis; quibus addas diversam naturam narrationis, quæ modo nihil nisi genealogiarum ordinem exhibet, modo singulas quasdam historias copiose et diligenter exponit. Itaque Apollodorus, ut Sommer. monet, suo qui dicitur stylo usus esset nullo. Quod vero uti in prosæ scriptore, neque ignobili illo, ægre ferendum videri debeat, sic alia relicta nobis est via, qua et hæc dictionis diversitas excusari possit, et ejus in nostris exemplis jejunitas et qua interdum laborat obscuritas. Etenim Epitome historiæ mythicæ ab Apollodoro eodem modo quo Chronica versibus iambicis conscripta esse potuit, quos seriores in prosam dissolverint. Hanc rationem si ineamus, non offendit Apollodori orationem pro re modo poeticum ornatum et altitudinem spirare, modo ad vulgarem sermonem descendere, nec quidquam impedit, quin ubique magis compta fuerit quam in nostro prosario contextu, neque cogimur, ut excerptorem statuamus, sed nonnisi hominem, qui poeticos numeros dissolvens hiulcam et inæquabilem prosam effecit, sæpe obscuriorem, versus finem denique admodum negligentem. Ac profecto non difficile est in multis locis liberiores numeros iambicos agnoscere et refingere.

Sed antequam cetera afferam, quæ hanc sententiam commendent, videamus cujusnam operis epitomen esse Bibliothecam viri docti opinati sint. Ægius quidem eam putavit eundem librum esse cum opere Περὶ Θεῶν (4); contra Vossius, Reinesius, Burmannus, Faber ejusdem operis compendium habere sese existimarunt. Non incidissent in tantum errorem, si vel obiter inspexissent, quæ Photius de Περὶ Θεῶν opere dicit, et quæ ex ipsis fragmentis comperta habemus (cf. Galeum. l. l. p. 16). Aliam viam ingressus est Clavierus. Censet ille numquam Apollodorum composuisse librum, quem Bibliothecam inscripsisset, sed eum ex diversis nostri auctoris operibus De Diis, Navium Catalogo et Chronicis esse conflatum. Quam conjecturam probare studet loco Stephani v. Δύμη, ubi legitur: Ἀπολλόδωρος ἢ ὁ τὰ τούτου ἐκτεμόμενος· « Τὴν δὲ χώραν ἔχουσι Δυμαῖοι. » Apparere inde dicit, Stephani temporibus epitomen Apollodori exstitisse, cui nomen Bibliothecæ; locum ab ethnographo laudatum pertinuisse ad libri tertii partem postremam nunc deperditam. Photium enim dicere Bibliothecam continuisse nomina fluviorum, regionum, populorum, urbium; quod quum in superstitem operis partem non caderet, illam maxime partem respici, ubi reditus Græcorum coloniæque ab iis deductæ recensitæ fuissent. Verum de hac Clavieri conjectura idem fere mihi dicendum est quod de illa Vossii reliquorumque. Nam si vir doctus animo perpendisset, quæ sit operum De Diis, De Navium Catalogo, nec non Chronicorum natura et indoles, non fugisset eum, omnino non potuisse fieri, ut talis liber, qualis est, quam habemus, Bibliotheca, ex istis libris componeretur. Ac si vel concederem, quod non concedo, materiam Bibliothecæ omnem desumtam esse ex

(3) V. c. βάσεις, *pedes*; ὄψεις, *oculi*, I, 9, 21, 1; λάβρον πῦρ I, 9, 28; λάβρον χειμῶνα I, 9, 24; τὴν ἐναντίαν μοῦσαν μελῳδῶν I, 9, 25, 1; ὠλισθεν εἰς τὸν βυθόν I, 9, 1, 4; μυχοὶ τοῦ πόντου I, 9, 10, 12.

(4) Ægius in Epistol. ad Ursinum, postquam de operis titulo « *Bibliotheca* » locutus erat, pergit: « Quod autem *sive de Deorum origine libri tres* adjecerimus, hic, qui hujusce auctoris primi certe libri unam aut alteram pagellam vel lippientibus ocellis legerit, in sententiam nostram et manibus et pedibus eum iturum esse scio. »

Digitized by Google

diversis libris ab Apollodori manu profectis, tamen quum rerum digestio et adornatio, quæ in ejusmodi opere non minima pars laboris est, alii deberetur; sane non excerptum hic liber esset, sed novum plane opus; neque Apollodori dici potuisset, nisi eatenus, quatenus auctor id sub Apollodori nomine venditasset. Plura ex hac parte contra Clavieri sententiam possunt disputari, quum simile quid in antiquitate, quantum sciam, non reperiatur. Sed mittamus hæc, quoniam sumto præcipuo, quo hæc opinio nititur, fulcro, Stephani locum dico, totum corruat necessarium est. Nam quum loci cum libri notitia a Stephano laudati plerique, uti par est, ex geographicis vel historicis Apollodori libris petiti sint, atque revera horum exstiterit epitome, ut infra demonstrare studebo, temeritatis crimen non subterfugit, qui locum v. Δύμη laudatum ad mythologicum opus referre velit, præsertim quum ex fabulis postrema parte libri tertii narrandis vix possis huic sententiæ verisimilitudinis speciem conciliare.

Ceterum Bibliothecæ titulum non ab ipso Apollodoro operi nostro inscriptum fuisse supra jam indicavi. Idem censet Welckerus (de Cyclo, p. 89), qui eum bene quidem quadrare dicit cum iis quæ in epigrammate initio commentationis nostræ apposito leguntur, sed hoc ipsum suspicatur non epitomæ, quam Photius legit, sed majori Nostri operi mythologico propositum, ex eoque Bibliothecæ titulum effictum esse. Liceat mihi ab hoc viri summi judicio meam sententiam sejungere. Nam præterea quod, ut modo dixi, nihil eorum, quæ viri docti protulerunt, impediat, quominus Apollodorus librum scripserit ejusdem fere ambitus, vel etiam minoris, quam is, quem nunc habemus; alia sunt quæ aliam hujus tituli significationem suadeant. Ut paucis eloquar quid sentiam, Bibliothecæ titulus pertinet non solum ad libros illos tres rerum mythicarum, sed etiam ad Chronica, quæ cum illis in unum corpus conjuncta, universalem et compendiariam historiam exhibuerunt, quæ, ut in Anaximenis opere, a theogonia exorsa ad æqualem usque auctoris ætatem fuit perducta. Ac quemadmodum hocce opus cum libris Diodori comparandum est, sic etiam eandem habuit inscriptionem. Ut ita statuam movet me locus Photii supra excitatus. Quam enim ibi legimus Bibliothecæ descriptio tam confusa est, ut quomodo eam ex iis, quæ ipse ante oculos habuit, eruere potuerit, ut ipse Welckerus fatetur, non assequaris. Neque quisquam Photium hominem tam levem dixerit, ut fingendi libidini indulgens hæc omnia ex epigrammatis verbis elicere conatus esset. Contra satis commode hujus loci confusio explicatur, si statuamus Photium non solum epigramma illud in fronte operis legisse, sed etiam aliam brevem quandam notitiam, quæ ad Bibliothecam, qualem modo dixi, spectabat; deinde vero, quum hæc omnia referret ad eam Bibliothecæ partem, quam in suo volumine reperit, eum diversa in unum conglutinasse. Itaque si dicit Bibliothecam continuisse ὀνομασίας ποταμῶν καὶ χωρῶν καὶ ἐθνῶν καὶ πόλεων, auctor, ex quo hæc petita, procul dubio ad Chronica, i. e. ad posteriorem Bibliothecæ partem respexit. Ad eadem fortasse referenda sunt hæc: ὅσα τε περὶ θεῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος αὐτοῖς δοξάζειν ἔδωκε, ita ut sint: « Quæ temporum ratione habita, de diis et heroibus statuerint, vel: Quæ de Deorum heroumque ætate opinati sunt. » Obscurius hæc a Photio expressa, quoniam quid sibi vellent, ipse non potuit perspicere. Ad eandem Bibliothecam referendum videtur epigramma. Primum ejus versum: αἰώνων (sic lego cum Salmasio et Heynio pro αἰῶνος) σπείρημα ἀφυσσάμενος ἀπ' ἐμεῖο Παιδείης recte, puto, reddidit vetus interpres: « Sæculorum seriem nostra si legeris arte. » Heynius vertit: « Hauriens orbem vel cyclum eruditionis antiquitatis. » Eodem modo Welckerus l. l. jungit σπείρημα παιδείας, i. e. κύκλον παιδευτικὸν vel κύκλον ἱστορίας παιδευτικῆς, sicuti Dionysius Samius decem libros ἱστορίας παιδευτικῆς scripsit. Certius aliquid pronuntiare liceret, si quidem compertum haberemus quid sibi vellent illa: μὴ κυκλίων ζήτει πολύθρουν στίχον. De cycli Homerici auctoribus cogitari nequit, ut recte monet Welckerus contra Casaubonum, Bentlejum, Heynium. Ipse dithyrambos intelligi vult, quippe qui plus rerum mythicarum continerent quam carmina lyrica et elegiaca. Vereor ut auctor epigrammatis ita distinxerit. Equidem verbis κυκλίων πολύθρουν στίχον designari suspicor κύκλον ἱστορικὸν, i. e. opus historico-geographicum, quale fuerunt Chronica Apollodori, Hellanici, Charonis. Ac si quidem recte Polemo vocatur κυκλικὸς, opus ejus, quod cyclum nominabant, non aliud esse potuit ac περιήγησις κοσμική. Neque verba πολύθρους στίχος in poemate refragantur, quominus de prosariis scriptis intelligamus. Accedit quod sic demum illud: εὑρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει non ad solos mythos poetarumque figmenta restringendum est. Neque tamen hæc premo, quum bene sciam quam vaga sint et incerta.

Ut vero seriores mythologicum Apollodori opus cum Chronicis in unum conjungerent,

Digitized by Google

sponte adduci debuerunt, si quidem utrumque versibus fuit conscriptum atque illud substitit in Troicis temporibus, a quibus iisdem alterum, teste Scymno Chio, cepit initium. Neque prætermittendum est Apollodorum in ordinandis fabulis quam maxime respicere ad temporum ordinem ipsisque narrationibus multa immiscere chronologica (5). In Deucalionis et Inachi progenie ordo est simplicissimus. Major rerum implicatio reperitur in stirpibus Atlantis, Æaci, Cecropis. Etenim postquam in posteritate Atlantis præ ceteris Taygetæ prosapiam usque ad *Helenam* exposuerat, ab Electra transit ad Trojanas fabulas, atque Ilii reges breviter recenset. Tum subito convertit se ad Æaci stirpem eamque deducit usque ad Achillem *contra Trojam proficiscentem*. Deinde ad Cecropem se convertit, ejusque stirpem procul dubio usque ad Thesei filios enumeravit. Itaque vides omnia tendere ad bellum Trojanum, magnum illud in mythologia et chronologia παράπηγμα; et quæ primo oculorum obtuitu arbitrarie posita esse videntur, ex certo animi consilio et decreto adornata apparent (6). Quod vero a Thesei filiis ad celebratissimum illud bellum progreditur, eo Atheniensem auctorem agnoscis, qui eos, ut Welckerus monet, in libello suo, eodem modo, quo in Lesche Athenarum Polygnotus, insigniter extulisse videtur. Idem patriæ gloriam augendi studium in aliis quoque Apollodoreis deprehenditur (7).

(5) II, 5, 11, 1, priores decem labores Hercules absolvit ἐνὶ μηνὶ καὶ ἔτεσιν ὀκτώ. — II, 4, 9, 5, Hercules octodecim annos natus leonem necat. — III, 13, 8, 1, Achilles novem annos natus Lycomedæ in custodiam datus. — II, 5, 11, 7, pestis novem annorum. — III, 5, 5, 4, Lycus viginti annos regnat. — I, 9, 26, 6, Argonautæ τὸν πάντα πλοῦν ἐν τέτταρσι μησὶ τελειώσαντες. — I, 9, 28, 2, Iason et Medea decem annos degunt Corinthi. — II, 6, 3, 5 : καθ' ὃν δὲ χρόνον ἐλάτρευε (Hercules) παρ' Ὀμφάλῃ, λέγεται τὸν ἐπὶ Κάλχους πλοῦν γενέσθαι, καὶ τὴν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου θήραν, καὶ Θησέα παραγενόμενον ἐκ Τροιζῆνος τὸν Ἰσθμὸν καθᾶραι. — III, 4, 2, 1, Cadmus ἐνιαυτὸν servit, ἦν δὲ ἐνιαυτὸς τότε ὀκτὼ ἔτη.—II, 1, 3, 1, laudantur Castoris Chronica. Paullo audacius Scaliger in Elencho Orat. Chronol. dicit : « eam (Apollod. Bibliothecam) totam, si velimus, possumus κατὰ γενεὰς in Chronicum conjicere. »

(6) Cf. Welcker. l.l. Delenda igitur in argumento libri primi Pherecydis verba : *Eadem Apollodorus tractavit ... resecta esse.*

(7) Galeus l.l. p. 19 : « Primum Atticæ regem chronologi aliarum gentium affirmant fuisse Ogygem. Hoc Philochorus in Atthide pro figmento habuit. Philochorum sequitur Apollodorus III, 13. Argivi historici de Cereris adventu quid senserint docet Pausan. lib. I; docet idem quæ de ea re diversa scripserint οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅσα παρὰ τούτοις. Cum his eadem prorsus tradidit Apollodor. I, 5. » Alia affert Welckerus : III, 14, 16, 1 Amphictyon, auctor concilii Amphictyonum, unus idemque est cum rege Athenarum. — Medea Ægeo nubente Argonautarum fabulæ in Atticam historiam exeunt (lib. II, fin.). — Helena primum rapitur a Theseo, ut hic virginitatis florem decerpat. Œdipus Colonum fugit, ut apud Sophoclem et Euripidem. — Adrastus Athenas fugit ad aram Misericordiæ, a Theseo petiturus cæsos sepeliendi facultatem.

Ducit hoc ad fontes, ex quibus Apollodorus mythologiam suam consarcinaverit. Qua in re ita agere potuit, ut ipsa carmina epica duces sibi seligeret. Ex hac Welckeri sententia carmina se exciperent hunc in modum : *libro primo :* Theogonia, Titanomachia, Gigantomachia, Heroogonia (postquam Prometheum tamquam generis humani post diluvium reparatorem interposuerat), Thebais, Corinthiaca (Phrixus, Sisyphus), Melampodia, Argonautæ (Corinthum veniunt; quare Eumelum secutus esse videtur).— *Libro secundo :* Phoronis (Phoroneus, Argo, Io), Danais, Heraclea Pisandri, Minyas (i. e. Thebanorum bellum contra Erginum, Minyarum regem. V. Apoll. II, 4, 11), Οἰχαλίας ἅλωσις, Ægimius (cf. Welcker. p. 266).—*Libro tertio :* Europa, Œdipodia, Epigoni, Hymnus in Mercurium, Cypria, bellum Trojanum usque ad Odysseam, Telegonia.

Sed quæ est operis sui indoles, non id egit Apollodorus ut ad antiquissimorum horum monumentorum (8) auctoritatem totum se accommodaret, sed quæcumque e lyricis et tragicis poematis (9) consilio suo inservire poterant, in usus suos convertit. Atque plurima horum omnium non tam ipse volumina illorum poetarum pervolutando collegisse videtur, quam in sua transtulisse ex logographorum et grammaticorum operibus, qui easdem res eadem, qua ipse fecit, ratione tractaverant. Inter eos præ ceteris ante oculos habuit Pherecydem, Hellanicum (quamquam is nusquam expresse laudatur) et in Herculis historia Herodorum (10).

(8) Nominantur : Thebais I, 8, 4; Alcmæonis I, 8, 5, 8; Homerus I, 3, 5; II, 2, 1, 3; II, 3, 1, 6; III, 1, 1, 5; III, 5, 6, 2; Νόστοι II, 1, 4, 14; Hesiodus I, 8, 4; I, 9, 21, 7; II, 1, 1, 7; III, 8, 1, 1; II, 1, 3, 1; II, 2, 2, 2; II, 3, 1, 6; II, 4, 2, 7; III, 5, 6, 2; III, 6, 7, 5; III, 8, 2, 2; III, 9, 1, 8; III, 14, 4, 2; Eumelus III, 8, 2, 2; III, 9, 1, 1; III, 11, 1, 1; Asius III, 8, 2, 2; Cercops II, 1, 33; II, 1, 4, 14 (utroque loco Cercopem Ægimii auctorem intelligi censet Welcker. l.l. p. 266); Pisander I, 8, 5, 2; Panyasis I, 5, 2; III, 10, 3, 17; III, 14, 4, 2; Naupactica III, 10, 3, 12; Apollonius Rhodius I, 9, 21, 8.

(9) Citantur : Stesichorus III, 10, 3, 12; Pindarus II, 4, 2, 7; Tragici II, 1, 3, 1; II, 1, 4, 14; II, 2, 1, 3; Euripides II, 1, 4, 4; III, 6, 8, 2; III, 7, 7, 2; III, 9, 2, 8.

(10) Pherecydes : I, 5, 2; I, 8, 5, 3; I, 9, 19, 6; II, 1, 3, 3; II, 4, 8, 5; II, 5, 7, 2; III, 1, 1, 7; III, 4, 1, 6. III, 4, 2, 3; III, 6, 7, 3; III, 8, 2, 2; III, 12, 6, 8; Herodorus : I, 9, 19, 3; III, 6, 2. V. O. Müller. Dor. II, p. 464 sqq. Præter hos laudantur : Acusilaus II, 1, 1, 7; III, 8, 1; II, 1, 1, 3; II, 2, 2, 2; II, 5, 7, 1; III, 4, 4, 2;

Digitized by Google

Ceterum non est, cur de virtutibus vel potius vitiis hujus operis verba faciamus atque perstringamus perniciosum illud studium ex euhemeristica de rebus mythicis statuendi ratione profectum, quo, neglecta inter fabularum naturam, originem, ætatem distinctione, turbulenter et temerarie omnia permiscentur. Tantum enim abest ut cum Barthio medullam omnium mythologiarum in Apollodori libello reperiamus, ut nihil nobis præbere videatur nisi miseram fabularum hinc illinc corrasarum farraginem. Eo magis dolenda est fati iniquitas, quæ effecit, ut nemo hodie harum rerum studiosus Apollodori opusculo carere possit.

Accedo ad alterum Apollodori opus, quod Χρονικὰ vel Χρονικὴ σύνταξις inscribitur. De eo notitiam dat Scymnus Chius (V. fr. p. 435), qui ad ejus imitationem suam orbis terrarum descriptionem composuit. Docet ille Apollodorum, narrationis initio facto a Trojæ temporibus, ordine chronologico tradidisse quæ per annorum 1040 decursum scitu digna accidissent. Jam quum ex Apollodori calculo Troja capta sit 1083 a. Chr., substitisse debet Ol. 159, 1 vel 144 a. Chr., anno secundo Ptolemæi Euergetæ II, anno decimo Attali II Philadelphi, cui opus suum auctor inscripsit. Legebantur in eo quæ spectant ad populorum migrationes, urbium origines et excidia, Græcorum barbarorumque expeditiones, res terra marique gestas, pugnas, fœdera, regum imperia, tyrannorum fata, vitas virorum illustrium (1). Quæ omnia breviter et compendiose erant exposita, et, ut memoria facilius possent retineri, versibus iambicis, liberioribus illis, concepta (2).

Libri hujus operis laudantur quattuor, neque plures, puto, fuerunt. Quorum primus pertinuisse videtur usque ad tempora belli Persici. Id colligo tum ex mentione Helori urbis, ad quam a. 491 notissimum prœlium commissum, tum ex commemoratione Miuntis, quæ spectat aut ad bellum Ionicum, aut ad historiam Themistoclis. Libro secundo notata erant tempora belli Peloponnesiaci et quæ sequuntur usque ad regna Philippi et Alexandri. Quod arguunt, nisi fallor, urbes ex eo memoratæ: Menæ (Ol. 81, 4. V. Diodor. XI, 78), Noæ (Ol. 82, 2. Diodor. XI, 91), Hyccara a Nicia capta, Chæronea (Ol. 110, 3). Qui restant duo libri reliquum temporis spatium usque ad auctoris ætatem complectebantur.

Verum difficultas quædam oritur, quæ, si quid video, ita est amovenda, ut Apollodorum non solum metricam hancce chronologiam quattuor libris scripsisse statuamus, sed etiam majus quoddam opus, prosaria sine dubio oratione compositum, cujus illud, quod Scymnus sibi imitandum sumsit, epitome fuerit vel compendium. Nam quum Scymnus, cujus auctoritas in dubium vocari nequit, Nostrum initium posuisse dicat a Trojæ excidio, non liquet quomodo etiam res antetrojanas commemoraverit. Sic v. c. eum egisse videmus de ætate Dionysi, Herculis, Æsculapii, Dioscurorum (V. fr. 72). Sed hæc, dicas, perpauca fuerunt, quæ tamquam minus certa in proœmio præmiserit. Quomodo autem Apollodorus in opusculo, quale Scymnus describit, agere potuit, sicuti Alexander Polyhistor et Berosus, de regibus Chaldæorum, qui ante diluvium regnarunt, deque illis Ægyptiorum, quorum plus nonaginta enumeravit (V. fr. 70)? Arguunt hæc epitomen, neque alia desunt, quæ huic nostræ sententiæ faveant. Etenim ipse ille Scymnus Apollodori Chronica metrica dicit πάντων ἐπιτομὴν τῶν χύδην εἰρημένων. Quod jam non ita explicandum ut sit: Epitome omnium quæ ab aliis fusius enarrata sunt, quemadmodum geographus de suo opusculo dicit: ἐκ τῶν σποράδην ἱστορημένων ἐν ἐπιτομῇ σοι γέγραφα: sed significant verba: « Epitomen eorum, quæ ipse Apollodorus majori opere prolixius exposuit. » Quocum optime quadrat illud Stephani (v. Δύμη fr. 45): Ἀπολλόδωρος ἢ ὁ τὰ τούτου ἐπιτεμόμενος. Verisimile est Stephanum epitomen intellexisse qua usus est Scymnus, atque dubitasse utrum ea ipsius Apollodori esset an alius.

Chronicorum fragmentis, relicto ordine ab Heynio adoptato, subjecimus reliquias ex opere Γῆς περίοδος vel Περὶ γῆς vel Περιήγησις inscripto, a veteribus, imprimis a Stephano, servatas. Hunc librum Apollodoro tribuit jam Vossius (De hist. Gr. lib. III, p. 161). Movit eum locus Tzetzæ (Hist. III, 100, v. 805), ubi postquam Herculem dixerat una navi ad Amazonas navigantem, ut Hippolytæ cingulum Admetæ reportaret, Bebryciam depopulatum esse, eaque donasse Lycum,

III, 11, 1; III, 15, 6, 5; III, 15, 22; Amelesagoras III, 10, 3, 12; Philocrates III, 13, 8, 5; Dionysius (Scytobrachion, Mytilenæus. V. Welcker. l.l. p. 85) I, 9, 19, 7; Demaratus et Asclepiades I, 9, 19, 7; II, 1, 3, 3; III, 1, 2, 6; Castor II, 1, 3, 1.

(1) Cf. Cic. ad Atticum XII, 23: « Quibus consulibus Carneades et ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo Annali. Hæc nunc quæro, quæ causa fuerit, ... qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui præfuerit hortis, qui etiam Athenis πολιτικοὶ fuerint illustres: quod te etiam ex Apollodori puto posse invenire. »

(2) Idem, puto, significare voluit Suidas l.l., ubi Apollodorum *tragiambos* invenisse dicit, quamvis non satis intelligam quomodo liberiores illos versus iambicos *tragiambos* appellare potuerit.

Digitized by Google

qui deinde Thracicam civitatem in Herculis honorem Heracleam nominasset, subjicit hæc :

Ὁ Ἀπολλόδωρός φησιν ταύτην τὴν ἱστορίαν, τῷ περὶ νήσων, πόλεων καὶ δήμων δὲ βιβλίῳ Στέφανος ὁ Βυζάντιος οὐ γράφει περὶ ταύτης, περὶ δὲ Ἡρακλείας δὲ γράφει τῆς ἐν τῷ Πόντῳ.

Verum in aprico est verba περὶ νήσων etc. non pertinere ad Apollodorum, sed titulum esse τῶν ἐθνικῶν Stephani a Tzetza versus causa effictum, antecedentia autem petita esse ex Apollodori Bibliotheca. Quod sentiens Galeus (l. l. p. 51) opus hocce certum esse et indubitatum Apollodori fœtum negavit, et in Stephani loco (v. Ὀρβίται fr. 116), ubi Ἀπολλόδωρος περὶ Ἀλεξανδρείας laudatur, Atheniensi nostro substituendum censuit Apollonium Aphrodisiensem. « Atqui, Heynius objicit, est locus Strabonis (XIV, p. 995, B, fin.), ubi de Apollodoro dicit : ὁ δὲ καὶ χωρογραφίαν ἐξέδωκεν ἐν κωμικῷ μέτρῳ, Γῆς περίοδον ἐπιγράψας. Habemus hic expressis verbis laudatum Apollodori nostri opus chorographicum Γῆς περίοδον inscriptum, quod metro comico, pariter ac chronographiam ediderat. » Huic Strabonis loco addere licet alios viginti fere ex Stephano, ubi libri index est modo περὶ γῆς, modo περιήγησις.

Quæ omnia quamvis suadere videantur genuinum esse hoc opus Apollodori, et a Chronicis diversum, accuratius tamen rem perpendenti plura sese offerunt, quæ quominus usquequaque in Heynii sententia acquiescamus impediant. Primum enim quæras, quî factum sit, ut Scymnus periegesin conditurus Chronica Apollodori imitanda sibi proposuerit, neque illud opus, quod in eodem versabatur argumento, in quo ipse elaborare decreverat. Deinde vero quum in περιηγήσει vel in γῆς περιόδῳ ante omnia res geographicæ ordine quodam secundum situm terrarum describendarum memorari debeant, plane non assequor quomodo hoc geographi officio functus sit Apollodorus. Nam in eodem libro secundo, cui fere omnia fragmenta libri nota instructa assignantur, et Indiæ urbes recensentur et Libyæ et Thraciæ et Italiæ nec non Iberiæ. Itaque quum uno libro secundo omnis fere orbis terrarum ab Indo ad Herculis usque columnas perlustretur, nescio quid inesse potuerit libro primo, quid relictum sit sequentibus, præsertim si cum Heynio septem ad minimum hujus operis libros fuisse existimaveris (3). Quæ quum ita sint, non vereor contendere, opus hoc geographicum idem esse cum Chronicis. Nomina illa urbium populorumque ex secundo Periegeseos libro laudata majorem partem spectant ad expeditiones Alexandri Magni, quæ, ut paullo ante posui, libro secundo Chronicorum erant narratæ. Sic memorantur Gaugamela (fr. 106); antea memorandæ erant urbes ad Ægyptum et Libyam pertinentes (Abyllæ fr. 106, Auses fr. 109, Nubæ fr. 114); posterius Indiæ aliarumque Asiæ remotioris terrarum populi oppidaque, ut Mardi in Hyrcania, Orbitæ ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ Ἀλεξανδρείας, i. e. ubi de Alexandria agit ab Alexandro condita (fr. 116), Oritæ et Gedrosii (fr. 122), Paropamisus (fr. 118). Fragm. 119 de Hyllis et fragm. 113 de Nasto urbe ad Philippi historiam refero. Laus urbs (fr. 112) apte memorari potuit ubi de Thuriis conditis agebatur. Ex libro primo laudatur urbs Celtica, Massiliæ colonia, scilicet ex illa operis parte, ubi de Massiliæ originibus auctor exposuit, sicuti ex altero libro Fabia urbs Gallica a Fabio condita excitatur. — Oportet igitur Apollodorum in Chronicis, quemadmodum in Historiis fecit Hellanicus, quam maxime respexisse ad res geographicas, ita ut liber inscribi posset περίοδος γῆς, atque Scymnus eum tamquam exemplum suum sibi seligeret. Tum igitur Stephanus eundem librum modo sub hoc, modo sub illo titulo laudasset. Quod si minus placet, nihil refragor, quin statuas Chronica excerptorem nactum esse rerum geographicarum, atque hunc indicare voluisse Stephanum verbis supra allatis, ita ut ethnographus modo Chronicorum opus modo ejus epitomen laudet, pariter ac Eustathius modo ipsum Stephanum excitat modo ejus excerptorem (v. Westermann. præfat. ad Stephan. p. XV).

Igitur, si antecedentia recte disputavi, res conformanda erit hunc fere in modum : Scripsit Apollodorus pedestri oratione majus Chronicorum opus, quod in exteriore adornatione non multum differebat ab illo Castoris, Apollodori paullo antiquioris. In eo non tantum Græcorum, sed etiam barbarorum historiam inde ab antiquissimis et vel antediluvianis temporibus ex ordine chronologico exposuit. Ut vero Castor atque alii chronographi majorum suorum operum fecerunt summaria (v. A. Mai ad Euseb. Armen. p. 36), similiter Apollodorus quoque Chronicorum suorum compendium scripsit metro comico. In eo, in juventutis, ut videtur, usum composito, a Trojanis temporibus narrationis initium posuit, quum antiquiora in barbarorum historia aut minus certa viderentur aut minus scitu digna; in rebus Græcis vero simili ratione

(3) Heynius enim fragm. 164 (ex Stephano. V. Αἴται), quamvis concederet posse id ad opus περὶ νεῶν pertinere, maluit tamen ad periegesin referre.

Digitized by Google

compendiaria jam exposita essent in metrico isto compendio rerum mythicarum, quod nos in prosam orationem solutum habemus superstitem.

Reliqua Apollodori opera satis habebo paucis verbis recensuisse. Scripsit enim præter ea, quæ jam attulimus : 1) Opus Περὶ θεῶν ad minimum viginti quattuor librorum, in quo deorum et heroum naturam et qui de iis circumferebantur mythos ex Stoicorum placitis modo allegoriarum modo etymologiarum ope explicare conatus est. Multa in eo legebantur de sacrorum et festorum originibus, de deorum epithetis quæque huc spectant alia. — 2) Περὶ νεῶν vel περὶ νεῶν καταλόγου, i. e. commentarium duodecim librorum in partem libri secundi Iliadis, ubi Græcorum Trojanorumque copiæ recensentur (4). In quo opere plurima sua Noster hausisse dicitur ex Demetrio Scepsio (Strabo VIII, p. 522, A : v. fr 169) et Eratosthene (Strabo VII, p. 457, B: v. fr. 159). —3) Περὶ Σώφρονος, i. e. commentarium in mimos Sophronis. Quod opus divisum erat in τὸ εἰς ἀνδρείους καὶ τὸ εἰς τοὺς γυναικείους μίμους. — 4) Περὶ Ἐπιχάρμου libros decem (5).— 5) Περὶ ἐτυμολογιῶν. — 6) Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρῶν. Laudatur denique Apollodorus Περὶ κρατῆρος fragm. 243, ubi tamen nonnisi pars Etymologiarum indicari videtur (6).

ANTIOCHUS.

Antiochus, Xenophanis filius, Syracusanus (7), συγγραφεὺς πάνυ ἀρχαῖος, ut Dionysius dicit (A. R. p. 10), neque τῶν ἐπιτυχόντων τις οὐδὲ νέων, Thucydide paullo antiquior floruit circa Ol. 90(8). Miro errore tenetur Strabo (X, c. 1), qui eum Aristotele annis prope ducentis superiorem facit.

Condidit Antiochus tum Italiæ historiam (Ἰταλίας οἰκισμόν Dionys. H. l. l. Περὶ τῆς Ἰταλίας σύγγραμμα Strabo VI, p. 391), tum Siciliæ (Σικελιώτιδα συγγραφήν Strabo X, c. 11). Posterior novem libris comprehensa a Cocali temporibus usque ad primum annum Darii Nothi (Ol. 89, 1), adeoque ad medium Dionysii senioris regnum descendit (9).

Quemadmodum Antiochus eorum qui res Siculas scripserunt fuit antiquissimus, sic etiam facile princeps haberi poterit. Opera ejus a Thucydide atque ab Aristotele in rebus Siculis consulta esse pro certo fere affirmare licet (V. Niebuhr. H. R. I, p. 27, 40 et 41, 131). Diodorum haud pauca ex eo mutuatum esse satis liquet, etsi quænam illa fuerint, quum Philistum quoque et Timæum ante oculos haberet, plerumque non potest dijudicari (10).

PHILISTUS.

Philistus Syracusanus, Archimenidæ filius. Sic Pausan. X, 23 et Plutarch. Nic. 19. Apud Suidam legitur Φίλιστος Ναυκρατίτης ἢ Συρακούσιος, Ἀρχωνίδου υἱός. Sed quum omnia, quæ de Philisto ille tradit, valde turbata sint, non dubitandum est, etiam patris nomen vel auctoris culpa vel librariorum negligentia depravatum esse. Ægyptus patria eidem errori deberi videtur, quo Αἰγυπτιακῶν καὶ περὶ Ναυκράτεως libri ad nostrum historicum referuntur. — Natus est Ol. 86 vel 87. Plutarchus enim l. l. Philistum rerum a Gylippo in Sicilia gestarum δρατὴν fuisse dicit. Itaque Ol. 91, 3, quo anno Gylippus Syracusas venit, sive pugnando sive spectando noster rebus

(4) Eustath. ad princip. lib. II Iliad. : Λέγει δὲ καὶ (sc. Porphyrius) ὅτι πρὸς ἄλλους καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐπραγματεύσατο τὰ περὶ τοῦ καταλόγου ἄριστα ἐν δώδεκα βιβλίοις, Μηνογένης δὲ ἐν τρισὶ καὶ εἴκοσι.

(5) Porphyr. in Vita Plotini c. 24 : Μιμησάμενος δὲ Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀθηναῖον ... ὧν ὁ μὲν Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδογράφον εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγεν.

(6) Ad fragm. 74 adde : Hieronym. Chron. p. 106 : « Agrippa apud Latinos regnante, Homerus in Græcia floruit, ut testatur Apollodorus grammaticus et Euphorbus (Ephorus?) historicus; ante urbem conditam annis CXXII, et, ut Cornelius Nepos ait, ante Olymp. annis C.» Hieronymus in numeris errasse videtur.

(7) Ceterorum Antiochorum recensum dat Fabric. Bibl. Gr. T. II, p. 354, et X, p. 504 sqq. Cf. Voss. de Hist. Gr., ubi v. Indicem.

(8) V. Heyn. De fontib. Diodor. p. 85. Ukert Geogr. Gr. et Rom. vol. I, part; I, p. 84; Niebuhr. H. R. I, p. 27; Gœller. Procemium de Scriptor. rerum Sicul. p. VIII.

(9) Diodor. XII, 71 : Τῶν δὲ συγγραφέων Ἀντίοχος ὁ Συρακούσιος τὴν τῶν Σικελικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν (Isarchi annum, Ol. 89, 1) κατέστρεψεν, ἀρξάμενος ἀπὸ Κωκάλου τοῦ Σικανῶν βασιλέως, ἐν βιβλίοις ἐννέα.

(10) Fragmentis adde : Syncell. p. 364 ed. Dindorf.: Ἀντίοχος δὲ ὁ Συρακόσιος καὶ πρὸ Τρωϊκῶν φησι τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι, βασιλεύοντος Μόργητος Ἰταλίας ἀπὸ Τάραντος ἄχρι Ποσειδωνίας μετὰ τὸν πρῶτον λεγόμενον Ἰταλὸν βασιλέα καταγεγραικότα. Præterea Antiochus Syracusanus laudatur apud Theodoret. in Cur. Gr. affect. p. 115, quem locum, quum liber ad manus non sit, exscribere nequeo. Antiochi denique nomen Vossius De hist. Gr. l.l. restituendum putat apud Festum p. 266, 23 ed. Odofr. Müller., ubi sic : « *Antigonus, Italicæ historiæ scriptor, ait, Rhomum quendam nomine, Jove conceptum, urbem condidisse in Palatio Romæ eique dedisse nomen.* » Ad hæc O. Müller.: « Antigonus, idem qui a Dionys. Hal. I, 8 et Plutarch. Romul. 17 laudatur, sed alius, puto, ac Carystius. » Cf. Niebuhr. H. R. T. I, p. 142, not. 77. — Antiochus ille in Pherecydis fr. 101 citatus sine dubio non est Syracusanus noster, sed περὶ τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν auctor, cujus mentio fit apud Ptolem. Hephæst. V, 9 et Phot. Bibl. cod. 190

Digitized by Google

interfuerit, ad adultam fere ætatem jam pervenisse putandus est. Clarius hoc elucet ex narratione Diodori XIII, 91. Etenim quum post Agrigentum a Hamilcare eversum Dionysius, Hermocratis filius, duces res Carthaginiensibus prodidisse dictitaret, et populum ad supplicium de illis sumendum instigans ne præstitutum a lege tempus exspectarent, sed continuo pœnas infligerent, exhortaretur, magistratus eum tamquam pacis turbatorem secundum leges multarunt. Verum Philistus, vir opibus maxime pollens, multam pro eo exsolvit, quæque animo concepisset, edisserere jussit, addens se, licet per totum illi diem multam irrogaturi essent, argentum pro ipso expensurum. Hæc incidunt in Ol. 93, 3. Tum igitur Philistum, ut re familiari ad libitum uti et coram populo loqui posset, plus viginti annis natum fuisse omnino est necessarium.

Quem magistrum habuerit non constat. Sevinus quidem (*Mém. de l'Acad. des belles-lettres*), tom. XIII, p. 2) eum Isocratis discipulum fuisse intelligi vult ex Cic. de Orat. II, 22, ubi « Ecce tibi, inquit, exortus est Isocrates magister istorum omnium, cujus e ludo tamquam ex equo Trojano innumeri principes exierunt, sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Itaque et illi, Theopompus, Ephorus, Philistus, Naucrates, multique alii naturis differunt, voluntate autem sunt similes inter sese, et magistri. » Sed ne dicam quam parum hoc verimile sit propter Isocratis ætatem paucis dumtaxat annis Philisto majoris, et propter id quod de tempore quo ludum aperuerit ex Pseudo-Plutarcho (Vit. X orat. p. 672) compertum habemus; alius exstat apud Ciceronem (de Orat. II, 13) locus, ubi diserte Philistus ab Isocratis discipulis discernitur. « Hunc, inquit, consecutus est Syracusius Philistus, qui, quum Dionysii tyranni familiarissimus esset, otium suum consumsit in historia scribenda, maximeque Thucydidem est, sicut mihi videtur, imitatus. Postea vero, ex clarissima quasi rhetoris officina, duo præstantes ingenio, Theopompus et Ephorus, ab Isocrate magistro impulsi se ad historiam contulerunt : caussas omnino nunquam attigerunt. » Quæ res Gœllerum commovit, ut in priori loco pro *Philistus* restituendum censeret *Philiscus*. Idque verum esse eo libentius largieris, quo frequentior est apud veteres horum nominum confusio. Intelligendus est autem Philiscus Milesius, Isocratis auditor, Timæi historici præceptor (Suidas Τίμαιος), qui præter vitam Lysiæ, etiam τέχνην ῥητορικὴν composuit ab eodem Suida per errorem historico nostro tributam. — Alius Philisto magister a Suida datur Evenus, poeta elegiacus. Quod jam per se non admodum probabile, temporum computatione labefactatur. Nam quum duo sint Eveni Parii, elegiaci poetæ (Eratosthen. ap. Harp. s. v. Εὔηνος), quorum alter Ol. 138 vixit, alter vero, si fides habenda Maximo Tyrio (Dissertat. 38, p. 449 ed. sec. Davis.), Socratem artem poeticam docuit, neuter Philisti magister esse potuit. Diversa Suidas confudisse videtur.

Itaque quum de juvenilibus Philisti studiis certius omnino nihil compertum habeamus, primum quod indubitata antiquitatis fide pronuntiare licet, illud est quod supra ex Diodoro apposuimus, nempe fuisse Philistum Dionysii senioris fautorem, eumque opibus suis et consiliis ad adipiscendam tyrannidem haud minimum adjuvisse. Nec minus is ne in adversis rebus tyrannus de salute sua desperaret, constantia animi et firmitate effecit. Nam ubi vix firmato imperio Syracusani arma in tyrannum converterunt ac in tantas eum angustias redegerunt, ut, omni spe tuendi principatus abjecta, ex amicis quæreret, quo pacto non prorsus inglorioſam tyrannidis abdicationem faceret, Heloris respondit : pulcrum sepulturæ ornatum esse tyrannidem, Polyxenus consuluit, ut velocissimo equo conscenso intra Carthaginiensium fines se auferret; at Philistus, Te decet, inquit, non citato equo ex dominatu avolare, sed vel cruribus tractum reniti. Atque hanc sententiam tyrannus amplexus est. Sic Diodor. XIV, 8 ex Timæo; idem vero responsum alio loco (XX, 78), ex ipsius, ut videtur, Philisti historia Megacli datur. Cf. Plutarch. Dion. 35. Utcunque sit, auctorem nostrum tyrannicorum morum amicum fuisse tum aliunde constat, tum intelligitur ex loco Plutarchi (Dion. c. 11), quem, quum simul sequentia Philisti fata narret, liceat adscribere. Ὁ γὰρ δὴ Φίλιστος, ait, ἐξ ἀρχῆς τε τῇ τυραννίδι καθισταμένῃ προθυμότατον ἑαυτὸν παρέσχε, καὶ τὴν ἄκραν διεφύλαξε, φρουραρχῶν ἐπὶ πολὺν χρόνον. Ἦν δὲ λόγος, ὡς καὶ τῇ μητρὶ πλησιάζοι τοῦ πρεσβυτέρου Διονυσίου, τοῦ τυράννου μὴ παντάπασιν ἀγνοοῦντος. Ἐπεὶ δὲ Λεπτίνης ἐκ γυναικὸς, ἣν διαφθείρας ἑτέρῳ συνοικοῦσαν ἔσχε, γενομένων αὐτῷ δυοῖν θυγατέρων, τὴν ἑτέραν ἔδωκε Φιλίστῳ, μηδὲ φράσας πρὸς Διονύσιον· ὀργισθεὶς ἐκεῖνος τὴν μὲν γυναῖκα τοῦ Λεπτίνου δήσας ἐν πέδαις καθεῖρξε, τὸν δὲ Φίλιστον ἐξήλασε Σικελίας (Ol. 98, 4), φυγόντα παρὰ ξένους τινὰς εἰς τὸν Ἀδρίαν· ὅπου καὶ δοκεῖ τὰ πλεῖστα συνθεῖναι τῆς ἱστορίας σχολάζων (cf. Plut. De exil. p. 637 Steph., p. 605 Wechel.). Οὐ γὰρ ἐπανῆλθε,

Digitized by Google

τοῦ πρεσβυτέρου ζῶντος, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ὥσπερ εἴρηται, κατήγαγεν αὐτὸν ὁ πρὸς Δίωνα τῶν ἄλλων φθόνος, ὡς αὐτοῖς τε μᾶλλον ἐπιτήδειον ὄντα καὶ τῇ τυραννίδι βεβαιότερον.

Plutarcho assentitur Cornelius Nep. in Dion. c. 3, ubi « Quumque Dion, ait, non desineret obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesseret et ejus consiliis uteretur, ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei gessit, eodemque tempore (Ol. 103, 2) Philistum historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannidi. Sed de hoc in meo libro plura sunt exposita, qui de historicis conscriptus est. » Cf. Plutarch. De exilio, p. 637. Aliter rem efformavit Diodor. XV, 7. Is enim ad Ol. 103, 1, Dionysium dicit propter poematum suorum despectum et exsibilationem in summum incidisse mœrorem, et ad extremum eo mœstitiæ et iusaniæ processisse, ut necessariorum multos falsis criminibus oneratos necasset, nec paucos misisset in exilium. Inter hos fuisse Leptinen fratrem et Philistum, qui præclara sæpenumero tyranno in bellis commoda præstitisset : eos in Italiam fugisse Thurios, magnumque favorem adeptos cum tyranno deinceps id ipsum rogante in gratiam rediisse, et non modo in civitatem Syracusarum, sed etiam in pristinum benevolentiæ et dignitatis locum restitutos esse. Ne tamen in hac narrationum diversitate Diodorum Plutarcho veriora tradere putes, id præcipue obstat, quod Plutarchus omnia sua hausisse sese fatetur ex Timonide, qui Dionem in Siciliam secutus rebus, quas narravit, oculatus testis interfuerat. Quam impatienter vero Philistus exilium tulerit, quemadmodum ad reditum efficiendum vilem Dionysii adulatorem se præbuerit, patet ex Plutarcho (1) et Pausania (2). In patriam tandem reversus Dioni et Platoni, quorum consiliis Dionysium regi videbat, acerrimus exstitit adversarius, ac fracta horum virorum auctoritate priorem rerum conditionem reducere studuit. Nec criminationes caruerunt eventu. Nam Dio patria pulsus, Plato Athenas reversus est (V. Platon. Epistol. III, p. 671, ubi pro ὑπὸ Φιλιστίδου cum Sevino restituendum est ὑπὸ Φιλίστου). Sed Ol. 105, 4, Dion cum exigua manu ad restituendam patriæ libertatem in Siciliam appellit, urbes ad eum ultro deficiunt, ipsæ Syracusæ denique ab eo occupantur. Dionysius, qui sub id tempus ad Cauloniam in Italia morabatur, Philistum, exercitus ducem, circa Adriam tum versantem, cum classe arcessit, utque recto cursu Syracusas petat injungit (Diodor. XVI, 9-11; Plutarch. Dion, c. 25, 35). Philistus igitur accurrit, et primum quidem Leontinos, qui desciverant a Dionysio, invadit. Noctu furtim mœnia ingressus partem urbis occupat, sed a Syracusanis suppetias ferentibus Leontinorum oppido exturbatur. Interim Heraclides a Dione et Syracusanis classi præfectus e Peloponneso rediit. Contra hunc Philistus, summus classis prætor a Dionysio creatus, triremibus sexaginta pugnam navalem cum Syracusanis, navium numero haud inferioribus, suscepit. Acre tum prœlium conseritur; in quo sua primum virtute Philistus prævalebat. Sed ab hostibus tandem circumventus, quum Syracusani id summo studio agerent ut imperatorem vivum caperent, ille, ut vitaret quæ in captivos committi solent probra et cruciatus, mortem sibi conscivit, postquam maximum sui usum tyrannis præbuisset, fidelissimumque eorum amicum se declarasset. Syracusani victores dilaniatum Philisti corpus per totam urbem traxerunt et insepultum denique abjecerunt. Sic Diodorus; ubi vero postrema magis in honorem Philisti, quam ex veritate adornata esse patet ex Timonide apud Plutarch. (Dion. 35), qui vivum dicit Philistum in manus hostium incidisse iisque fuisse ludibrio. Cum Timonide facit etiam Tzetzes (Hist. X, 830 sq.). Contra turpiter lapsus est Suidas, qui eum in pugna contra Pœnos cecidisse refert. Incidunt hæc in Ol. 106, 1. Jam igitur, si Philistum, quo tempore Gylippus in Siciliam venit, viginti circiter annos habuisse statuamus, efficitur eum septuagenarium, γέροντα ἤδη, ut Plutarchus dicit l. l., diem obiisse supremum.

His subjicio locos nonnullos vett. scriptorum, quibus indolis morumque nostri auctoris imago potest quisque sibi adumbrare. Dionysius Hal. Tom. II, p. 131, 21, Philistum ostendere dicit ἦθός τε κολακικὸν καὶ μικρολόγον. Idem p. 70, 8 (tom V, p. 427, Reiske), Φίλιστος, ait, μιμητής ἐστι Θουκυδίδου ἔξω τοῦ ἤθους· τὸ μὲν γὰρ ἐλεύθερον καὶ φρονήματος μεστόν· τοῦτο δὲ θεραπευτικὸν τῆς τυράννων καὶ ἄλλων πλεονεξίας. Quare Timæus, ut Plutarchus (Dion. 36) ait, οὐκ ἄδικον λαβὼν πρόφασιν τὴν ὑπὲρ τῆς τυραννίδος τοῦ Φιλίστου σπουδὴν

(1) Plutarch. Timol. 15 : Ὥστε μοι συμβάλλοντι τούτοις τὰς Φιλίστου φωνὰς, ἃς ἀφίησι περὶ τῶν Λεπτίνου θυγατέρων ὀλοφυρόμενος, ὡς ἐκ μεγάλων ἀγαθῶν τῶν τῆς τυραννίδος εἰς ταπεινὴν ἀφιγμένων δίαιταν, φαίνεσθαι θρήνους γυναικὸς ἀλαβάστρους καὶ πορφύρας καὶ χρυσία ποθούσης.

(2) Pausan. 1, c. 13, § 8 : Ἀνδρὶ γὰρ βασιλεῖ συνόντα ἀνάγκη πᾶσα ἐς χάριν συγγράφειν· εἰ δὲ καὶ Φίλιστος αἰτίαν δικαίαν εἴληφεν, ἐπελπίζων τὴν ἐν Συρακούσαις κάθοδον, ἀποκρύψασθαι τῶν Διονυσίου τὰ ἀνοσιώτατα, ἦπου πολλή γε Ἱερωνύμῳ συγγνώμη.

Digitized by Google

καὶ πίστιν, ἐμπίπλαται τῶν κατ' αὐτοῦ βλασφημιῶν, ᾧ τοὺς μὲν ἀδικηθέντας τότε σύγγνωστόν ἐστιν ἴσως ἄχρι τῆς εἰς ἀναίσθητον ὀργῆς χαλεποὺς γενέσθαι· τοὺς δ' ὕστερον συγγράφοντας τὰ πεπραγμένα καὶ τῷ μὲν βίῳ μὴ λυπηθέντας αὐτοῦ, τῷ δὲ λόγῳ χρωμένους, ἡ δόξα παραιτεῖται μὴ μεθ' ὕβρεως, μηδὲ μετὰ βωμολοχίας ὀνειδίζειν τὰς συμφοράς· ὧν οὐδὲν ἀπέχει καὶ τὸν ἄριστον ἀνδρῶν ἐκ τύχης μετασχεῖν. Deinde vero Ephorum reprehendit, quod Philistum laudaverit, ὃς, καίπερ ὢν δεινότατος ἀδίκοις πράγμασι καὶ πονηροῖς ἤθεσιν εὐσχήμονας αἰτίας περιβαλεῖν, καὶ λόγους ἔχοντας κόσμον ἐξευρεῖν, αὐτὸς αὐτὸν οὐ δύναται πάντα μηχανώμενος ἐξελέσθαι τῆς γραφῆς, ὡς οὐ φιλοτυραννότατος ἀνθρώπων γένοιτο, καὶ μάλιστα πάντων ἀεὶ ζηλώσας καὶ θαυμάσας τρυφὴν καὶ δύναμιν καὶ πλούτους καὶ γάμους τοὺς τῶν τυράννων. Ἀλλὰ γὰρ Φιλίστου ὁ μήτε τὰς πράξεις ἐπαινῶν, μήτε τὰς τύχας ὀνειδίζων ἐμμελέστατος.

De scriptis Philisti. — Suidas : Φιλίσκος, ἢ Φίλιστος Συρακούσιος·... ἔγραψε Σικελικά· ἔστι δὲ τὰ πρὸς Ἕλληνας αὐτοῖς πραχθέντα διαφόρως. Καὶ Γενεαλογίαν· περὶ Φοινίκης, καὶ ἄλλα τινὰ περὶ τῆς νήσου Σικελίας. Deinde : Φίλιστος Ναυκρατίτης ἢ Συρακούσιος· ... συνέταξε δὲ τέχνην Ῥητορικήν, Αἰγυπτιακὰ ἐν βιβλίοις ιϐ', Σικελικὰ ἐν βιβλίοις ια', πρὸς τὸν Τρικάρανον λόγον, περὶ Ναυκράτεως, περὶ Διονυσίου τοῦ τυράννου βιβλία ς', περὶ τῆς Αἰγυπτίων θεολογίας βιβλία γ', Δημηγορίας· καὶ ἄλλα τινά· περὶ Λιβύης καὶ Συρίας. Diversorum scripta a Suida commixta esse extra dubitationem positum est. A veteribus Siciliæ tantum et Dionysii historia, ac præterea nihil Philisto assignatur. De arte oratoria liber, ut supra vidimus, ad Philiscum Milesium pertinet; ad eundem auctorem, quod jam Ruhnkenius (Histor. orat. Gr. p. LXXXIII) perspexit, Conciones referendæ sunt. Opus περὶ Φοινίκης tribuendum videtur Philino Agrigentino, qui primi belli Punici historiam scripsit atque facillime cum Philisto confundi potuit. Quod ad reliqua Philisti opera, quum nonnisi Suidæ testimonio tot nominibus suspecto in notitiam nostram venerint, supinam potius lexicographi negligentiam accusemus, quam temporis, quod nulli eorum pepercerit, injuriam.

Historiæ Siculæ in duas partes erant divisæ, quarum altera septem libris plus quam octingentos annos complexa, exordio facto inde ab antiquissimis Siciliæ temporibus, ad Ol. 93, 3 ad captumque Agrigentum deducta est; altera, ubi prior substiterat incipiens, libris quattuor res a Dionysio seniore gestas usque ad mortem ejus (Ol. 103, 2) enarravit. Diodor. XIII, 103. His tamquam tertiam partem addere licet opus, in quo duobus libris res Dionysii junioris per quinque annos usque ad Ol. 104, 2, persecutus est. Diodor. XV, 89. Etenim tredecim hos libros unum tantum quodammodo corpus effecisse inde apparet, quod Stephan. Byz. vocc. Ἀρβέλη et Κραστός librum tredecimum laudat. Potuisse tamen etiam singulas partes tamquam singularia opera discerni docemur a Cic. II. Ep. ad Quintum fratr. 13. « Utros ejus (Philisti) habueris libros (duo enim sunt corpora), an utrosque, nescio. Me magis de Dionysio delectat. » Cf. Dionys. Hal. t. II, p. 131, 17: Διῆρηκε historiam suam εἰς ἐπιγραφὰς δύο, περὶ Σικελίας μὲν τὴν προτέραν ἐπιγράφων, περὶ Διονυσίου δὲ τὴν ἑτέραν, ἔστι δὲ μία· καὶ τοῦτο γνοίης ἂν ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς Σικελικῆς. Neuter libros de Dionysio juniori memorat, quos neque Diodor. XV, 94 in computum suum refert. Quare hæc pars, omnino minus cognita, serius tandem majori illi operi adjuncta esse videtur. Ex his vero facile intelligitur Suidam, ubi res Siculas undecim libris conscriptas esse dicit, primam et secundam totius operis partem, ubi Dionysii historiæ sex libros assignat, secundam et tertiam partem in unum collegisse.

Rationem, qua res narratæ in singulos libros dispertitæ fuerint, ex fragmentis quot supersunt Gœllerus constituit hanc : « Res Cocali, ait, Philistus narravit *primo* libro Siculorum. Ibidem recensum egit populorum, qui antiquitus in Sicilia consederunt. V. Diodor. V, 2-6. *Secundo* libro de coloniis Græcanicis dixit, quæ in Sicilia conditæ sunt. Cf. Thuc. VI, 2-6; Strabo VI, p. 409 Am. *Tertio* libro, ut mihi quidem videtur, progressus est ad regnum Gelonis; rationem exposuit, qua imperium sibi paravit; reliquas res a rege clarissimo per septem annos gestas tractavit. V. Diodor. IX. Hæc ad spatium temporis pertinent inde ab Ol. 72, 2 ad Ol. 75, 3. *Quartus* liber fortasse comprehendit regna Hieronis Thrasybulique. Diodor. XI, 38-68. Ol. 75, 3; 78, 3. Tum *quinto* libro aggressus est tempora Siciliæ florentissima post libertatem Syracusis vindicatam expulsosque tyrannos. Inerant, puto, etiam bella cum Siculis et Ducetio gesta; excidium Agrigenti. Diodor. XI, 67, 68; XII, 82. Ol. 78, 3; 91, 1. *Sextus* deinde liber, quo Thucydidis vestigia legit (teste Theone Progymn. p. 9 Heins.: Τὸν Ἀττικὸν ὅλον πόλεμον ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τοῦ Θουκυδίδου μετενήνοχε, et Plutarcho Nic. c. 1 : Ἃς γοῦν Θουκυδίδης ἐξήνεγκε καὶ Φίλιστος πράξεις, ἐπεὶ παρελθεῖν οὐκ ἔστι, μάλιστά γε δὴ τὸν τρόπον καὶ τὴν διάθεσιν τοῦ ἀνδρὸς (Niciæ sc.) ὑπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων παθῶν καλυπτομένην περιεχούσας, ἐπιδραμὼν βραχέως, καὶ διὰ τῶν ἀναγ-

Digitized by Google

χαίων .... πεπείραμαι συναγαγεῖν) continebat historiam belli Attici. Diod. XII, 82; XIII, 33. Ol. 91, 1; 91, 4. *Septimus* denique liber tempora Dioclis Syracusanorum legislatoris continere poterat cum parte belli Punici ab Hamilcare gesti. Diodor. XIII, 34-96. Ol. 92, 1; 93, 3. — Hinc incipiunt res Dionysii senioris, quattuor libris expositæ. Quorum *primo*, ni fallor, inde a capto Agrigento caussas et initia regni Dionysii, maximeque apparatum bellicum contra Carthaginienses exposuit. Diod. XIII, 91-108. Ol. 93, 3; 93, 4. Hinc ad pacem cum Carthaginiensibus initam, et firmatum a Dionysio principatum naturalis transitus fuit libro *secundo*. Diodor. XIII, 108; XIV, 10. Ol. 93, 4; 94, 2. *Tertio* libro videtur enarrasse bellum Punicum secundum. Diod. XIV, 14-76. Ol. 94, 2; 96, 1. *Quarto* libro bello Punico tertio et Rhegino, Dionysii obitu et pompa funebri descriptis res tyranni ad exitum perduxit. Diodor. XIV, 76; XV, 74. Ol. 96, 1; 103, 1.»

Sequuntur libri duo Dionysii junioris historiam inde ab Ol. 103, 1, quo anno regnum suscepit, ad Ol. 104, 2 complexi. Retractavit eam et ad finem perduxit Athanas Syracusanus. Diod. XV, 94. Quam ne ipse Philistus ulterius prosequeretur, nec fortasse illis ipsis, quæ jam composuerat, summam manum admoveret, morte impeditus est. Quod ei ridicule sane crimini vertit Dionys. Hal. tom. V, p. 427 ed. Reisk.

In scribendi genere Philistum ad Thucydidis maxime exemplum sese conformasse unanimis est veterum scriptorum consensus. Itaque apud Ciceronem (II Ep. ad Quint. fratr. 13) audit: «Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, pæne pusillus Thucydides.» (Cf. Brut. c. 85; de Orat. II, 13), et apud Quinctil. Institut. orat. X, 1: «Imitator Thucydidis, et ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior.» Quod uberius exponit Dionys. Hal. tom. V, p. 427 et VI, p. 779 sqq. ed. Reisk. Philistus, ait, ad Thucydidem magis accessisse videtur et ejus exemplo formam orationis ornasse. Neque enim argumentum sumsit nimis vagum, verum unum, idque uni loco adstrictum. Ordine vero optimo historiam non adornavit, sed obscuro, et quem summa cum difficultate animo consequi possis, ac sane longe pejore quam Thucydides. Res etiam alienas historiæ suæ inserere noluit, sed in uno argumento permanet (cf. Theon. Progymnast. p. 44 Heins.). Dictione utitur inusitata quidem, sed minus obscura et affectata quam illa Thucydidis, atque rotunda, densa, acri, contentiosa. Non tamen eandem elegantiam et majestatem, nec eadem pondera, affectus et figuras habet. (Interdum vero orationem Philisti grandem et sublimem esse testatur Longin. c. 40.) Nimis gravis sæpe et uniformis est, nec ulla periodi ejus jucunditate conditæ (cujus rei præclarum sane exemplum proponit fragm. 8). In describendis locis, navalibus pugnis et constitutionibus urbium perexilis est atque depressus, nec oratio rei amplitudini respondet. Idem de ejus concionibus valet. At naturali quadam oris suavitate præditus est, et prudens et ad veras et serias caussarum actiones Thucydide magis idoneus. Idem Dionysius VI, p. 767, Philistum cum Herodoto, Thucydide, Xenophonte et Theopompo componens dicit: τούτους ἐκκρίνω τοὺς ἄνδρας εἰς μίμησιν ἐπιτηδειοτάτους. Ceterum Philistus in Alexandrinum historicorum canonem non est receptus. Atque jam multum ante Ciceronis ætatem non placuisse obscuram illam Philisti orationem declarat Cic. Brut. c. 17: «Jam vero Origines Catonis quem florem, aut quod lumen eloquentiæ non habent? Amatores huic desunt, sicuti multis jam ante sæculis et Philisto Syracusio et ipsi Thucydidi. Nam ut horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis [cum brevitate tum nimio acumine], officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suæ: quod idem Lysiæ Demosthenes: sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio.» — Iniquum Timæi de historico nostro judicium, φορτικὸν καὶ ἰδιώτην eum dicentis, nec non τὴν Φιλίστου διάλεκτον εὐθύνειν aggressi perstringit Plutarch. Nic. c. 1. Nil curabis Timæi maledicentiam, quum legas apud Plutarch. Alex. c. 8, in tanto apud veteres Nostri historias honore fuisse, ut eas una cum Euripide, Sophocle, Æschylo Harpalus Alexandro suo mitteret in Persiam.

TIMÆUS.

Timæus Tauromenita (1) patre usus est Andro-

(1) Suidas: Τίμαιος, Ἀνδρομάχου, Ταυρομενίτης· ὃν Ἀθηναῖοι Ἐπιτίμαιον ὠνόμασαν· Φιλίσκου μαθητὴς τοῦ Μιλησίου· παρωνόμαστο δὲ τοῦτο, διὰ τὸ πολλὰ ἐπιτιμᾶν· καὶ Γραοσυλλέκτρια δὲ, διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν. Ἔγραψεν Ἰταλικὰ καὶ Σικελικὰ ἐν βιβλίοις ἡ'. Ἑλληνικὰ καὶ Σικελικά. Συλλογὴν ῥητορικῶν ἀφορμῶν βιβλία ξή. Ὀλυμπιονίκας, ἢ χρονικὰ πραξίδια ..... Reliqua excripta sunt e Diodor. Exc. Vales. tom. IX, p. 279 et Polyb. XII, 23. — Idem: Τίμαιος ὁ ἱστορικός ... ἔγραψε περὶ Συρίας καὶ τῶν αὐτῆς πόλεων καὶ βασιλέων, βιβλία γ'.

Præter Tauromenitam apud vett. scriptt. memorantur: 1. *Timæus Locrus*, de quo certius nihil compertum

Digitized by Google

macho illo, qui opibus animique nobilitate excellens Naxios urbe a Dionysio excisa deturbatos congregavit, iisque in Tauromenio oppido recens condito (Ol. 96, 1) novas sedes constituit (Ol. 105, 3. Diodor. XVI, 7 coll. XIV, 59). Quo anno Timæus in lucem editus sit, disertis verbis indicat nemo. Quum vero annos natus nonaginta sex (Lucian. Macrob. cap. 22, p. 127 Bip.) diem obiisse dicatur, ac historiæ ejus usque ad Ol. 129, 1 a. Chr. 264 perductæ fuerint (2), fato defunctus videtur circa Ol. 131, vel paullo post a. Chr. 256, ideoque natales ejus referendæ sunt ad Ol. 107; a. Chr. 352. Magistrum habuit, ut Suidas testatur, Philiscum Milesium, discipulum Isocratis. Ceterum de vita ejus nihil fere compertum habemus, nisi illud, eum ab Agathocle patria pulsum migrasse Athenas. Quod equidem retulerim ad Ol. 117, 3, a. Chr. 310, quo tempore Agathocles post cladem ad Himeram exercitum in Africam transducturus, ne per absentiam suam res novas molirentur Syracusani, nec ipse pecuniæ inopia laboraret, opulentiorum opes sub variis prætextibus confiscavit, atque urbem ab omnibus, quos a se alienos videret, cædibus et exiliis expurgare studuit (Diodor. XX, 4). In horum numero fuisse videtur etiam Timæus, qui itaque ætatis anno quadragesimo secundo, relictis Syracusis, in literatissimam Athenarum urbem sese contulit, ubi, sicut ipse dicit (3), quinquaginta continenter annos hospes versatus est. Præclaro hoc otio gaudens totum se dedit studiis historicis, ac postquam ingentem materiam undique congesserat, provectiore jam ætate ad operum suorum compositionem se accinxit (4). Jam si vera sunt, quæ de exilii tempore dixi, necessario inde sequitur Ol. 130, 1, a. Chr. 260, Timæum Athenas paullo ante ab Antigono captas reliquisse. Igitur Tauromenium vel, quod malim, Syracusas redierit. Testem rei affero locum ipsius Timæi modo laudatum (3), unde clare elucet scripta hæc esse post reditum ex exilio. Atque quum verba Polybius petita dicat ex libro trigesimo quarto, ubi, ut infra demonstrare studebo, Agathoclis historiam exposuit, haud temere statuam majorem historiarum partem usque ad postremas res Agathoclis Athenis, verum Pyrrhi historiam, quam seorsum editam scimus, in Sicilia post reditum ex exilio esse conscriptam.

De scriptis Timæi. — Siciliæ historia, quam Timæus memoriæ prodidit, initio facto inde ab antiquissimis temporibus deducta est usque ad Ol. 129, ubi Polybius suorum commentariorum posuit exordium (5). Quot libros continuerit accuratius definiri nequit, ampliorem tamen fuisse opere Polybiano pro certo licet affirmare (6). Neque minus asserere potes, ut Philisti, sic etiam Timæi historias in plures partes fuisse divisas, quas tamquam singularia opera consideraveris. Hinc explicandus est Suidas, qui Timæum scri-

habemus. Qui ei tribuitur liber περὶ τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς nihil est nisi Platonis dialogi, qui Timæus inscribitur, compendium (v. Tennemann. *Syst. d. Plat. Philos.* vol. I, p. 93 sq.). Idem Vitam Pythagoræ scripsisse dicitur. Cujus rei fides quum in uno Suidæ testimonio posita sit, nec usquam Locrus auctor diserte memoretur, verisimile est fragmenta, quæ de Pythagora ex Timæo laudantur, referenda esse ad Timæum Siculum, qui in rebus Italicis de Pythagora non potuit non disserere. — 2. *Timæus Crotoniata* et *Timæus Parius*, Pythagorei (v. Iamblich. V. Pythag. cap. extr.; Clemens Alex. Strom. p. 604; Theodoret. II Therapeut. p. 36. Cf. Fabric. Bibl. tom. VI, p. 544.) — 3. *Timæus Cyzicenus*, Platonis discipulus. Sic Democharcs ap. Athenæum (XI, 15, p. 509, A Casaub.). Verum Diogen. Laert. III, 46, Timolaum, non Timæum Cyzicenum inter Platonis discipulos enumerat. Itaque alterutrum nomen depravatum videtur. Aliunde de Timæo quodam Cyziceno nil constat, nisi forte Neanthes Cyzicenus, sicuti Timæus Philisci discipulus, qui Ἑλληνικὰ scripsit et περὶ τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν, nec non περὶ Πυθαγορικῶν (in quo opere quemadmodum Timæus ineptam illam de Empedoclis λογοκλοπείᾳ fabulam narravit: v. Karsten. de Empedocle); et quem, sicuti Timæum, propter levitatem Polemo ἀντιγραφαῖς suis perstrinxit, ob ingenii et rerum tractatarum cum Timæo ejusque historiis similitudinem appellatus est Timæus Cyzicenus, quod nomen deinde cum illo Timolai facillime potuit confundi. Eodem plane modo Ruhnkenius ad Rutil. Lup. I, p. 26, Hegesiam oratorem propter suum ineptiarum studium cum Timæo confusum esse dicit. — 4. *Timæus*, junior quidam, *sophista*, qui ad Gentianum scripsit Lexicon Platonicum (v. Ruhnk. præfat. ad Timæi Lex. p. XII, sqq.). Ad eundem Ruhnkenius pertinere censet συλλογὴν ῥητορικῶν ἀφορμῶν, quam Suidas historico Siculo attribuit. — 5. *Timæus mathematicus* memoratur a Plinio H. N. V, 9; XVI, 22; II, 8. Ad hunc Gœller. referendum suspicatur fr. 25 de Hyadibus. — 6. *Timæus historicus*, *qui de medicina metallica scripsit* in Plin. Ind. lib. XXXIII et cap. 3 ejusdem libri, nemo alius quam Siculus noster esse videtur. V. fragm. 22.

(2) Polyb. 1, 5, 1: Ὑποθησόμεθα ταύτης ἀρχὴν τῆς βίβλου τὴν πρώτην διάβασιν ἐξ Ἰταλίας Ῥωμαίων· αὕτη δ' ἐστὶ συνεχὴς μὲν τοῖς ἀφ' ὧν Τίμαιος ἀπέλιπε, πίπτει δὲ κατὰ τὴν ἑνάτην καὶ εἰκοστὴν πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα.

(3) Polyb. XII, 25, 1: Πεντήκοντα συνεχῶς ἔτη διατρίψας Ἀθήνησι ξενιτεύων καὶ πάσης ὁμολογουμένως ἄπειρος ἐγενόμην πολεμικῆς χρείας. Contra Polyb. ibid. 25, d: ἀποκαθίσας γὰρ Ἀθήνησιν σχεδὸν ἔτη πεντήκοντα. Cf. XII, 28, 6.

(4) In exilio Timæum historiam suam condidisse dicit etiam Plutarch. De Exil. p. 605 Wechel.

(5) Polyb. I, 5, 1, verbis paulo ante exscriptis.

(6) Quod vero minime concludi potest, sicut Gœller. fecit, ex Polyb. III, 32, ubi omnino non sermo est de Timæi historiis.

Digitized by Google

psisse ait Italica et Sicula libris octo, deinde Hellenica et Sicula. Hæ partium sunt inscriptiones, quarum complures sine dubio fuerunt hodie ignoratæ. Nam præter id, quod quinque libri postremi Agathoclis res gestas comprehenderint, de œconomia libri certioris quidquam non traditur. Verum si fragmenta perlustraveris, quibus libri notitia addita est, facili negotio eruere licet : magnum illud Siculorum opus in duas partes fuisse divisum, quarum utraque in plura capita distincta erat; atque titulos a Suida servatos primis duarum illarum partium capitibus fuisse inscriptos. Itaque primum caput prioris partis inscriptum erat Ἰταλικὰ καὶ Σικελικά, octo libris antiquiorem Siciliæ historiam exhibens cum rebus Italicis arctissimo vinculo conjunctam. Primum caput alterius partis in fronte habebat titulum Σικελικὰ καὶ Ἑλληνικά, atque illud tempus complectebatur, quo Atheniensium in Siciliam expeditiones factæ sunt. Igitur Timæi operi idem prorsus accidit quod Periegesi Hecatæi. In utroque prima tantum majorum partium capita nominatim laudantur, de ceteris altum silentium. Facile quidem capitum denominationes excogitari possent, sed quum hæc omnia fingendi arbitrio relicta sint, nolo in iis morari.

Ne tamen citius quam cogitatius meam de Timæi operis adornatione sententiam deprompsisse videar, ipsorum fragmentorum præsidio utar, unde pateat, aptam rerum ex Timæi historiis traditarum dispositionem omnino nullam inveniri posse, nisi plures earum partes statuas a veteribus esse distinctas. Igitur ex libro secundo citatur fragmentum de Gelonis tutoribus (fr. 83). Quod initio fere historiarum positum jam per se offendit, multo magis vero quod aliunde elucet de Gelone sermonem fuisse libro decimo, ex quo (fr. 85) pugna ad Helorum commemoratur. Itaque quum sciamus primam historiæ partem vel caput octo libris constitisse, facile est intelligere, qui factum sit, ut de eodem Gelone Timæus disseruisse dicatur libro secundo et decimo. Nimirum inde ab nono libro nonnulli novam librorum seriem statuerunt, ideoque librum secundum dixerunt, qui aliis erat liber decimus. Quæ quum ita sint, etiam quod de Empedocle senatum mille virorum Agrigenti antiquante affertur ex libro primo vel secundo (nam parum accurate Diogenes loquitur), haud credideris ex primo totius operis, sed ex nono (ubi fr. 81 Empedoclis cum Pythagora compositi mentio fit) vel ex decimo repetitum esse. Eodem modo de morte Empedoclis laudatur liber quartus (fr. 98). Porro ex libro decimo tertio citatur fragmentum (105) de Laide Hyccaris capta bello Peloponnesiaco. Vides hoc ad alteram totius operis partem pertinere. Polybius denique (XII, 25, o) Hermocratis orationem in conventu Siculorum habitam legi dicit libro vicesimo primo, idemque (XII, 26) ad eundem librum refert Timoleontis ad milites exhortationem. Quas res tanto temporis spatio sejunctas ex diversis operum partibus memorari, vix est quod moneam. — His adjungam alium Polybii locum (XII, 26, e), ubi postquam de ostentatione Timæi in coloniarum et urbium conditarum descriptione locutus erat, pergit ita : Οὐ μὴν ἀλλ' οἱ πλείω χρόνον συντραφέντες τοῖς τούτου πρώτοις ὑπομνήμασιν, ἐν οἷς αἱ τῶν προειρημένων εἰσὶ συντάξεις, ὅταν ἅπασαν συνταξαμένῳ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐπαγγελίας ἀποπιστεύσωσι, κἄπειτά τις αὐτοῖς ἀποδεικνύῃ τὸν Τίμαιον, ἐν οἷς πικρότατός ἐστι κατὰ τῶν πέλας, αὐτὸν ἔνοχον ὄντα, καθάπερ ἡμεῖς ἀρτίως ἐπὶ τῶν Λοκρῶν καὶ τῶν ἑξῆς παραπαίοντα συνεστησάμην, δυσέριδες γίνονται... Λοιπὸν δὲ τὸ πραγματικὸν αὐτοῦ μέρος τῆς ἱστορίας, ἐκ πάντων συγκείμενον τῶν ἁμαρτημάτων.—Ex quibus satis intelligitur Polybium duas operis partes distinguere, neque tamen, ut Suidas fecisse videri potest, octo tantum libros priori parti tribuisse, quum quæ de Locris Timæus contra Aristotelem disputavit, ad nonum librum pertineant. Quot fuerint hujus partis libri, accuratius quidem dici nequit, sed quoniam liber decimus octavus expresse laudatur (fr. 94), si viginti fuisse statuas, a vero non multum aberis. Altera pars multo longior erat. A Suida citatur liber tricesimus octavus. Itaque quadraginta numeraveris usque ad res Agathoclis quinque libris comprehensas. His accedit Pyrrhi historia, cujus ambitum ignoramus. Audacior aliquis fortasse dicat Suidæ verba : Ἔγραψε περὶ Συρίας καὶ τῶν αὐτῆς πόλεων καὶ βασιλέων βιβλία γ' misere corrupta esse in iisque latere Pyrrhi Epirotarum regis bellum. Nam neque ullum fragmentum occurrit, quod ad hos de Syria libros referri possit, nec omnino intelligitur quomodo Siciliæ historiæ quamvis multis a re proposita alienis refertæ tam prolixam hujus regionis descriptionem inserere potuerit, nec denique alius Timæus, cui tale scriptum tribuamus, in notitiam nostram pervenit. Jam si calculos subducas, totum Timæi opus compositum foret libris sexaginta octo. Totidem vero libris, eodem Suida auctore, Timæus scripsisse dicitur συλλογὴν ῥητορικῶν ἀφορμῶν. Quas Nostro abjudicandas esse videns Ruhnkenius, eas referendas censet ad Timæum Sophistam. Mirum tamen tantæ molis librum nusquam alias memorari. Quare sententia mea eo inclinat, ut Suidæ verba de historico Timæi opere intelli-

Digitized by Google

genda putem, quod propter indolem suam severior quidam Tauromenitæ censor συλλογὴν ῥητορικῶν ἀφορμῶν appellaverit. Conjecturis hæc nituntur, quas tamen rei natnra videtur excusare.

Redeo ad operis divisionem. Quæ utrum ab ipso auctore, an a serioris ævi hominibus facta sit difficile est dijudicatu. Singulas quidem partes non separatim a Timæo editas esse, sed, exceptis, libris qui de Pyrrho egerunt, unum corpus effecisse argumento est locus Ciceronis in Epist. V, 12, ubi «Deesse mihi nolui, inquit, quin te (Luccejum historicum) admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Trojanum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea, quæ dixi, bella separaverunt : tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis sejungeres.» Adde Dionys. Hal. Ant. Rom. p. 5, 26 : Πρῶτον μὲν, ὅσα καμὲ εἰδέναι, τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχαιολογίαν ἐπιδραμόντος Ἱερωνύμου τοῦ Καρδιανοῦ συγγραφέως, ἐν τῇ περὶ τῶν ἐπιγόνων πραγματείᾳ· ἔπειτα Τιμαίου τοῦ Σικελιώτου, τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱστοριῶν ἐν ταῖς κοιναῖς ἱστορίαις ἀφηγησαμένου, τοὺς δὲ πρὸς Πύῤῥον τὸν Ἠπειρώτην πολέμους εἰς ἰδίαν καταχωρίσαντος πραγματείαν· κ. τ. λ. Itaque probabile est Timæum libros Siculorum continua serie numerasse, postea vero partes ingentis hujus operis sejuncte editas esse, ideoque exstitisse plures librorum ordines. Dubitari adeo potest, num ab omnibus eadem operis divisio observata sit. Etenim Polybius Hermocratis orationem laudat ex libro vicesimo primo, qui ex nostra adornatione pertinet ad primos libros partis secundæ. Putari igitur posset Polybius non interrupto ordine libros numerare. Sed hoc quominus statuamus, vetat illud, quod Timæum libro vicesimo primo de Timoleonte egisse dicit inter duas operis partes distinguens. Restat ut contendas priori loco Polybium libros continua serie numerasse, altero minus. Sed quæ de Timoleonte ex libro vicesimo primo traduntur, omnino non quadrant cum ea librorum indicatione, quam ab aliis auctoribus acceptam habemus (v. ad fr. 134). Horum rationes si sequimur, quæ Polybius libro XXI assignat, multo post commemorari debebant. Nec probabiliter suspicari licet libri notam depravatam esse, quod eandem reperimus duobus locis longe separatis (XII, 12 et 26). Quæ numeri constantia non redolet errorem librarii. Non video igitur quomodo hanc difficultatem solvas, nisi Polybium statuas secundæ partis exordium fecisse non a prima, sed a secunda Atheniensium in Siciliam expeditione. Quæ quum ex nostro calculo inde a libro decimo usque ad decimum quartum enarrata videatur, sequitur Polybii librum vicesimum primum respondere nostro libro trigesimo primo, qui libri numerus aptissimus. Eadem igitur ratione fragm. 134 secundum Polybium ex libro trigesimo quarto depromtum apud nos pertinet ad librum quadragesimum quartum, ubi Sicula Timæi ad finem vergebant. Atque huic loco optime convenit argumentum. Nempe excusare sese Timæus studet, quod, quum eundem locum per quinquaginta annos continenter habitaverit, usus bellici non admodum peritus sit.

His præmissis, res quas in singulis libris Timæus tractaverit, quantum ejus propter fragmentorum raritatem fieri potest, paullo accuratius adumbremus. *Liber primus*, ut res ipsa monet, de Siciliæ natura et forma (fr. 1) egit, de Sicanis, indigenis ut Timæus contendit, de Siculis denique ex Italia advenis. Quorum historiam altius repetens antiquissimas res Italicas uberius exponendi sponte sese obtulit occasio. His præmissa et intexta erant mythica de Cerere et Daphni, præ ceteris vero quæ ad geographicas rationes fabulæ spectant, Argonautarum dico et Herculis expeditiones, nec non Diomedis in Italiam adventum. Cum hoc cohærent de Dauniis narrationes (fr. 14, 15). De Etruscis libro primo sermonem fuisse expressis verbis dicit Athenæus (fr. 18). Quibuscum conjuncta sunt quæ de Trojana Romanorum origine deque Romæ urbis incunabulis afferuntur (fr. 21). Subjeci de Libya et Carthagine, eodem quo Roma anno condita, fragmenta; jure dubitaveris hæc in primo libro tractata esse, sed certiore librorum indicio prorsus caremus. — *Secundus liber* item versabatur in rebus geographicis et maxime quidem in describendis Ligurum, Celtorum Iberorumque terris, in quorum populorum mores et instituta multum se inquisivisse ipse Timæus ait procemio libri sexti. Jam quum de his populis non nisi in primis historiæ libris sermo institui potuerit, ac fragmentum de Corsica insula (fr. 26) nominatim libro secundo adscribatur, cetera quoque quæ ad has regiones spectant eidem libro licet vindicare. Nec in illis quidem Timæus se continuisse videtur, sed omnino hoc libro eadem et eodem fere ordine narravit quæ Diodorus libro quinto, quem totum pæne ex Timæo expressum puto, quamquam fontem auctor plerumque non indicat, imo, primo capite male artificiosus celare studet. Itaque huc retuli quæ pertinent ad Corsicam (26), Sardiniam (fr. 27-29), Baleares (fr. 30, 31), Mictim et Basileam insulas (fr. 32-34), Ibe-

Digitized by Google

riam et Galliam (35-40), Eridanum (fr. 41), Chersonesum Hyllicam (fr. 42), Argyrinos in Epiro (fr. 43, quod vero etiam in libris de Pyrrho legi potuit), Cretam (fr. 44-46).

Postquam sic magnam Timæus orbis terrarum partem perlustraverat, ad rem propositam, Siciliæ et Syracusarum historiam, propius accessisse videtur. Etenim quum de Corinthiis *libro tertio* verba facta esse videamus (fr. 48), probabile est Timæum in eodem narrasse Syracusas sub Archia deductas. Quare hic posui quæ de Arethusa et Alpheo fabulæ exstant, atque quæ temporum ordine huc referre licet de fundatione Corcyræ (53-54). — *Liber quartus et quintus*, qui præter Syracusarum urbis primordia de ceteris Græcorum in Italia et Sicilia coloniis exponere debebant, penitus interierunt. Ac plura sine dubio de coloniis Italicis servata haberemus, nisi etiam Diodori libri, ubi de his præ ceteris sermo erat, maximam partem intercidissent. Nam vel pauca illa, quæ Excerptis Vaticanis ad cognitionem nostram pervenere, satis luculenter ostendunt Diodorum in his ad Timæi maxime auctoritatem sese accommodasse. — E *libro sexto* unum fragmentum perduravit de Callicyriis : hoc igitur ad illud tempus spectat, quo servi isti et clientes Geomoros expellere et ochlocraticam civitatis formam constituere moliebantur. — *Liber septimus* multa habebat de Sybari, quæ urbs tum in divitiarum fastigio summa gaudebat potentia (58-63). Etiam Græciæ conditionem bello Medico commotæ attigisse saltem debet (57). — *Liber octavus* nusquam memoratur.

Inde a *libro nono* nova pars incipit fortasse simpliciter inscripta Σικελικά, quia, quum in antecedentibus Timæus omnium fere populorum historias perscripsisset, jam coarctata scena totus versatus esse videtur in rebus Siculis, quæ inde a Gelonis et Theronis regnis largam præbebant scribendi materiam. Nihilominus quæ ex libro nono fragmenta citantur, omnia spectant ad origines Locrorum, ita ut alia potius omnia historicus noster egisse videatur quam id quod modo proposuimus. Verum si reputaveris omnem tunc temporis Syracusarum historiam positam esse in motibus illis, quibus servi atque plebs summum sibi imperium vindicare studebant; ac totam de Locrorum originibus quæstionem inde profectam videri, quod Aristoteles hanc civitatem ex servis et fugitivis conflatam fuisse asseveraverat, facile est intellectu, quomodo a Syracusarum historia ex more suo Timæus ad Locros evagari potuerit. Igitur huc pertinent fragmenta de Locrorum primordiis (66-69), de Aristotele insulse traducto (70-76), de Pythagora ejusque sectatoribus (77-81), quæ postrema si non omnia, nonnulla certe in hoc excursu legebantur. — Sequentes libri Hippocratis, Gelonis et Theronis tyrannorum historiam complectebantur; et *libro decimo* quidem narratio perducta erat minimum usque ad pugnam qua ad Helorum Hippocrates vicit Syracusanos (circa Ol. 72, 1, fr. 85). *Libro undecimo* haud dubie traditum erat quomodo Gelo patriæ tyrannidem adeptus esset; *libro duodecimo* quemadmodum, reductis Geomoris, Syracusarum urbe potitus eam munire et augere studeret. *Libro decimo tertio* agebatur de Græcorum ad Gelonem legatione (Ol. 74, 4, fr. 87), quam multis Timæum persecutum scimus. — *Libro decimo quarto* Gelonis et Theronis ad Himeram victoria celebrata est (Ol. 75, 1, fr. 89). Ex reliquis hujus partis libris, qui Siciliæ historiam usque ad Ol. 88 complectebantur, quum duo tantum de Empedocle fragmenta cum librorum notitia nobis servata sint, rerum distributionem ne conjectura quidem assequaris.

Altera operis pars, *Sicula et Hellenica* inscripta, exorsa videtur a Syracusanorum bello contra Leontinos, qui (Ol. 88, 2) Gorgiam oratorem ad implorandum auxilium miserunt Athenas. Qua occasione ut Diodorus (XII, 53) hujus eloquentiæ indolem describit, sic Timæum quoque uberius de hac re disseruisse fragmento 95 indicatur. Ceterum si unum locum præclarum sane exceperis (fr. 96), omnia fere, quæ ad hoc bellum pertinent, periere. Secundam expeditionem Atheniensium in Siciliam (Ol. 91, 2) narrasse videtur a libro decimo usque ad XIV. Sequitur bellum Carthaginiense (Ol. 92, 3), quod ex Timæo in sua transtulit Diodorus (XIII, 54 sqq.). Atque prima belli pars, Selinuntis oppugnatio et excidium (cujus infortunii descriptio colore rhetorico apud Diodorum distincta quammaxime prodit Timæum), deinde Himeræ devastatio (Ol. 92, 4) continebantur libro *decimo quarto* (fr. 108 sq.). *Liber decimus quintus* enarrabat Hermocratis ex exilio reversi in Carthaginiensium agros excursiones ac novam expeditionem Hamilcaris et Himilconis (Ol. 93, 3, fr. 110). Totam vim Carthaginienses in Agrigentum converterunt. Qua data occasione multum fuisse Timæum in describendis Agrigentinorum urbe et agris eorumque divitiis et luxuria, patet ex Diodoro (XIII, 81-84; v. fr. 111-114). Urbs capta et a Pœnis eversa. In præda Carthaginem missa insignis fuit taurus Phalaridis, de quo vide Timæi sententiam fr. 116-118. — Hæc Siculorum clades viam ad tyrannidem patefecit Dionysio seniori; cujus historiam sicuti

Digitized by Google

Philistus quattuor libris, inde a *decimo sexto* usque ad *vicesimum* comprehendisse videtur (Ol. 3, 3-103, 1; v. fr. 116-120). De Dionysio juniori unum fragmentum (127) exstat libro *vicesimo secundo* disertis verbis adscriptum. Quæ sequuntur res a Dione et Timoleonte gestas admodum prolixe a Timæo (quem præter Theopompum etiam Plutarchus ante oculos habuit) expositas esse ex Polybio licet augurari; verum parca tantum fragmina quædam ad nos transnatarunt, ita ut de refingenda librorum dispositione prorsus sit desperandum. Hoc tamen mihi jure quodam sumere videor, Timoleontis de Pœnis victoriam (Ol. 110, 1; v. fr. 134) narratam esse libro *tricesimo primo*. In sequentibus sermonem instituit auctor de ceteris ejus rebus gestis, de novis quas Syracusanis scripsit legibus deque florentissima quæ inde subsecuta est Siciliæ conditione. His absolutis, Siciliæ tranquillitas otium fecit Timæo ad res alienas aberrandi. Accuratiora quidem afferri non possunt, sed si ex reliquiis conclusionem facere licet, multa in hac operis parte narravit de rebus Græcorum et Alexandri; deque horum temporum scriptoribus qua solet acerbitate tulit judicium (fr. 136-143). — Quinque libri postremi Agathoclis historiam tradiderunt (fr. 144-155).

Quæ de Pyrrhi in Italia et Sicilia bello Timæus conscripserat, uno fragmento (151) excepto, perdita sunt omnia.

Præter Sicula Noster composuisse dicitur Ὀλυμπιονίκας, quos Suidas appellat χρονικὰ πραξίδια. Argumentum hujus operis, quod fortasse historiis intextum erat, docet Polybius (*). Nempe Spartanorum ephoros a prima institutione cum eorundem regibus, archontes Atticos et sacerdotes Junonis Argivæ cum Olympiorum victoribus contulit.

Jam quæ Timæi fides et auctoritas sit inquirenti amplam disputandi materiam præbent ea, quæ de auctore nostro dicit Polybius, acerrimus ejus adversarius. Plura adhuc de hac re comperta haberemus, si ætatem tulissent Istri et Polemonis πρὸς Τίμαιον ἀντιγραφαί. Nos vero pro consilio nostro et instituti ratione satis habebimus summa rerum capita contra Timæum prolatarum paucis verbis indicasse. Igitur quibusnam præsidiis instructus Timæus ad historiam conscribendam accessit? De his, Polybius respondet civilem suam ipsius prudentiam et itinera sua tacite commendans, de his sibi comparandis ne minimam quidem curam umquam habuit, sed velut ex professo propriæ omni experientiæ renuntiavit. Etenim (quod multis locis Polybius recoquit) neque in rebus bellicis neque in rebus politicis ullam prudentiam rerum usu collegit, neque peregrinando ac loca quæ describit suis oculis lustrando veram eorum cognitionem capere studuit, sed per quinquaginta annos Athenis degens nihil fecit, nisi in lectulo cubans vel in bibliothecis versatus priorum scriptorum commentarios pervolutare, eorum inquisitione materiam coacervare, dicta inter se contendere, errata observare. Hac sola facultate præditus quum historiam bene scribere confideret, similis est eorum qui spectatis antiquorum tabulis idcirco arbitrantur idoneos se pictores et in arte præcipuos, vel medicorum illorum, qui magnam sui ostentationem facientes et pollicitationibus multitudinem allicientes, si ad experimentum pertrahuntur, apparent ineptissimi. Nec solum propter hæc historici munere apte fungi non potuit, sed etiam ob infirmum et puerile judicium, ob degenerem suam et muliebrem superstitionem, ita ut ne de iis quidem rebus, quas ipse oculis spectavit, neque de locis, quos ipse pede trivit, sanum quidquam narret, ut ineptis fabulis (1) et antiquitus traditis opinionibus refertus sit, ut scitu digna omittat (2), vilissima quæque in medium proferat. Itaque fieri non potest, quin in prima operis parte, ubi de coloniis et urbibus conditis agit, geographiæ inscitia plerumque labatur, atque pragmatica ejus historia ex omni sit errorum colluvie concreta. Inde errores isti de Africa et Corsica (XII, 3), de rebus Sardiniæ et præsertim Italiæ (XII, 5), de Locrorum origine (XII, 5 sq.), de locis circa Padum fluvium (II, 16), de Romanorum more equi ante urbem sacrificandi (XII, 4, 6), de Arethusa fonte (XII, 4, d.), de tauro Phalaridis (XII, 25).

Mitiorem fortasse præbuisset se Polybius, si errores illos ex sola rerum imperitia et judicii infirmitate profectos esse putaret; sed quoniam voluntate eum ac certo proposito a veritate

(*) Polyb. XII, 11 : Ὁ γὰρ τὰς συγκρίσεις ποιούμενος ἀνέκαθεν τῶν ἐφόρων πρὸς τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι, καὶ τοὺς ἄρχοντας τοὺς Ἀθήνησι καὶ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει παραβάλλων πρὸς τοὺς Ὀλυμπιονίκας, καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν πόλεων περὶ τὰς ἀναγραφὰς τὰς τούτων ἐξελέγχων, παρὰ τρίμηνον ἐχούσας τὸ διαφέρον, οὗτός ἐστι.

(1) Propter fabularum et anilium commentorum multitudinem, ex qua sua congessit Pseudo-Aristoteles De mirab. auscult., Γραοσυλλέκτρια appellatus est : v. Suidas s. v. Τίμαιος et Δεισιδαιμονία, ubi Polybium XII, 24 exscripsit; Hesych. Mil. p. 54.

(2) Mancas esse Timæi, simul vero etiam Polybii historias suum opus laudans dicit Dionys. Hal. A. R. p. 6, 25. Cf. Niebuhr. Hist. Rom. tom. I, p. 146.

Digitized by Google

sæpenumero aberrare persuasum habet (3), capitali odio ab eo dissidendum censet, nec ullam castigationis severitatem modum posse excedere; idque eo magis, quod ipse Timæus criminandi et maledicendi libidini, quæ ei Ἐπιτιμαίου cognomen peperit (4), mirum quantum indulgeat, quid, his ipsis aliorum scriptorum objurgationibus suo operi splendorem assumat atque fidem et auctoritatem apud nonnullos consecutus sit. Quam rixosam et impudentem Timæi naturam luculentis exemplis confirmant convicia illa quæ in Homerum, Aristotelem, Philistum, Theopompum, Ephorum, Theophrastum, Democharem, Callisthenem, alios profundit. Uti hos vel partium studio obcæcatus vel privato odio (ut contra Agathoclem) motus conviciis persequitur, sic Timoleontem supra summos deos attollit (5).

Quod denique formam orationis et dicendi genus attinet, conciones ejus vituperat, quippe quæ nec temporibus nec hominibus satis accommodatæ, sed intempestive et in levissima quavis re depromtæ inanem et prodigiosam verbositatem præ se ferant, magisque scholasticæ et plane puerilis eloquentiæ demonstrationem spectent quam veram rei narrationem. Nec immerito hoc a Polybio reprehensum esse Hermocratis oratio, cujus particula ad nos perduravit, præclarum est documentum. Num vero in ceteris eadem judicii veritate et sinceritate usus sit jure tuo dubites. Ac profecto viri docti, qui de Timæo verba fecerunt, unanimi fere consensu Polybium invidia incitatum mala exaggerasse, bona diminuisse asseverant. atque Timæum ob insitam animi acerbitatem et senilis ætatis morositatem si non purgatum, certe excusatum quodammodo esse volunt. Cavendum vero est, opinor, ne nimium tribuamus Timæi infirmitati et malignitati adversarii. Nam quamvis Timæus ob criminandi studium, orationis vanitatem exiguamque experientiam rerum usu comparatam longe absit ab historico omnibus numeris absoluto, negari tamen nequit magna ejus esse de historia merita, atque multa quæ Polybius ei crimini vertit, ex diversis potius, quæ uterque scriptor in historia scribenda sequebatur, consiliis explicanda sunt, quam imputanda hujus invidiæ, illius imbecillitati. Etenim quum Herodotus et Thucydides et Xenophon in æquali tantum suæ ætatis memoria tradenda elaborarent et priscam antiquitatem eatenus tantum explicarent, quatenus præsens rerum conditio inde luce quadam posset circumfundi, atque quum quod subsecutum est historicorum genus, Ephorum dico et Theopompum et si qui sunt horum similes, mythicam ætatem ab oblivione revocatam scriptis suis recolerent quidem, sed ex perverso quodam horum temporum more et disciplina fabulas ubique ad historiæ veritatem traducere studerent: inter primos exstitit Timæus, qui, rejecta horum ratione, ex ipsis traditionibus locorum et monumentis antiquitatem describere instituerat, ac fabularum sicut in veteribus scriptoribus legebantur nativam simplicitatem reddere mallet quam ex fallacibus philosophiæ præceptis explicationem iis adhibere sui ævi intelligentiæ accommodatam. Itaque si prima Timæi operis pars integra nobis relicta esset, in multis plus inde utilitatis redundaret ad saniorem antiquitatis interpretationem quam ex pragmaticis illis Theopompi et Ephori historiis, quæ eo facilius fraudem persuadent, quo majori conditæ sunt orationis elegantia et suavitate. Atque ipse Timæus (Polyb. XII, 28, a) tantam esse dicit differentiam historiæ ab orationibus epidicticis, quanta esset inter vera ædificia et illa in scenis figmenta locorum et dispositionum; vel solam materiæ ad instruendam historiam conquisitionem majus esse opus, quam quidquid laboris insumeretur in epidicticis sermonibus componendis. Ipsum igitur tantas toleravisse impensas tantosque labores in colligendis de quibusdam hominibus rebusve commentariis, atque in percontando de Ligurum, Gallorum, Iberorum moribus, ut neque ipse id exspectavisset, neque aliis fidem esset habiturus idem sibi narrantibus. Nec Polybius (XII, 26, f.) negare potest in singulis eum practicam virtutem ostendere et curiosam sedulitatem. Idem alio loco (XII, 26, d.), ubi repre-

(3) Ex Polyb. sua hausit Diodor. XIII, 90 extr.: Πολλὰ ἱστορεῖ ψευδῆ ὁ Τίμαιος, καὶ δοκεῖ τὸ παράπαν οὐκ ἄπειρος ὢν οὐδενὸς τῶν τοιούτων· ὑπὸ δὲ τῆς φιλονεικίας ἐπισκοτούμενος, ὅταν ἅπαξ ἢ ψέγειν, ἢ τούναντίον ἐγκωμιάζειν τινὰ προθῆται, πάντων ἐπιλανθάνεται, καὶ πολύ τι τοῦ καθήκοντος παρεκβαίνει.

(4) Ἐπιτίμαιος nominatus est ab Istro Callimachio ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν ἀντιγραφαῖς, referente Athenæo VI, p. 272, B. Cf. Diodor. XXI, tom. IX, p. 279, et V, 1, ibique Wesseling.; Clem. Alex. Strom. I, p. 316. Oxon. (p. 269, A Potter.); Flavius Joseph. p. 459 Haverk.

(5) Cf. Cic. IV Epist. fam. 12, sect. 24, ubi ad Lucceium scribit: *Atque præstantius mihi fuerit, et ad lætitiam animi et ad memoriæ dignitatem, si in tua scripta pervenero, quam si in ceterorum, quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicuti Timoleonti a Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi et spectatissimi viri*, etc. Causam laudis immodicæ dicit Plutarch. Timol. c. 10 sqq. Etenim Andromachum Timæi patrem summis Timoleon beneficiis affecerat. Cf. Marcellin. V. Thuc. § 42, p. 5 Duk.: Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης Τιμολέοντα ὑπερῄνησε τοῦ μετρίου, καθότι Ἀνδρόμαχον τὸν αὐτοῦ πατέρα οὐ κατέλυσε τῆς μοναρχίας.

Digitized by Google

hendit eum quod maxime in urbium et coloniarum originibus describendis se ostentaret, ita ut alii quidem scriptores rebus obdormivisse viderentur, ipse vero solus diligenti inquisitione usus peritusque judex et auctor historiarum haberi deberet; in his dicit, multa quidem mendacia esse, sed ipsum detrectandi studium non potuit eum impedire, quominus multa etiam sane dicta esse concedat. — Jam vero etsi Timæus magnam doctrinæ copiam ad annales suos componendos attulisse putandus est, tamen, quum ex sua historiam antiquiorem tractandi ratione summa rerum versari deberet in accuratissima singulorum omnium cognitione, ipse autem primus fere hanc viam ingrederetur: facile intelligitur, quemadmodum apud posteriores earundem rerum scrutatores, Polemonem et Istrum, in variam reprehensionem incurrere debuerit; simulque elucet non potuisse Timæi historiam placere Polybio, qui contraria plane sectans jam ignorantiæ et superstitioni tribuit, quod magnam saltem partem ex legibus, quas Timæus sibi scripserat, et explicandum et excusandum est. Ut vero in prima parte commentariorum, quos cum chronicis medii ævi conferre licet, sæpenumero acrisiæ accusandus erat, sic in altera operis parte, ubi fideliter referendo veritatem plerumque attingere poterat, nisi partium studio impeditur, fide dignissimus habendus erit. Ac profecto, ubi Diodorus (XIII, 54, 60, 80; XIV, 54) in copiarum recensu Ephorum cum Timæo contendit, hunc ad verum propius accedere, nec, sicuti illum, immodice omnia augere videmus(6). — Quanta porro in rebus geographicis Timæi auctoritas fuerit, patet ex Agatharchide De mari Rubro p. 48, ubi dicit: Τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν ἐξείργασται Λύκος τε καὶ Τίμαιος, τὰ δὲ πρὸς ἀνατολὰς Ἑκαταῖος καὶ Βάσιλις etc. (v. Ukert. Geogr. Gr. et Rom. vol. I, part. I, p. 133, 154). Quam præclare denique accuratiore temporum indagatione de historia meritus sit, scripto illo de Olympionicis declaratur, quo effecit, ut post eum historici, relicta vaga illa ex generationum serie tempora computandi ratione, certioris canonis usum introducerent(7). — Toto cœlo denique a Polybii severitate distat judicium Ciceronis de Orat. II, 14: *Timæus*, ait, *quantum judicare possum, longe* secutus est, longe recedit ab illa Eratosthenis et Apollodori. Id quod ex sequentibus patebit.

Censorinus (v. fr. 152) ab Olympiade prima usque ad Trojæ excidium a Sosibio numerari dicit annos CCCXCV, ab Eratosthene CCCCVII, a Timæo CCCCXVII, ab Arete DXIV. (Hoc enim voluit Censorinus; quare, ut sententiæ recte procedant, statuendum est post verba: « *ad Inachi regnum anni circiter CCCC* » excidisse: *inde ab hoc usque ad captam Trojam circiter* DCCC.) Itaque decem tantum annis Eratosthenes discreparet a Timæo, quem, ut O. Müllerus (Dor. II, p. 502) putat, in historia sua sequitur Vellejus Paterculus. Sed quin Censorini numerum pro vero habeam, plura impediunt. — Primum enim Clemens Alex. I, p. 337, A (fr. 153), Timæum et Clitarchum dicit ab Heraclidarum reditu usque ad Euænetum archontem (334 a. Chr.), sub quo Alexander in Asiam trajecit, annos numerare octingentos et viginti. Inde efficitur annus 1154. Igitur ex hac computatione triginta tantum anni inter Trojæ eversionem et reditum Doriensium essent interjecti. Quod nullo modo ferri potest.

Deinde Schol. Apoll. Rhod. IV, 1216 (fr. 53), ex Timæo narrat Corcyram conditam esse μετὰ ἔτη ἑξακόσια τῶν Τρωϊκῶν, i. e. Olymp. 46, 3, quum tamen communi veterum consensu affirmetur Corcyram eodem fere tempore conditam esse quo Syracusas (Ol. 11, 4 a. 733 a. Chr. sec. Euseb.; Ol. 5, 4 a. 758 a. Chr. Marm. Par. Ep. 31 ex Bœckhii sententia). Atque Croton, quæ urbs aut eodem tempore ac Syracusæ aut viginti circiter annis post condita est, ab ipso Timæo apud Dionys. Hal. Antiq. II, 59, p. 361 Reisk., deducta esse dicitur ἐνιαυτῷ τρίτῳ τῆς ἑπταικαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος, a. 710 a. Chr.

Porro Tzetzes ad Lycophr. 1141 (v. fr. 66), ubi ex Timæo refert, Locros, ut Ajacis in Cassandram flagitium expiarent, oraculi jussu per mille annos binas virgines Trojam misisse, in fine historiæ addit: Χιλίων δ' ἐτῶν παρελθόντων μετὰ τὸν Φωκικὸν πόλεμον ἐπαύσαντο τῆς τοιαύτης θυσίας.

Satis inde intelligitur Trojam ex Timæi calculis multo prius, quam vulgo statuitur, expugnatam esse, quamquam ex modo allatis certus rei annus exputari non potest. Redeo igitur ad locum Clementis (fr. 153), ubi hæc: Ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι ἢ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. Posteriorem numerum si Timæi fuisse putemus, Troja capta est 1334 (1154×180); quod idem posuit Timæi æqualis, Duris Samius (Clem. Alex. l. l.: ὡς δὲ Θοῦρις ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου εἰς Ἀσίαν διάβασιν [334] ἔτη χ(ιλια). Jam igitur Corcyra deducta est 734, uno anno ante Syracusas, 24 annis ante Crotonem. Neque minus cum his calculis quadrat locus de Locrorum virginibus.

Apud Censorinum itaque pro CCCCXVII scribendum foret DLVIII. Quæ vero ratio propterea parum se commendat, quod Censorinus in afferendis numeris certum ordinem observat. Etenim a minoribus incipiens ad majores progreditur. Ideo Timæi numerus postremo loco ponendus fuisset. Quare Censorinus in eo potius errasse videtur, quod a Chorœbi Olympiade numeravisset, quæ numeranda erant ab Olympiade Iphiti. Sed ne tum quidem numerus accuratus est; ita tamen emendari potest, ut et locum suum tueatur, nec nimia sit mutatio. Pro CCCCXVII scribendum puto CCCCXLVII.

Quoniam Timæus inter æram Trojanam et primam Olympiadem tantum temporis spatium ponat, vides etiam

(6) Joseph. C. Apion. I, c. extrem., in Euseb. Præpar. Evang. X, 7, p. 478, D Colon.: Ἔφορος Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἔφορον δὲ Τίμαιος, καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες, ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν Σικελῶν τοῖς περὶ Ἀντίοχον καὶ Φίλιστον ἢ Καλλίαν Τίμαιος συμφωνεῖν ἠξίωσεν.

(7) Cf. Polyb. XII, 11. Diodor. V, 1: Τίμαιος μεγίστην πρόνοιαν πεποιημένος τῆς τῶν χρόνων ἀκριβείας... Ceterum chronologia, quam in antiquissimis temporibus Timæus

Digitized by Google

eruditissimus, et rerum copia et sententiarum varietate abundantissimus, et ipsa compositione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad scribendum attulit, sed nullum usum forensem. Accuratius de oratione Timæi agit in Brut. c. 95: *Genera Asiaticæ dictionis sunt duo: unum sententiosum et argutum, sententiis non tam gravibus et severis, quam concinnis et venustis; qualis in historia Timæus, in dicendo autem, pueris nobis, Hierocles Alabandeus, magis etiam Menecles, frater ejus, fuit: quorum utriusque orationes sunt imprimis, ut Asiatico in genere, laudabiles.* Contra omni Asiaticæ eloquentiæ adipe dictionem ejus unctam dicit Plutarchus in Nicia cap. 1. Verba hæc sunt: Ὁς (Τίμαιος) ἐλπίσας τὸν μὲν Θουκυδίδην ὑπερβαλεῖσθαι δεινότητι, τὸν δὲ Φίλιστον ἀποδείξειν παντάπασι φορτικὸν καὶ ἰδιώτην, διὰ μέσων ὠθεῖται τῇ ἱστορίᾳ τῶν μάλιστα κατωρθωμένων ἐκείνοις ἀγώνων καὶ ναυμαχιῶν καὶ δημηγοριῶν, οὐ μὰ Δία

Παρὰ Λύδιον ἅρμα πεζὸς οἰχνεύων,

ὥς φησι Πίνδαρος· ἀλλ' ὅλως τις ὀψιμαθὴς καὶ μειρακιώδης φαινόμενος ἐν τούτοις καὶ κατὰ τὸν Δίφιλον

Παχὺς, ὠνθυλευμένος στέατι Σικελικῷ.

Sequentia vid. fragm. 104. His adde Dionys. Hal. t. II, p. 115, 25: Οἱ δ' Ἰσοκράτην καὶ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες, ὕπτιοι καὶ ψυχροὶ καὶ ἀναλθεῖς (vulgo ἀναληθεῖς). Οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ περὶ Τίμαιον, καὶ Ψάωνα (vulgo Πλάτωνα) καὶ Σωσιγένην. Et Longin. De sublim. IV, 1, p. 11 (p. 13 sq. Weisk.): Θατέρου δὲ ὧν εἴπομεν, λέγω δὲ τοῦ ψυχροῦ, πλήρης ὁ Τίμαιος, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα ἱκανὸς, καὶ πρὸς λόγων ἐνίοτε μέγεθος οὐκ ἄφορος, πολυίστωρ, ἐπινοητικὸς, πλὴν ἀλλοτρίων μὲν ἐλεγκτικώτατος ἁμαρτημάτων, ἀνεπαίσθητος δὲ ἰδίων· ὑπὸ δὲ ἔρωτος τοῦ ξένας νοήσεις ἀεὶ κινεῖν, πολλάκις ἐκπίπτων εἰς τὸ παιδαριωδέστατον. In sequentibus frigidæ orationis affert exempla: v. fr. 149, 103.

EPHORUS.

Ephorus (1), Cumanus (2), secundum Suidam filius fuit aut Demophili aut Antiochi. Quod prius posui nomen propterea est præferendum quod idem apud Plutarchum (in Vit. Isocr., Moral. p. 389, A.) legimus, atque in filio Ephori ex more antiquitatis repetitum videmus. (Suidas l. l., Athen. VI, p. 232, D.).

Ad ætatem Ephori constituendam disertum testimonium non exstat præter illud Suidæ l. l.: Ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἐνναικοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος, ὡς καὶ πρὸ τῆς Φιλίππου βασιλείας εἶναι τοῦ Μακεδόνος· et s. v. Θεόπομπος: Γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους τῆς ἀναρχίας Ἀθηναίων ἐπὶ τῆς ἐνναικοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος, ὅτε καὶ Ἔφορος. Ex his Marxius eruit Ephorum natum esse Olymp. 93, 4. Quamvis enim anarchia Athenarum vulgo ad Ol. 94, 1 referatur, potuisse tamen censet Suidam ejus initium ponere Ol. 93, 4. « Nam extrema fere anni quarti Olymp. 93 parte, ait, quum Athenienses a Lysandro obsessi Theramenem ad illum misissent, isque quarto demum post mense Athe-

quid factum sit, ut duos Lycurgos ætate diversos distinguat (p. 47, cf. Apoll. fr. 75). — De tempore quo Romam conditam esse dicat v. fr. 21.

(1) Suidas: Ἔφορος, Κυμαῖος, υἱὸς Δημοφίλου, οἱ δὲ Ἀντιόχου· Ἰσοκράτους ἀκουστὴς τοῦ ῥήτορος, ἱστορικός. Ἔσχε δὲ υἱὸν Δημόφιλον τὸν ἱστορικόν· ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἐνναικοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος, ὡς καὶ πρὸ τῆς Φιλίππου βασιλείας εἶναι τοῦ Μακεδόνος. Ἔγραψεν ἀπὸ τῆς Ἰλίου πορθήσεως καὶ τῶν Τρωϊκῶν μέχρι τῶν αὐτοῦ χρόνων βιβλία λ', Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν βιβλία κδ', Παραδόξων τῶν ἐκαστα χοῦ βιβλία ιε', Εὑρημάτων ὧν ἕκαστος εὗρε βιβλία β', καὶ ἄλλα. In his pro Ἔφορος vitiose legebatur Ἔφιππος (Olynthius historicus. Athen. III, p. 120, E; IV, p. 146, C, etc.), quod Eudocia quoque habet in Violar. p. 164 Villois. Præterea Ephori nomen corruptum reperitur in Εὔφορος, locis sexcentis; in Εὐφορίων ap. Schol. Apoll. Rh. II, 351. Similiter inter se confundi videntur Euphorion Chalcidensis et Ephorus junior, ignotus alias scriptor, de quo Suidas: Ἔφορος Κυμαῖος, ἱστορικὸς, ὁ νεώτερος· ἔγραψε δὲ τὰς Γαλιήνου ἐν βιβλίοις κζ', Κορινθιακὰ, περὶ τῶν Ἀλεναδῶν, καὶ ἄλλα. Apud Clement. Alex. Strom. I, p. 389 Potter. ex Euphorione ἐν τῷ περὶ Ἀλεναδῶν Homerus dicitur κατὰ Γύγην γεγονέναι, ὃς βασιλεύειν ἤρξατο ἀπὸ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος. Verisimillimum est unum eundemque librum a Suida et Clemente laudari, cujus autem fuerit utrum Euphorionis an Ephori junioris, haud liquet. Ne de Nostro cogites impedire videtur Hieronym. Chron. p. 106, ubi Ephorus in eadem re cum Apollodoro componitur. Verba sunt: *In latina historia ad verbum hæc scripta invenimus: Agrippa apud Latinos regnante Homerus in Græcia claruit, ut testatur Apollodorus grammaticus et Euphorbus historicus; ante urbem conditam annis CXXII, et, ut Cornelius Nepos ait, ante Olympiam primam annis C.*, Ut enim numeri corrupti sunt, neque consentiunt cum Apollodori calculo aliunde noto, sic etiam Euphorbum illum non alium esse ac Ephorum probabiliter statuit Scaliger, Marxio suffragante. Idem Marxius apud Theon. Progymn. p. 17 (Τὸ γοῦν Κυλώνειον ἄγος μᾶλλον τοῦ Ἡροδότου καὶ Εὔφρονος ἐξειργάσθαι Θουκυδίδῃ) pro Εὔφρονος reponi jubet Ἐφόρου. Quod vero Siebelis in Schol. Aristoph. Av. 998 (ubi de Metone: Εὐφρόνιος δὲ (φησὶ) ὅτι τῶν δήμων ἦν ἐκ τοῦ Κολωνοῦ) Euphronio substituere voluit Ephorum, improbandum est, quum ille Euphronius grammaticus sit sæpius apud eundem Schol. laudatus.

(2) Strabo XIII, p. 924 Alm.: Ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως ἀναντιλέκτως ἐστὶν Ἔφορος τῶν Ἰσοκράτους γνωρίμων τοῦ ῥήτορος, ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων. ... Σκώπτεται δὲ καὶ ὁ Ἔφορος, διότι τῆς πατρίδος οὐκ ἔχων ἔργα φράζειν ἐν τῇ διαριθμήσει τῶν ἄλλων πράξεων, οὐ μὴν οὐδ' ἂν ἀμνημόνευτον αὐτὴν εἶναι θέλων, οὕτως ἐπιφωνεῖ· Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν Κυμαῖοι τὰς ἡσυχίας ἦγον. Cf. XII, p. 826, Steph. Byz. v. Κύμη, Moschopul. ad Hes. Opp. et D. p. 142 Heins.

Digitized by Google

nas rediisset, futuræque pacis spem fecisset, Lysander ipse ad Pyræeum appellens, Athenas in ditionem decima sexta Munychionis die accepit. Itaque mox ineunte anno primo Ol. 94 triginta tyranni a Lysandro constituti sunt: ut hoc modo Atheniensium anarchia jam exeunte Ol. 93 inceperit. » Subtiliter hæc disputata sunt, sed concidunt omnia, quum ἦν nullo modo sit *natus est*, sed *vixit*, *floruit*, ut recte interpretatur Kusterus, sicuti Scaliger quoque ex eodem, nisi fallor, Suida in Ἱστοριῶν συναγωγῇ ad Ol. 93 habet: Θεόπομπος ἐγνωρίζετο, neque vero ἐγεννήθη. Falsissimos autem hos calculos esse nemo non perspicit, quoniam Alexandri adhuc temporibus Ephorum in componendis historiis occupatum fuisse a Clemente docemur, qui (Strom. I, p. 403) eum dicit ab Heraclidis ad Olymp. 111, 3, quo anno Alexander in Asiam trajecit, numerasse annos DCCXXXV. Itaque aut pessimis usus est Suidas fontibus, aut male eos intellexit. Ut posterius credam, adducunt me verba: ὡς καὶ πρὸ τῆς Φιλίππου βασιλείας εἶναι. Quis enim tam ineptus, ut eum, qui versus finem belli Peloponnesiaci ad adultam jam ætatem pervenerat, etiam ante regnum Philippi vixisse dicat? Quod ne tum quidem satis apte dictum foret, si cum Marxio ἦν interpretareris: *natus est*. Contra quisque videt verba ita intelligenda esse, ut maxima Ephori vitæ pars in Philippi tempora et subsequentia cadat, sed initio regni Philippi (Ol. 105, 2) jam virilem is ætatem attigerit. Igitur si Ol. 105, 2 vigesimum vel trigesimum annum egerit, natales ejus referendæ erunt ad Olymp. 98—100. Eodem plane modo opinio Suidam fefellit de ætate Theopompi, ut infra videbimus.

Quæ quum ita sint, non difficile, puto, est quænam caussa fuerit erroris demonstrare. Etenim patet plurima de historicorum ætatibus, quæ Suidas nobis servavit, ex catalogis fluxisse Alexandrinorum temporibus confectis, in quibus rerum hominumque tempora referebantur ad seriem regum Macedonicorum. In tali igitur libro Suidas Ephorum et Theopompum vixisse reperit κατὰ τοὺς χρόνους τῆς ἀναρχίας, non longe ante regnum Philippi. Quibus verbis significabatur spatium inter Amyntæ et Perdiccæ III regna interjectum, calamitosum illud tempus, quo Alexander post annum regni a Ptolomæo Olorita interfectus est, atque hic, mœchus Eurydices, qui neque regii generis, neque unquam rex fuit, per tres annos Macedoniam pro lubitu suo administravit, dum ipse Perdiccæ insidiis interemtus est. Evenerunt hæc Ol. 103, quinque vel sex annis antequam Philippus regno potiretur. Inde orta est proclivi sane et condonando fere errore ista anarchia Atheniensium, inde Olympiadi 103 substituta est Ol. 93, quam Marxius ad veritatem pertrahere studuit.

Magistrum Ephorus habuit Isocratem, qui tunc in Chio insula scholam aperuerat (Plut Vit. Isocr., Moral. p. 837, B). Verum, male, Seneca ait, respondent coacta ingenia; reluctante natura irritus labor. Itaque factum est, ut Ephorus tardo et crassiore et Cumano ingenio præditus, ubi post aliquantum temporis in patriam domum rediit, minime tam eruditum atque practicis istis virtutibus instructum se ostenderet, ut orator in forum sine dedecore posset descendere. Fuisse tamen debet, cur non prorsus pater animum desponderet. Iterum Isocrati filium commisit (3). Jam igitur Ephorus, ne denuo spem patris falleret, majori nisu eloquentiæ sese dedit; neque studium successu caruit. Mox enim cum Theopompo inter reliquos magistri discipulos eminentem videmus et in ἀμίλλαις λόγων corona ornatum (Menander Rhetor Διαιρέσ. ἀποδεικτ. p. 626 Ald.). Quid, si fides habenda est Senecæ, in foro dicendi periculum fecit (4). Verum Isocrates bene perspexit non hanc esse arenam, in qua discipulus vires apte posset exercere et explicare: cujus naturam ad strepitum forensem parum accommodatam esse vidit, magis idoneam existimavit ad condendas historias. Itaque ad hæc studia Ephorum se convertere jussit. Idem fecit Theopompo, hoc tamen temperamento adhibito, ut Ephoro, homini tranquilli et sedati animi (5), antiquiorem

(3) Plutarch. l. l. p. 839 A: Τοῦ δὲ Κυμαίου Ἐφόρου ἀπράκτου τῆς σχολῆς ἐξελθόντος καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ πατρὸς Δημοφίλου πεμφθέντος ἐπὶ δευτέρῳ μισθῷ, παίζων Δίφορον αὐτὸν ἐκάλει. Ἐσπούδασε μέντοι ἱκανῶς περὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς χρείας αὐτὸς ὑπεθήκατο. Cf. Hesych. v. Δίφορος.

(4) Seneca De tranquill. anim. c. 6: *Considerandum est utrum natura tua agendis rebus, an otioso studio contemplationique aptior sit, et eo inclinandum, quo te vis ingenii defert. Isocrates Ephorum injecta manu a foro subduxit, utiliorem componendis monumentis historiarum ratus.* Marxius Senecam suspicatur Ephorum nominasse pro Theopompo, de quo Quintil. X, 1, 74: — *Theopompus ... oratori magis similis, ut qui ante quam ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit orator.* Sed illa *injecta manu ... subduxit* vix possunt proprie accipi.

(5) De ingeniorum Ephori et Theopompi diversitate Suidas: Ἔφορος Κυμαῖος καὶ Θεόπομπος Δαμασιστράτου, Χῖος, ἀμφω Ἰσοκράτους μαθηταί· ἀπ' ἐναντίων δὲ τὸ ἦθος καὶ τοὺς λόγους ὁρμώμενοι. Ὁ μὲν γὰρ Ἔφορος ἦν τὸ ἦθος ἁπλοῦς, τὴν δὲ ἑρμηνείαν τῆς ἱστορίας ὕπτιος καὶ νωθρὸς καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐπίτασιν· ὁ δὲ Θεόπομπος τὸ ἦθος πικρὸς καὶ κακοήθης, τῇ δὲ φράσει πολὺς καὶ συνεχὴς καὶ φορᾶς μεστὸς, φιλαλήθης δ' ἐν οἷς ἔγραψεν. Ὁ γοῦν Ἰσοκράτης τὸν

Digitized by Google

Græciæ historiam enarrandam proponeret; verum Theopompum, alacritatis et fervoris plenum, voluit recentiorem Græciam depingere factionum dissensionibus dilaceratam et intestinis omne genus motibus perturbatam (6).

Ne ulterius Ephori vitam narrando prosequamur, testimoniorum penuria impediuntur. Unum quod præter modo memorata affertur, Plutarchus (7) habet, qui Ephorum ab Alexandro arcessitum convictum ejus repudiasse dicit. Longinqua denique ab eo itinera instituta esse ex more veterum historiographorum, probabilis quidem est Marxii conjectura, sed omni testimoniorum præsidio destituta.

Inter opera ab Ephoro composita Historiæ ejus longe fuerunt celeberrimæ. In his exordio posito ab reditu Heraclidarum (8) res per septingentorum quinquaginta annorum decursum a Græcis et Barbaris gestas triginta libris, quorum singuli præfationem in fronte habebant, usque ad obsidionem Perinthi (Ol. 109, 4) exposuit (9). Ubi Ephorus, vel potius Demophilus (nam hic opus a patre imperfectum relictum absolvit) historiam finivit, suorum commentariorum initium fecit Diyllus ad Philippi usque obitum res deducens. — In adornatione operis hoc maxime Ephorus spectavit, ut singuli libri certam quandam rerum complexionem genere et argumento distinctam continerent (1). Quare si non omnibus, pluribus saltem, sicuti quarto *Europa* inscripto, peculiares tituli vel ab ipso, vel a serioribus præfigi potuerunt.

Quod uniuscujusque libri argumentum fuerit, accuratius dici plerumque nequit. Pauca quæ eruere mihi licuit, hæc sunt: Historiarum exordium fecit ab reditu Heraclidarum, quæ præcedunt eatenus tantum memoratis, quatenus huic recte intelligendo inservirent. Itaque præmissis nonnullis de Hercule, de rebus Troicis et de variis Heraclidarum patriam recuperandi conatibus, *libro primo* civitatum Peloponnesi inter duces distributionem, primasque earum constitutiones enarravit. Post expositam rerum

μὲν ἐφη χαλίνου δεῖσθαι, τὸν δὲ Ἔφορον πέντρου. Cicero de Orator. III, 9: ***Etenim videmus ex eodem quasi ludo summorum in suo cujusque genere artificum et magistrorum exitisse discipulos, dissimiles inter se, attamen laudandos, quum ad cujusque naturam institutio doctoris accommodaretur. Cujus est vel maxime insigne illud exemplum (ut ceteras artes omittamus) quod dicebat Isocrates, doctor singularis, se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere.***

(6) Phot. cod. CLXXVI, p. 204: Καὶ τὰς ἱστορικὰς δὲ ὑποθέσεις τὸν διδάσκοντα αὐτοῖς (Ephoro et Theopompo) προβαλεῖν (φασὶν), τὰς μὲν ἄνω τῶν χρόνων Ἐφόρῳ, Θεοπόμπῳ δὲ τὰς μετὰ Θουκυδίδην Ἑλληνικὰς, πρὸς τὴν ἑκατέρου φύσιν καὶ τὸ ἔργον ἁρμοσάμενον· διὸ καὶ τὰ προοίμια αὐτοῖς τῶν ἱστοριῶν τῇ τε διανοίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐστὶν ὁμοιότατα, ὡς ἂν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀφετηρίας ἐκδραμόντων πρὸς τὸ στάδιον τῆς ἱστορίας. Cf. Cod. CCLX.

(7) Plutarch. de Stoic. Repugn. c. 20: Καλλισθένει τινὲς ἐγκαλοῦσιν, ὅτι πρὸς Ἀλέξανδρον ἔπλευσεν, ἐλπίζων ἀναστήσειν Ὄλυνθον, ὡς Στάγειρα Ἀριστοτέλης· Ἔφορον δὲ καὶ Ξενοκράτην καὶ Μενέδημον ἐπαινοῦσι, παραιτησαμένους τὸν Ἀλέξανδρον.

(8) Diodor. IV, 1: Ἔφορος μὲν οὖν ... ὑποστησάμενος γράφειν τὰς κοινὰς πράξεις, τὰς μὲν παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη, τὰ δ' ἀπὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου πραχθέντα συνταξάμενος, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς ἱστορίας. Suidas: Ἔγραψεν ἀπὸ τῆς Ἰλίου πορθήσεως καὶ τῶν Τρωϊκῶν μέχρι τῶν αὐτοῦ χρόνων βιβλία λ'.

(9) Diodor. XVI, 26: Τῶν δὲ συγγραφέων Ἔφορος μὲν ὁ Κυμαῖος τὴν ἱστορίαν ἐνθάδε κατέστροφεν εἰς τὴν Περίνθου πολιορκίαν· περιείληφε δὲ τῇ γραφῇ πράξεις τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου· χρόνον δὲ περιέλαβε σχεδὸν ἐτῶν ἑπτακοσίων καὶ πεντήκοντα, καὶ βίβλους γέγραφε τριάκοντα, προοίμιον ἑκάστῃ προσθείς (cf. Phot. Bibl. cod. 176, Polyb. IV, 3). Δίυλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος τῆς δευτέρας συντάξεως ἀρχὴν πεποίηται τῆς Ἐφόρου ἱστορίας τὴν τελευτὴν, καὶ τὰς ἑξῆς πράξεις συναίρει τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων μέχρι τῆς Φιλίππου τελευτῆς. Cf. XVI, 14. Quod Clem. Alex. Strom. I, p. 403 Pott. dicit: Ἀπὸ τούτου (sc. ab Heraclidarum reditu) ἐπὶ Εὐαίνετον (Κτησικλῆ Diod. XVII, 17), ἐφ' οὗ φασιν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανείας ἔτη ἑπτακόσια δεκαπέντε, ὡς δὲ Ἔφορος ἑπτακόσια τριάκοντα πέντε, non turbare debebat Marxium p. 21 sqq., quum id Ephorus initio statim operis memorare potuerit. At, dicas, Clementis calculus omnino non quadrat cum calculo Diodori. Audio, neque tamen probo Marxium, qui Clementem aut suo aut librariorum errore falsum esse statuit, neque Clintonem, qui (p. VI) aut Diodorum ex Clemente vult aut Clementem ex Diodoro emendari. Etenim ex Diodori computu Heraclidarum reditus (750x341 vel 340 contigit 1091 vel 1090; igitur tredecim vel quattuordecim annis posterius quam Apollodorus et Eratosthenes volunt. (Cf. annotat. ad ep. 24 Marm. Par.) Ex Clementis loco, calculis subductis, annus conficitur 1069. Quem si ad ipsum reditum Heraclidarum retuleris, magis adhuc distat a vulgari ratione, ita ut Diodori calculus verior esse videri possit; verum si reputes hoc vel sequente anno (tam parva enim discrepantia in hac re nullius momenti est) mortem poni Codri, ideoque ab hoc ipso anno incipere catalogos archontum atque eodem fere tempore regum Lacedæmoniorum ἀναγραφὰς, nullus dubito, quin Clemens nobis tradiderit illud tempus a quo profectus Ephorus accuratiorem computationem instituerit, atque Clementis et Diodori dissensus ita explicandus esse videtur, ut hic annum nominare voluerit, quo in Peloponnesum Heraclidæ redierint, ille vero annum, quo regnum Agidarum inceperit; quæ tempora etiam alias confusa esse videmus (cf. O. Müller. Dor. II, p. 502).

(1) Diodor. V, 1: Ἔφορος δὲ τὰς κοινὰς πράξεις ἀναγράφων οὐ μόνον κατὰ τὴν λέξιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν οἰκονομίαν ἐπιτέτευχε· τῶν γὰρ βίβλων ἑκάστην πεποίηκε περιέχειν κατὰ γένος τὰς πράξεις. Διόπερ καὶ ἡμεῖς τοῦτο τὸ γένος τοῦ χειρισμοῦ προκρίναντες, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀντεχόμεθα ταύτης τῆς προαιρέσεως, καὶ ταύτην τὴν βίβλον ἐπιγράφοντες Νησιωτικὴν κ. τ. λ.

Digitized by Google

in Peloponneso conversionem, *libro secundo* ea tractavit, quæ reliquæ Græciæ faciem mutarunt. Qua in re ita versatus esse videtur, ut a Nelidis in Atticam se recipientibus aditum sibi pararet ad describendam Ionum tum temporis conditionem, deinde a Melanthi cum Xantho certamine ad antiquiorem Bœotiæ historiam cum rebus Æolicis et Thessalicis arcte conjunctam transgrederetur et præ ceteris animum attenderet ad motus illos et incursiones Bœotorum, quibus septemtrionalis Græciæ pars eadem vi concussa est, quam in Peloponnesum exercuit adventus Doriensium. Quæ deinceps subsecutæ sunt Græcorum in Asiæ litora emigrationes, iis dedicavit *librum tertium*, ex quo rara tantum fragmina ad nos pernatarunt.

Postquam hac librorum trilogia vividissimum antiquioris Græciæ historiæ drama depinxerat, atque egregium nactus erat fundamentum cui sequentis res ætatis superstrueret, ad alia se convertit. Nimirum quum universalem historiam perscribere moliretur, ut scena rerum narrandarum lectoribus bene nota esset, duobus libris sequentibus geographicas orbis terrarum rationes ita exposuit, ut *libro quarto* post brevem introductionem de totius terræ forma et divisione, Europæ regiones adumbraret, *libro quinto* Asiam complecteretur et Africam. In Europa ab Iberia exorsus per Siciliam, Italiam, Græciam (2) describendo progressus est usque ad Scythiam (3). Neque in mera et sterili regionum locorumque enumeratione se continuit, sed uti historicus idemque ex rhetorum schola profectus, quæcunque ad terrarum naturam populorumque origines, mores, instituta, inventa pertinent, nitide nec sine jucunditate explanavit (4). Inter alia libro quinto multa disseruit de Nili incrementis eorumque caussis (5). Orbe terrarum hunc in modum perlustrato, ad Græciam rediens interruptum filum resumit. *Libro sexto* res in Peloponneso actas, Lacedæmoniorum cum vicinis civitatibus, Arcadia, Argolide, Messenia (6), contentiones enarrasse videtur. Certiora dici nequeunt ob fragmentorum raritatem. Idem cadit in *librum septimum*, ex quo unum tantum locum de Dædali ad Cocalum adventu superstitem habemus. Igitur, quum jam deveniamus ad eam ætatem, qua Corinthiorum colonia in Siciliam deducta est, videtur Ephorus, ubi de Syracusarum primordiis egit, simul attigisse antiquissimas Siciliæ memorias. Neque vero minus est probabile fragmentum nostrum ex narratione de Minoe desumptum esse. Scimus enim ex Polybio (7) Ephorum Lacedæmoniorum rempublicam comparasse cum illa Cretensium. Cujus comparationis instituendæ præclaram præbuerunt opportunitatem mutationes istæ, quas belli Messeniaci temporibus in Spartanorum republica fecit Theopompus. Quod si recte conjeci, plurima quæ de Cretensium civitate Ephorus exposuit, a Marxio libris geographicis assignata, libro septimo vindicaverimus (8). *Libro octavo* Asiæ tum temporis statum exponens Medorum et Persarum historiam usque ad Crœsum Cyrumque narravit. *Libro nono* pervenit ad Darium et quæ primis regni annis ab eo res gestæ sunt descripsit. Expeditio ejus contra Scythas, ut Herodoto (IV, 79), sic Ephoro quoque ansam dedit plura disserendi de Amazonibus. In sequentibus totus fere versatur in rebus Græcis (9). Fragmenta jam admodum parca sunt. Utinam Diodorus semper auctorem suum nominasset! Bella Medica et Peloponnesiacum tum non amplius, puto, a Diodoro, sed ab Ephoro narrata haberemus. *Libro decimo* historiam deduxisse videtur usque ad Pa-

(2) In Græciæ descriptione Ephorum secutus est Scymnus Chius : v. fr. 55.

(3) Strabo VII, p. 463 (fragm. 76) : Περιοδεύσας τὴν Εὐρώπην μέχρι Σκυθῶν.

(4) Vide e. g. fr. 46 de Locris Epizephyriis, fr. 67 de Bœotia, fr. 76 de Scythis.

(5) Quæ huc spectant fragmenta Marxius propter locum Theonis (fr. 109) libro undecimo assignavit, de Nilo Ephorum disseruisse putans oblata occasione Ægyptiorum defectionis, quæ non multum post pugnam Marathoniam accidit. Quod per se parum probabile multo minus ab Ephoro factum crediderim, qui in Ægypti descriptione non potuit de Nilo non exponere, nec methodica Ephorei operis dispositio admittit, ut duobus locis prolixam ejusdem rei narrationem insereret. Præterea satis patet verba Theonis ἐν τῇ ια' corrupta esse ex ἐν τῇ α', quod in fragmento 108 de Ægypti natura exhibet Joh. Lydus. Hoc vero depravatum est ex ἐν τῇ ε', quæ literarum confusio etiam fragm. 9 deprehenditur. Neque tamen fragmentorum ordinem, qualem Marxius dedit, mutare volui, satis habens quid sentiam indicasse.

(6) Huc refero fr. 53, quod Marxius ad librum quartum retulit.

(7) Fragm. 64 : Ἔφορος... ὑπὲρ ἑκατέρας ποιούμενος τῆς πολιτείας τὴν διήγησιν.

(8) Ita si statuas, non eget manu emendatrice Strabonis locus (X, p. 730; v. fr. 63), quo de Minoe legum latore agens ait : Καθάπερ Ἔφορος ἐν τῇ Εὐρώπης πολιτείᾳ ἀνέγραψεν (pro quo Marxius scribendum censet : ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὴν πολιτείαν ἀνέγραψεν), i. e. *sicuti Ephorus narrat, ubi de potiorum in Europa civitatum forma et institutionibus disserit*, quod Ephoreo librorum χειρισμῷ optime convenit.

(9) Tzetzes ad Lycophron. 140 (coll. Tzetz. Chil. XII, 260, Diodor. I, 13): Ὥσπερ Ἔφορος ὁ ἱστορικὸς καὶ Διόδωρος ποιεῖ, ἀπὸ τῶν βαρβαρικῶν πρῶτον κατὰ περιδρομὴν ἀρξάμενοι γράφειν, ἐν δὲ τοῖς Ἑλληνικοῖς ὕστερον τὴν ἱστορίαν πλατύνοντες.

Digitized by Google

rum a Miltiade oppugnatam, *libro undecimo*, cujus nihil superest, usque ad pugnam Salaminiam. Hanc et quæ eodem tempore in Sicilia gesta sunt, et sequentem Græciæ historiam usque ad Ol. 87, *liber duodecimus et tredecimus* complectebantur. *Liber decimus quartus* bellum Peloponnesiacum, *liber decimus quintus et decimus sextus* Hannibalis in Siciliam expeditiones atque regnum triginta tyrannorum; *liber decimus septimus* summum Lacedæmoniorum terra marique imperium ac bellum Cyri contra Artaxerxem (in hoc quoque Diodorus Ephorum exscripsisse putandus est), *liber decimus octavus* Thimbronis, Dercyllidæ et Agesilai in Asia res gestas, *liber decimus nonus* bellum Corinthiacum usque ad pacem Antalcidæ continuerunt. Reliqua usque ad bellum sacrum legebantur libris XX — XXIX. Hucusque ipse Ephorus opus suum composuit; quominus ulterius produceret, morte, ut videtur, est prohibitus. Quod pater inceperat, finivit Demophilus filius (1), uno libro tricesimo bellum sacrum exponens (Ol. 106, 2—108, 3) et quæ sequuntur usque ad obsidionem Perinthi (Ol. 110, 1), quæ quum novæ Atheniensibus bellorum seriei initium esset, satis aptum operis finem præbere videri potuit.

Præter Historias Ephorus scripsisse dicitur Inventorum libros duos. (Suidas l. l., Athenæus; v. fr. 158. Strabo X, p. 924 Alm.: Ἔφορος ὁ τὴν ἱστορίαν γράψας καὶ τὰ περὶ τῶν Εὑρημάτων.) Multum attendisse Ephorum in institutorum, consuetudinum, proverbiorum origines, rerumque utilium inventores, maxime apparet ex duobus historiarum libris geographicis, ubi harum rerum commemorandarum apta sese obtulit occasio. Itaque cum Marxio statuendum foret Ephorum, quum multa hoc genus congessisset, quæ non omnia commode in Historiarum libris disponere posset, eorum quasi appendicem et promptuarium Inventorum libros duos condidisse. Sed videas an non postea aliquis hæc inventa ex Historiarum libris excerpserit, eique compendio Ephori nomen præfixerit.

A Plutarcho (fr. 164) laudatur Ephori Σύνταγμα ἐπιχώριον, quod vero non tam singulare opusculum fuisse videtur quam caput libri quinti. Certiori judicio sic statuere licet de loco Cedreni (Synops. Histor. tom. I, p. 11, Paris.), ubi Ephorus inter τοὺς τὰ Φοινικικὰ συγγράψαντας recensetur, atque Stephani, qui Ephorum Περὶ χωρίων laudat (v. fr. 161). Similiter Comes Natal. Ephorum De Ponderibus excitat, in re apud Strabonem (fr. 60) ex *Historiis* memorata. Peculiare fortasse opus fuit quod Theon laudat Περὶ λέξεως, quamquam de hac re Ephorum in proœmio aliquo egisse non est absimile veri.

Quæ præterea Suidas Cumano tribuit Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν βιβλία κδ', et Παραδόξων τῶν ἐκασταχοῦ βιβλία ιε', de his aliunde nihil constat; nec facile quisquam Suidæ auctoritate fisus de jactura horum operum sortis iniquitatem accusaverit. De utroque valet, quod de posteriore statuit Marxius. « Excerpsisse, ait, nescio quis ea sibi ex Ephori Historiis videtur, quæ ad argumentum illud maxime facerent; fortasse Ephori nomen collectionis titulus præ se tulit, unde in promptu erat error. Ejusmodi consilii plane fuit Nicolai Damasceni παραδόξων ἐθῶν συναγωγή, quem uti alibi, ita hic Ephori vestigia presse secutum esse, multis exemplis possum comprobare (2). »

Reliquum est, ut de fide Ephori et auctoritate dicam. Quam rem ad laudem scriptoris paucis possem absolvere, si sincera animi voluntas sufficeret ad historiam scribendam fide usquequaque dignissimam, neque tam arcta esset cujusvis auctoris cum ætatis suæ indole conjunctio, ut nolens vel nescius non solum virtutibus ejus, sed vitiis quoque magnas in conformando operum suorum consilio partes concederet. Etenim negari non poterit Ephorum pro animi simplicitate et sinceritate omni studio enixum esse, ut vera traderet. Quapropter neglecta antiquissimæ Græciæ memoria fabula-

(1) Diodor. XVI, 14: Δημόφιλος ὁ Ἐφόρου τοῦ ἱστοριογράφου υἱὸς τὸν παραλειφθέντα πόλεμον ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὀνομασθέντα δὲ ἱερὸν, συντεταγμένος, v. fr. 151, cf. 155. Jam quum Diodor. XVI, 77 dicat: Ἔφορος... τὴν ἱστορίαν ἐνθάδε κατέστροφεν εἰς τὴν Περίνθου πολιορκίαν, Marxius verba premens bellum sacrum quidem a Demophilo scriptum esse censet, verum postremam partem postremi libri res ab Ol. 108, 3-110, 1 complectentem ab ipso Ephoro additam esse. « Singulares fortasse caussæ, inquit, ex illorum temporum rerumque publicarum rationibus profectæ permovere Ephorum poterant, quominus ipse hanc historiarum partem absolveret, filioque describendam relinqueret. » Quæ vix alicui persuaserit. Verum probabiliter idem vir doctus suspicatur Demophilum nostrum eundem esse, qui teste Phavorino ap. Diogen. Laert. V, 5 et Athen. XV, p. 609, B, Aristotelem ἀσεβείας accusaverit. Notæ enim sunt inimicitiæ quæ Aristoteli cum Isocrate ejusque sectatoribus intercedebant.

(2) Inter fragmenta Ephori omisimus locum Eustathii ad Hom. Od. Z, 149: Ἡ δὲ κόρη (Nausicaa) αὐτὸν (Ulyssem) εὔχεται ἄνδρα σχεῖν. Οὐ τῷ Ὀδυσσεῖ ἔκφορον θεμένη τὸν λόγον, οὐδὲ γὰρ ἐχρῆν; ἀλλὰ ταῖς ἡλικιώτισιν ἀμφιπόλοις ἡρέμα καθ' ἑαυτάς· τοῦτο δὲ ἐπαινεῖ, φασὶν, Ἔφορος, λέγων εὐφυῶς πρὸς ἀρετὴν ψυχῆς εἶναι τὴν παῖδα· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ὠμοίου καταστοχάσασθαι καὶ εὔξασθαι. τυχεῖν αὐτοῦ.

Digitized by Google

rum caligine ubivis operta, ab ea demum ætate historiæ suæ initium ponendum esse censuit, quæ clariore jam luce circumfusa certius admitteret et verius de rebus gestis judicium. Neque tamen ita rem instituit, ut semper posset historiam tradere indubitatæ fidei testimoniis confirmatam(3). Nam quamvis inde ab Heraclidarum reditu illa res gestas fabularum involucris obscurandi consuetudo paullatim evanescat, hunc ipsum tamen ejusque caussas, ne dicam reliquæ Græciæ tum temporis statum, omnino non potuit exponere quin ad mythica adscenderet. Jam quum ad hanc extremitatem se redactum videret, sponte intelligitur, pragmaticam Isocratei Nostri virtutem non in eo acquievisse, ut relata referret, sed, abstersis quæ vulgi credulitati vel poetarum ludibriis deberi viderentur, mythos studuisse ad historiæ veritatem revocare, vel, ut Plutarchi verbis rem eloquar, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀνασώζειν (4). Natura hoc studium nobis insitum est neque adeo improbandum. Verum si reputes quanto successu homo philosophorum et rhetorum istius ætatis doctrinis formatus in hac re elaborare potuerit, consultius Ephorum dices hæc omnia reliquisse intacta (5).

Cum arte critica, quam in fabulas exercuit, conjunctum est judicium de auctoribus, quos sibi sectandos esse putavit. Περὶ μὲν γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς γεγενημένων, ait, τοὺς ἀκριβέστατα λέγοντας πιστοτάτους ἡγούμεθα, περὶ δὲ τῶν παλαιῶν τοὺς οὕτω διεξιόντας ἀπιθανωτάτους εἶναι νομίζομεν, ὑπολαμβάνοντες οὔτε τὰς πράξεις ἁπάσας, οὔτε τῶν λόγων τοὺς πλείστους εἰκὸς εἶναι μνημονεύεσθαι διὰ τοσούτων (fragm. 2). Videtur igitur in antiquissima historia non tam ex ipsis epicis carminibus (nam hæc, puto, sunt quæ facta et dicta explicatissime et uberrime referunt) sua hausisse, quam ex logographis, ut ex Hecatæo, Pherecyde, aliis, qui, quum ipsi pleraque ex poetis epicis mutuati essent, tamen res tractandi rationem sequebantur, quæ multas Græcorum fabulas tamquam ridiculas et ineptas repræsentans ad Ephoream propius accederet. Hellanicum quidem in multis mendacii arguit (6), sed hoc ipsum demonstrat, Ephorum perpetuo ejus rationem habuisse. Quod vero sæpenumero ab eo sibi recedendum putaret, hujus rei caussa in eo posita esse videtur, quod sæpe ille tralaticias Græcorum narrationes reliquit, neque vero ut pragmaticam fabularum explicationem daret, sed aliis de caussis, quas supra indicavimus. Ceterum non neglexisse Ephorum poetas rerumque monumenta ipsis fragmentis docemur. Laudantur Homerus, Hesiodus, Chœrilus, Alcman, Tyrtæus, oracula, inscriptiones (apud Strabonem X, p. 711, ubi : Παρατιθεὶς μαρτύρια τὰ ἐπιγράμματα (v. fr. 30)... ἐπιλέγει, ὅτι ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διαχριβοῦν εἰώθαμεν, ὅταν ᾖ τι τῶν πραγμάτων ἢ παντελῶς ἀπορούμενον ἢ ψευδῆ δόξαν ἔχον). Non ubique vero scriptorem qua par est religione fontes adhibuisse, sed verba eorum, ut ad suam sententiam accommodaret, temerariis et violentis conjecturis deformare ausum esse, luculento documento est locus Strabonis XII, p. 826 (fr. 87).

Igitur in prima operis parte auctoritatem Ephori valde suspectam esse quisque largietur. Quid primo libro de Heraclidarum reditu senserit, et qui in hac parte fuerint ejus fontes, propter fragmentorum paucitatem nescimus. Uberiora libro secundo exstant de vicibus Bœotiæ; sed ex his clare elucet omnino non intellexisse Ephorum, quæ antiquarum fabularum natura sit et indoles, ita ut pleraque ab eo tradita si accuratius perpenderis, falsa esse reperiantur, atque auctorem arguant miserrimis deditum etymologiis (v. fr. 26 et Müller. de Minyis p. 442). In eodem libro, ubi de originibus Bœotiæ agit (fr. 29), a Strabone inconstantiæ accusatur, quippe qui Ætoliam ἀεὶ ἀπόρθητον dixerit, quum antea eam primum a Curetibus, postea ab Ætolo, a Diomede denique occupatam narrasset. Leviora hæc, sed scriptorem produnt accuratam rerum expositionem orationis posthabentem rotunditati.

Majoris Ephorus faciendus erit in libris geographicis, ubi vivida et dilucida regionum, uti Eubœæ (fr. 63), descriptio tanto magis placere debuit, quanto jejuniores fuerunt priorum geographorum commentarii. Quæ in iis minus accurate dicta sunt de terræ forma et distributione (ad Hecatæi et Herodoti sententiam proxime accedente), de Celticarum regionum magnitudine (fr. 39, 41, 43, 44), de Cerne insula (fr. 96, a), de Nili incrementis, ea omnia non auctoris negligentiæ, sed ætatis suæ ignorantiæ imputanda sunt. Satis habuit de his quæ a majoribus acceperat vaga et incerta, uti erant, retulisse; contra in Græciæ et Asiæ minoris descriptione, uti suo Marte pugnare poterat, apprime, ut videtur, ostendit illam quæ sæpius in eo laudatur, ἀκρί-

(3) Cf. Strabo IX, p. 646 (fr. 70) : Δοκεῖ μοι (ὁ Ἔφορος) τἀναντία ποιεῖν ἑαυτῷ ὅτε τῇ προαιρέσει καὶ ταῖς ἐξ ἀρχῆς ὑποσχέσεσιν.

(4) V. Odofr. Müller. in Prolegom. in Mytholog. p. 76.

(5) Exempla puerilis mythorum interpretationis vid. fr. 70, 63, 64.

(6) Joseph. Contr. Apion. I, 3.

Digitized by Google

θειαν καὶ ἐπιμέλειαν (7). Verum quod ἀλήθειαν attinet, eam tum in historicis tum in geographicis a multis ei denegatam esse videmus, nec id, puto, sine caussa. Sic Diodorus I, 39 : Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἄν τις παρ' Ἐφόρῳ ζητήσειεν ἐκ παντὸς τρόπου τἀκριβὲς, ὁρῶν αὐτὸν ἐν πολλοῖς ὠλιγορηκότα τῆς ἀληθείας. Strabo V, p. 375 : Ταῦτα δὲ λέγω σαφῶς μὲν εἰδὼς, ὅτι καὶ οὗτος οὔτε ἀληθέστατα λέγει περὶ πάντων. Seneca Nat. Quæst. VII, 16 : *Ephorus vero non religiosissimæ fidei, sæpius decipitur, sæpe decipit.* Eandem sententiam prodit Schol. ad Hom. Il. IX, 381 verbis, εἰ πιστὸς Ἔφορος; et Aristides tom. II, p. 353 : Δῶμεν ἀληθῆ λέγειν Ἔφορον. Quanta denique Timæus Ephorum acerbitate persecutus sit vel levissima peccata conviciis suis notans, ex Siculorum fragmentis satis abunde constat. Nec præter hunc Ephorus adversariis et censoribus caruit. Nam contra eum scripsit Alexinus, Eubulidis discipulus, a criminandi libidine Ἐλεγξῖνος cognominatus (Diog. L. II, 106, 110); porro Strato Peripateticus, magister Ptolemæi Philopatoris, contra Ephori Εὑρήματα ἐλέγχους δύο edidit (Diogen. L. V, 59, Index Auct. in Plin. H. N. lib. VII). His addere possis Heraclidem Ponticum, qui Ephorum reprehendit, quod Artemonis ætatem non recte constituisset (Plutarch. Pericl. c. 27).

Probabile est plerasque horum notas censorias ad res geographicas et antiquiorem historiam pertinuisse. Accuratiora igitur dederit ubi Herodotum et Thucydidem et Xenophontem, rebus ab ipsis traditis coævos, duces sequi potuit; quod eum fecisse eo minus addubitandum esse videtur, quum ipse professus sit, eam fore præstantissimam cognoscendi rationem si posset fieri, ut ipsi scriptores rebus gerendis intervenirent (Polyb. XII, 27). At si vel pauca quæ adhuc habemus fragmenta cum illorum historiis comparemus, tot obvia fiunt aliter atque ab illis tradita, ut his præ ceteris quidem fidem suam non possit adjunxisse. Sic quæ de Pari obsidione narrantur (fr. 107) recedunt ab narratione Herodoti (VI, 32 sqq.); eodem modo quæ leguntur fragm. 111 et 113 non concinunt cum Herodoto VII, 158 et VIII, 46. Quæ deinde fragm. 119 dicit de caussis belli Peloponnesiaci, tam longe absunt a Thucydideis tantamque produnt levitatem, ut ea a poeta comico potius quam ab historiarum scriptore mutuata esse credas, neque omnino Ephori integritatem tueri possis, nisi, ut Marxius fecit, plures dicas caussas belli ab Ephoro traditas esse, quarum Diodorus elegisset deteriorem. Sed magis hæc vir doctus auctoris sui defendendi caussa scripsisse videtur quam ex vera animi sententia. Equidem acrisiæ crimine non ita absolverim. Sine dubio quæ de Pericle fabulantur ex opere hausta sunt, quale fuit illud Stesimbroti Thasii Περὶ Θεμιστοκλέους καὶ Θουκυδίδου καὶ Περικλέους, in quo, ut Plutarchus (Pericl. c. 13) testatur, ἱστορία τὰ μὲν φθόνοις καὶ δυσμενείαις, τὰ δὲ χαριζομένη καὶ κολακεύουσα, λυμαίνεται καὶ διαστρέφει τὴν ἀλήθειαν. — In illorum denique temporum descriptione quæ bellum Peloponnesiacum excipiunt, Xenophontis auctoritatem in plerisque repudiatam esse, ex pluribus licet augurari. Confer quæso copiarum numerum fr. 129 proditum cum longe ampliore illo apud Xenoph. Anab. I, 7, 10 (sed hic Ephorum, ex Ctesia, ut videtur, veriora habere puto), porro fragm. 138 cum Xenophontis Hell. V, 27, fragm. 144 cum Hell. VI, 4, 31. Quare valde probabile est quæ de Leuctrica pugna narrat Diodorus (XV, 55) in multis a Xenophonteis dissidentia, sicuti alia ejusmodi, ex Ephoro desumta esse. Sed hæc omnia quum Ephorus aut ipse vidisse possit aut ab oculatis testibus accepisse, permagni facienda, et ubi a Xenophontis narratione recedunt dignissima sunt, quæ accuratissime examinentur. Ut vero rite hoc negotio fungamur neque temere Xenophontem Ephoro postponendum censeamus, primum tenendum est quod de militari Nostri prudentia habet Polybius, judex harum rerum peritissimus (XII, 25, g. ed. Paris. ex Excerpt. Vatican.). « Ephorus, ait, bellicorum operum quæ quidem mari geruntur notitiam aliquam habere mihi videtur, verumtamen prœliorum terrestrium plane est ignarus. Quare si quis Ephorum spectet verba facientem de navalibus ad Cyprum Cnidumque prœliis, quæ Persici regis duces tum contra Evagoram Salaminium, tum adversus Lacedæmonios commiserunt, mirabitur sane historici facundiam atque peritiam, atque hinc multam utilitatem ad similes casus colligere possumus. Quum autem pugnam ad Leuctra narrat Thebanorum et Lacedæmoniorum, aut illam quæ ab iisdem ad urbem Mantineam conserta est, ubi vitam Epaminondas profudit, hujus inquam narrationis si quis partes consideret, et aciei instructiones ejusque varias mutationes, quæ fervente prœlio acciderunt, ridiculus videbitur auctor et plane imperitus, ut qui numquam

(7) Strabo IX, p. 646 : Ἔφορος, ᾧ τὸ πλεῖστον χρώμεθα διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἐπιμέλειαν. Cf. Scymn. Ch. v. 130. Josephus C. Apion. I, 12, p. 444 Haverk. : Οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς, ὧν ἐστι καὶ Ἔφορος. Strabo X, p. 465 : Πολύβιος, φήσας, περὶ τῶν Ἑλληνικῶν καλῶς μὲν Εὔδοξον, κάλλιστα δ' Ἔφορον ἐξηγεῖσθαι περὶ κτίσεων, συγγενειῶν, μεταναστάσεων, ἀρχηγετῶν.

Digitized by Google

ejusmodi quidquam viderit. Leuctricum igitur prœlium quia simplex fuit et uno genere artificii militaris peractum, historici inscitiam non admodum arguit : verum illud ad Mantineam quia variam et plenam arte imperatoria formam habuit, id ab historici ingenio neque ferri neque intelligi potest. Quæ res prorsus patebit, si quis vera locorum facie sibi proposita, in his motus illos dimetietur quos Ephorus narrat. Atque id ipsum Theopompo quoque accidit, maxime autem Timæo. Nam quandocunque summatim id genus res narrant, latet eorum imperitia; verum quando singillatim eas exponere et demonstrare aggrediuntur, omnino tales apparent qualis Ephorus. » Deinde vero ad illam Ephori consuetudinem in modum rhetorum copiarum numeros et quæ sunt horum similia immodice exaggerandi quammaxime est attendendum (v. fr. 113, 123 tribus locis, 132).

Restat ut mentionem faciam loci Porphyrii (ap. Euseb. P. E. p. 464 Colon.), ubi hæc : Τί γὰρ Ἐφόρου ἴδιον, ἐκ τῶν Δαϊμάχου καὶ Καλλισθένους καὶ Ἀναξιμένους αὐταῖς λέξεσιν ἔστιν ὅτε τρισχιλίους ὅλους μετατιθέντος στίχους ; et p. 467 : Λυσιμάχου ἔστι δύο περὶ τῆς Ἐφόρου κλοπῆς · Ἀλκαῖος δὲ ὁ τῶν λοιδόρων Ἰάμβων καὶ Ἐπιγραμμάτων ποιητὴς παρῴδηκε τὰς Ἐφόρου κλοπὰς ἐξελέγχων. Callisthenem, cujus Hellenica usque ad bellum sacrum pertinuerunt, et Anaximenem res Græcas usque ad pugnam ad Mantineam pertexentem, et Daimachum (8), qui Seleuci regis temporibus Indica sua composuit, hos, inquam, ab Ephoro exscriptos esse quam absurda sit sententia, non est cur pluribus demonstremus. Quid vero inducere potuerit seriores ut ita statuerint (minime enim hæc a Porphyrio inventa sunt), ex iis quæ de Hecatæo, de Hellanico, nec non de Ephori scriptis diximus, satis, opinor, patebit. Referenda enim hæc sunt ad Paradoxorum libros quindecim, ad libros viginti quattuor De bonis et malis, fortasse etiam ad Inventorum libros duos. quæ ex Ephoro, Callisthene, Anaximene, Daimacho conflata, nostri auctoris nomen in fronte habebant.

Oratio Ephori, ex illa Isocratis magistri tamquam imperfecta imago expressa, pura erat, vel in minimis diligenter elaborata, dilucida, ornata, numerosa; simul vero dicitur diffusa, robore et nervis destituta, resupina languescens jejunitate (9). Dum in Herodoto, Thucydide et Xenophonte admiramur sermonem illum, qui sponte quasi profluere videtur, quo res ita narrantur, ut spectator iis interesse videaris; vim dramaticam et mimicam, qua ad ipsius vitæ veritatem omnia exprimuntur, quæ pro consiliorum varietate et pro diversa personarum sentiendi judicandique ratione habet sublimitatem, gravitatem, urbanitatem; ubi res maximæ simplicissime narrantur, et tamen omnem earum sentimus magnitudinem; dum in his, aio, orationis ἀλήθεια et πιθανότης et ἁπλότης prædicantur : in altero illo scriptorum genere ex Isocratis umbraculis profecto, semper fere reperiebatur fucatus orationis nitor, summa structuræ et periodorum artificia, anxia circa verborum abundantiam trepidatio, omnia denique dictionis lenocinia, quæ lectorem vel nolentem ad auctoris sententiam pelliciant et vi traducant. Omnia ibi explanata, argumentis demonstrata, nihil relinquitur, quo tuo ipse ingenio possis agitari ad verum inveniendum; res obscuritatis plenæ et antiquitatis canitie obductæ ita præparatæ dantur, ut circumcisis omnibus ambagibus, lectores quasi nucleo fruantur, putamina relinquantur aliis. Fieri non potuit, quin hæc res tractandi et eloquendi ratio per longum tempus a multis adamaretur. Neque meliorem Ephorus laudis suæ præconem nactus est quam Polybium (XII, 28 Exc. Vatic.) : Ὁ γὰρ Ἔφορος, inquit, παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν θαυμάσιος ὢν καὶ κατὰ τὴν φράσιν καὶ κατὰ τὸν χειρισμὸν καὶ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν τῶν λημμάτων δεινότατός ἐστιν ἐν ταῖς παρεκβάσεσι καὶ ταῖς ἀφ' αὑτοῦ γνωμολογίαις, καὶ συλλήβδην ὅταν που τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον διατιθῆται. Κατὰ δέ τινα συντυχίαν εὐχαρίστατα καὶ πιθανώτατα περὶ τῆς συγκρίσεως εἴρηκε περὶ τῶν ἱστοριογράφων καὶ λογογράφων (cf. Timæi fr. 55). Contra alia plane sentit Hermogenes De Formis orat. tom. III, p. 395 : Περὶ δὲ Θεοπόμπου καὶ Ἐφόρου καὶ Ἑλλανίκου καὶ Φιλίστου καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις περιττὸν ἔδοξεν εἶναί μοι γράφειν ... ὅτι ζήλου καὶ μιμήσεως τὰ εἴδη τῶν λόγων αὐτῶν οὐ πανύ τοι, μᾶλλον δὲ οὐδ' ὅλως ... ἠξίωται παρὰ τοῖς Ἕλλησιν καθάπερ τὰ τῶν ἄλλων·

(8) Operam perdidit Clinton. F. H. p. 381 ed. Krüger., qui, ut scriptorem nancisceretur Ephoro antiquiorem pro Δαϊμάχου scribere voluit Δηϊόχου vel Δηϊλόχου. Ceterum Deiochum vel Deilochum Proconnesium, quem περὶ Κυζίκου scripsisse scimus, ab Ephoro lectitatum esse probatur fr. 104. Ex eodem fortasse petita sunt, quæ libro nono de Amazonibus narravit.

(9) V. Dionys. De compos. verborum, p. 26; Cic. Orat. c. 51, 62; Demetrius περὶ ἑρμην. § 68; Dio Chrysostom. Orat. XVIII, p. 256; Morell. Plutarch. Pericl. c. 28 : Ἐπὶ δὲ τῶν Ἐφόρου καὶ Θεοπόμπου καὶ Ἀναξιμένους ῥητορειῶν καὶ περιόδων, ἃς περαίνουσιν ἐξοπλίσαντες τὰ στρατεύματα καὶ παρατάξαντες ἔστιν εἰπεῖν· « Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μοιραίνει πέλας. »

Digitized by Google

οἷον Θουκυδίδου, Ἡροδότου, Ἑκαταίου, Ξενοφῶντος, τῶν λοιπῶν. Duris Samius apud Phot. cod. 176, p. 205 : Ἔφορος δὲ καὶ Θεόπομπος τῶν προγενομένων πλεῖστον ἀπελείφθησαν· οὔτε γὰρ μιμήσεως μετέλαβον οὐδεμίας, οὔτε ἡδονῆς ἐν τῷ φράσαι, αὐτοῦ δὲ τοῦ γράφειν μόνον ἐπεμελήθησαν. Philostratus Vit. Soph. I, 17, 4 : Ἐλλογιμώτατος (inter Isocratis discipulos) Ὑπερίδης ὁ ῥήτωρ. Θεόπομπον γὰρ τὸν ἐκ Χίου καὶ τὸν Κυμαῖον Ἔφορον οὐτ' ἂν διαβάλοιμεν, οὔτ' ἂν θαυμάσαιμεν.

THEOPOMPUS.

Theopompus (1), Chius, filius Damasistrati, frater Caucali rhetoris. De ætate ejus Suidam errasse intelligitur ex Photio, qui Theopompum narrat una cum patre propter Lacedæmoniorum studium civitate ejecto in exilium abiisse, atque quadragesimo quinto demum ætatis anno patriam recuperasse, Alexandri regis gratia, qui per literas Chios exhortatus videtur, ut exules in civitatis jura restituerent. Hæ vero epistolæ ex Pflugkii sententia scriptæ sunt aut post pugnam ad Granicum, quo tempore Alexander cum Mytilenæis et Aspendiis, necnon, ut videtur, cum Chiis fecit fœdera, in quibus etiam exulum mentionem factam esse putandum sit; aut duobus annis post, ubi Chius insula, quæ denuo venerat in Persarum potestatem, Alexandri copiis deliberata est (cf. Clinton F. H. p. 385). Utcunque sit (nam ad annum res vix poterit expendi), natales Theopompi referendæ erunt ad Olymp. 100. Difficilior est altera quæstio, quonam anno Noster una cum parente solum natale reliquerit. Pflugkius Damasistratum cum aliis optimatibus expulsum conjicit Olymp. 100, 4, quum Athenienses, Lacedæmoniis infensi, subjectas civitates, missis legatis, ad societatem belli contra communes omnium libertatis hostes gerendi concitassent, primique Chii in defectionem consensissent. Diodor. XV, 28. « Quod si verum est, ait, ut est verisimillimum, Theopompum paternæ calamitatis socium, tum admodum tenera ætate fuisse oportet. Quæ res tantum abest ut officere nostræ sententiæ possit, ut eam etiam confirmare videatur. Nam si quis Photii verba, a quibus omnis hæc disputatio profecta est, paullo diligentius consideraverit, non dubito quin miraturus sit primo stultitiam hominis qui, quot annos Theopompus ab exilio rediens habuerit, commemoret, quando natus sit reticeat. Sed postquam nostra disputatione, ut speramus, ad liquidum perductum est, Theopompum infantem atque in ipso vitæ

(1) **Suidas** : Θεόπομπος Χῖος, ῥήτωρ, υἱὸς Δαμασιστράτου (cf. Pausan. III, 10), γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους τῆς ἀναρχείας Ἀθηναίων ἐπὶ τῆς ἐννενηκοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος, ὅτε καὶ Ἔφορος· Ἰσοκράτους ἀκουστὴς ἅμα Ἐφόρῳ· ἔγραψεν ἐπιτομὴν Ἡροδότου ἱστοριῶν ἐν βιβλίοις β'· Φιλιππικὰ ἐν βιβλίοις οβ'· Ἑλληνικὰς ἱστορίας, ἔπονται δὲ τοῖς Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος, καὶ εἰσὶν ἐν βιβλίοις ια', ἔχουσι τὰ ἀπὸ Πελοποννησιακοῦ πολέμου λοιπά. Ἔγραψε καὶ ἕτερα πλεῖστα. Reliqua quæ de vita Theopompi comperta habemus, omnia fere leguntur in Phot. cod. 176, p. 203: Ἔστι δὲ Θεόπομπος Χῖος μὲν τὸ γένος, υἱὸς Δαμοστράτου (l. Δαμασιστράτου). Φυγεῖν δὲ λέγεται τῆς πατρίδος ἅμα τῷ πατρὶ, ἐπὶ λακωνισμῷ τοῦ πατρὸς ἁλόντος· ἀνασωθῆναι δὲ τῇ πατρίδι, τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς, τὴν δὲ κάθοδον Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως δι' ἐπιστολῶν τῶν πρὸς τοὺς Χίους καταπραξαμένου· ἐτῶν δὲ εἶναι τότε τὸν Θεόπομπον πέντε καὶ τεσσαράκοντα. Μετὰ δὲ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον πανταχόθεν ἐκπεσόντα εἰς Αἴγυπτον ἀφικέσθαι. Πτολεμαῖον δὲ, τὸν ταύτης βασιλέα, οὐ προσίεσθαι τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ ὡς πολυπράγμονα ἀνελεῖν ἐθελῆσαι, εἰ μή τινες τῶν φίλων παραιτησάμενοι διεσώσαντο. Συνακμάσαι δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν λέγει, etc. Vide fragm. 26, p. 282.

Præter historicum laudantur : 1, *Theopompus rex Lacedæmoniorum*. — 2, *Theopompus Thessalus*, in ludis Olympicis victor Ol. 86. Diodor. XII, 23; Euseb. Arm. p. 150 ed. Mai. — 3, *Theopompus archon* Ol. 92, 2. Diodor. XIII, 38; Plut. Moral. p. 833, D; Lys. p. 161, 33; Philochor. ap. Schol. Eurip. Orest. 371 et 771. — 4, *Theopompus Atheniensis*, poeta comicus, Aristophanis æqualis. De hoc ejusque fabulis vide Meineke Histor. Com. p. 236 sqq. Ad hunc referendum est fragm. 299, propter locum Pollucis X, 118, ubi hæc : τὸ δὲ ὀβελισκολύχνιον στρατιωτικὸν μέν-

τοι χρῆμα, εἴρηται δὲ ὑπὸ Θεοπόμπου τοῦ κωμικοῦ ἐν Εἰρήνῃ. — 5, *Theopompus Colophonius*, ex cujus poemate Ἁρμάτιον inscripto fragmentum servavit Athenæus IV, p. 183, B; cf. Meineke l. l. Eundem Wichers. intelligendum putat in Schol. ad Apoll. Rhod. IV, 57, ubi citatur Θ. ἐν ἐποποιοῖς. Codex Paris. ἐν vocem omittit. Quare vir doctus modo nominatus scribi vult ἐποποιός. Probabile hoc, sed non repugno si quis intellexerit Theopompum grammaticum, ita ut illud ἐν ἐποποιοῖς ad mythologicos commentarios in carmina epica scriptos referendum sit. Eodem plane modo *Theopompum in Cypriano carmine* cum Pseudo-Hellanico a Fulgentio (1, 2) compositum, grammaticum esse statuit Welckerus de Cyclo Hom. p. 29. 6, Grammaticus ille est *Theopompus Cnidius*, familiaris Cæsaris (Strabo XIV, p. 969; Cic. Ad Attic. XIII, 7, Philipp. XIII, 16), ὁ συναγαγὼν τοὺς μύθους (Plutarch. Cæsar. p. 730). Hunc Welckerus intelligi putat a Schol. Hom. Il. I, 38; II, 135; XXIV, 428 (cf. tamen fr. 339). Erotian. Glossar. Hippocr. p. 244 : Λάσιον ὀθόνιον, ὡς Θεόπομπος ἐν Ὀδυσσείᾳ... λινοῦν ὕφος δασὺ εἶναι· ubi Ὀδυσσεία titulus capitis fuisse videtur in opere, quod carminum epicorum fabulas explicavit : v Welcker. l. l. Idem vir doctus ap. Schol. ad Il. XIX, 121 (in Cod. Leidensi ap. Valcken. Dissertat. ad Schol. Hom. Opusc. II, p. 127), ubi vulgo legitur : ἡ ἱστορία παρὰ Ἡσιόδῳ καὶ Θεογόνῳ, reponi jubet π. Ἡ. κ. Θεοπόμπῳ. — 7, *Theopompus*, nescio qui, memoratur ap. Cic. Ep. ad Quint. I, 3. — 8, *Theopompus Sinopensis*, qui περὶ σεισμῶν scripsit. Phlegon. Trall. De rebus Mirab. c. 19. — 9, *Theopompus philosophus Pythagoreus*, ad quem scripsit Libanius I, 20 ed. lat. H. Stephani. — 10, *Theopompus Medicus*, ap. Aetium medicum p. 840. — 11, *Theopompus tibicen celeberrimus*, Polyb. XXX, 13, 3.

Digitized by Google

limine patria privatum esse : non laudamus sane Photium, qui alterum nos celet, sed rationem tamen perspicimus, cur annum reditus potius quam natalem commemoraverit. Multorum narrantur exilia sine ejusmodi ætatis notatione : illud vero non prætereundum erat, eum, qui a prima infantia patria caruisset, quadragesimo quinto demum anno in civium jura rediisse. » Speciose hæc dicta sunt, sed quominus pro veris habeamus, plures impediunt difficultates; quæ quidem Wichersium moverunt, ut non solum hancce Pflugkii sententiam respueret, sed etiam Photii locum corruptum putaret, et in Suidæ testimonio mallet acquiescere. Obstat enim quod Plutarchus in Vita Isocratis (Vitt. decem oratt. p. 837, C.) et Photius (cod. 260, p. 793) Theopompum in dicendi arte institutum aiunt ab Isocrate, quo tempore hic in Chio insula scholam aperuerat. Igitur ad juvenilem saltem ætatem Theopompus pervenisse debet antequam patriam relinqueret. Contra Pflugkius pro suis calculis eo se redactum vidit, ut auctores modo nominatos mendacii aut erroris argueret atque Athenis statueret Theopompum Isocratis magisterio usum esse. Verum num is, qui propter studium suum Lacedæmoniorum Atheniensibus quodammodo auctoribus civitate erat ejectus, Athenas se contulisse putandus erit? Quod certe ἀπὸ τοῦ πιθανοῦ parum se commendat. Quare Damasistratum serius quam vult Pflugkius in exilium abiisse censeo. Ac nisi omnia me fallunt, de illis cogitandum est temporibus, quibus Thebani, ut Diodorus (XV, 78, sq.) ait, ad imperium maris capessendum ab Epaminonda adducti, Rhodios et Chios et Byzantios ad subsidiariam his inceptis operam navandam invitarunt, et Epaminondas cum manu ad has civitates missus Lachetem, Atheniensium ducem, classe valida instructum Thebanorumque conatus impedire jussum, ita perterruit, ut classem abducere cogeretur, et urbes illas Thebanis adjunxit. Unde apparet fuisse tum in Chio factionem Thebanis faventem, et ab Atheniensibus propter crescentem Thebanorum potestatem Lacedæmoniis addictis abalienatam. Illo igitur tempore, quo Chii sponte, ut videtur, ad Thebanos defecerant, quo Epaminondas Spartæ exercitum admovit, prœliumque ad Mantineam pugnatum, quo deinde pax inter Græcos convenit, cujus conditionibus soli Lacedæmonii subscribere noluerunt (Ol. 104, 4; Diodor. XV, 89; Polyb. IV, 33; Plutarch. Ages. 35) : optime fieri potuit, ut Damasistratum Lacedæmoniorum studio patriam turbantem exilio plectendum existimarent. Itaque ad vigesimum fere ætatis annum Theopompus in patria degit, nec quidquam impedit, quin ibi Isocratis præceptis imbutus sit.

Quæ vero Wichersius contra Photii calculos protulit hæc sunt : Primum enim offendit eum, quod hac ratione Theopompus sexaginta fere annis junior Isocrate fuisset. « Vereor, ait, ut si tantum ætatis spatium inter eos intercesserit, de se ipse scribere potuisset Theopompus, quemadmodum eum scripsisse testatur Photius, συναχμάσαι ἑαυτὸν Ἰσοκράτει τῷ Ἀθηναίῳ. Dubito num accurate quis dixerit, se ejus, quo sexaginta annis junior sit, æqualem esse. » Sane si ad ætatum annos respexisset, ne tum quidem, si Olympiade 93, ut Wichersius vult, natus esset, accurate se dixisset magistri æqualem; verum si reputes præstantissimas Isocratis orationes in summa demum senectute conscriptas esse, atque Theopompum cum ipso in certamine publico de eloquentiæ præmio contendisse, jactabundus Theopompus dicere potuit se eodem quo magistrum tempore floruisse, i. e., ut ipse ait, ἅμα αὐτῷ τὰ πρωτεῖα τῆς ἐν λόγοις παιδείας ἔχειν ἐν τοῖς Ἕλλησιν (v. fr. 26). — « Deinde, Wichersius pergit, si Theopompus Olymp. 100 natus fuisset, ... de eo certe tempore parum valuit observatio Theopompi de Isocrate apud Photium, eum δι' ἀπορίαν τοῦ βίου orationes scripsisse; nam fuerit Isocrates antea parum locuples, quin etiam indigens, elucet tamen e Pseudo-Plutarcho, Isocratem tantas divitias collegisse, quantas fere neminem; unde sequitur Theopompi ætate, dummodo Ol. 100 natus sit, non magnam fuisse. » Quod inde sequi equidem nego. Eum pauperem fuisse, quo tempore Theopompus se in ejus disciplinam dedit, quisque largietur, quum propterea maxime, ut rem familiarem sub triginta tyrannis, ut videtur, perditam restitueret, in Chio scholam aperuisse putetur. Tempus vero hujus rei nullo testimonio constat, ita ut ex iis potissimum, quæ de Ephori et Theopompi vita aliunde comperta habemus, sit constituendum. Jam si Theopompus Ol. 104 in ejus disciplinam venit, usque ad Ol. 110, 3 satis magnum spatium relictum est, quo magnas Isocrates divitias congerere potuerit.

Quantum Theopompus Isocratis institutione profecerit, ex eo colligitur, quod etsi multi ex hoc ludo ac magni viri profecti sunt, ille tamen ἐπιφανέστατος πάντων nominatur et οὐδενὸς τῶν Ἰσοκρατικῶν εἰς τοὺς λόγους ἀτιμότερος (Dionys. H. Ep. ad Cn. Pomp. p. 131, Phot. p. 206). Voluit sine dubio publici quondam in foro causidici munere fungi; verum quum Isocrates non id

Digitized by Google

solummodo ageret, ut oratores formaret ad caussas forenses dicendas idoneos, sed una cum eloquentia philosophiam et rerum gerendarum peritiam docere studeret, vides qui factum sit, ut eos maxime discipulos, qui voluntate similes magistri inter ceteros eminebant, a fori strepitu averteret, et ad historiam scribendam, tamquam ad altius quiddam, ubi et eloquentiam et philosophiam et rerum gerendarum peritiam optime explicare possent, adduceret. Itaque caussas forenses Theopompus, præceptoris consilio motus, nunquam attigit, teste Cicerone. Multum vero se exercuit in illo eloquentiæ genere quod epidicticum vocant. Ipse enim parum modestus testatur nullam esse majorem Græciæ urbem, in qua aliquantum temporis moratus et publice perorans non adeptus sit magnam gloriam, virtutisque suæ in dicendo monumentum reliquisset; neque minus bis decem millibus versuum ait se scriptis orationibus explevisse (2). Inter hæc eloquentiæ specimina omnium, ut videtur, celeberrimum fuit laudatio Mausoli. Etenim post mortem Mausoli « Artemisia (Ol. 107, 1), ut Gellius (X, 18) narrat, ἀγῶνα laudibus dicundis facit, ponitque præmia pecuniæ aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad eas laudes decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua præstabili Theopompus, Theodectes, Naucrates. Sunt etiam qui Isocratem ipsum cum iis certavisse memoriæ mandaverint. Sed eo certamine vicisse Theopompum judicatum est (3). » In his num de Isocrate Atheniense cogitandum sit, eo magis dubitare licet, quia Suidas (v. Ἰσοκράτης; Ἀμύκλα et Θεοδέκτης) Isocratem Apolloniatem, Atheniensis discipulum, de præmio certasse dicit (4). Quam sententiam, Isocratis ætatem, mores et naturam reputans ambabus amplecterer, nisi hæsitationem injiceret Plutarch. Vit. Isocrat. p. 838, B, (ἠγωνίσατο, sc. Isocrates, καὶ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ τιθέντα ὑπὸ Ἀρτεμισίας ἀγῶνα) et Porphyrius apud Euseb. P. E. X, 3, p. 464, C, qui ipsius Theopompi testimonio utens ait, Ὑπερφρονεῖ ὁ Θεόπομπος τὸν Ἰσοκράτην καὶ νενικῆσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ λέγει κατὰ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ ἀγῶνα τὸν διδάσκαλον.

Videmus igitur Theopompum Ol. 107 in Asia minori commorantem, quo primum se cum patre convertisse videtur, si quidem vera habet Suidas (v. Ἔφορος), qui eum relicta patria Dianæ Ephesiæ supplicem factum esse tradit. Quo deinceps se contulerit, ut eloquentiæ suæ gloriam augeret largamque eruditionis copiam ad condendas historias colligeret, plane ignoramus. Verum multas eum regiones peragrasse multasque urbes vidisse ab ipso habemus narratum. Qua in re egregie adjutus est lautissima re familiari, ita ut totum se dare posset τῷ φιλοσοφεῖν καὶ φιλομαθεῖν, neque, sicut Isocrates, vitæ sustentandæ caussa, ad humiliora tractanda cogeretur (v. fr. 26 et Dion. H. Ep. ad Cn. Pomp. p. 131, Athenæus III, p. 85, B).—Anno denique quadragesimo quinto omnigena doctrina instructus Alexandri gratia in patriam reversus est. Neque vero quum tam diu fortunæ iniquitate fuisset a rebus publicis remotus, diutius isto privati hominis otio gaudere voluit, sed qua pollebat experientiam itineribus et principum suæ ætatis virorum consuetudine collectam et cum præclara eloquentia conjunctam in civitatis commoda expromere decrevit. At non ea fuit in Chio insula tum reipublicæ conditio, ut quam Theopompus profitebatur civilis prudentia a civibus suis adamaretur. Immo morum austeritas, quam crebræ illæ luxuriæ, fastus et mollitiei castigationes produnt, animus vehemens et fervidus, lingua acerba, immodice libera, contemptus gratiæ popularis, optimatium denique studium, quod a patre tamquam hereditate accepisse videtur, non potuerunt non efficere, ut multi exsisterent adversarii, qui, uti omnem nobilitatem exagitabant, sic præ ceteris Theopompum, eloquentissimum ejus instrumentum, inimicitiis suis persequebantur. Princeps eorum fuit Theocritus (5), sophista, Isocratis discipulus, qui Alexandrum et Aristotelem dicteriis odii et invidiæ bile refertis perstringebat, quemque Theopompus in Epistolis ad Alexandrum tamquam hominem humili loco natum pravæque luxuriæ deditum depingit. Neque autem animi vi et dicendo

(2) Cf. Quintil. Inst. Orat. X, 1 : *Theopompus ut in historia prædictis* (Herodoto et Thucydide) *minor, ita oratori magis similis, ut qui antequam ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit orator*. Cf. Dion. Hal. Ep. ad Cn. Pomp. p. 131.

(3) Suidas quidem v. Θεοδέκτης Ἀριστάνδρου dicit : Θεοδέκτης ἐνίκησε μάλιστα εὐδοκιμήσας ἐν ᾗ εἶπε τραγῳδίᾳ· ἄλλοι δέ φασι Θεόπομπον ἔχειν τὰ πρωτεῖα. Verum si conferas Gellium, qui post verba modo laudata pergit : « Exstat nunc quoque Theodecti tragœdia, quæ inscribitur Mausolus, in qua eum magis quam in prosa placuisse, Hyginus in Exemplis refert. » res cum Clintone (p. 299) ita conformanda est, ut statuamus duo præmia proposita fuisse, alterum tragœdiæ, alterum eloquentiæ, quorum illud Theodectæ, hoc Theopompo datum sit.

(4) De Isocrate Atheniense cogitant Ruhnken. Hist. Crit. Orat. Gr. p. 388 et Clinton l. l. p. 299; de Apolloniate Taylor. Vit. Isocr. p. 3 et Wichers.

(5) Strabo XIV, p. 955 : Ἄνδρες δὲ Χῖοι γεγόνασιν ἐλλόγιμοι Ἴων τε ὁ τραγικὸς, καὶ Θεόπομπος ὁ συγγραφεὺς, καὶ Θεόκριτος ὁ σοφιστής. Οὗτοι δὲ καὶ ἀντεπολιτεύσαντο ἀλλήλοις. Vid. Pflugk. p. 32, quem laudat Wichers.

e.

Digitized by Google

inimicos ab Nostro fatigatos esse, rerum docet eventus. Etenim dum Alexander viveret atque regia domus auctoritate adhuc polleret, pejus aliquid in Theopompum statuere non videntur ausi; simulac vero his præsidiis orbatus esset, quem putabant pacis perturbatorem et maledicum omnium rerum contemptorem, denuo patria expulerunt. Confugit in Ægyptum ad regem Ptolemæum. Jam quum Ol. 118, 4 sit primus annus *regis* Ptolemæi, si quidem Photius, quod addubito, accurate locutus est, in Ægyptum venit annos natus circa septuaginta quinque. Quemadmodum vero tum Theopompus propter maledicentiam suam et inimicorum, sicuti Anaximenis, de quo postea, mala artificia a tota fere Græcia in odio habebatur, sic a Philadelpho quoque, cui tum Alexandri admirator non valde placere potuit, non solum malevole exceptus est, sed etiam e medio esset sublatus, nisi ab amicis quibusdam hujus consilii certior factus, fuga quæsivisset salutem. Hæc sunt quæ de vita Theopompi nobis innotuerunt. Quæ postrema ejus fata fuerint et quo loco et quo tempore e vita discesserit, nescimus. Neque tamen diu post Ol. 118, 3 eum vixisse ex legibus humanæ naturæ sponte intelligitur.

Inter opera a Theopompo conscripta a Suida primo loco laudatur Ἐπιτομὴ τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν. Sed jam Vossius (De Hist. Gr. p. 16, 31) dubitavit, num vere Noster hujus opusculi auctor habendus sit; neque id sine caussa, quum res a Theopompi ætate et ingenio aliena esse videatur. Quare equidem suspicor a seriore homine talem Herodoti epitomen sub Theopompi nomine in vulgus editam. Certiora ex paucis hujus libri reliquiis erui vix possunt. Sed ne veterum testimonia susque deque habere censear, faciamus Theopompum hocce Musarum Herodotearum compendium, quum ad historias condendas se accingeret, periculi faciendi caussa composuisse.

Igitur postquam hunc in modum vires suas periclitatus esset, accessit ad tradendam eorum temporum memoriam, quæ præceptor discipulo selegerat tamquam aptissima, quibus describendis ingenii sui virtutes ostenderet (6). Scripsit itaque Ἑλληνικὰς ἱστορίας vel Σύνταξιν Ἑλληνικῶν, quo opere abruptam Thucydidis historiam resumens (7), initio facto ab Ol. 92, 2, Theopompi archontis anno, quo Mindarus ad Cynossema devictus est, septemdecim annorum spatium usque ad pugnam navalem ad Cnidum commissam (Ol. 96, 3, Diophante archonte), (8) duodecim libris complexus est. Quæ ex iis ætatem tulerunt, haud admodum multa sunt. Capita nonnulla recenset Anonym. in Vita Thucyd. § 5. Theopompum exposuisse dicit, quod quidem ultro intelligitur, alteram pugnam ad Cynossema (9), prœlium ad Cyzicum, ad Arginusas, ad Ægos flumen, atque accuratius narrasse infortunium Athenarum post muros urbis dejectos constitutamque tyrannidem. Hæc nisi omnia, plurima saltem libro primo comprehensa fuisse, apparet ex fragmentis libri secundi, ubi egit de Harmostis a Lysandro ubique constitutis impositisque tributis. Itaque

(6) Phot. cod. 176: Φασὶ δὲ τὸν διδάσκοντα ... προβαλεῖν Θεοπόμπῳ ... τὰς μετὰ Θουκυδίδην Ἑλληνικάς.

Quæ de hac Herodoti epitome Frommel. in Creuzeri Meletem. III, p. 135 disseruit, iis uti mihi non licuit.

(7) Diodor. XIII, 42: Ξενοφῶν καὶ Θεόπομπος ἀφ' ὧν ἀπέλιπε Θουκυδίδης τὴν ἀρχὴν πεποίηνται. Καὶ Ξενοφῶν μὲν περιέλαβε χρόνον ἐτῶν τεσσαράκοντα καὶ ὀκτώ, Θεόπομπος δὲ τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις διελθὼν ἐπ' ἔτη ἑπτακαίδεκα, καταλήγει τὴν ἱστορίαν εἰς τὴν περὶ Κνίδον ναυμαχίαν ἐν βιβλίοις δυοκαίδεκα. Idem XIV, 84: (Θεόπομπος) τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν κατέστρεψεν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν (Diophantis arch.) καὶ εἰς τὴν περὶ Κνίδον ναυμαχίαν, γράψας βίβλους δώδεκα. Ὁ δὲ συγγραφεὺς οὗτος ἤρκται μὲν ἀπὸ τῆς περὶ Κυνὸς σήμα ναυμαχίας, εἰς ἣν Θουκυδίδης κατέληξε πραγματείαν. Ἔγραψε δὲ χρόνον ἐτῶν δεκαεπτά. Cf. Marcellin. Vit. Thucyd. 45, Anonym. Vit. Thucyd. § 5, ed. Poppo. Parum accurate Suidas: Ἔπονται δὲ (αἱ Ἑλληνικῶν ἱστορίαι) ταῖς Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος, nisi, ut Wichersius monet, scripserat: ὥσπερ καὶ αἱ Ξ. Idem undecim tantum libros ponit. Nimirum Suidæ ætate et multum antea undecim tantum Hellenicorum libri superstites fuisse videntur. Nam quum Menophanes apud Photium (cod. 176) duodecimum Philippicorum librum intercidisse dicat, nihilominus vero Photius hunc excerpserit atque res ex duodecimo Theopompi libro a vett. excitatæ propter temporum rationes multo aptius in Philippicorum excursu quam in Hellenicis legi potuerint, neque ullum ex postremo libro Hellenicorum fragmentum deprehendatur, inde colligitur aut Menophanem aut Photium Philippica cum Hellenicis confudisse, quod posterius facillime fieri potuit, si Menophanes simpliciter laudaverat librum duodecimum ἱστοριῶν, qui titulus quum plerumque ad majus Philippicorum opus referatur, tamen de Hellenicis quoque poterat usurpari. Cf. Wichers. p. 20 et Clinton F. H. p. 386.

(8) Itaque ipsam pugnam ad Cnidum, quippe quæ sequente demum anno, sub Eubulide archonte, pugnata sit, Theopompus non narrasse videtur Clintoni l. l. Vereor ne hæc justo accuratiora sint.

(9) Verisimiliter primum quoque prœlium cum altero arcte conjunctum, quod Thucydides in extremis narrat, a Theopompo denuo expositum est, si quidem in his Theopompum sequutus sit Diodorus, in utriusque prœlii descriptione a Thucydide et Xenophonte recedens. Itaque quum Theopompus postrema Thucydidis denuo attigisse videatur, atque uno libro bellum Pelop. absolverit, nescio an hoc in caussa fuerit, cur nonnulli octavum Thucydidis librum cum primo Theopompi confundentes, illum, quem Thucydidi abjudicarunt, a Theopompo scriptum esse opinarentur. Quid, quod hoc fortasse suberat, cur Suidas undecim tantum Hellenicorum libros commemoraret.

Digitized by Google

quam Peloponnesiaci belli partem Thucydides intactam reliquerat, summatim tantum perscripsit, sequentium vero undecim annorum memoriam totidem libris uberrime tradidit. Quomodo autem res inter singulos libros distributæ fuerint, de hac re nihil fere scimus nisi illud, quod Apollonius Grammaticus apud Euseb. P. E. p. 465 undecimo libro relatum ait Agesilai cum Pharnabazo congressi de feriendo fœdere colloquium, quod ex libro quarto Hellenicorum Xenophontis in suos commentarios Noster transtulisset.

Verum Theopompus, Polybius (VIII, 13) ait, quum res Græciæ inde ubi desinit Thucydides scribere esset aggressus, postquam ad Leuctrica tempora ac res Græciæ celeberrimas pervenit, ipsam quidem Græciam cum suis factis valere jussit; commutato autem argumento Philippi gesta scribere constituit. Atqui longe præstantius erat ac justius in opere rerum Græcarum gesta Philippi, quam in gestis Philippi res Græciæ comprehendere. « Οὐδὲ γὰρ προκαταληφθεὶς ὑπὸ βασιλικῆς δυναστείας, καὶ τυχὼν ἐξουσίας, οὐδεὶς ἂν ἐπέσχε σὺν καιρῷ ποιήσασθαι μετάβασιν ἐπὶ τὸ τῆς Ἑλλάδος ὄνομα καὶ πρόσωπον· ἀπὸ δὲ ταύτης ἀρξάμενος, καὶ προβὰς ἐπὶ ποσὸν, οὐδ' ὅλως οὐδεὶς ἂν ἠλλάξατο μονάρχου πρόσχημα καὶ βίον, ἀκεραίῳ χρώμενος γνώμῃ. Καὶ τί δήποτ' ἦν τὸ τὰς τηλικαύτας ἐναντιώσεις βιασάμενον παριδεῖν τὸν Θεόπομπον; εἰ μὴ νὴ Δία, ὅτι ἐκείνης μὲν τῆς ὑποθέσεως τέλος ἦν τὸ καλὸν, τῆς δὲ κατὰ Φίλιππον τὸ συμφέρον. Οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς μὲν ταύτην τὴν ἁμαρτίαν καθὸ μετέβαλεν τὴν ὑπόθεσιν, ἴσως ἂν εἶχέ τι λέγειν, εἴ τις αὐτὸν ἤρετο περὶ τούτου. » Theopompum gratiam aulæ Macedonicæ captare voluisse, nemo, qui legerit quæ de Philippi charactere et moribus deque ejus amicis Theopompus scripsit, sibi persuadebit. Atque si ipse dicit (Polyb. VIII, 11) se hac maxime de caussa ad scribendum appulsum esse quod Philippo nunquam antea Europa parem virum protulisset, apparet eum de imperatoriis regis virtutibus cogitasse, deque vi quam in suæ ætatis homines et civitates exercuerit. Præterea quum Theopompus ex oratore evasisset historicus et artis oratoriæ præcepta ad historias transferret, facile intelligitur, cur unum Philippum tamquam scenæ suæ protagonistam et cardinem rerum ponere, ad eumque Græciæ historiam, quæ revera tota tum ex illo pendebat, referre maluerit, quam plurimarum Græcarum civitatum fata ex professo singillatim exponere; quæ res jure Theopompo videri poterat non satis simplex neque una.

Tertium igitur Theopompi opus Φιλιππικὰ inscriptum et κατ' ἐξοχὴν appellatum Ἱστορίαι, Philippi, Amyntæ filii, res gestas inde ab initio regni usque ad mortem regis continebat libris quinquaginta octo (1). Ex his autem jam Diodori ætate quinque deperditi erant (2), iidem procul dubio quos sæculo nono Photius quoque desideravit, nempe sextus, septimus, nonus, vicesimus, tricesimus. Ad tantam molem opus accreverat non tam prolixa enarratione omnium vel levissimorum, quæ ad Philippi vitam et gesta pertinebant, quam longarum digressionum multitudine. Nam quum ab initio Theopompus res Græcorum perscribere sibi proposuisset, tantum abest ut in Philippicis hoc consilium relinqueret, ut quavis data occasione, Macedone suo relicto, in Græcarum vel etiam barbararum civitatum historiam excurreret, eamque per plures sæpe libros deinceps persequeretur, neque in his præsentis tantum ætatis memoriam traderet, sed altius interdum ad mythica usque ascenderet, neque omnino quidquam prætermitteret, quod posset vel per se scitu dignum videri, vel lectorum inservire delectationi. Hac rerum copia et varietate opus in immensum auctum est et multiforme exstitit (3), ita ut Philippus III, resectis digressionibus, quæ ad rem principem non spectabant, libros quinquaginta octo ad sedecim redigeret (4): quod ipsum ne Theo-

(1) Diodor. XVI, 3; Phot. l. l. Suidas, qui Philippicorum libros numerat septuaginta duo, cum Philippicis conjunxit Hellenica et Epitomen Herodoti. Error similis illius, de quo in Timæi Vita monui. Omitto Schweighæuseri sententiam (ad Athen. tom. VIII, p. 534) a Wichersio p. 24 sq. et Clintone F. H. p. 385 jam refutatam. Philippica cum Hellenicis conjuncta, ut ipse Theopompus gloriatur (fr. 26) plus 150,000 versuum continebant, ita ut unusquisque liber circiter 2140 versuum fuerit.

(2) Diodor. XVI, 3 : ἐξ ὧν πέντε διαφωνοῦσιν. De hac vocis διαφωνεῖν significatione v. H. Steph. Thesaur. — Photius cod. 176, p. 390 : Ἀνεγνώσθησαν Θεοπόμπου λόγοι ἱστορικοί· ν' δὲ καὶ γ' εἰσὶν οἱ σωζόμενοι αὐτοῦ τῶν ἱστορικῶν λόγοι· διαπεπτωκέναι δὲ καὶ τῶν παλαιῶν τινὲς ἔφησαν τήν τε ἕκτην καὶ ἑβδόμην καὶ δὴ καὶ τὴν ἐνάτην καὶ εἰκοστὴν καὶ τριακοστήν. Ἀλλὰ ταύτας μὲν οὐδ' ἡμεῖς εἴδομεν, Μηνοφάνης δέ τις τὰ περὶ Θεοπόμπου διεξιὼν, ἀρχαῖος δὲ καὶ οὐκ εὐκαταφρόνητος ὁ ἀνὴρ, καὶ τὴν δωδεκάτην συνδιαπεπτωκέναι λέγει· καίτοι αὐτὴν ἡμεῖς σὺν ταῖς ἄλλαις συνανέγνωμεν. Pauca illa quæ ex his deperditis libris a serioribus grammaticis laudantur, ex scriptis aliorum, qui Theopompum adhuc integrum legerant, exscripta esse debent.

(3) Dionys. H. Ep. ad Cn. Pomp. p. 131 : Γνοίη δ' ἄν τις αὐτοῦ τὸν πόνον ἐνθυμηθεὶς τὸ πολύμορφον τῆς γραφῆς. Καὶ γὰρ καὶ ἐθνῶν εἰρηκεν οἰκισμοὺς, καὶ πόλεων κτίσεις ἐπελήλυθε, βασιλέων τε βίους καὶ τρόπων ἰδιώματα δεδήλωκε, καὶ εἴ τι θαυμαστὸν ἢ παράδοξον ἑκάστη γῇ καὶ θάλασσα φέρει, συμπεριείληφεν ἐν τῇ πραγματείᾳ. Καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ ψυχαγωγίαν ταῦτ' εἶναι μόνον· οὐ γὰρ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὠφελείαν παρέχει.

(4) Phot. cod. 176 : Πλείσταις μὲν οὖν παρεκβάσεσι παντοδαπῆς ἱστορίας τοὺς ἱστορικοὺς αὐτοῦ λόγους Θεόπομπος

Digitized by Google

pompinam hyperbolam credas, totius operis dispositionem et argumenta, quantum ejus fieri poterit, paucis lineolis adumbrabo.

Postquam Theopompus *libro primo* exposuerat cur Philippi historiam tractandam sibi sumsisset, atque de historici officio, ut videtur, deque suis ipsius virtutibus qua solet jactantia verba fecerat, non continuo ad Philippum se convertit, sed anteriorem Macedoniæ historiam, uti Trogus quoque Pompejus, Theopompi æmulator, levi, quod dicunt, brachio tangens, usque ad Amyntæ filii tempora percurrit (fr. 30, 31). Philippus custodia elapsus regnum simul ab Argæo (fr. 32) et Pausania petitum occupat. Pausanias quum Cotyis, regis Thracum, auxilio imperio potiri conaretur, hac oblata occasione Theopompus prolixius disserit de Cotyis luxu et mollitie (fr. 33). Remotis denique et a consilio depulsis æmulis, Philippus, bello Atheniensium liberatus, convertit se contra Pæones et Illyrios, et capta Larissa (fr. 36) expugnare molitur Thessaliam. — *Liber secundus* versabatur in iisdem bellis contra Pæones et Illyrios, quorum de moribus et institutis auctor admodum multus fuisse videtur. Ne cum Wichersio statuam, eum hoc libro de conspiratione egisse quam contra Philippum inierunt reges Pæonum, Thracum et Illyriorum (v. Diodor. XVI, 22), obstat rerum ordo, quum quæ libro sequenti insunt istam rebellionem antecedant. Nam *libro tertio* narratur bellum contra Amphipolitanos, qui quum antea bene habiti essent, jam multas Philippo præbuerunt caussas belli, quorum unam continere videtur fragm. 47 (Diodor. XVI, 8). Amphipoli expugnata, situ ejus opportuno adjutus alias multas urbes in potestatem suam redegit (Diodor. l. l., Dem. Phil. III, p. 68), quarum in numero fuit Datus (fr. 48). In eodem libro de Thessaliæ expugnatione sermonem fuisse prodit fragm. 50. Præterea de Sesostri et de Scythis (fr. 51, 52) verba facta sunt. Videtur igitur Theopompus, quum, nescio qua occasione, Thraciæ populos a Sesostri olim subactos esse dixisset, vel stelas in Thracia ab Ægyptio positas commemorasset, totam hujus regis expeditionem per Asiam (fr. 53) usque ad Scythicas et Thracum regiones exposuisse diutiusque immoratum esse describendis moribus Scytharum. Quare, si recte, ut videtur, Heerenius (De fontib. et auctor. Justini in Commentat. Gœtting. XV, p. 212) contendit ea quæ Trogus apud Justin. II, 1-5 de Scytharum originibus et antiquitate nec non de Amazonibus disputat ab Herodotea narratione longe recedentia, Theopompi ingenium redolere, non dubito quin hæc ex eodem hoc libro desumta fuerint. Sequentes libri, quantum ex urbium nominibus concludi potest, Philippi res in Thracia et Thessalia gestas ulterius persequebantur.

Libro octavo, quum de Byzantio sermo sit (fr. 65) et de Amphictyonibus (fr. 80), agebatur de primis temporibus belli socialis (Ol. 105, 4) et de caussis belli sacri. Verum longe plurima fragmenta hujus libri sunt de rebus mirabilibus. Quarum enumerandarum ansam Theopompo dare potuit vel bellum sacrum, quod Apollinis numen sine dubio miraculis portendi fecit, vel etiam Alexander suus, eadem nocte natus (Ol. 106, 1), qua templum Ephesiæ Dianæ deflagravit. Itaque ἐπιτρέχων τὰ κατὰ τόπους θαυμάσια (fr. 69), narravit de miraculis Pherecydis Syri (fr. 66), a quo in Pythagoreorum philosophiam excurrisse videtur (fr. 67, 68); de Epimenide (69, 70), ab eoque transit ad magorum doctrinam (70, 71), ad Zopyrum (73), ad colloquium Midæ et Sileni (75-78). Talia etsi aliis quoque locis interponi solebant, tamen liber octavus, quia majorem partem iis absumeretur, κατ' ἐξοχὴν liber θαυμασίων appellatus esse videtur. Sic fragm. 66, 69, 70 simpliciter laudatus Θεοπ. ἐν Θαυμασίοις, quibus octavum Philippicorum innui prodit fr. 68. Porro Servius ad Virgil. Ecl. VI, 13 dicit: « Hæc autem omnia de Sileno a Theopompo in eo libro, qui Thaumasia appellatur, conscripta sunt »; eandemque fabulam in octavo Philippicorum libro relatam esse dicit Theo sophist. Progymn. p. 15. Sed hæc non refragantur, quominus cum Westermanno (præfat. ad scriptor. Rer. Mirab.) omnia mirabilia, quæ passim apud Theopompum legebantur, a seriore quodam in unum corpus collecta esse statuamus.

Libro nono Theopompum de Philippi, ab Alcuadis contra Alexandrum Pheræum auxilio advocati, in Thessalia rebus gestis (Ol. 106, 1) egisse, tum temporum ordo suadet, tum Pharcydonis urbis commemoratio a Philippo expugnatæ (fr. 87) (5). Hac opportunitate usus geographicas Thessaliæ rationes exposuit (fr. 83), et urbes nobiliores deorumque cultu et oraculis insignes, ut Scotussam et Cranonem, et quæ ibi visuntur memorabiliora enumeravit. Cum his

παρατείνει. Διὸ καὶ Φίλιππος ὁ πρὸς Ῥωμαίους πολεμήσας ἐξελὼν ταύτας, καὶ τὰς Φιλίππου συνταξάμενος πράξεις, αἳ σκοπός εἰσι Θεοπόμπῳ, εἰς ἑκκαίδεκα βίβλους μόνας, μηδὲν παρ' ἑαυτοῦ προσθεὶς ἢ ἀφελὼν, πλὴν, ὡς εἴρηται, τῶν παρεκτροπῶν, τὰς πάσας ἀπήρτισεν

(5) V. Wesseling. ad Diodor. tom. VIII, p. 406 Bip. Ex Theopompo sine dubio sua habet Polyæn. IV, 2, 18

Digitized by Google

fortasse conjuncta erant paradoxa illa de Bacide, vate Bœotio (fr. 81).

Dum hæc in Thessalia geruntur, Athenienses omni studio nitebantur, ut bellum contra rebelles socios pugna navali ad exitum perducerent. Chareti adjunguntur Iphicrates et Timotheus nova cum classe et æquato imperio; verum mox Chares, homo turbulentus, proditionis incusat collegas, quos « populus acer, suspicax, mobilis, adversarius invidus etiam potentiæ » (sic Nepos Theopompino orationem colore induens) domum revocat, ab munere removet et argento multat. Deinde ejusdem Charetis imprudentia Artabazum contra regem Persarum cum universis copiis juvantis, Athenienses adducuntur, ut, misso bello sociali, ignominiosam cum defectoribus pacem componant (Ol. 106, 2. Diodor. XVI, 21, 29). De his nihil quidem in Theopompi fragmentis legimus, sed inde intelligi potest, qui factum sit, ut *liber decimus* totus fere, ut videtur, versaretur in describendis moribus et indole virorum, qui inde a Medicis temporibus Atheniensium rempublicam administraverunt. Inter eos antiquiores illos, ut Themistoclem et Cimonem, brevius recensuisse, fusius autem et sine dubio multa cum acerbitate exposuisse videtur de demagogis Eubulo, Callistrato, Cleone, Hyperbole, aliis; ita ut Schol. Luc. (fr. 102) hunc librum designare posset verbis : ἐν τῷ περὶ δημαγωγῶν.

Libro undecimo mentio injicitur Amadoci, regis Thraciæ. Redierit igitur Theopompus ad Philippum, conspirationem illam, ut puto, exponens, quam Diodorus (XVI, 22) statim post finem belli socialis posuit. Quousque liber pertinuerit, ex ipsis fragmentis quidem cognosci non potest; verum quum libri sequentes, inde a duodecimo usque ad decimum octavum, aliud plane argumentum habeant, atque libro decimo nono, ubi ad Philippum revertitur, res narrentur ad Ol. 107, 2 sqq. pertinentes : ex his colligo libro undecimo res Philippi narratas esse usque ad annum, quo per Thermopylas in Græciam irrumpere voluit, sed quominus hoc ei successerit, ab Atheniensibus impeditus est (Ol. 107, 1). Accedit, quod hac ratione intelligitur quomodo ad sequentium librorum argumentum Theopompus transierit. Etenim Ol. 107, 2 renovatur bellum Persarum in Ægyptios ob Phœniciæ defectionem. Hac igitur occasione usus, libris XII-XVIII priora quoque bella Persarum contra Cyprum, Phœnices et Ægyptios narravit.

Itaque *libro duodecimo* primum exponit bellum Evagoræ, eoque loco in antiquiorem Cypri insulæ historiam digreditur; deinde accedit ad bellum, quod Acoris, rex Ægyptiorum, Persis infert, cujus ducem fecit Chabriam Atheniensem (Ol. 100, 4). Acoris quum Pisidas in belli societatem advocaret, nova facta digressione, Theopompus non solum de horum regione, sed etiam de aliis multis, quæ ad hanc Asiæ Minoris partem spectant, ad antiquissima sæpe ascendens sermonem instituit (v. fr. 111). *Libro decimo tertio* belli Persarum contra Acorin narratio resumitur (Ol. 101, 3. Diodor. XV, 29, v. fr. 117 de Chabria, Ægyptiorum classi præfectus; fr. 118 de Iphicrate, Persicarum copiarum duce). Eodem libro narratur alterum Artaxerxis bellum contra Tachum (Ol. 104, 3. Diodor. XV, 90 sq. v., fr. 119, 120 de Agesilao). — *Libro decimo quarto* sequitur Artaxerxis Ochi expeditio contra Phœnices (Ol. 107, 2), quam etiam libri decimi quinti partem absumsisse docet fr. 126, ubi de opulentia Stratonis, regis Sidoniorum. Eodem libro egit de bello, quod in Cypro contra regem Persarum conflatum est. (Diodor. XVI, 42.) Quæ de Sidoniorum luxu, rebellione, submissione dixit, ea, nisi fallit me conjectura, ansam præbuerunt copiosæ disputationi de aliis civitatibus mollitie et luxu deperditis. Sic Colophoniis (fr. 129) luxuria exstitit caussa tyrannidis, seditionum, patriæ interitus. Ad similem rem pertinet unum quod ex libro decimo sexto habemus fragmentum de Hegesilocho Rhodio, homine libidinoso, qui cum sodalibus oligarchiam instituit. Huc denique referre licet fr. 134 ex libro decimo septimo, de servis Chiorum. — *Libro decimo octavo* bellum Artaxerxis Ochi contra rebelles Ægyptios (Ol. 107, 3) narratum esse indicatur fr. 135 de Nicostrato, quem exercitus ducem rex ab Argivis sibi expetierat.

Libro decimo nono redit ad res Philippi. Unum quod ex eo fragmentum servatum est, ad illud tempus spectat, quo Philippus, postquam per Thermopylas in Græciam penetrare tentaverat, male habuit Thessalos et hostiliter tractavit. — « Inde (a Thessalia) in Chalcidicen trajicit, ubi bello pari perfidia gesto, captisque per dolum et occisis finitimis regibus, universam provinciam imperio Macedoniæ adjungit. » Justin. VIII, 3. Hæc *libro vicesimo* narrata esse declaratur fr. 139 et 138, ubi Sirrha urbs memoratur, eadem procul dubio, quam Γείρᾶν nominans Diodorus (XVI, 52) a Philippo (Ol. 107, 4) captam esse dicit.

Libro vicesimo primo e Thracia repente transfretamur in Italiam. Res, nisi fallor, ita confor-

Digitized by Google

manda est, ut Theopompum putemus Philippum, quod ad vivendi rationem et regni augendi studium, cum Dionysio Siciliæ tyranno comparavisse (cf. fr. 146, de Dionysii indole, cum fr. 136 de Philippi charactere). Narravit igitur quomodo Dionysius regni fines quavis ratione proferre studuerit, « quomodo, postquam Græcos, qui proxima Italici maris litora tenebant, devicerat, finitimos quosque aggressus sit, omnesque Græci nominis Italiam possidentes hostes sibi destinaverit : quæ gentes non partem, sed universam fere Italiam ea tempestate occupaverant. » Postquam hunc in modum paucis verbis Justinus (XX, 1) Dionysii consilia significaverat, ad origines urbium Italicarum et populorum se convertit. Qua in re Trogum Theopompum secutum esse, atque totum illius caput de Italia ex Nostro fluxisse nullus dubito.

Libris vicesimo secundo et *vicesimo tertio* ad Philippum reversus ejus res in Chalcidice et Thracia gestas ulterius prosecutus est. — *Libro vigesimo quarto* bellum, quod dum Philippus Olynthios debellabat (Ol. 107, 4; v. Krüger. in Clinton. F. H. p. 144) Athenienses in Eubœa gessisse videntur, ansam dedit quæ Pericles olim contra hanc insulam egerit diductius exponendi. — Ol. 108, 1 Philippus Olyntho potitus et hujus urbis opibus locupletatus ceteras urbes sibi adversantes perterrefecit. Tum tandem Athenienses apertos se Philippi hostes professi sunt palamque contra eum belligerarunt. Μάλιστα δ' αὐτοὺς παρώξυνε προστῆναι τῆς Ἑλλάδος Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, δεινότατος ὢν τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους Ἑλλήνων, Diodor. XVI, 54. Ab his Demosthenis exhortationibus, opinor, antiquæ majorum gloriæ et virtutum et avitæ dignitatis memoria animos Atheniensium excitantis profectus Theopompus *libro vicesimo quinto* demonstrare studuit vanas esse et fictas plerasque illarum opinionum, quibus gloriam suam illi jactabant. Quo loco quum inter alia etiam fœdera, quæ cum Persis pepigisse Athenienses gloriabantur, commentitia esse dixisset, idque ex literis ionicis, quibus pacis conditiones consignatæ essent, demonstrasset, de literarum ionicarum origine plura disseruit. Ceterum post expositas res in Thracia gestas, hoc ipso, ut videtur, libro convertit se ad bellum sacrum, uti concludere licet ex Schol. Apoll. Rhod. IV, 973 (fr. 177). Itaque *libro vicesimo sexto* Philippum videmus apud Thessalos, qui cum Bœotiis eum oraverant ut professum adversus Phocenses ducem exhiberet, Justin. VIII, 4. Hujus belli expositionem multis probabiliter digressionibus interruptam sequentibus libris nunc perditis continuavit usque ad *librum tricesimum*, ubi quum de Amphictyonibus sermo sit, illud tempus arguitur, quo Philippus in Amphictyonum consilium adscitus, et quod Phocenses habuerant suffragii jus in eum delatum est (Ol. 108, 3). Ex hac operis parte ea quoque petita esse debent quæ laudantur ex Theopompi συγγράμματι περὶ τῶν ἐκ Δελφῶν συληθέντων χρημάτων (fr. 182, 183). Quæ donaria recensendi aptam dare potuerunt occasionem pacis conditiones, quibus Phocenses jussi sunt quotannis LX talentorum vectigal deo pendere, donec summam in tabulas sacrilegii tempore relatam exsolverent. Diod. XVI, 60.

« Rebus Phocicis compositis legati Atheniensium petentes pacem ad Philippum venerunt. Quibus auditis et ipse legatos Athenas cum pacis conditionibus misit, ibique ex commodis utrorumque pax facta est. » Justin. VIII, 4. Hæc *libro tricesimo primo* narrari debuerunt, qua occasione bene potuit fœdus illud ἐν ἀπορρήτῳ (quod ad Ol. 105, 3 pertinet) commemorari (fr. 189). — *Libris tricesimo secundo* et *tertio* egit de contentionibus et motibus in Peloponneso, deque Philippo invasionem minitante (cf. Demosth. Or. de pace p. 61, 8, Phil. II, p. 68 sq.). — Ex *libro trigesimo quarto* nihil superest. Pauca illa ex *libris trigesimo quinto* et *trigesimo octavo* ad regiones circa Pontum sitas spectant, in quas a Byzantio urbe a Philippo oppugnata excursus fecisse videtur *Libri tricesimus nonus, quadragesimus* et *quadragesimus primus* longam digressionem continebant de rebus Dionysiorum. Huc referendus locus Diodori (XVI, 71. Ol. 109, 2) : Θεόπομπος ὁ Χῖος ἐν τῇ τῶν Φιλιππικῶν ἱστορίᾳ κατέταξε τρεῖς βίβλους περιεχούσας Σικελικὰς πράξεις· ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῆς Διονυσίου τοῦ πρεσβυτέρου τυραννίδος (Ol. 93, 3) διῆλθε χρόνον ἐτῶν πεντήκοντα, καὶ κατέστρεψεν εἰς τὴν ἔκπτωσιν Διονυσίου τοῦ νεωτέρου (Ol. 106, 1 vel 109, 2)· εἰσὶ δὲ αἱ βίβλοι τρεῖς ἀπὸ τῆς μα' ἄχρι τῆς μγ'. Dicere debuit ἀπὸ τῆς λθ' ἄχρι τῆς μα'. Simul in his alius Diodori error deprehenditur. Nam quum dicat Theopompum quinquaginta annorum spatium complexum esse, Dionysii ἔκπτωσις pertineret ad Olymp. 106, 1, quo anno exul migravit in Italiam. Sed quum certissimum sit Theopompum etiam de altero Dionysii exilio (Ol. 109, 2, v. fr. 216) egisse, apparet Diodorum annorum numerum computantem hæc duo exilia confudisse; nam voluisse eum verbis Διονυσίου ἐκπτωσιν secundum exilium designare, jam ex eo intelligitur, quod ipse paullo ante (c. 70) Dionysium Corinthum abiisse dixerit.

Digitized by Google

Libro quadragesimo tertio a Philippo exorsus, qui Ol. 109, 2 per Illyriam et Epirum in Græciam penetrare studuit, digressionem fecit de Epiri regionibus earumque natura deque populorum qui has terras incolunt originibus. Quæ subsequuntur res Philippi usque ad pugnam ad Chæroneam gestæ narratæ fuerunt usque ad *librum quinquagesimum primum*. In digressionibus inter alia egit de Sicilia (fr. 250, 251), sine dubio de Timoleonte exponens Carthaginienses debellante. *Liber quinquagesimus secundus* erat de expeditione Archidami Tarentinis opem ferente contra Lucanos. Qui quum in Italia eadem die occumberet, qua in Græcia ad Chæroneam pugnatum est (Diodor. XVII, 88), ab eo ad Philippum reversus *libro quinquagesimo tertio* ipsam hancce pugnam descripsit, quæ, ut Justinus ait, universæ Græciæ et gloriam dominationis et vetustissimam libertatem finivit. Qui restant libri reliquam Philippi ac Græciæ historiam usque ad mortem regis continebant. Singulorum argumenta certius constitui vix possunt.

Accedo ad minora quædam scripta Theopompi. Nam non solum propter ea quæ hucusque memoravi opera, sed etiam, ut Dionysius ait (Ep. ad Cn. Pomp. tom. VI, p. 782), πολλοὺς μὲν πανηγυρικοὺς, πολλοὺς δὲ συμβουλευτικοὺς συνταξάμενος λόγους, ἐπιστολὰς δὲ τὰς ἀρχαϊκὰς γραφομένας, καὶ ὑποθήκας ἄλλας λόγου ἀξίαν ἱστορίαν πεπραγματευμένος, ἄξιος ἐπαινεῖσθαι.

Orationis panegyricæ exemplum vidimus Laudationem Mausoli. Laudationes Philippi et Alexandri memorant Theon Progymn. p. 19 et 103 et Suidas v. Ἔφορος, qui etiam Vituperium Alexandri a Theopompo scriptum esse dicit. Alias multas hoc genus orationes a Theopompo compositas esse ipse testatur apud Photium l. l.

Inter orationes suasorias citantur Συμβουλαὶ πρὸς Ἀλέξανδρον (Athen. VI, 230, fr. 276) vel Συμβουλευτικὸν πρὸς Ἀλέξανδρον (Cic. ad Attic. XII, 40), vel denique Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον (v. Ruhnken. Hist. crit. oratt. Gr. p. 162 R.). In hac epistola Theopompus egit de statu Chiorum civitatis, perstrinxitque hominum qui tunc rempublicam administrabant perversitatem morumque pravitatem (6). Princeps eorum fuit Theocritus ille, supra jam laudatus, quem Noster tamquam hominem corruptis moribus et luxuria sua insignem cum Harpalo composuisse videtur fr. 277. De eodem Harpalo dixit ἐν ταῖς περὶ Χίου ἐπιστολαῖς, ut vix dubium esse possit h. l. easdem literas respici quas antea dixerat πρὸς Ἀλέξανδρον. Sed ne quid dissimulem, titulus modo appositus Schweighæuseri debetur conjecturæ, quam equidem verissimam esse puto. Vulgo legitur ἐν τοῖς περὶ Χίας ἐπιστολῆς, quod Wichersius accipi vult pro : ἐν τοῖς συγγράμμασιν vel ἐν τοῖς λόγοις περὶ τῆς Χίας ἐπιστολῆς, ut commentarius vel scriptio intelligenda sit ad Alexandrum de Epistola quam ad Chios miserit. Verum hæc græcis inesse vix possunt. Sylburg. ad Dionys. l. l. legit : ἐν τῇ πρὸς Χίους ἐπιστολῇ, quod ob rationes a Schweighæusero allatas stare nequit. Casaubonus, cui adstipulatur Pflugk., scribi vult ἐν ταῖς ἀρχαϊκαῖς ἐπιστολαῖς. Verum sic ab incerto in incertius detrudimur. Nam admodum verisimile est ipsas illas epistolas τὰς ἀρχαϊκὰς (ἀχαϊκὰς var. lect.) γραφομένας apud Dionysium (7) ex errore natas esse. Certe inter vv. doctorum conjecturas nulla habet speciem verisimilitudinis. Vossius (I, 5, 7) de literis ad Achivos missis cogitat. Ruhnkenius cum Valckenario legit ἐπ. τὰς ἀρχαϊκῶς γραφομένας, i. e. *antiquo stylo scriptas*. Sylburgius ἀρχαϊκὰς ἐπιγραφομένας legens, in iis Theopompum de prisci ævi virtutibus egisse credit. Ceterum recte, puto, Ruhnkenius, Wichersio suffragante, ex acerbitate orationis et vehementia, quam effert Dionysius, concludere mihi videtur, epistolam illam ad Alexandrum vel de Chio insula unam fuisse ex illis ἀρχαικαῖς. Quæ quum ita sint, ne ἀσύμβολος discedam, equidem scribendum puto ἐπιστολὰς τὰς περὶ τῶν ἀρχῶν Χίων γραφομένας vel τὰς « Ἀρχαὶ Χῖαι » ἐπιγραφομένας, ita ut literæ intelligantur de magistratibus Chiorum.

Præterea Theopompus citatur ἐν τῷ κατὰ Πλάτωνος διατριβῆς (fr. 279), quæ digressio fuisse videtur in Philippicis. Idem cadere potest in locum Schol. Aristophanis (fr. 282), ubi Theopompus ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας laudatur. Neque tamen certius quiddam de hac re statuerim. Quamvis enim persuasum fere mihi sit non scripsisse Theopompum singulare De Pietate opus, tamen historiæ ejus, in quibus ubique vitiorum sincerum osorem sese præbet, multa procul dubio pietatis habuerunt aliarumque virtutum exempla (8), quæ a serioribus in unum

(6) Theopompi adversus Chios criminationes respexit Suidas (v. Ἔφορος) : Ἐπέστελλε δὲ πολλὰ κατὰ Χίων Ἀλεξάνδρῳ.

(7) L. l. et p. 767, ubi, postquam dixerat differre Theopompinam orationem ab Isocratea ὅταν ὀνειδίζῃ πόλεσιν ἢ στρατηγοῖς πονηρὰ βουλεύματα καὶ πράξεις ἀδίκους, pergit: πολὺς γὰρ ἐν τούτοις καὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος οὐδὲ κατὰ μικρὸν διαφέρει, ὡς ἄν τις ἴδοι ἐκ τῶν ἀρχαϊκῶν ἐπιστολῶν, ἃς τῷ πνεύματι ἐπιτρέψας γέγραφέν.

(8) Dionys. Hal. ad Cn. Pomp. p. 132, postquam alias historiarum Theop. virtutes laudibus ornaverat, addit :

Digitized by Google

collecta sub Theopompi nomine separatim edi potuerunt. Neque denique omittendum quod Ruhnkenius (Hist. crit. Gr. or. p. 371) putat, scilicet Theopompi nomen cum illo Theophrasti, uti alias (v. c. Plut. Ages. c. 36, Athen. XV, p. 676 et epitom. Athen. IV, p. 144, F), sic etiam hic confusum esse, præsertim quum Theophrastus librum περὶ εὐσεβείας scripsisse dicatur (Diogen. L. V, p. 126) atque rei argumentum philosopho magis conveniat quam historico.

Postremo loco monendum est de libro, qui Τρικάρανος (Euseb. P. E. X, p. 491; Syncell. Chron. vol. I, p. 121 ed. Dindf.; Lucian. Pseudol. 29, tom. III, p. 185 Reitz.) (9) vel Τριπολιτικὸς (Joseph. C. Apion. I, 24, p. 459 ed. Haverk.) (1) inscribitur. Quem titulum inde nactus est, quod tres principes Græciæ civitates, Athenæ et Sparta et Thebæ, in eo traducebantur. Neque vero hoc opus Theopompi esse, ut nonnulli credebant, tum Josephus l. l. testatur, tum Pausanias (VI, 18), a quo quæ res fuerit his docemur verbis: Ὡς δέ οἱ (Ἀναξιμένῃ) διαφορὰ ἐς Θεόπομπον ἐγεγόνει τὸν Δαμασιστράτου, γράφει βιβλίον ἐς Ἀθηναίους καὶ ἐπὶ Λακεδαιμονίους ὁμοῦ καὶ Θηβαίους, συγγραφὴν λοίδορον, ὡς δὲ ἦν ἐς τὸ ἀκριβέστατον αὐτῷ μεμιμημένα, ἐπιγράψας τοῦ Θεοπόμπου τὸ ὄνομα τῷ βιβλίῳ, διέπεμπεν ἐς τὰς πόλεις· καὶ αὐτός τε συγγραφεὺς ἦν, καὶ τὸ ἔχθος τὸ ἐς Θεόπομπον ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἐπηύξατο. Etsi vero liber suppositus fuit, res tamen quibus civitatum illarum gloriæ detraheret Anaximenes magnam saltem partem ex ipsis Theopompi operibus hausisse videtur. Quæ autem fuerit libri adornatio ut intelligatur, maxime facere puto locum Aristidis in Encomio Romæ, in universum ad Tricarani exemplum, nisi egregie fallor, expressum. Quod enim Aristides ostendere nititur ὅτι οὔπω πρὸ νῦν Ῥωμαίων ἦν τὸ ἄρχειν εἰδέναι, idem de Alexandro prædicasse videtur Pseudo-Theopompus (2).

Post operum Theopompi enumerationem, vi-

καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, ὅσα φιλοσοφεῖν παρ' ὅλην τὴν δικαιοσύνην καὶ εὐσέβειαν, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν πολλούς τε καὶ καλοὺς διεξερχόμενος λόγους.

(9) Luciani verba sunt: Τίς οὕτως ἐν λόγοις μεγαλότολμος, ὡς ἐπὶ μὲν τοὺς τρεῖς μοιχοὺς ἀντὶ ξίφους τρίαιναν αἰτεῖν, τὸν δὲ Θεόπομπον ἐπὶ τῷ Τρικαράνῳ κρίνοντα (sc. Timarchum Antiochenum) φάναι, τριγλώχινι λόγῳ καθῃρηκέναι αὐτὸν τὰς προὐχούσας πόλεις, καὶ πάλιν, ἐκτριαινῶσαι αὐτὸν τὴν Ἑλλάδα καὶ εἶναι Κέρβερον ἐν τοῖς λόγοις.

In imitationem Tricarani Varro satiram suam contra triumviros, Cæsarem, Pompeium, Crassum, inscripsit *Tricipitinum*. Tripoliticum scripsit etiam Dicæarchus. Quo libro, ut Passovius (*in Ind. Lectt. Vratisl.* 1829) putavit, Dicæarchus famosis Anaximenis calumniis apologiam trium illarum civitatum opposuit, quod ut externa statim libri conformatione significaret, eodem usus est titulo, suum scilicet Tripoliticum in alterius locum quodammodo suffecturus, turpemque ejus in perpetuum aboliturus memoriam. Verum hanc Passovii sententiam refutavit Osann. (*Beitræge zur ræm. u. gr. Literat.* tom. II, p. 9, sqq.), qui Photii loco (Bibl. cod. 37) adjutus demonstrat in eo sermonem fuisse de optima forma civitatis. Ceterum de Theop. Tricarano v. O. Muller. Orchom. p. 107, Prolegg. p. 98, Diaria Gotting. 1825, p. 251. Commemoro denique quæ Suidas habet: Φίλιστος Ναυκρατίτης ἢ Συρακούσιος... συνέταξε... πρὸς τὸν Τρικάρανον λόγον, περὶ Ναυκράτης. Ne de Philisto Syracusano cogitemus, temporum ratio vetat. Ægyptius ille id quod Theopompus ad diminuendam, qua se jactabant Athenienses, antiquitatis gloriam, de Athenis Ægyptiorum colonia dixerat, magis adhuc videtur extulisse. Fortasse igitur verba πρὸς τὸν Τρικάρανον λόγον περὶ Ναυκράτης in unum conjungenda sunt, quippe quo scripto Philistus Naucratem urbem, sub Amasidis regno a Græcis conditam, Græcorumque deorum cultu celebrem, malo artificio adhibuerit, ut Athenienses ab Ægyptiis oriundos demonstraret.

(1) Θεόπομπος μὲν τὴν Ἀθηναίων (libro XXV), τὴν δὲ Λακεδαιμονίων Πολυκράτης, ὁ δὲ τὸν Τριπολιτικὸν γράψας (οὐ γὰρ δὴ Θεόπομπός ἐστιν, ὥς τινες οἴονται) καὶ τὴν Θηβαίων πόλιν διέβαλε.

(2) Aristides tom. 1, p. 338 sq. ed. Canter. (p. 208 sq. ed. Jebb.; p. 338 ed. Dindorf:

Δίειμι δὴ καὶ τὰ Ἑλληνικά, ἐπειδήπερ ἐνταῦθα ἐγενόμην τοῦ λόγου, αἰσχυνόμενος μὲν καὶ δεδιὼς μὴ δόξω μικρολογεῖσθαι. Τοῦτ' οὖν ἐρῶν ἔρχομαι, ὅπως ἐκεῖνοι καὶ πηλίκοις οὖσι τοῖς ἑαυτῶν ἐχρήσαντο πράγμασι· κἂν φανῶσι πολὺ μικρότερα διασώσασθαι μὴ δυνηθέντες, δῆλον τὸ συνθησόμενον εἰς τὴν ψῆφον. Ἔπραξαν μὲν γὰρ πᾶν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἦν αὐτῶν ἡ δύναμις πλεῖν τὴν θάλατταν καὶ τῶν Κυκλάδων ἄρχειν καὶ τὰ ἐπὶ Θράϊκης ἔχειν καὶ Πύλας καὶ Ἑλλήσποντον καὶ Κορυφάσιον· καὶ ταῦτ' ἦν ἡ δύναμις. Καὶ ἔπαθον δὴ παραπλήσιον ὥσπερ ἂν εἴ τις σώματος ἐπιθυμῶν γενέσθαι κύριος ὄνυχάς τινας καὶ ἄκρα λάβοι ἀντὶ ὅλου τοῦ σώματος καὶ ταῦτα ἔχων ἔχειν οἴοιτο ἅπερ ἐβούλετο· ὡς δὲ κἀκεῖνοι ἡγεμονίας ἐπιθυμήσαντες νησίδια καὶ ἄκρας ἐπὶ θαλάττῃ καὶ λιμένας καὶ τοιαῦτα ἐξεκαρπώσαντο καὶ κατετρίφθησαν περὶ τὴν θάλατταν, ὀνειροπολήσαντες ἡγεμονίαν μᾶλλον ἢ κτήσασθαι δυνηθέντες. Γενόμενοι δὲ ὅμως ἐπὶ καιρῶν ὥσπερ ἐν κλήρου περιόδῳ ἐπιστάται τῶν Ἑλλήνων ἑκάτεροι οὐδ' εἰς μίαν, ὡς εἰπεῖν, γενεὰν διεσώσαντο τὴν τάξιν· οὔκουν ἀμέμπτως γε· ἀλλὰ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον τὴν Καδμείαν νίκην ἑνίκων ἀλλήλους περὶ τῆς ἡγεμονίας, ὥσπερ οὐκ ἀξιοῦντες τοὺς ἑτέρους μόνους μισεῖσθαι ἀεὶ οἱ ἕτεροι, ἀλλ' αὐτοὶ τοῦ μέρους μεταλαμβάνειν. Τοῦτο μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων εἰς ἡγεμὼν (Pausanias: v. Thucydid. I, 94, 95) οὕτω διέθηκε τοὺς Ἕλληνας ὥστ' ἀπαλλαγέντας ἀπ' αὐτῶν ἑκόντας, μόνους ἑαυτοῖς ἑτέρους ἄρχοντας ζητῆσαι. Δόντες δ' ἑαυτοὺς Ἀθηναίοις, ὡς χρόνος οὐ πολὺς διῆλθε, μετέγνωσαν, οὔτε τῶν φόρων φέροντες τὴν ἀμετρίαν, οὔτε τοὺς ἐπὶ τῇ τούτων προφάσει κατακλέπτοντας αὐτούς, ἀνάσπαστοί γε γενόμενοι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν Ἀθήνησι περὶ τῶν παρ' ἑαυτοῖς ὑφέξοντες λόγον, κληρούχων τε σφίσιν ἐπὶ τὴν γῆν πεμπομένων καὶ παρὰ τοὺς φόρους ἀργυρολόγων, εἴ που χρεία κατάσχοι ἑτέρα· προσέτι τάς τε ἀκροπόλεις ἐλευθέρας ἔχειν οὐ δυνάμενοι καὶ ἐπὶ τοῖς δημαγωγοῖς ὄντες τοῖς ἐκείνων, εὖ καὶ χεῖρον φρονοῦσιν ὁμοίως, στρατεύσασθαί τε ἀναγκαζόμενοι στρατείας οὐκ ἀναγκαίας ἐν ἱερομηνίαις καὶ ἑορταῖς πολλάκις, ὡς δ' εἰπεῖν ἁπλῶς, οὐδὲν τηλικοῦτον τῆς προστασίας ἀπολαύοντες ἀνθ' ὅτου ταῦτα ἄξιον ἦν ὑπομεῖναι. Δυσχεραίνοντες δ' ἐκ τούτων τοὺς Ἀθηναίους οἱ πολλοὶ καὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους πάλιν μεταστάντες τὸν αὐτὸν τρόπον ὄνπερ πρότερον ἀπ' ἐκείνων πρὸς

Digitized by Google

deamus quæ de fide ejus et auctoritate veteres judicaverint.

Si quidem reputes ingenii dotes, quibus Noster gaudebat, præclarum, quo usus est, Isocratis magisterium, itinera ejus et quam iis congesserat eruditionis copiam, clarorum virorum consuetudinem et familiaritatem, vitiorum quod ubique profitetur odium et admirationem virtutum, si denique consideres historias ejus non in obscuris summæ antiquitatis temporibus, sed in suæ ipsius maxime ætatis descriptione versari; profecto concedendum erit et potuisse eum et voluisse scribere vera, nec injuria videbitur ἀνδρὸς φιλαλήθους titulo ab Athenæo (III, 18) et Suida (v. Ἔφορος) ornari. Nihilominus si veterum testimonia collegeris, multa quidem reperies in laudem ejus dicta, longe plurima autem in reprehensionem, ut in Theopompum omnino non cadat quod primum Cicero historici officium esse ait, scilicet ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis. Quæ vero fuerint illa in Theopompi historiis vituperata, si rationem habeas eorum, quæ de auctoris indole fatisque supra attulimus, facile possunt divinari. Vidimus Theopompum, vehementis et fervidi animi hominem, ea ipsa ætate qua fervor ille et vehementia quam maxime sese prodere solent, propter patris Laconismum, quem dicunt, a democratica factione patria esse orbatum. Inde odium illud contra demagogorum factionumque turbas, quod in ipsa patria conceptum itineribus Nostri per Græciæ civitates hoc genus motibus tum plerumque agitatas non potuit non augeri, quodque iis quæ post reditum in patriam Theopompus expertus est, ad summum quasi fastigium adduci debuit. Inde severæ istæ castigationes perversitatis consiliorum (3), morumque depravationis cum isto rerum publicarum statu semper fere conjunctæ. In quibus si jam natura ferebatur ad nimis indignationi suæ indulgendum, quanto facilius modum excedere debuit historicus ex rhetorum scholis profectus, idemque sæpenumero non tam rei veritati consulens quam numero oratorio. Itaque fit, ut Theopompi de viris eorumque rebus gestis judicia aut satiræ esse videantur, aut, sed id rarissime, orationes panegyricæ; ut eundem hominem, Philippum aio, ubi imperatorias ejus virtutes respicit, ad cœlum usque efferat, deinde, alio loco, morum ratione habita, nullis non oneret convitiis. Philippica igitur hyperbolis ubique referta iisdem fere cautionibus adhibenda sunt, quibus orationes Demosthenis (4), cum quo a Dionysio, ut supra vidimus, comparatur. Aliis locis ob maledicentiam cum Timæo componitur, ut apud Cornel. Nepotem in Vita Alcibiadis c. 11, et apud Clement. Alex. (Stromm. I, p. 316), qui Theopompum et Timæum μύθους καὶ βλασφημίας συντάττειν dicit. Porro Josephus contra Apionem l. l. Theopompum et Timæum βλασφημεῖν dicit καὶ ἐθνῶν τῶν ἐνδοξοτάτων καὶ πόλεων ῥυπαίνειν τὴν εὐγένειαν καὶ τὰς πολιτείας λοιδορεῖν. Cum his cf. Lucian. Quomodo histor. conscrib. c. 59: Καὶ τὴν αὐτὴν Θεοπόμπῳ αἰτίαν ἕξεις, φιλαπεχθημόνως κατηγοροῦντι τῶν πλείστων καὶ διατριβὴν ποιουμένῳ τὸ πρᾶγμα, ὡς κατηγορεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν τὰ πεπραγμένα. Plutarch. Lysand. c. 30: Theopompo μᾶλλον ἐπαινοῦντι πιστεύσειεν ἄν τις ἢ ψέγοντι· ψέγει γὰρ ἥδιον ἢ ἐπαινεῖ (cf. Plutarch. De malign. Herodot. p. 855, A). Polyb. VIII, 12: Ταύτην δὲ τὴν τε πικρίαν καὶ τὴν ἀθυρογλωσσίαν τοῦ

τοὺς Ἀθηναίους, ὑπ' ἐκείνων πάλιν ἐξηπατήθησαν. Προεικόντες γὰρ ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας πολεμήσειν Ἀθηναίοις καὶ τούτῳ προσαγόμενοι τοὺς πολλοὺς, ἐπειδὴ καθεῖλον ἐκεῖνοι τὰ τείχη καὶ κύριοι τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ ταῦτα ποιεῖν ἐγένοντο, τοσοῦτον ὑπερεβάλλοντο ὥστε τυραννίδας ἐν πάσαις ταῖς Ἑλληνίσι πόλεσι κατέστησαν, ἃς προσεῖπον εὐφήμως δεκαρχίας· καὶ μίαν καθελόντες τὴν Ἀθηναίων ὑναστείαν πολλὰς τὰς παρ' αὐτῶν ἀντεισῆγον, αἳ οὐκ Ἀθήνησιν οὐδ' ἐν Σπάρτῃ διὰ τέλους κακῶς ἐποίουν τοὺς ἀρχομένους, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τοῖς σφετέροις ἑκάστου χωρίοις συνεχῶς ἰδρυμέναι καὶ οἷον συμπεπλεγμέναι· ὥστ' εἰ ἀρχόμενοι τοῦ πολέμου προεῖπον τοῖς Ἕλλησιν ὅτι ὑπὲρ τούτου πολεμήσουσιν Ἀθηναίοις, ὅπως μείζω καὶ πλείω σφᾶς ἐκείνων κακὰ ἐργάσαιντο καὶ δείξαιεν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ὄντα τὰ ἀπ' ἐκείνων, μὴ ἂν αὐτοὺς ἀμεινον βεβαιῶσαι τὴν ἐπαγγελίαν. Καὶ γὰρ οὐν ἡττῶντο μὲν εὐθέως ἑνὸς φυγάδος, κατελείποντο δὲ ὑπὸ Θηβαίων, ἐμισοῦντο δὲ ὑπὸ Κορινθίων, ἐπίμπλατο δὲ ἡ θάλαττα τῶν ἁρμοστῶν ἐκπιπτόντων, ἅτε ἀναρμόστων καὶ οὐ κατὰ τοὔνομα ἐγκατασταθέντων τε καὶ ἐχόντων τὰς πόλεις· ἐπειδή τε τοῖς ἐκείνων ἀδικήμασι καὶ τῷ μίσει τῷ διὰ ταῦτα εἰς αὐτοὺς παρὰ τῶν Ἑλλήνων αὐξηθέντες Θηβαῖοι ἐκράτησαν αὐτῶν τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην, ὁμοῦ τε Λακεδαιμόνιοι ἐκποδὼν ἦσαν καὶ Θηβαίους οὐδεὶς αὖ φέρειν ἠδύνατο μίαν μάχην εὐτυχήσαντας. Ἀλλά τοι ἐφάνθη λυσιτελοῦν ἔτι τὴν Καδμείαν ἀνέχεσθαι μᾶλλον ἢ κεκρατηκέναι Λακεδαιμονίων, οὕτως ἐμισήθησαν. Καὶ ταῦτα οὐ δήπου κατηγορίας ἕνεκα κοινῆς τῶν Ἑλλήνων συνεσκευασάμην, ὥσπερ ὁ θαυμαστὸς ἐκεῖνος ὁ τὸν Τρικάρανον ποιήσας, μήποτε ἀνάγκη τοσαύτη γένοιτο, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐπιδεικνύναι βούλομαι ὅτι οὔπω πρὸ ὑμῶν ἦν τὸ ἄρχειν εἰδέναι.

(3) v. Dionys. H. l. l.: Τελευταῖόν ἐστι τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ χαρακτηρικώτατον, ὃ παρ' οὐδ' ἑνὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων οὕτως ἀκριβῶς ἐξείργασται καὶ δύναται οὔτε τῶν πρεσβυτέρων οὔτε τῶν νεωτέρων. Τί δὲ τοῦτό ἐστι; τὸ καθ' ἑκάστην πρᾶξιν μὴ μόνον τὰ φανερὰ τοῖς πολλοῖς ὁρᾶν καὶ λέγειν, ἀλλ' ἐξετάζειν, καὶ τὰς ἀφανεῖς αἰτίας τῶν πράξεων καὶ τῶν πραξάντων αὐτὰς καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, ἃ μὴ ῥᾴδια τοῖς πολλοῖς εἰδέναι· καὶ πάντα ἐκκαλύπτειν τὰ μυστήρια τῆς τε δοκούσης ἀρετῆς καὶ τῆς ἀγνοουμένης κακίας.

(4) Vide egregium Weiskii libellum De hyperbole in historia Philippi.

Digitized by Google

συγγραφέως τίς οὐκ ἂν ἀποδοκιμάσειεν; οὐ γὰρ μόνον, ὅτι μαχόμενα λέγει πρὸς τὴν αὐτοῦ πρόθεσιν ἄξιός ἐστιν ἐπιτιμήσεως, ἀλλὰ καὶ διότι κατέψευσται τοῦ τε βασιλέως καὶ τῶν φίλων, καὶ μάλιστα, διότι τὸ ψεῦδος αἰσχρῶς καὶ ἀπρεπῶς διατέθειται (cf. fr. 249). Athenæo (VI, p. 254, B) est δυσμενέστατος, Suidæ (v. Ἔφορος) πικρὸς καὶ κακοήθης. Ipse Dionysius l. l., alias omni laude Theopompum ornans, multos ab eo supra modum objurgari dicit, deinde pergit: Διὸ καὶ βάσκανος ἔδοξεν εἶναι, προλαμβάνων τινὰ τοῖς ὀνειδισμοῖς καὶ τὰ τῶν ἐνδόξων προσώπων οὐκ ἀναγκαῖα πράγματα· ὅμοιόν τι ποιῶν τοῖς ἰατροῖς, οἳ τέμνουσι καὶ καίουσι τὰ διεφθαρμένα τοῦ σώματος, ὡς εἰς βάθος τὰ καυτήρια καὶ τὰς τομὰς φέροντες, οὐδὲ τῶν ὑγιαινόντων καὶ κατὰ φύσιν ἐχόντων στοχαζόμενοι.

Præter maledicentiam Theopompo crimini vertuntur innumerabiles quas narravit fabulæ. Cic. De legg. I, 1. Quare Ælianο (V. H. III, 18) dicitur δεινὸς μυθολόγος. Spectant hæc præcipue ad Mirabilia illa, quorum permulta Historiis suis inseruit. Ad mythos historicos nonnisi ubi data occasione ad antiquissima tempora adscendit, potuit respicere. Quod vero ipse profitetur se melius quam Herodotum, Ctesiam, Hellanicum rerumque Indicarum scriptores fabulas narraturum esse (Strabo I, p. 116 ed. Siebenk.), hoc ad illud fabularum genus referendum est, quarum præclarum specimen suppeditat de Mida et Sileno narratio (fr. 76). Etenim allegoricæ sunt, ut moralia præcepta quædam exprimeret, ab ipso inventæ vel ad usus suos accommodatæ, neque earum absimiles, quæ in Platonis dialogis leguntur. Talis sine dubio fuit etiam μῦθος τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὕβρεως, quem libro vicesimo narrasse dicitur (v. fr. 139). Uti vero apud Platonem fabulæ illæ optimo consilio adhibentur, sic in historico opere eos admodum superfluos esse apparet. Dionysius Hal. l. l.: Ἔστι δὲ ἃ καὶ κατὰ τὸν πραγματικὸν τρόπον ἁμαρτάνει, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς παραβολάς (παρεκβολὰς Valckenaer. perperam)· οὔτε γὰρ ἀναγκαῖαί τινες αὐτῶν οὔτ' ἐν καιρῷ γινόμεναι, πολὺ δὲ τὸ παιδιῶδες ἐμφαίνουσι· ἐν οἷς ἐστι καὶ περὶ Σειληνοῦ τοῦ φανέντος ἐν Μακεδονίᾳ καὶ τὰ περὶ τοῦ δράκοντος τοῦ διαναυμαχήσαντος πρὸς τὴν τριήρη καὶ ἄλλα τούτοις οὐκ ὀλίγα ὅμοια. Neque sane erat cur ornatus et varietatis caussa Theopompus talibus operam daret, quum huic rei jam alio modo justo plus consuluisset. Quantopere enim excursibus et digressionibus opus suum non tam ornaverit quam oneraverit, supra affatim, puto, vidimus, neque semel id a veteribus vituperatum. Theon. Progymn. p. 44: Παραιτητέον δὲ καὶ τὸ παρεκβάσεις ἐπεμβάλλεσθαι μεταξὺ διηγήσεως μακρᾶς· οὐ γὰρ ἁπλῶς χρὴ πᾶσαν παραιτεῖσθαι, καθάπερ ὁ Φίλιστος· ἀναπαύει γὰρ τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροατῶν· ἀλλὰ τὴν τηλικαύτην τὸ μῆκος, ἥτις ἀπαλλοτριοῖ τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροωμένων, ὥστε δεῖσθαι πάλιν ὑπομνήσεως τῶν προειρημένων, ὡς Θεόπομπος ἐν ταῖς Φιλιππικαῖς. Δύο γάρ που καὶ τρεῖς καὶ πλείους ἱστορίας ὅλας κατὰ παρέκβασιν εὑρήσομεν, ἐν αἷς οὐχ ὅπως Φιλίππου, ἀλλ' οὐδὲ Μακεδόνος τινὸς ὄνομά ἐστιν.

Orationis denique genus in Theopompo non illud est, quod Cicero in historico vult, fusum atque tractum et cum lenitate quadam æquabili profluens, sine hac judiciali asperitate et sine sententiarum forensium aculeis, sed numerosum illud et elatum oratoris Isocratis disciplina formati. Quare in universum de Theopompo valent, quæ supra diximus de Ephoro. De Nostro particulatim verba facit Dionysius (Hal. (Ep. ad. Cn. Pomp. p. 132) : Ὁ δὲ λεκτικὸς (χαρακτὴρ), ait, Ἰσοκράτει μάλιστα ἔοικε· καθαρὰ γὰρ ἡ λέξις καὶ κοινὴ καὶ σαφὴς, ὑψηλή τε καὶ μεγαλοπρεπὴς καὶ τὸ πομπικὸν ἔχουσα πολὺ, συγκειμένη τε κατὰ τὴν μέσην ἁρμονίαν, ἡδέως καὶ μαλακῶς ῥέουσα. Διαλλάττει δὲ τῆς Ἰσοκρατείου κατὰ τὴν πικρότητα καὶ τὸν τόνον ἐπ' ἐνίων, ὅταν ἐπιτρέψῃ τοῖς πάθεσιν, μάλιστα ὅταν ὀνειδίζῃ πόλεσιν ἢ στρατηγοῖς πονηρὰ βουλεύματα καὶ πράξεις ἀδίκους. Πολὺς γὰρ ἐν τούτοις καὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος οὐδὲ κατὰ μικρὸν διαφέρει, ὡς ἄν τις ἴδοι ἐκ τῶν ἀρχαϊκῶν ἐπιστολῶν, ἃς τῷ πνεύματι ἐπιτρέψας γέγραφεν. Εἰ δ' ὑπερεῖδεν ἐν τούτοις, ἐφ' οἷς μάλιστα ἂν ἐσπούδακε, τῆς τε συμπλοκῆς τῶν φωνηέντων γραμμάτων (cf. Quintil. IX, 4, 35) καὶ τῆς κυκλικῆς εὐρυθμίας τῶν περιόδων καὶ τῆς ὁμοειδείας τῶν σχηματισμῶν, πολὺ ἀμείνων ἂν ἦν αὐτὸς ἑαυτοῦ κατὰ τὴν φράσιν.

Verum ab hoc encomio longe absunt judicia aliorum. Longin. Περὶ ὕψους 43 : Δεινὴ δ' αἰσχῦναι τὰ μεγέθη καὶ ἡ μικρότης τῶν ὀνομάτων .... Θεόπομπος ὑπερφυῶς σκευάσας τὴν τοῦ Πέρσου κατάβασιν ἐπ' Αἴγυπτον ὀνοματίοις τισὶ τὰ ὅλα διέβαλεν (v. fr. 125). Deinde : Ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ ταπεινότερα ἀποδιδράσκει, δέον ποιήσασθαι τὴν αὔξησιν ἔμπαλιν. Similiter Demetrius Phal. (Περὶ ἑρμην. § 75) Theopompum dicit δεινὰ οὐ δεινῶς λέγειν. Apollonius Grammaticus, ubi Theopompum Hellenicorum libro undecimo Pharnabazi cum Agesilao colloquium ex Xenophonte mutuasse monet, simul animadvertit eum sua oratione τὸ ἔμψυχον καὶ ἐνεργὸν, quod apud Xenophontem est, corrupisse. Plutarch. Πολιτικῶν Παραγγελμάτων cap. 6, p. 803, B : Ἐπὶ δὲ τῶν Ἐφόρου καὶ Θεοπόμπου καὶ Ἀναξιμένους ῥητορειῶν καὶ

Digitized by Google

περιόδων, ἃς περαίνουσι ἐξοπλίσαντες τὰ στρατεύματα παρατάξαντές ἐστιν εἰπεῖν· « Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας. » Dio Chrysostom. p. 256 Morell. : Τῶν δὲ ἄκρων Θουκυδίδης ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τῶν δευτέρων Θεόπομπος· καὶ γὰρ ἱστορικόν τι περὶ τὴν ἀπαγγελίαν ἔχει, καὶ οὐκ ἀδύνατος οὐδὲ ὀλίγος περὶ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ τὸ ῥᾴθυμον περὶ τὰς λέξεις οὐχ οὕτω φαῦλον, ὥστε σε λυπῆσαι. Duris Samius apud Phot. cod. 176, p. 205 : Ἔφορος δὲ καὶ Θεόπομπος τῶν προγενομένων πλείστων ἀπελείφθησαν· οὔτε γὰρ μιμήσεως μετέλαβον οὐδεμίας, οὔτε ἡδονῆς ἐν τῷ φράσαι· αὐτοῦ δὲ τοῦ γράφειν μόνον ἐπεμελήθεσαν. Sed hoc judicium ut quantum valeat intelligatur, tenendum est videri Duridem suam ipsius orationem, quæ tragœdi potius quam historici erat, tamquam exemplum proponere (*).

(*) Fragm. 323 plenius exhibendum erat ita : Φορμίων. Περὶ τούτου καὶ ὁ Θεόπομπος ἐν Φιλιππικοῖς φησιν. Ἡ δὲ Κροτωνιάτης καὶ ἐν τῇ ἐπὶ Σάγρᾳ μάχῃ ἐτρώθη· δυσιάτου δ' ὄντος τοῦ τραύματος, χρησμὸν ἔλαβεν εἰς Λακεδαίμονα ἐλθεῖν· τοῦτον γὰρ αὐτοῦ ἰατρὸν ἔσεσθαι, ὃς ἂν αὐτὸν πρῶτος καλέσειεν ἐπὶ δεῖπνον. Ὡς οὖν ἦκεν εἰς τὴν Σπάρτην, καταβάντα αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὀχήματος ἐκάλεσεν ἐπὶ δεῖπνον νεανίσκος. Δειπνήσαντα δὲ ἤρετο ἐρ' ὅ τι ἥκοι. Ὡς δὲ ἤκουσε περὶ τοῦ χρησμοῦ, ἀποξύσας τοῦ δόρατος ἐπιτίθησιν. Ὡς δὲ ἀνέλυσαν ἀπὸ τοῦ δείπνου, δοκῶν ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ ἅρμα τῆς θύρας αὐτοῦ τοῦ οἴκου τοῦ ἐν Κρότωνι ἐπιλαμβάνεται. Ἀλλὰ καὶ Θεοξένια αὐτοῦ ἄγοντος, ἐκάλεσαν αὐτὸν οἱ Διόσκουροι πρὸς Βάττον ἐς Κυρήνην, καὶ ἀνέστη τε ἔχων σιλφίου καυλόν. Ad hæc Meinekius in Fragm. Poetar. Com. Antiq. volum. II, P. II, p. 1231 : « Ex Theopompi Philippicis hæc desumpta esse ipse præsertim indicavit Suidas; hinc prompta est conjectura, locum ex ea uberrimi multisque digressionibus referti operis parte excerptum esse, in qua Crotoniatarum cladem ad Sagram fluvium a Locrensibus acceptam descripserat. Hanc luctificam enim potentissimæ civitatis cladem, in qua ornanda Theopompi ingenium vel maxime exultare poterat, non indictam prætermisisse historicum mirabilium rerum aventissimum, ex Troji Pompeii epitomatore intelligitur, qui satis luculentam illius cladis descriptionem exhibuit lib. XX, c. 2 sq. [ex Theop. Philippic. libro XXI; v. supra]. Trogum Pompeium autem totum sese ad Theopompei operis imitationem composuisse neminem fugit. Non tamen αὐτολεξεὶ Theopompi locum a Suida redditum esse, docet tota compositionis ratio, in qua Theopompeam expositionis perspicuitatem et orationis apte coagmentandæ facultatem desideres. Quis enim credat, ut hoc unum commemorem, ab ipso Theopompo non dilucidius explicatum fuisse, quis fuerit ille, qui medelam Phormioni attulisse dicitur, Spartanus adolescens? Quamquam diligentius in rem inquirenti non dubium videbitur, quin is unus fuerit Tyndaridarum. Ita ut statnam, facit imprimis simillima alterius, quo Crotoniatæ in prælio illo usi sunt, imperatoris fortuna. Rem narrat Pausanias III, 19 : Ἐς ταύτην (insulam Leucen dicit) πρῶτος ἐσπλεῦσαι λέγεται Κροτωνιάτης Λεώνυμος. Πολέμου γὰρ Κροτωνιάταις συνεστηκότος πρὸς τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκροὺς, τῶν Λοκρῶν κατὰ οἰκειότητα πρὸς τοὺς Ὀπουντίους Αἴαντα τὸν Ὀϊκλέως ἐς τὰς μάχας ἐπικαλουμένων, ὁ Λεώνυμος Κροτωνιάταις στρατηγῶν ἐπῆει τοῖς ἐναντίοις κατὰ τοῦτο, ᾗ προτετάχθαι σφίσιν Αἴαντα ἤκουεν. Τιτρώσκεται δὴ τὸ στέρνον, καὶ (ἔκαμνε γὰρ ὑπὸ τοῦ τραύματος) ἀφίκετο ἐς Δελφούς. Ἐλθόντα δὲ ἡ Πυθία Λεώνυμον ἀπέστελλεν

PHYLARCHUS.

Suidas : Φύλαρχος, Ἀθηναῖος ἢ Ναυκρατίτης· οἱ δὲ Σικυώνιον, ἄλλοι δὲ Αἰγύπτιον ἔγραψαν· ἱστορικός. Τὴν ἐπὶ Πελοπόννησον Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου στρατείαν ἐν βιβλίοις κη'· κατάγει δὲ καὶ μέχρι Πτολεμαίου, τοῦ Εὐεργέτου κληθέντος, καὶ τῆς Βερενίκης τελευτῆς, καὶ ἕως τοῦ θανάτου Κλεωνύμου (scr. Κλεομένους) τοῦ Λακεδαιμονίου, ἐπιστρατεύσαντος αὐτῷ Ἀντιγόνου. Τὰ κατὰ τὸν Ἀντίοχον καὶ τὸν Περγαμηνὸν Εὐμένη. Ἐπιτομὴν μυθικήν. Περὶ τῆς τοῦ Διὸς ἐπιφανείας. Περὶ εὑρημάτων. Παρεμβάσεων βιβλία θ'.

Eudocia p. 422 : Φύλαρχος Ἀθηναῖος, κατὰ δέ τινας Ναυκρατίτης, οἱ δὲ Αἰγύπτιον ἔγραψαν, ἱστορικός· ἔγραψε τὴν ἐπὶ Πελοπόννησον Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου στρατείαν ἐν βιβλίοις κη'· κατάγει δὲ καὶ μέχρι Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου καὶ τῆς Βε-

ἐς νῆσον τὴν Λευκὴν, ἐνταῦθα εἰποῦσα αὐτῷ φανήσεσθαι τὸν Αἴαντα καὶ ἀκέσεσθαι τὸ τραῦμα. Quibus similia tradit Conon apud Photium cod. 186, p. 133 ed. Bekk. Creditum igitur est Leonymum et vulneratum et sanatum esse ab Ajace Oilei filio. Jam Dioscuros in prælio Sagrensi non Crotoniatis, sed Locrensibus favisse constat ex testimonio Justini lib. XX, 3 : *Pugnantibus Locris aquila ab acie nunquam recessit, eosque tam diu circumvolavit quoad vincerent. In cornibus quoque duo juvenes diverso a ceteris armorum habitu, eximia magnitudine, et albis equis et coccineis paludamentis pugnare visi sunt, nec ultra apparuerunt quam pugnatum est.* Pone igitur Phormionem vulneratum fuisse ab alterutro Tyndaridarum, et habebis plane gemellam utriusque ducis fortunam. Ambo ejusdem exercitus duces eodem in prælio grave et humana ope insanabile vulnus susceperunt, ambo ab oraculo medelæ rationem expetunt, ambobus vulneris sanandi spes ostenditur ab iis qui vulnus ipsis inflixerant : Leonymus insulam Leucen adire jubetur, in qua versatur Ajacis Locrensis umbra, Phormio Spartam commigrat, Castorum sedem sanctissimam; ambo denique voti compotes facti patriæ restituuntur. Plane autem confirmat hanc fabulæ redintegrandæ rationem ipse Theopompeæ narrationis tenor et continuitas. Nonne enim quæ in fine de Phormionis evocatione ad Battum per Dioscuros adduntur, ἀλλὰ καὶ Θεοξένια αὐτοῦ ἄγοντος etc., aperte demonstrant, præcessisse aliquid, in quo eorundem heroum vis et potestas manifestata est? Denique ne illud quidem omittendum est, ita demum perfici et absolvi similitudinem Phormioni cum Telephi sorte manifeste intercedentem. — Unum quod dubitationem facere possit hoc est, quod alias Dioscuri non singuli et seorsim, sed ambo conjunctim mortalibus sese conspiciendos præbent. Sed tamen ne illud quidem sine exemplis fuisse, docent Gallieni, Postumi et Getæ nummi, quorum in aversa parte adolescens dextra equum habenis tenens, sinistra hastam gestans conspicitur, cum epigraphe Castor. Vide præter Eckhelii Doctr. num. Hemsterhusium ad Polluc. II, p. 1027. Ac ne poterant quidem, si quid video, ambo simul Tyndaridæ Phormioni in conspectum se dare. Nam quum non ambo, quippe in diversis aciei cornibus dimicantes, Crotoniatarum ducem vulnerasse videantur, consentaneum est hunc ab eo tantum, qui vulnus ei inflixisset, et hospitio exceptum et sanitati restitutum esse. »

Digitized by Google

ρενίκης τελευτῆς καὶ ἕως τοῦ θανάτου Κλεωνύμου (scr. Κλεομένους) τοῦ Λακεδαιμονίου, ἐπιστρατεύσαντος αὐτῷ Ἀντιγόνου· τὰ κατὰ τὸν Ἀντίοχον καὶ τὸν Περγαμηνὸν Εὐμένη· ἐπιτομὴν μυθικὴν περὶ τῆς τοῦ Διὸς ἐπιφανείας· καὶ εὑρημάτων παρεμβάσεων βιβλία θ′ καὶ ἄλλα τινά.

Ut ordiamur a Phylarchi nomine, id apud Polybium, Athenæum, Plutarchum et alios interdum depravatum est in *Philarchus*. Sed apud Polybium et Athenæum optimi codices tuentur *Phylarchum* (cf. Schweighæuser. ad Polyb. II, 56, ad Athen. VI, p. 255, F; XIII, p. 606, D); apud Plutarchum quidem De Is. et Osir. 29 et Utr. bello an doctr. clar. fuerint Ath. init., sine ulla varietate exhibetur Philarchus, attamen quum et horum locorum ratio suadeat ut Phylarchum intelligamus, et alias istud nomen videamus depravatione in contextum invectum esse, non debemus cum Wyttenbachio facere, qui Philarchum a Phylarcho distinguendum esse censet. Eusebium Præp. evang. p. 156 et 164, ubi scribit *Philarchus*, errasse apertum est ex Porphyr. De abst. c. 56, quem iste ducem habet.

Quænam sit Phylarchi patria, utrum Athenæ, an Naucratis (eodem redit, quod Ægyptius dicitur), an Sicyon, in dubio est, ut testantur Suidas et Eudocia; paululum tamen hæc dubitatio elevatur Athenæi auctoritate, qui II, 51, p. 58, C, dicit : Φύλαρχος Ἀθηναῖος ἢ Ναυκρατίτης, ut nonnisi inter duas urbes, Athenas et Naucratin, optio relinquatur; quare non assentimur Brücknero, Phylarchum suspicanti ad eos referendum esse, quos consociata Sicyone cum Achæorum fœdere cessisse urbe sua credibile sit, sive quod Dorienses nollent iisdem cum Achæis legibus uti sive alia quacunque de causa; unde dici possit refugium quæsivisse Athenis et his quoque adjunctis societati Achæorum, Naucrati in Ægypto. Videtur Phylarchus in altera illarum urbium natus esse, in altera magnam vitæ suæ egisse partem; est vero probabilius, eum Naucrati natum esse et Athenas postea migrasse, quia vix tam libere de Ægypti regibus judicasset (cf. fragm. XLI), si in Ægypto hospes degisset, ut bene monet Luchtius. — Apud Plinium Hist. Nat. XXXV, 11, 40, non de Phylarchi historici, sed de tribuum præfecti imagine agi jam inter omnes convenit. Cf. Sillig. Catal. artif. s. n. Athenio et Glaucio.

Tempus quo vixerit Phylarchus satis accurate definit Polybius II, 56 : Ἐπεὶ δὲ τῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀράτῳ γεγραφότων παρ' ἐνίοις ἀποδοχῆς ἀξιοῦται Φύλαρχος etc. Eadem igitur ætate atque Aratus vixit et scripsit. Aratus autem mortuus est Ol. 141, 2 (cf. Polyb. VIII, 14) et Commentarios suos deduxit usque ad Olymp. 140 (cf. Polyb. I, 3; IV, 2).

Composuit Phylarchus secundum Suidam sex opera; Eudocia nonnisi quatuor nominat, conjungens quæ apud Suidam separata sunt; et alia quædam esse dicit, quæ non nominat. A scholiasta in Ælii Aristidis Orationes p. 103 ed. Frommel. (fr. 79) opus laudatur, quod inscriptum est Ἄγραφα. Principem locum inter Phylarchi opera obtinent ejus *Historiæ* libris 28 comprehensæ : esse hunc operis titulum testes sunt Athenæus (fr. 1, 5, 8, 9, 12 etc.) et Apollonius Dyscolus (fr. 16). Suidam et Eudociam istis verbis : Τὴν ἐπὶ Πελοπόννησον Πύῤῥου τοῦ Ἠπειρώτου στρατείαν ἐν βιβλίοις κή· κατάγει δὲ καὶ μέχρι Πτολεμαίου etc. nonnisi initium et finem Historiarum indicare, jure affirmant Luchtius et Brücknerus. Etenim, quæ ab Athenæo ex libro vicesimo quinto afferuntur (fr. 44, 45), ad Cleomenem pertinent, et quæ idem ex libro vicesimo octavo servavit de Apollophane, Antigoni adulatore, memorata esse cogitanda sunt, ubi de victoria ad Sellasiam expositum est (fr. 46). Initium habuisse opus a Pyrrhi expeditione in Peloponnesum, ipsis fragmentis confirmari non potest, quum fragmentum, quod ad illam pertinet (47), libri notam non habeat; imo ex libri tertii fragmento (1), quo de Patrocli expeditione in Græciam agitur, collegeris Phylarchum a prioribus temporibus exorsum esse, vel ab Alexandri M. regno (cf. fr. 42), ut statuit Sevinus (*Mém. de l'Acad.* tom. VIII, p. 121), vel ab Alexandri morte, quæ est Schœllii sententia (Hist. Lit. Gr. tom. II, p. 133); sed ex fragmentis videmus, de rebus quæ ante Pyrrhi expeditionem gestæ sunt Phylarchum fecisse digressiones in libris, in quibus tempora illam expeditionem subsequentia tractata esse certum est; sic de Demetrio Poliorcete libris decimo et decimo quarto (20, 29), de Alexandri amicis libro vicesimo tertio. Facile igitur concesseris etiam de Patroclo digressionem factam esse libro tertio. — De operis consilio judicari nequit propter fragmentorum quæ relicta sunt paucitatem et rationem : sunt enim magna ex parte ita comparata, ut quæ iis continentur κατὰ παρέκβασιν memorata esse videantur. Sed id satis ex iis intelligitur, non modo Græciæ et Macedoniæ, sed etiam Syriæ (7, 18, 23, 30, 31, 38), Ægypti (24, 27), Cyrenes (14, 15), Galatarum (11) aliarumque civitatum, quæ tum temporis florebant (10, 19, 20, 32, 43) historiam expositam esse; in Græciæ vero historia magna cum cura Lace-

Digitized by Google

dæmoniorum et imprimis Cleomenis res esse tractatas. Neque de operis dispositione certi quid statui potest; id tantum fere probatum est, libros XII-XIV (fr. 30-34) comprehendisse Syriæ et finitimarum civitatum historiam, libros XXV-XXVIII belli Cleomenici enarrationem (fr. 51, 59).

Secundum opus est, si Eudociam et Suidam sequamur, τὰ κατὰ τὸν Ἀντίοχον καὶ τὸν Περγαμηνὸν Εὐμένη. Probanda vero nobis videtur Brückneri sententia, de Eumene et Antiocho Phylarchum non peculiari opere, sed in Historiis egisse; nam res, quæ Eumeni I cum Antiocho Sotere intercesserant, non tanti fuerunt momenti neque tantum habuerunt effectum, ut singulari scriptione dignæ essent (vid. Strabon. XIII, p. 624, A); quominus autem statuamus, de rebus quæ inter Eumenem II et Antiochum Magnum gestæ sunt, Phylarchum exposuisse, impedit ejus ætas, quum eodem atque Aratus tempore scripsisse dicatur : neque licet Phylarchi ætatem ad Ol. 147, 3 proferre, quod ultimum est Luchtii refugium. Atque apud Suidam et Eudociam nonnisi partem magni operis significari eo magis verisimile est, quod etiam illa : Τὴν ἐπὶ Πελοπόννησον Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου στρατείαν etc. de toto quodam opere intelligenda esse videntur, revera autem nonnisi de parte majoris operis intelligenda sunt.

Deinde Phylarchus scripsisse dicitur Ἐπιτομὴν μυθικὴν περὶ τῆς τοῦ Διὸς ἐπιφανείας. Dubitari potest utrum his unum an duo opera significentur. Luchtius rem in medio reliquit; Brücknerus suspicatur pro περὶ scribendum esse ἀπὸ, ita ut intelligenda sit Epitome mythica inde ab Jovis adventu. Atque recte quidem vir doctus verba grammatici de uno eodemque opere accipere mihi videtur, neque tamen propterea opus est illa, quam proposuit, mutatione. Sine dubio Suidas duos titulos laudavit, quorum alter est Ἐπιτομὴ μυθικὴ, alter Περὶ τῆς τοῦ Διὸς ἐπιφανείας, qui vero tituli ita sunt conjungendi, ut prior sit totius libelli, alter ad primam ejus partem pertineat. Quæ ratio librorum titulos laudandi, vel potius quæ rerum confusio quam familiaris sit Lexicographo nostro aliisque grammaticis, ex iis quæ supra de Hecatæi, Hellanici, Timæi scriptis monita sunt, luculenter apparet. Narratio igitur hujus compendii mythologici exorsa esse videtur ab Jovis adventu, ac mutationibus illis quæ ejus adventu in deorum regno sunt effectæ. Neque enim verba περὶ ... ἐπιφανείας cum Luchtio interpretanda sunt : *De Jovis præsentia :* quoniam tum Phylarchus aut certam quandam Jovis ἐπιφάνειαν designare debebat (similiter nimirum ac Dionys. Hal. II, 95 : πάνυ δ' ἄξιον καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἱστορῆσαι τῆς θεᾶς (τῆς Ἑστίας), ἣν ἐπεδείξατο ταῖς ἀδίκαις ἐγκληθείσαις παρθένοις), aut plurali numero dicere περὶ ... ἐπιφανειῶν, uti v. c. Ister scripsit περὶ τῶν Ἀπόλλωνος ἐπιφανειῶν (v. Harpocr. v. Φαρμακός).

Περὶ εὑρημάτων præter Phylarchum multi scripserunt, inter quos principes sunt Ephorus et Philochorus. Sed cum περὶ εὑρημάτων conjungenda videntur quæ sequuntur παρεμβάσεων βιβλία θ', cum Brücknero ita emendanda : παρέκβασιν βιβλίῳ θ', nam vox παρέμβασις nusquam reperitur. Luchtius παρεμβάσεις statuit opus fuisse, quod quasi juxta Historias incederet et res in iis narratas illustraret. Quod non magis se commendat quam Sevini conjectura : παρεκβάσεων βιβλία θ'.

Ἄγραφα, a solo scholiasta in Ælii Aristidis orationes (p. 103 ed. Frommel.) memorata, videntur mythologici fuisse argumenti; continebant fortasse, ut Luchtius monet, reconditiorem et abstrusiorem doctrinam de rebus sacris, quæ scriptis nondum consignata erat : idem vero animadvertit intelligi etiam posse ἄγραφα νόμιμα, qualia memorentur apud Platon. De legg. VII, 4, p. 793.

Quod ad virtutes historicas Phylarchi attinet, Plutarchus eum inter historicos secundi ordinis refert, quippe qui rebus gestis, quas narrat, non ipse interfuerit; dicit enim : Ξενοφῶν μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτοῦ γέγονεν ἱστορία ..., οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἱστορικοὶ, Κλειτόδημοι, Δίυλλοι, Φιλόχορος, Φύλαρχος ἀλλοτρίων γεγόνασι ἔργων ὥσπερ δραμάτων ὑποκριταὶ, τὰς τῶν στρατηγῶν καὶ βασιλέων πράξεις διατιθέμενοι καὶ ταῖς ἐκείνων ὑποδυόμενοι μνήμαις, ἵνα ὡς αὐγῆς τινος καὶ φωτὸς μετάσχωσιν. Sed propterea nemo auctorem nostrum accusabit. Majoris sine dubio momenti est illud, quod tum ex fragmentis colligi potest, tum disertis veterum scriptorum testimoniis affirmatur, nempe Phylarchum non in simplici accurataque rerum expositione, neque in earum nexu et necessitate indagandis operam posuisse, sed oratorem egisse in historia scribenda, in eoque omni studio elaborasse, ut animos variis modis commoveret, et, ubi graves affectus concitare non posset, permulceret ac leniret animos narrandis jocose dictis et rebus miris. Quum talis sit Phylarchi historici indoles, sponte suboritur quæstio de ejus fide. Eam imminuere studet Polybius, qui, Achæis et Arato maxime addictus et vehementi in Cleomenem odio ardens, acerbe invehitur in Phylarchum, ut qui Cleomeni toto

Digitized by Google

animo faveat. Sed jam non dubitatur quin Polybium partium studium a veritate sæpe abduxerit, quare accuratius examinanda sunt, quæ Phylarcho objecerit. Incipit his verbis (II, 56-63): Ἐπεὶ δὲ τῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀράτῳ γεγραφότων παρ' ἐνίοις ἀποδοχῆς ἀξιοῦται Φύλαρχος, ἐν πολλοῖς ἀντιδοξῶν καὶ τἀναντία γράφων αὐτῷ· χρήσιμον ἂν εἴη, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον ἡμῖν Ἀράτῳ προηρημένοις κατακολουθεῖν περὶ τῶν Κλεομενικῶν, μὴ παραλιπεῖν ἄσκεπτον τοῦτο τὸ μέρος, ἵνα μὴ τὸ ψεῦδος ἐν τοῖς γράμμασιν ἰσοδυναμοῦν ἀπολίπωμεν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Καθόλου μὲν οὖν ὁ συγγραφεὺς οὗτος πολλὰ παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν εἴρηκε. Πλὴν περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἴσως οὐκ ἀναγκαῖον ἐπιτιμᾶν κατὰ τὸ παρὸν οὐδ' ἐξακριβοῦν· ὅσα δὲ συνεπιβάλλει τοῖς ὑφ' ἡμῶν γραφομένοις καιροῖς, ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ περὶ τὸν Κλεομενικὸν πόλεμον, ὑπὲρ τούτων ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν διευκρινεῖν· ἔσται δὲ πάντως ἀρκοῦντα ταῦτα πρὸς τὸ καὶ τὴν ὅλην αὐτοῦ προαίρεσιν καὶ δύναμιν ἐν τῇ πραγματείᾳ καταμαθεῖν. — Vitio autem vertit Phylarcho, quod alia effinxerit, alia omiserit, alia imminuerit aut auxerit: id quod quatuor exemplis probare studet (vid. frgg. 51, 52, 53, 54). In fragmento 51 Polybius dicit Phylarchum prolixe Achæorum atrocitatem in Mantinenses exposuisse, sed omisisse causas quæ illam reddiderint necessariam. Ut omiserit Phylarchus partem eorum, quæ antea Mantinensibus cum Achæis intercesserant (nam certe non omnia omisit), jure tamen de Achæorum crudelitate questus est, quum Mantinenses, qui præsidium recipere et leges institutaque mutare coacti essent, non sine gravi causa ab Achæis defecissent. — In fragmento 52 reprehendit quod Phylarchus Aristomachum tyrannum multis tormentis interfectum esse dicat, eaque tormenta describat ut prodigia, quæ omnium commiserationem commoverint. Aristomachum ait Polybius non tormentis interfectum, sed mari submersum esse, meruisse vero hunc hominem crudelissima quæque supplicia. Sed de tormentis istis Phylarchum vera tradidisse testatur Plutarchus in Arat. 44; atque quod Aristomachus ab Achæis defecit, id excusari potest ipsorum Achæorum dissidio et fœdere quod inierant cum Macedonibus. In fragmento 53 Polybius satis arroganter queritur quod Phylarchus Megalopolitanorum fidem et constantiam laudibus non ornaverit. In fragmento 54 jure Phylarchum levitatis insimulat, quod tradat, Lacedæmonios sex millia talentorum e præda Megalopolitana lucratos esse. Ex his vides Polybium sæpe esse injustum. Phylarchus omisit nonnulla, quæ Cleomenis gloriam imminuere poterant vel Achæis laudi erant, et exaggeravit quæ Cleomenes gloriose gesserat, sed volens falsa non effinxit. Atque interdum Phylarchus veriora tradidit quam Polybius. Quod hic enim scribit (V, 37), Archidamum, Agidis III fratrem, a Cleomene interfectum esse, id per se non probabile est, et a Plutarcho, qui et Phylarchi hac de re sententiam affert (fr. 55), refutatur. Cf. Manso Sparta III, 2, p. 133-140. Polybius porro non dixit Cleomenem bis pacem Achæis obtulisse et petiisse ut in eorum societatem reciperetur; cf. Plutarchum in Cleom. 16, 17, 19, in Arat. 39, 41, ubi sequutus est Phylarchum.

Plutarchus (in Arato c. 38) assentitur Polybio tam inique de Phylarcho judicanti, ita scribens: Ὁμοίως δὲ καὶ Φύλαρχος ἱστόρηκε περὶ τούτων (cf. fragm. 59), ᾧ μὴ τοῦ Πολυβίου μαρτυροῦντος οὐ πάνυ τι πιστεύειν ἄξιον ἦν· ἐνθουσιᾷ γὰρ ὅταν ἅψηται τοῦ Κλεομένους ὑπ' εὐνοίας, καὶ καθάπερ ἐν δίκῃ τῇ ἱστορίᾳ τῷ μὲν (τῷ Ἀράτῳ) ἀντιδικῶν διατελεῖ, τῷ δὲ συναγορεύων. Similiter in Themistocle (c. 32) judicat: Περὶ δὲ τῶν λειψάνων (τοῦ Θεμιστοκλέους) οὔτ' Ἀνδοκίδῃ προσέχειν ἄξιον ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγοντι, φωράσαντας τὰ λείψανα διαῤῥῖψαι τοὺς Ἀθηναίους· ψεύδεται γὰρ ἐπὶ τὸν δῆμον παροξύνων τοὺς ὀλιγαρχικούς· ἅ τε Φύλαρχος ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ μόνον οὐ μηχανὴν ἄρας καὶ προαγαγὼν Νεοκλέα τινὰ καὶ Δημόπολιν, υἱοὺς Θεμιστοκλέους, ἀγῶνα βούλεται κινεῖν καὶ πάθος, ὃ οὐδ' ἂν ὁ τυχὼν ἀγνοήσειεν ὅτι πέπλασται. Credibile est, Phylarchum non ipsum hæc effinxisse, sed ea adoptasse ut suæ narrandi rationi maxime convenientia. Idem vero Plutarchus in Agidis et Cleomenis Vitis a Phylarcho fere pendet, ut inconstantiæ in judicando accusari debeat; meliorem quidem ducem in his Vitis reperire potuit nullum quam Phylarchum, qui eas accuratissime et vividis coloribus descripsisset, in eamque sententiam quæ Plutarcho accepta erat. Verum quidem est, in Agidis Vita nonnisi uno loco (fr. 34) Phylarchum laudari, sed bene Luchtius observavit animadverti quum in Agidis tum in Cleomenis Vita eundem ubique tenorem et spiritum, qui Phylarchum prodat ducem constantem, ut uno tantum loco in Agidis Vita (c. 15) Aratus et Bato consulti esse videantur; maxime vero Phylarchi indolem apparere in iis quæ de extrema Agidis vitæ parte tradantur; in Cleomenis autem Vita, quamvis ter tantum Phylarchus laudetur (fr. 55, 56, 57), omnia fere eidem attribuenda esse, exceptis paucis locis, ubi Aratus, Polybius et Sphærus Borysthenites adhibiti sint (c. 16, 17, 19, 25, 27). Et in quibusdam quidem locis aliunde confirmatur Plutarchum Phylarcho uti auctore, quamvis eum non nominet, ut c. 8, quod cum fragmento 46 (de mothacibus) contendendum est, et c. 28,

Digitized by Google

quod compares cum c. 8. — Eodem Phylarcho Plutarchus in fine vitæ Pyrrhi inde a cap. 26 medio utitur, ubi, ut Luchtius dicit, Phylarchi indoles apparet.

Præter Plutarchum Trogus Pompeius in iis temporibus, quæ Phylarchus tractat, hunc habet auctorem (Justin. l. 25-38), ut demonstravit Heeren (de Trogi Pompeii fontibus et auctoritate in Comment. societ. Gotting. tom. XV, p. 185-245), eo usus argumento, quod pateat, Trogum sequutum esse auctorem, qui Spartanis et Cleomeni faveret et res Syriacas et Galaticas copiose exposuisset. Addit Luchtius ipsa Phylarchi verba et apud Plutarchum et in Justini epitome extare, unde concludere possimus, et Plutarchum Phylarchi verba omnino non aut leviter immutata sua fecisse et Trogum eadem ad verbum latine interpretatum esse; quos ut perspicias conferas Justin. XXVIII, 4 cum Plutarch. Cleom. 29. Idem contendit quæ Justinus XIII, 7 de originibus Cyrenarum urbis habeat et quæ ibi XV, 4 de Sandrocotto legantur, e Phylarcho sumta esse (cf. fr. 14, 15, 38).

Phylarchi dicendi genus fervidum haud dubie erat et oratorium, ut ipse ejus animus fervidus erat. Sed in compositione verborum elegantiam et castitatem non satis observavit et custodivit, quod notat Dionysius (De compos. verbor. p. 5, 16 ed. Sylb.): Τοῖς μὲν οὖν ἀρχαίοις ὀλίγου δεῖν πᾶσι πολλὴ ἐπίδοσις ἦν αὐτοῦ (τοῦ συντιθέναι δεξιῶς τὰ ὀνόματα) παρ' ὃ καὶ καλά ἐστιν αὐτῶν τὰ μέτρα καὶ τὰ μέλη καὶ οἱ λόγοι· τοῖς δὲ μεταγενεστέροις οὐκέτι, πλὴν ὀλίγων χρόνῳ δὲ ὕστερον παντάπασιν ἠμελήθη καὶ οὐδεὶς ᾤετο δεῖν ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι οὐδὲ συμβάλλεσθαί τι τῷ κάλλει τῶν λόγων· τοιγάρτοι τοιαύτας συντάξεις κατέλιπον, οἵας οὐδεὶς ὑπομένει μέχρι κορωνίδος διελθεῖν, Φύλαρχον λέγω καὶ Δοῦριν etc. Cf. Phrynichi Eclog. p. 425 ed. Lobeck. (fr. 72): Καθώς. Γάϊός τις Ἀρεθούσιος γραμματικὸς ἔφασκε ὀχιμον εἶναι τοὔνομα· κεχρῆσθαι γὰρ αὐτῷ Φύλαρχον· ὧ τοῦ μάρτυρος, ὡς ἔοικε, τοῦ ἐπαγομένου, ὃς οὐδὲ Θουκυδίδου ἤκουσε λέγοντος « καθὸ δεῖ εἰς Σικελίαν πλεῖν. »

DE ATTHIDUM SCRIPTORIBUS.

Atthidum scriptores, qui proprie dicuntur, non eos appellamus omnes, qui Atthides qualiscunque generis scripserint, sed distinguimus ab iis quum historicos antiquiores, qui Atthidum auctores esse perhibentur, Amelesagoram, Pherecydem, Hellanicum, tum Pausaniam, qui periegeseos suæ librum, quo de rebus Atticis disputat, interdum τὴν Ἀτθίδα συγγραφὴν vocat (II, 21, 5; III, 11, 1), ne loquar de Hegesinoo et Alexide poetis, quorum ille carmini, hic comœdiæ Atthidis nomen dedit (vid. Pausan. IX, 29 init., et Fabric. Bibl. Græc. II, p. 407). Pherecydes enim et Hellanicus res Atticas non in peculiari opere, sed in aliqua majoris operis parte exposuerunt, et, quod gravissimum est, in tractandis rebus a posterioribus Atthidum scriptoribus valde differunt. Hi enim critice omnia tractant, fabulas vel historice vel philosophice interpretantes, in rebus historicis accuratissimis nitentes investigationibus, et tempora exacte definientes; illi vero in rebus fabulosis nonnisi id agunt, ut poetarum narrationes referant, res vero historicas nonnisi summatim et obiter perlustrant. Similiter statuendum foret de *Amelesagora Atheniensi*, qui apud Antigonum Carystium Histor. mir. c. 12 Atthidem scripsisse dicitur, idem haud dubie ac *Melesagoras*, ex quo Clemens Alex. Strom. VI, p. 629 Sylb. Philochorum et Androtionem, Atthidum scriptores, sua hausisse contendit: ex hoc autem Melesagora idem dicit jam Hellanicum, Hecatæum, Anaximenem aliosque antiquos auctores furatos esse, id quod eo nos ducit, ut credamus, *Amelesagoram Chalcedonium*, quem Dionysius Halic. De Thucyd. char. c. 5 inter historicos antiquos refert, eundem cum *Amelesagora* isto *Atheniensi* esse; et fortasse ab hoc non distinguendus est *Melesagoras Eleusinius*, quem Maximus Tyrius Dissert. XXXVIII Athenis ait sedem habuisse et sapientem ac fatidicum fuisse, Nymphis afflatum. Verum nullus dubito opus illud Amelesagoræ, ex quibus tot tantique posterioris ætatis scriptores sua hausisse feruntur, ex his ipsis Alexandrinorum ætate esse conflatum et sub antiquissimi illius et plane fabulosi auctoris nomine in vulgus divenditum.

Pausanias denique, qui primum periegeseos librum nonnunquam dicit Atthidem, omnino non agit historici partes: describit enim monumenta, et rerum gestarum enarrationem nonnisi in transcursu annectit.

His auctoribus separatis, restant nobis octo Atthidum scriptores, proprie ita dicendi: *Clidemus, Phanodemus, Demo, Androtio, Philochorus, Ister, Andro* et *Melanthius*. De sex prioribus, quorum fragmenta infra exhibita sunt, accuratius agemus: de Androne et Melanthio nihil fere constat, sed eorum fragmenta hic ponimus, ne quid omittatur, quod ad hoc scriptorum genus pertineat.

Andro, Halicarnassensis, qui a Strabone (IX,

Digitized by Google

p. 392) inter nobiliores Atthidum scriptores refertur, distinguendus est ab Androne Ephesio, cujus opus, Τρίπους inscriptum, memoratur a Suida v. Σαμίων ὁ δῆμος. Ex eo sumpta sunt quæ apud Suidam l. l. leguntur, itemque quæ Schol. Pind. Isthm. II, 17, de Aristodemo tradit: procul dubio etiam apud Aristid. vol. III, p. 517 Steph. Andro pro Androtione reponendus est, quum quæ ibi exhibentur ex Tripode deprompta esse videantur (V. Androt. fragm. 39.).

Ad Andronis Halicarnassensis Atthidem pertinent hæc.

Plut. Thes. c. 25: Ἔνιοι δέ φασιν ἐπὶ Σκείρωνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι, τοῦ Θησέως ἀφοσιουμένου τὸν φόνον διὰ τὴν συγγένειαν. Σκείρωνα γὰρ υἱὸν εἶναι Κανήθου καὶ Ἡνιόχης τῆς Πιτθέως. Οἱ δὲ Σίννιν, οὐχὶ Σκείρωνα· καὶ τὸν ἀγῶνα τεθῆναι διὰ τοῦτον ὑπὸ Θησέως, οὐ δι' ἐκεῖνον. Ἔταξεν οὖν καὶ διωρίσατο πρὸς τοὺς Κορινθίους Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παρέχειν προεδρίαν ὅσον ἂν τόπον ἐπίσχῃ καταπετασθὲν τὸ τῆς θεωρίδος νεὼς ἱστίον, ὡς Ἑλλάνικος καὶ Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασεὺς ἱστορήκασιν.

Strabo IX, p. 601, quem locum videas in Philoch. fragm. 35.

Schol. Aristoph. Ran. 1418 (1469): Πρῶτον μὲν οὖν περὶ Ἀλκιβιάδου] Περὶ τῆς δευτέρας λέγει αὐτοῦ ἀποχωρήσεως, ἣν ἐκὼν ἔφυγε, κατελθὼν μὲν ἐπὶ Ἀντιγένους πρὸ ἐνιαυτοῦ τῶν Βατράχων, διὰ δὲ τὸ πιστεῦσαι Ἀντιόχῳ τῷ κυβερνήτῃ τὸ ναυτικὸν καὶ ἡττηθῆναι ὑπὸ Λυσάνδρου δυσχερανθεὶς ὑπὸ Ἀθηναίων. Ἄνδρων δὲ διαφέρεται πρὸς Ξενοφῶντα περὶ τῆς καθόδου. Hic adde locum Apollon. Dysc. Hist comm. c. 8; quem jam non licet mihi exscribere.

Ex *Melauthii Atthide* hæc afferuntur apud Harpocrat. v. Γρυπάνιον: Καὶ Μελάνθιος ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος εἰπών, « Σεισμὸς γέγονε καὶ ἔγρυπεν ἡ γῆ. »

Idem de mysteriis scripsisse videtur Hemsterhusio ad Schol. Aristoph. Plut. 846, ubi hæc: Παίζει παρὰ τὸν Ἐλευσίνιον νόμον· ἔθος γὰρ ἦν, ἐν οἷς τις ἱματίοις μυηθείη, εἰς θεοῦ τινὸς ταῦτα ἀνατιθέναι, ὥσπερ δηλοῖ καὶ Μελάνθιος ἐν τῷ Περὶ μυστηρίων· « Πάτριόν ἐστι ταῖς θεαῖς ἀνιεροῦν καὶ τὰς στολὰς τοῖς μύσταις ἐν αἷς τύχοιεν μυηθέντες. »

Dubitari tamen potest, num his pericularis de Mysteriis liber significetur, an caput Atthidis.

CLIDEMI, PHANODEMI, DEMONIS, ANDROTIONIS, PHILOCHORI ET ISTRI VITÆ.

CLIDEMUS.

Clidemum non differre a Clitodemo, qui a Pausania (fr. 15), Hesychio (fr. 16, 25) Scholiasta Eurip. (fr. 10) laudatur, facile concedes, si reputaveris, aliorum nominum similiter varias exhiberi formas (sic Cleandridas appellatur Cleandrias et Cleandrus: vid. Plut. Vit. Nic. 28, Vit. Pericl. 23, Diod. XIII, 106, Aristoph. Nubb. 858, Suidas s. v. Δέον), Clitodemo autem disertis verbis Atthidem tribui (fr. 16), quæ alias Clidemo adscribitur (fr. 2, 7); observes etiam Clitodemum a Pausania antiquissimum eorum dici qui Atthides scripserint, et Clidemum apud Plutarchum (De glor. Ath. t. II, p. 345) primum locum inter eos obtinere historicos, qui rebus gerendis non ipsi interfuerint. Verba ejus hæc sunt: Ξενοφῶν μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτοῦ γέγονε ἱστορία, ... οἱ δὲ ἄλλοι Κλείδημοι, Δίυλλοι, Φιλόχορος, Φύλαρχος ἀλλοτρίων γεγόνασιν ἔργων ὥσπερ δραμάτων ὑποκριταί, etc. — Nonnunquam legitur Δῆμος pro Κλείδημος sive Κλειτόδημος, ut in fragm. 1, 9, 23, ubi καὶ et καὶ ὁ ex Κλει- et Κλειτο- orta esse apparet. Apud Stephanum vero v. Βιβλίνη pro Δῆμος ὁ Δήλιος restituendum esse Σῆμος ὁ Δήλιος evincitur ex Etym. M. v. Βίβλινος οἶνος, ubi eadem de re Σίμος adducitur ἐν τῇ ἕκτῃ Ἰλιάδος, ubi quin Siebelis recte scripserit Σῆμος ἐν τῇ ἕκτῃ Δηλιάδος, non dubitabis, si contuleris Harpocrat. v. Ἑκάτης νῆσος, Athen. IV, 22, p. 173; VIII, 1, p. 331; XIV, 9, p. 637; XV, 6, p. 676; atque nullo modo probabile est, ista fragmenta Demo Magnesio, polyhistori, cujus πραγματείαν περὶ δμωνύμων Dionysius Halic. in Dinarcho p. 112 memorat, tribuenda esse.

Ut jam videamus, quo tempore vixerit Clidemus, ex Pausaniæ loco l. (fr. 15), quo Atthidum scriptorum vetustissimus dicitur, patet, eum expeditionis, quam Athenienses in Siciliam fecerunt, exitum vidisse; et ex Photii loco de naucrariis (fr. 8) intelligitur, eum adhuc floruisse, quum symmoriæ Nausinico archonte (Ol. 100, 3) institutæ essent.

Clidemum fuisse Atheniensem ideo verisimile est, quod Plutarchus (De glor. Ath. l. l.) nonnisi de historicis Atheniensibus loqui videtur, et quod Harpocratio Clidemum adducit, ubi vocem πνύξ apud Atticos sæpe occurrere dicit (fr. 18).

Digitized by Google

PHANODEMUS.

De ætate qua Phanodemus vixerit, nihil certi statui potest, videtur tamen non multo post Clidemum floruisse. Namque Theopompum contra eum disputasse colligere possis ex Proclo, ubi hæc: Τοὺς δὲ Ἀθηναίους Καλλισθένης μὲν καὶ Φανόδημος πατέρας τῶν Σαΐτων ἱστοροῦσι γενέσθαι· Θεόπομπος δὲ ἀνάπαλιν ἀποίκους αὐτῶν εἶναί φησιν (v fr. 7). Porro ubi de Areopagitis testis adhibetur una cum Philochoro, huic anteponitur (v. fr. 15).

Patria Phanodemi Hesychio (v. fr. 23) dici videtur Tarentum. Sed bene monet Siebelis, eum, qui tanto studio Atticam celebret omnemque gloriam in eam conferre annitatur (cf. fr. 7, 8, 9, 17, 20), pro Attico habendum esse, et in Hesychii loco editores recte scripsisse Ταρεντῖνος, ut solus Rhintho dicatur Tarentinus. Fortasse natus erat in Ico, una ex Cycladibus insulis; quæ suspicio subnascitur ex loco Steph. Byz: Ἶκος, νῆσος τῶν Κυκλάδων προσεχὴς τῇ Εὐβοίᾳ· ὁ νησιώτης Ἴκιος· ἔγραψε δὲ Φανόδημος Ἰκιακά.

DEMO.

Demonem Atthidis scriptorem Siebelis bene distinxit a Demone Sicyonio, philosopho Pythagorico (cui vindicanda nobis esse videntur, quæ apud Schol. ad Lucian. Icaromen. 19 leguntur), et ab aliis, quibus nomen est Damo. Inter hos Damo Atheniensis, ab Athenæo XIV, 6, p. 628 laudatus, idem est cum eo, de quo Plutarchus De musica p. 1136 Frf., Pericl. c. 4 et Nepos in Epaminonda c. 2 loquuntur; Damo autem Cyrenæus, qui secundum Diogen. Laert. I, 40 de philosophis scripserat, idem esse putandus est cum eo, quem Plinius H. N. VII, 2 testem adhibet de Pharnacibus in Æthiopia. Damo qui de Byzantio scripserit, memoratur ab Athenæo X, 12, p. 442, et ab Æliano V. H. XIII, 14. Quartus denique Damo Syracusius dicitur fuisse philosophus Pythagoricus (v. Fabr. Bibl. Gr. I, p. 841).

Demonem nostrum vel eadem, qua Philochorus vixit, ætate, vel jam ante eum floruisse, inde efficitur, quod Philochorus Atthidem suam scripsit contra Demonem. Jam ante Philochorum eum floruisse affirmari posset, si Timoclis versus apud Athenæum (VIII, 5, p. 341), in quibus de oratore ab Harpalo pecunia corrupto agitur, ad Demonem historicum referre liceret.

De patria Demonis nihil constat.

ANDROTIO.

Androtio Atthidis auctor neque cum rhetore hujus nominis neque cum Androtione, qui de agricultura scripsit, confundendus est. De Androtione rhetore Suidas hæc habet: Ἀνδροτίων, Ἀνδρώνος, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς, μαθητὴς Ἰσοκράτους. Schol. Hermogen. de eodem: Ἰσοκράτους μαθητὴν λέγουσιν εἶναι τὸν Ἀνδροτίωνα, καὶ ἦν ὥς φησιν ὁ ῥήτωρ τεχνίτης τοῦ λέγειν· in ἑτέρᾳ ὑποθέσει Demosthenis orationis in Androtionem dicitur hic προστάτης τῆς βουλῆς ἐκ πεντακοσίων συνισταμένης. Vixit ætate Demosthenis, qui orationem contra eum habuit Ol. 106, 2. Cf. Westermann. Hist. eloquent. Gr. § 54, 25. Hunc Androtionem Jonsius De Scrip. Hist. Phil. II, 9 et Meursius in Bibl. Attic. ab Androtione historico non differre contendunt, nullis illi nisi argumentis: contra quos Siebelis monuit, neque Atthidis ab Androtione compositæ fragmenta testari, neque scriptorum, qui ejus testimonio utantur, ullum significare, hujus operis auctorem illum oratorem, demagogum, artificem dicendi, Isocratis discipulum et senatus quingentorum præsidem fuisse, contra quem Demosthenes dixerit. In his id quidem nullo modo urgeri debet, quod Androtionis fragmenta neque dicendi artificem neque demagogum prodant: sunt enim ea paucissima et brevissima, atque in nullo fere ipsa auctoris verba afferuntur; immo ex fragm. 49 concludere possis, Androtionem res oratorie tractasse. Majoris momenti est, quod Tzetzes (fr. 30) Androtionem nostrum appellat τὸν ἱστορικὸν, quo eum a rhetore distinguere videtur. Sed gravissimum est, quod neque Suidas neque Schol. Hermogen., qui de Androtionis rhetoris vita agunt et qua in re excelluerit tradunt, eum historicum fuisse dicunt.

Alter Androtio, qui de agricultura scripsit et ante Theophrastum (a quo laudatur in Histor. Plant. II, 8, et De Caus. Plant. III, 15) vixit, quum ob diversam studiorum rationem ab historico distinguendus est, tum vero quod Varro (De R. R. I, 1) et Columella (I, 1) declarant, eum ex iis esse, quorum quæ patria fuerit, non acceperint: Androtionem enim historicum fuisse Atheniensem fere certum est et ignotum esse vix potuit.

Ad tempus, quo vixerit Androtio historicus, quum nullum nobis subveniat certum testimonium, adhibeamus Plutarchi locum De Exil. (t. II, p. 605, C,): Καὶ γὰρ τοῖς παλαιοῖς (ὡς ἔοικεν) αἱ μοῦσαι τὰ κάλλιστα τῶν συνταγμάτων καὶ δοκιμώτατα φυγὴν λαβοῦσαι συνεργὸν, ἐπετέλεσαν. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων ἐν Θρᾴκῃ περὶ τὴν Σκαπτὴν ὕλην· Ξενοφῶν ἐν Σκιλλοῦντι τῆς Ἠλείας·

Digitized by Google

Φίλιστος ἐν Ἠπείρῳ· Τίμαιος ὁ Ταυρομενείτης ἐν Ἀθήναις· Ἀνδροτίων Ἀθηναῖος ἐν Μεγάροις· Βακχυλίδης ὁ ποιητὴς ἐν Πελοποννήσῳ. Perizonius ad Ælian. V. H. VIII, 6, et Siebelis monent, hoc loco Androtionem historicum intelligendum esse, quod omnes scriptores, ante Androtionem commemorati, historici sint, et quod Plutarchus, si de rhetore loqui voluisset, eum probabiliter ab historicis distinxisset aliqua appositione, ut Bacchylidis nomini apposuerit ὁ ποιητής. In enumerandis autem historicis, qui exules opera sua composuerunt, Plutarchus ita temporum ordinem observat, ut pro certo habere liceat, Androtionem vel post Timæum floruisse vel ejus æqualem fuisse. Sed ne in incerto relinquamus Androtionis ætatem, ut fecerunt Perizonius et Siebelis, quorum ille dicit, eum ante Mummii Achaici tempora scripsisse, hic post Ol. 96, 3, eum adhuc in vivis fuisse affirmat (propter fragm. de ξενικῷ ἐν Κορίνθῳ, quod vid. in Philoch. fragm. 150), id premendum esse mihi videtur, quod Androtio, ubi una cum Philochoro laudatur, huic ubique anteponitur, si ab uno loco discesseris (v. Philoch. frag. 130 a., cf. 17, 59, 133, 150, 153). Atque in his locis Androtionem et Philochorum videmus plane inter se consentientes, ut jure sumamus Philochorum usum esse Androtionis opere, præsertim quum hic potissimum de civium recensione ἐντελέστατα disputasse censendus sit (fr. 133). Itaque quum ex Plutarchi loco supra laudato demonstratum sit, Androtionem vel post Timæum vixisse vel ejus fuisse æqualem, Philochorus autem eadem ac Timæus ætate floruerit (Ol. 115-130), jam valde probabile est, eum Timæi et Philochori æqualem fuisse, edidisse vero Atthidem antequam Philochorus suam absolvisset.

Quod ad patriam Androtionis attinet, ex Plutarch. l. l. patet, eum Atheniensem fuisse, idque eo confirmatur, quod Atheniensium causam agit contra Lacedæmonios fr. 30. Ex eodem Plutarchi loco colligimus, Androtionem in Atheniensium republica aliquo modo conspicuum fuisse: in exilium enim actus est et opus suum Megaræ in exilio conscripsit.

PHILOCHORUS.

De Philochori vita Suidas hæc refert: Φιλόχορος, Κύκνου, Ἀθηναῖος, μάντις καὶ ἱεροσκόπος, γυνὴ δὲ αὐτοῦ Ἀρχεστράτη· κατὰ τούς χρόνους γέγονεν ὁ Φιλόχορος Ἐρατοσθένους, ὡς ἐπιβαλεῖν πρεσβύτῃ νέον ὄντα Ἐρατοσθένει. Ἐτελεύτησε δὲ ἐνιδρευθεὶς ὑπὸ Ἀντιγόνου, ὅτι διεβλήθη προσκεκλικέναι τῇ Πτολεμαίου βασιλείᾳ. Docet igitur Suidas, Philochorum Cycni filium, Atheniensem, vixisse temporibus Eratosthenis, quem senem juvenis attigerit, et occisum esse insidiis Antigoni, quod Ptolemæi rebus studeret. Sed Lenzius demonstravit, diversa a Suida confusa esse, quum Antigonus Doson, qui hoc loco intelligi debeat, Olympiadis 139 a. 4 mortuus sit, dum Eratosthenes, qui Olymp. 146 octogenarius vita excesserit, annos quinquaginta quatuor natus esset: Philochorum igitur, secundum Suidam, adhuc adolescentem Antigoni insidiis interemptum esse: id quod per muneris, quo functus sit, gravitatem et librorum, quos scripserit, multitudinem, nullo modo credi possit. Atque ipsum Philochorum clarissimo testimonio, quo tempore vixerit, docere, hæc de Olymp. 118, 3 scribentem (fr. 146): Κύων εἰς τὸν τῆς Πολιάδος νεὼν εἰσελθοῦσα καὶ δῦσα εἰς τὸ Πανδρόσιον, ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβᾶσα τοῦ Ἑρκείου Διὸς, τὸν ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ, κατέκειτο, etc. Ἡμεῖς δ' ἐρωτηθέντες ὑπέρ τε τοῦ σημείου καὶ τοῦ φαντάσματος εἰς ὃ φέρει, φυγάδων κάθοδον ἔφαμεν προσημαίνειν ἀμφότερα, etc. Philochorum igitur jam Ol. 118, 3 in virili ætate constitutum fuisse, ut qui gravissimo vatis munere fungeretur; itaque aut errasse Suidam aut ejus verba ita emendanda esse, ut scribatur: κατὰ τοὺς χρόνους γεγ. Φιλ. Ἐρ., ὡς ἐπιβαλεῖν πρεσβύτῃ νεανίαν (sive νέον ὄντα) Ἐρατοσθένῃ. Idem statuit admodum probabiliter, Philochori mortem non multo post Antiochi Dei regni initium (Ol. 129, 3) ponendam esse, ad quod usque Atthidem ejus pertinere Suidas testetur. Quum enim Antigonus Gonatas Ol. 129. 3 Athenas occupasset, quibus Ptolemæus Philadelphus opem tulisset, non ita multo post Philochorum, qui Philadelpho faveret, Antigoni insidiis occisum esse videri. Itaque probatum est, Philochori vitam ab Ol. 115 fere usque ad Ol. 130 pertinuisse.

Quamvis pauca sint, quæ de Philochori vita cognita habemus, affirmare tamen licet, magna eum auctoritate fuisse ut vatem patriorumque institutorum interpretem (fr. 183), et in gerendam rempublicam vim exercuisse non minimam, quum vaticinia ejus subactum de rebus publicis judicium proderent. Hoc ut ex sententia apertum fit, quam Ol. 118, 3 protulit de prodigiis, quæ post occupatas Athenas a Demetrio apparuerant, ita inde maxime elucet, quod ut Ptolemæi fautor ab Antigono interemptus est. In eo vero Philochorus elaboravit, ut civitas Atheniensium libera esset, neque tamen a plebe, sed a viris illustribus et moderatis administraretur. Cf. fr. 146: Φυγάδων κάθοδον ἔφαμεν προσημαίνειν ἀμφότερα· καὶ ταύτην οὐκ ἐκ μεταβολῆς πρα-

Digitized by Google

γμάτων ἐσομένην, ἀλλ' ἐν τῇ καθεστώσῃ πολιτείᾳ. Vehementi odio persequutus est Demetrium Polioreceten, qui quamvis libertatem Atheniensibus redderet, id tamen specie tantum fecit, revera tyrannus fuit (fr. 148). Eodem animo fuit in Demetrii filium, Antigonum Gonatam, ut qui libertatem Atheniensium opprimeret. Atque patriæ libertatisque amore mortem sibi paravit.

ISTER.

Suidas de Istro sic scribit : Ἴστρος, Μενάνδρου, Ἴστρου, Κυρηναῖος ἢ Μακεδών, συγγραφεὺς, Καλλιμάχου δοῦλος καὶ γνώριμος. Ἑρμιππος δὲ αὐτόν φησι Πάφιον ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων. Ἔγραψε δὲ πολλὰ καὶ καταλογάδην καὶ ποιητικῶς.

Toupius Ep. crit. p. 141 censet pro Μενάνδρου, Ἴστρου scribendum esse Μενάνδρου ἱστορικοῦ : contra quem Siebelis recte monet, neque *Menandrum Ephesium* neque Menandrum Pergamenum, quos Vossius inter historicos incerti ævi refert, cum aliqua probabilitate patrem tribui posse *Istro Cyrenæo;* mavult vero ita emendari : Ἴστρος· Μενάνδρου ἢ Ἴστρου, cui scripturæ simillimum sit quod apud Suidam v. Καλλισθένης legatur. Idem ostendit, quæ de Istri patria apud Suidam tradantur diversa, inter se conciliari posse; neque Istrum, qui a Plutarcho (Quæst. Gr., p. 301) dicatur Alexandrinus, a nostro differre : Cyrenen enim eum habuisse patriam, inde cum Callimacho Alexandriam migrasse, hinc Paphum, urbem Cypri insulæ, quæ in Ptolemæi potestate fuerit, transvectum esse ibique aliquantum temporis transegisse putandum esse: hac ex causa eum modo Cyrenæum, modo Alexandrinum, modo Paphium, modo Macedonem (quippe Ægyptus Macedonibus subjecta erat) appellari potuisse. Hæc omnia ut Siebeli concedenda sunt, ita in eo quoque ei assentiri debemus, quod Istrum Calatianum, de quo Steph. Byz. sic scribit : Κάλατις, πολίχνιον ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου, ἀφ' οὗ Ἴστρος Καλατιανὸς, περὶ τραγῳδίας γράψας καλὸν βιβλίον, a Nostro distinguit. Sed quum Ister Calatianus de tragœdia scripserit, suspicamur ex hoc opere sumpta esse quæ in Vita Sophoclis Istro tribuuntur (fr. 51), eundemque Istrum Calatianum auctorem esse operis quod inscriptum est Μελοποιοί (49, 4).

Ister fuisse dicitur servus et amicus Callimachi; quod ita intelligendum est, ut cogitemus, eum primum Callimachi servum fuisse, deinde ab hoc eruditum esse in ejusque venisse familiaritatem; quare etiam Callimachius appellatur (Athen. VI, 20 p. 272; IX, 9, p. 387).

Hinc clarum est qua ætate Ister vixerit : eadem nimirum, qua Callimachus, qui maxime floruit regnante Ptolemæo Euergeta Ol. 133, 2 — 139, 4. Idem etiam inde colligitur, quod contra Istrum scripsit Polemo, qui floruit regnantibus Ptolemæo Philopatore et Epiphane (Ol. 139, 4 — 149, 4). Cf. Preller Polem. fragm. p. 8.

DE OPERIBUS HORUM SCRIPTORUM.

Atthidum scriptores, quorum vitas enarravimus, quamquam non eadem omnes ætate eodemque ingenio scripserunt, in universa tamen studiorum ratione ita consentiunt, ut multa dici possint, quum ad Atthides tum ad reliqua eorum scripta pertinentia, quæ in omnes æque cadant. Totum hoc scriptorum genus in rebus antiquitatibusque Græcis, imprimis vero Atticis, docte adhibitaque arte critica exponendis versatur, in eaque re maxime se applicat ad exquirendas res antiquissimas, ad mythos interpretandos et ad persequenda omnia, quæ cum deorum cultu conjuncta sunt eaque quæ ad artes et literas spectant.

Atthis est liber, in quo res Atticæ exponuntur. Neque dubito quin jam ipsi Atthidum scriptores vocem Ἀτθίς pro Ἀτθὶς συγγραφή, ut dicit Pausanias VI, 7; X, 8, usurpaverint, quum antiquissimi eorum, qui Atthides laudant, hoc nomine utantur, ut Strabo IX p. 601 (Philoch. fragm. 35), Dionysius Halic. tom. II, p. 122 Sylb. (Philoch. fr. 132), tom. II, p. 123 (Philoch. fr. 135). In his Atthidibus res ita tractantur, ut potius collectanea exhibeantur quam vera Atticæ historia. Si enim hæc opera comparamus cum iis quæ vera arte historica composita sunt, id videmus discriminis, quod in his interior rerum nexus maxima cum cura indagatur, temporum conditio hominumque mores sollerter explicantur, virorum, qui aliquas partes in rebus gerendis agunt, vivida exhibetur imago, ipsæ res gestæ enucleate ac eleganter depinguntur omniaque hæc ad unum corpus omnibus partibus absolutum efficiendum conjunguntur; in illis vero Atthidibus nihil nisi annales deprehendes, quibus res variæ sine ulla necessitate connexæ secundum temporum seriem nude exponuntur. Nihilominus habent isti scriptores multa, quæ magna laude digna sint.

Historiam ab hominum ortu usque ad id tempus, quo ipsi florent, deducunt, sed præter ipsam historiam tradunt quæ de deorum cultu, de festorum origine, de sacrificiis, de institutis pu-

Digitized by Google

blicis, de literis comperta habent et si quæ sunt alia memoratu digna. Summo autem studio in temporibus mythicis versantur, quæ locum dant doctis disputationibus de fabularum recondita significatione multorumque institutorum origine: quo factum est, ut fragmentorum, quæ supersunt, maxima pars ad antiquissima hæc tempora pertineat. De temporibus historicis rarius testes adhibentur, idque non modo ea ex causa quod in hac parte minus copiosi erant (etsi non omnes, certe plerique), sed quod clarissimi historici hæc tractaverant: quibus si illi nonnunquam præferuntur, hoc ideo fit, quod res obscuras atque reconditas magna diligentia pervestigaverant, et quod res minus graves et ab historicis præcedentibus neglectas prolixe tractandas sibi sumpserant. Observandum etiam est, Atthidum scriptores accuratiores fuisse in constituendis temporibus quam historicos superiores: et maximo usui fuisse Atthides scholiastis, grammaticis et lexicographis, quum in iis res commode secundum temporum seriem dispositas aliorumque auctorum de iis sententias collectas et exacte examinatas reperirent.

Res igitur Nostri et copiose exponunt et adhibita arte critica (κατὰ πλάτος Philoch. 59; 132, ἐντελέστατα, Clitodem. 5 περιττῶς). Jam monuimus quas res copiosissime tractare soleant. Artem autem criticam in fabulis ita exercent, ut rejiciant omnia quæ mere poetica et ficta sunt (πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί Phil. 1), eaque ex iis eruere studeant, quæ ratio probare possit, vel facta historica vel veritates philosophicas (Demo 3, Androt. 28, 29, Philoch. 10, 18, 19, 28, 38, 39, 46). In tractandis temporibus historicis arte critica ita utuntur, ut perquisitis accurate monumentis (Philochorus titulorum publicorum collectionem edidit, de qua infra dicetur), adhibitis documentis aliorumque sententiis comparatis res enarrent. Per se vero patet, non pariter omnes aptos fuisse ad hanc rem rite peragendam: Ister quidem acquievisse videtur in colligendis variorum auctorum sententiis.

Atthides similes fuisse annalium tum ex fragmentis Philochori et Androtionis intelligitur, tum diserte testatur Dionysius (Archæol. I, p. 7 ed. Sylb.), ubi dicit: Ταῖς χρονικαῖς παραπλήσιον, οἵας ἐξέδωκαν οἱ τὰς Ἀτθίδας πραγματευσάμενοι· μονοειδεῖς γὰρ ἐκεῖναί τε καὶ ταχὺ προσιστάμεναι τοῖς ἀκούουσιν. Hæc historiæ tradendæ ratio summam quidem utilitatem præbet, sed non admittit talem rerum expositionem, quæ non singulatim facta enumeret, sed omnia ut arcte cohærentia et ad certum quendam finem pertinentia complectatur. Si Philochori et Androtionis ratio temporum definiendorum omnibus æque Atthidum scriptoribus attribuenda est, digesserunt secundum archontum seriem ea quæ post constitutos archontes gesta sunt, in iis quæ hoc tempus præcedunt vel bello Trojano, vel Olympiadum initio vel etiam ipsis istis archontibus ad tempora describenda usi esse videntur.

Dicendi genus horum scriptorum, teste Dionysio Halic. l. l., tenue ac simplex erat, id quod et fragmenta, in quibus ipsorum verba servata sunt, confirmant et rerum tractatio, quæ iis propria erat, credere nos jubet.

Præter Atthides plura alia opera composuerunt, in quibus tractarunt quum aliarum civitatum historiam tum vero maxime historiæ Atticæ partes præ cæteris graves vel obscuras. Egerunt in scriptis peculiaribus etiam de quibusdam grammaticæ partibus, iis imprimis, quæ cum historia conjunctæ sunt vel ad eam exquirendam magnam vim habent. Huc pertinent scriptiones de proverbiis et de loquutionibus Atticis. In omnibus his scriptis eadem indoles erat quam in Atthidibus: eadem doctrinæ copia, eadem in colligendo diligentia, idem veri reperiendi studium idemque dicendi genus exile ac simplex.

Fides et auctoritas non omnibus est eadem. Præ ceteris diligentia et judicii acumine excellunt Clitodemus et Philochorus; Androtio eodem fere loco habendus est, quamquam Ælianus (fr. 36) ejus fidem paululum addubitare videtur. Phanodemus etsi in rebus excutiendis sollicitus erat, studio tamen patriæ suæ celebrandæ interdum abreptus est, ut falsa traderet. Demo ideo nobis suspectus esse debet, quod contra ejus Atthidem scripsit Philochorus, auctor diligentissimus acerrimoque præditus judicio. Ister non dignus est critici nomine et sæpius reprehenditur.

Expositis quæ ad omnes æque Atthidum scriptores pertinent, jam de singulis deinceps disseremus.

CLIDEMUS.

Clidemum omnium qui Atthides scripserunt vetustissimus (fr. 16) multis laudibus celebrandus est: nam copiose, exacte et acri judicio res narrat (ἰδίως καὶ περιττῶς fr. 5); nonnunquam nimia est ejus diligentia, ubi exquirere studet, quæ vel parvi momenti sunt vel ad liquidum omnino perduci non possunt (fr. 6: ἐξακριβοῦν τὰ καθ' ἕκαστα βουλόμενος). Ejus virtutes in quoque fere fragmento apparent. Quatuor ei tribuuntur opera:

Digitized by Google

1) Ἀτθίς sive λόγος Ἀττικός, duodecim ad minimum librorum (v. fr. 9). Eadem cura tempora fabulosa ac tempora historica tractantur; quod ut recte perspicias, legas quæ narrantur de Thesei expeditione in Cretam (fr. 5), de Atheniensium pugna contra Amazones (6), de Themistocle (14), de prodigiis quæ Atheniensium expeditionem in Siciliam præcedunt (16) : in quarum rerum enarratione Clidemus minutissima quæque consectatur.

2) Πρωτογονία. Admodum probabile est, Protogoniam non peculiare fuisse opus, sed primum Atthidis librum : nam de coquorum tribu et in Protogoniæ et in Atthidis *libro primo* agitur (fr. 17, 2). Jam si Harpocration (fr. 18) tertium Protogeniæ librum laudat, in aprico est eum primi libri titulum pro totius operis inscriptione habuisse. Nam res fragm. 18 memorata ad Clisthenis tempora spectat, de quibus iisdem libro tertio Atthidis sermonem fuisse ex fr. 8 colligitur.

3) Ἐξηγητικόν. De hoc opere Casaubonus ad Athen. IX, p. 409, F, hæc dicit : « Ex subjecto Clidemi loco duo colligimus : non vocum tantum antiquarum expositionem continuisse id Exegeticon, sed etiam morum priscorum et institutorum ac rituum. Deinde autem, non soluta oratione id scriptum fuisse, verum numeris adstricta. » Sed hoc posterius recte improbavit Siebelis (v. fr. 20).

4) Νόστοι. Huncce librum non fuisse carmen, sed prosa oratione conscriptum, atque Atthidis partem, probare videtur fr. 24, in quo quum de Pisistrato sermo fiat, conjicere possis, hujus reversiones in Νόστοις tractatas esse.—Ceterum vix credibile est, nostro Clidemo vindicanda esse fragmenta, quæ ex hujus nominis auctore afferuntur ab Aristotele et Theophrasto (fr. 26 sqq.) : pertinent enim ad historiam naturalem et meteorologiam.

PHANODEMUS.

Phanodemus a Dionysio Halic. (fr. 8) ita laudatur, ut ejus auctoritatem esse satis magnam significet. Ex fragmentis videmus, eum acriter de rebus judicasse multaque nova proposuisse (cf. 21, 22, 10, 7, 8, 20); interdum vero patriæ celebrandæ studio a vero abduci, ut fr. 17, ubi navium Persicarum numerum immodice auget.

1) scripsit : *Atthidem*, novem ad minimum librorum.

2) Δηλιακὰ Phanodemi memorantur ab Harpocratione v. Ἑκάτης νῆσος (fr. 26). Quo quidem loco Vossius De histor. Gr. p. 399 Phanodemum errore positum esse putat pro Phanodico, Siebelis autem mutata interpunctione et addita particula δὲ Deliaca ista Semo vindicanda suspicatur. Sed hæc arbitraria sunt, nec quidquam impedit quominus Noster Deliaca composuerit.

3) Ἰκιακά, ut testatur Steph. Byz. : Ἰκός, νῆσος τῶν Κυκλάδων, προσεχὴς τῇ Εὐβοίᾳ· ὁ νησιώτης Ἴκιος. Ἔγραψε δὲ Φανόδημος Ἰκιακά. Nihil ex his servatum.

DEMO.

Demonem non magna fide dignum esse existimamus, non modo quod Philochorus contra eum scripsit, sed etiam quod fragmenta 17 et 18 probant, eum mendaciis fallere studuisse. Namque Polemo (apud Steph. Byz. v. Δωδώνη), Aristides (apud Suidam v. Δωδωναῖον χαλκεῖον) et Strabo VII p. 321 in eo consentiunt, quod tradunt, duas fuisse Dodonæ columnas, in quarum altera lebes positus fuerit, in altera puer manu tenens flagellum æneis loris munitum, quæ ventus agitaverit; omnino vero ignorant, quod Demo dicit, templum Jovis lebetibus circumdatum fuisse, quorum si quis unum pulsaverit, sonum ad reliquos omnes propagatum perdurasse, usque dum primus denuo pulsandus sit. Parum verisimile est, apparatum, quem Demo describit, Polemonis tempore jam collapsum alterumque simpliciorem in ejus locum substitutum fuisse, quod Welcker. statuit ad Philostrat. p. 566; si vero collapsus fuisset, memoria prioris admodum sane memorabilis non interiisset et Polemo haud dubie ejus mentionem fecisset. Sed ipsum proverbium, in quo de uno tantum aheno agitur, clare demonstrat, ante Demonem eundem apparatum exstitisse, de quo Polemo aliique loquuntur.

Tria Demonis opera memorantur:

1) Ἀτθίς quatuor minimum librorum (fr. 1). Paucissima ex ea fragmenta relicta sunt, quod et ipsum nos credere jubet, Demonem fide non dignum habitum esse. Videmus eum operam posuisse in explicandis rebus mythologicis et sacris (1, 2, 4), et in interpretandis fabulis (3).

2) Περὶ παροιμιῶν. Nos confidentius quam Siebelis hoc opus Demoni tribuimus; proverbiorum enim explicatio, quæ ex historia hominumque institutis ac moribus repetitur, est sane historici : et Demonis proverbia quam maxime ita comparata sunt, ut historici operam requirant (cf. 5, 9, 10, 11, 12, 14, 15, 20). Idem, ut nunc video, sentit Schneidewinus in Præfat. ad Paræmiogr. p. X. Aristides quoque, qui de prover-

Digitized by Google

biis opus edidit, erat historicus. Vide Schneidewin. l. l. XII et quos laudat (*).

3) Περὶ θυσιῶν (fr. 22).

ANDROTIO.

Androtio a Plutarcho De Exilio (tom. II, p. 605, C) inter illustres refertur historicos, et ab Harpocratione ἐντελέστατα de civium recensione disputasse dicitur (v. fr. Philoch. 133), Pausanias vero (fr. 49) et Ælianus (fr. 36) aliquid dubitationis exprimunt de Androtionis fide, idque eam ob causam, quod hic impugnaverat, quæ fama erant sancita.

Scripsit *Atthidem*, duodecim saltem librorum (fr. 27), quam ad minimum usque ad Olymp. 96 pertinuisse ex fragmento de ξενικῷ ἐν Κορίνθῳ (Philoch. 150) vides. Fusius tractavit res mythicas inque fabulis interpretandis multum posuit operæ (fr. 28-30). Criticam ejus res tractandi rationem cognoscere licet ex iis quæ disputavit de Eumolpo (34), de Orpheo (36), de Solone (40), de Dorico (49), de Cadmo et de Spartis (28, 29, 30). Eum res disposuisse secundum archontum seriem probabile fit ex fragm. 46 : Ἀνδροτίων φησὶν αὐτὸν (τὸν Κλέωνα) ἐπὶ Ἀλκαίου τεθνάναι ... ὁ μέντοι Ἀνδροτίων ἐπὶ Ἀλκαίου, τοῦ μετὰ Ἀμινίαν τὸν Κλέωνα ... τεθνάναι.

PHILOCHORUS.

Philochorus, inter Atthidum scriptores doctrina et judicio clarissimus, auctoritate sua (v. fr. 35, 135, 144, 31, 22) effecisse videtur, ut ex ejus Atthide fragmenta satis multa ad nos pervenerint.

Ejus opera hæc sunt :

1) Ἀτθίς, quæ appellatur etiam Ἀτθίδες (31), et Ἱστορίαι (131, 144), comprehendit historiam Atticæ inde ab hominum ortu usque ad Antiochum Deum, libris constans septemdecim. Scholiastes quidem ad Homerum (188), de Lino agens, Philochori librum undevicesimum laudat; sed quum Philochorus de Lino in libro De inventis disputasse videatur, facile adducor ut credam, hunc librum Atthidi additum esse ut appendicem, nisi malis cum Bœckhio pro ἐν τῇ ι0′ scribere ἐν Ἀτθίδι.—Multus est in enarrandis rebus fabulosis, quæ tractantur duobus libris primis, et studiose ansam arripit de deorum cultu festorumque origine disputandi. Res historicæ exponuntur libris quindecim, quorum quatuor priores pertinent usque ad auctoris ætatem; hujus deinceps memoria (Ol. 115, 3-129, 3) undecim libris postremis enarratur. Verum etiam tractationis genere hæ partes inter se differunt; quare probabilis est Bœckhii sententia, priores sex libros separatim editos esse.

Quod attinet ad tractandi res rationem, Philochorus omnia magna sollicitudine examinat, et quum ab aliis auctoribus suam sententiam sæpius sejungit, tum vero maxime a Demone. In fabulosa historia rejicit quæ mera sunt commenta : sic reges, quos inter Ogygem et Cecropem ponunt, fictos esse statuit (8). In fabulis quid veri insit reperire studet, ut vides ex iis, quæ habet de Bacchi nutricibus (19), de Orithyia Erechthei filia (30), de Triptolemo (28), de Minotauro (38, 39). Subinde etymologiam adhibet ad confirmandam suam narrationem (6, 12). In rebus historicis accuratissimis inquisitionibus nititur, et ad minutissima quæque descendit. Diligentissimus est in temporum computatione. Inde ab eo tempore, quo archontes in regum locum substituti sunt, ita res ordinavit, ut archontis nomine præmisso, enarraret quæ eo anno evenerant memoratu digna. Eum in hac re sollicitum fuisse, persuadere nobis debet etiam Scholiastes ad Aristophanem, qui sæpissime et quidem confidenter ex ejus Atthide temporum rationes explicat, atque sententiam quam de Homeri ætate protulit auctoritate valuisse, probant fragmenta 52, 53, 54.

Scribendi genere usus est tenui, simplici ac dilucido, id quod ex fragmm. 132, 135, 144, 146 aliisque, in quibus ipsius verba afferuntur, satis perspicitur.

2) Ἐπιτομὴ τῆς ἰδίας Ἀτθίδος. Præter ipsum Philochorum talem epitomen fecisse dicitur Asinius Pollio Trallianus, qui Pompeji ætate vixit (Suid. s. v. Πωλίων). Vossius De Hist. Gr. I, p. 134 statuit epitomen ab Asinio Pollione confectam, errore Philochoro attributam esse, quod nomen auctoris probabiliter expressum non fuisset. Sed Asinium Pollionem epitomen fecisse in Romanorum usum, Philochorum vero suam in usum Atheniensium cogitandum est. Hanc vero epitomen perdidisse magnum Philochori opus, ut putant A. Muller. et Siebelis (Philoch. p. X), ideo parum nobis est probabile, quod plurima fragmenta ex copiosa rerum narratione sumpta esse censenda sunt : Dionysius enim Halicarn. Dinarchi vitam, de qua Philochorum accuratissime egisse dicit (146), certe non ex epitome

(*) Fragmentis adde locum Macarii p. 15 Walz. a Schneidewino l. l. excitatum :

Ἀγαμέμνονος θυσία · ἐπὶ τῶν δυσπειθῶν καὶ ἀνυποτάκτων. Δήμων γὰρ ἱστορεῖ, ὡς Ἀγαμέμνονος θύοντος ἐν Τροίᾳ ἔφυγεν ὁ βοῦς καὶ μόλις ληφθεὶς ἤχθη.

Eadem, auctoris notitia omissa, exhibet Zenob. I, 13.

Digitized by Google

hausit, itemque reliqua fragmenta quæ idem servavit ex magno opere hausta esse credendum est. Athenæus ex Philochori Atthide refert digressionem de Lysandro (66), quæ in epitome locum habere non poterat; et quæ Plutarchus de Theseo (fr. 37 sqq.), Ælianus de canibus cum dominis Salamina transvectis (90), Scholiastes Aristoph. de Lacratide (83), de Phidia (97), Scholiastes Soph. de sacris abstemiis (31), Harpocratio de Æschræo (138), ex Philochoro afferunt, ea omnia ita comparata sunt, ut nonnisi ex accuratissima et copiosissima rerum expositione sumpta esse possint. Quum vero istis auctoribus fragmenta longe plurima debeamus, jure nostro contendimus, Philochori epitomen non tam felicem habuisse sortem, quam Justini compendium, quod perdidit opus Trogi Pompeii.

3) Πρὸς τὴν Δήμωνος Ἀτθίδα sive ἡ πρὸς Δήμωνα ἀντιγραφή (115). Qui aut alius Atthidis titulus est, aut statuendum est Philochorum, quum Demo Atthidem suam edidisset, peculiari scriptione ejus errores persequutum esse, antequam magnum opus absolvisset, in quo et ipso non poterat, quin quæ Demo statuisset, memoraret et refutaret.

4) Περὶ τῶν Ἀθήνησι ἀρξάντων ἀπὸ Σωκρατίδου μέχρι Ἀπολλοδώρου. Socratides archon fuit Ol. 101, 3; archontes quibus nomen erat Apollodorus, duo memorantur, alter Ol. 107, 3, alter Ol. 115, 2; posteriorem hic intelligendum esse cum Bœckhio existimamus, quia inde ab Ol. 115, 2 Philochorus suæ memoriæ historiam narrare cœpit in Atthide. Disputavit de hujus periodi archontibus eo probabiliter consilio, ut difficultates removeret, quæ accuratæ temporum descriptioni obstarent, id maxime agens, ut archontum ordinem definiret, eos, qui confusi essent, distingueret (sunt autem inter archontes hujus periodi duo ejusdem nominis et multi, quorum nomina magnam inter se habent similitudinem), et enumeraret quæ in singulorum archontum singulos annos inciderent, nulla tamen opera in enarratione posita. Præparavit igitur hac scriptione magnum suum opus, neque ulla est ratio, cur sumamus cum Lenzio, hunc librum nonnisi partem Atthidis fuisse.

5) Ὀλυμπιάδες ἐν βιβλίοις β'. Philochorus, qui in Atthide Olympiades non adhibuisset ad tempora describenda, serius demum sibi persuasisse videtur, præeunte fortasse Timæo, eas ad rerum in Græcia gestarum tempora definienda aptissimas esse, et quum esset hujus rei studiosissimus, Olympiadum et Olympionicarum elenchum fecisse putandus est, ut quod certum novæ temporum descriptionis esset fundamentum : fortasse etiam res summas ad Olympiadum ordinem in hac scriptione enumeravit.

6) Περὶ τῆς τετραπόλεως. De Tetrapoli, constante ex Œnoe, Marathone, Probalintho et Tricorytho oppidis, Philochorus ita disputasse videtur, ut fabulas maxime et deorum cultum explicaret : multa enim in hac re illa oppida habebant memorabilia. Vid. fragmm. 154 - 158.

7) Ἐπιγράμματα Ἀττικά. Ἐπιγράμματα sunt inscriptiones et versibus et oratione pedestri scriptæ. Cf. Suid. v. Ἐπίγραμμα. Ea quæ Polemo collegit epigrammata κατὰ πόλεις, ἔμμετρα fuisse videntur, maxima ex parte ad vitam privatam pertinentia, ut judicat Preller. (Polem. fragm. p. 123), ipsis nisus fragmentis. Sed Philochorus, qui totus esset in illustranda Atticæ historia occupatus, ea imprimis epigrammata collegisse censendus est, ex quibus illi lux afferri posset, titulos puta publicos, pedestri plerosque scriptos oratione. Multum hoc opus conferre debet ad stabiliendam Philochori fidem. Cf. Bœckh. C. I. vol. I, p. VIII.

8) Ἠπειρωτικά. Hic liber a Suida omissus est in catalogo Philochori operum; sed ex ejusdem loco v. Βούχετα evinci potest, Philochorum Epirotica scripsisse, quamvis in Harpocrat. plerisque codd. h. v. exhibeatur Φιλοστέφανος ἐν τοῖς Ἠπειρωτικοῖς. Vid. not. ad fragm. 186.

9) Δηλιακά, βιβλία β'. Non mirum est, quod ex hoc opere nihil reliquum sit, quum Semus Delius, auctor celeberrimus, Deli antiquitates accuratissime tractaverit : num enim Lenzius fragmm. 184 et 185 recte statuat ad Deliaca pertinere, valde dubito.

10) Περὶ τῶν Ἀθήνησι ἀγώνων βιβλία ιζ'. Multi scriptores idem argumentum tractarunt. Vid. Crause Olymp. p. XI sqq. Fragmm. 59, 60.

11) Περὶ ἑορτῶν liber a Suida in catalogo omissus, sed laudatus ab Harpocr. s. v. Ἁλῶα et Χύτροι. Fragmm. 61-64.

12) Περὶ ἡμερῶν, liber a Suida omissus, quem laudat Proclus ad Hesiodi Op. 770. Exponitur quæ dies sint sanctæ habendæ et unde dierum sanctitas repetenda sit. Vid. fragmm. 177-183.

13) Περὶ θυσιῶν α'. Explicatur sacrificiorum origo et ratio qua peragenda sint. Vid. fragmm. 170-173.

14) Περὶ μαντικῆς δ'. Philochorus hoc libro collegit antiqua oracula vaticiniaque, maximam partem versibus expressa, sed ex parte etiam oratione pedestri scripta (vid. fr. 195) : explicuit diversas divinandi rationes (vid. frag. 197 sqq.). Symbola quum nonnisi divinationis genus sint,

Digitized by Google

Digitized by Google

HECATAEI

FRAGMENTA.

ΠΕΡΙΟΔΟΣ ΓΗΣ.

A.

ΕΥΡΩΠΗ.

1.

Herodot. IV, 36 : Γελῶ δὲ ὁρέων γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς ἤδη καὶ οὐδένα νόον ἔχοντας ἐξηγησάμενον· οἳ Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ, τήν τε γῆν ἐοῦσαν κυκλοτερέα, ὡς ἀπὸ τόρνου, καὶ τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεύντων ἴσην. Quibus Hecatæum respici admodum probabile est.

2.

Strab. VII, p. 459 : Παρ' Ἑκαταίῳ δὲ Κιμμερίδα πόλιν. Recensentur exempla rerum fabulosarum, quas tradiderint historici.

3.

Steph. Byz. : Καλάθη, πόλις οὐ πόῤῥω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Ἔφορος δὲ Καλάθουσαν αὐτήν φησιν.

4.

Steph. Byz. : Ἐλιβύργη, πόλις Ταρτησσοῦ. Ἐκ. Εὐρ. Alia hujus urbis mentio non exstat.

Tartesso adjacet Illiturgis (Liv. XXVIII, 19), quod si declarare voluit Hecatæus, Ἐλιθύργη vel Ἐλιδύργη scripsisse videtur, cum apud Stephanum vocem inter Ἐλεύτιοι et Ἑλίκη ordine alphabetico positam inveniamus.

5 (?).

Steph. Byz. : Ἴβυλλα, πόλις Ταρτησίας, τὸ ἐθνικὸν Ἰβυλλῖνος, παρ' οἷς μέταλλα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου. Cum auctorem Stephanus omiserit, mentionem urbis alioquin ignotæ Hecatæo non inepte tribuas.

6.

Steph. Byz. : Μαστιηνοί, ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις· Ἐκ. Εὐρ. Εἴρηται δὲ ἀπὸ Μαστίας πόλεως.

7 (?).

Steph. B. Σύαλις, πόλις Μαστιηνῶν. De auctore tacet.

8.

Steph. B. Μαινόβωρα, πόλις Μαστιηνῶν, Ἐκ. Εὐρ.

9.

Steph. B. Σίξος, πόλις Μαστιηνῶν. Ἑκαταῖος· « μέτα δὲ Σίξος πόλις. »

10.

Steph. Byz. Μολυβδάνα, πόλις Μαστιηνῶν. Ἐκ. Εὐρ.

11.

Steph. B. Εἰδῆτες, ἔθνος Ἰβηρικόν. Ἐκ. Εὐρ. Nomen ignotum et mire positum inter vocabula Ἐρεχθία et Ἑσπερία. Sed ordo ibi in pluribus turbatus.

TERRÆ CIRCUITUS.

A.

EUROPA.

1.

Rideo multos videns descripsisse circuitus terræ, nullum habentes in exponendo sensum, qui Oceanum scribunt orbem terrarum circumfluere, et terram esse orbiculatam tanquam a torno, atque Asiam faciunt Europæ parem.

2.

Apud Hecatæum Cimmeridem urbem.

3.

Calatha, oppidum non procul ab Herculis columnis. Hec. Verum Ephorus illud Calathusam appellat.

4.

Elibyrga, urbs Tartessi.

5.

Ibylla, urbs Tartesiæ. Gentile Ibyllinus. Apud hos auri et argenti metalla inveniuntur.

6.

Mastiani, gens prope columnas Herculeas. Gens autem a Mastia urbe sic dicta est.

7.

Syalis, urbs Mastienorum.

8.

Mænobora, urbs Mastienorum.

9.

Sixus, urbs Mastienorum. Hec. : « Deinde Sixus urbs. »

10.

Molybdana, urbs Mastienorum.

11.

Edetes, gens Iberica.

Digitized by Google

12.

Steph. B. Μίσγητες, ἔθνος Ἰβήρων· Ἑκ. Εὐρ. Nomen ignotum.

13.

Steph. B. Κραβασία, πόλις Ἰβήρων· Ἑκ. Εὐρ. Τὸ ἐθνικὸν Κραβάσιος, καὶ Κραβασιεύς, καὶ Κραβασιάτης, καὶ Κραβασιανὸς διὰ τὴν χώραν.

14.

St. B. Ἱλαραυγάται, οἱ Ἴβηρες· Ἑκ. Εὐρ. Καὶ Ἱλαραυγάτης ποταμός.

15.

St. B. Σικάνη, πόλις Ἰβηρίας, ὡς Ἑκ. Εὐρ.

16.

St. B. Ὕοψ, πόλις ἐν Ἰβηρίᾳ χερρονήσου. Ἑκ. Εὐρώπῃ· « μέτα δὲ Ὕοψ πόλις, μέτα δὲ Λεσυρὸς ποταμός. »

17.

St. B. Κρομύουσα, νῆσος Ἰβηρίας· Ἑκ. Εὐρ.

18.

St. B. Μήλουσσα, νῆσος κατὰ Ἴβηρας· Ἑκ. Εὐρ.

19.

St. B. Ναρβών, ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική. Ἑκ. Εὐρ. Ἔστι καὶ λίμνη Ναρβωνῖτις, καὶ ποταμὸς Ἀτακός. Ἑκαταῖος δὲ Ναρβαίους αὐτούς φησι.

20.

St. B. Ἐλίσυκοι, ἔθνος Λιγύων· Ἑκ. Εὐρ.

21.

St. B. Νύραξ, πόλις Κελτική· Ἑκ. Εὐρ. Urbs ignota.

22.

St. B. Μασσαλία, πόλις τῆς Λιγυστικῆς, κατὰ τὴν Κελτικὴν, ἄποικος Φωκαέων. Ἑκ. Εὐρ.

23.

St. B. Μόνοικος, πόλις Λιγυστική· Ἑκ. Εὐρ.

24.

St. B. Ἄμπελος, πόλις τῆς Λιγυστικῆς· Ἑκ. Εὐρ. Oppidum ignotum.

25.

St. B. Αἰθάλη, νῆσος Τυρσηνῶν. Ἑκ. Εὐρ. Ἔοικε δὲ κεκλῆσθαι διὰ τὸ σίδηρον ἔχειν, τὸν ἐν Αἰθάλῃ τὴν ἐργασίαν ἔχοντα.

26.

St. B. Κύρνος, νῆσος πρόσβορρος Ἰαπυγίας. Ἑκ. Εὐρ.

27.

St. B. Κάπυα, πόλις Ἰταλίας· Ἑκ. Εὐρ. Ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωϊκοῦ.

28.

St. B. Νῶλα, πόλις Αὐσόνων· Ἑκ. Εὐρ. Suidas: Νῶλα, πόλις Αὐσόνων παρὰ Ἑκαταίῳ. Πολύβιος δὲ Νώλην αὐτὴν φησι.

29.

St. B. Καπριήνη, νῆσος Ἰταλίας. Λέγονται καὶ Καπρίαι. Ἑκ. Εὐρ. Fortasse Καπρίη scribendum, cum syllaba νη facile ex vocabulo νῆσος orta sit.

30.

St. B. Ἀρίνθη, πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσοποταμίᾳ· Ἑκ. Εὐρ.

31 (?).

St. B. Βρυστακία, πόλις Οἰνώτρων. Sine auctoritatis mentione.

12.

Misgetes, gens Iberiæ.

13.

Crabasia, urbs Iberorum. Hec. Gentile Crabasius, et Crabasieus, et Crabasiates, et Crabasianus, propter regionis consuetudinem.

14.

Ilaraugatæ, Iberes, Hec. Est et Ilaraugates fluvius.

15.

Sicane, urbs Iberiæ.

16.

Hyops, urbs in Iberia Chersonesi. Hec. : « Post vero est Hyops urbs, post autem Lesyrus fluvius. »

17.

Cromyusa, insula Iberiæ.

18.

Melussa, insula juxta Iberos.

19.

Narbon, emporium et urbs Celtica. Hec. Est etiam Narbonitis lacus et Atacus fluvius. Hecatæus vero Narbæos incolas dicit.

20.

Elisyci, gens Ligurum.

21.

Nyrax, urbs Celtica.

22.

Massalia, urbs Ligusticæ, juxta Celticam, Phocensium colonia.

23.

Monœcus, urbs Liguriæ.

24.

Ampelus, urbs Liguriæ.

25.

Æthale, insula Tyrrhenorum. Hec. Videtur vero sic vocata fuisse eo quod ferrum habeat, quod in Αἰθάλῃ (id est, *in fuligine*) conficiatur.

26.

Cyrnus, insula ad aquilonarem partem Iapygiæ.

27.

Capua, urbs Italiæ, Hec. A Capye Trojano.

28.

Nola, urbs Ausonum.

29.

Capriene, insula Italiæ. Dicuntur etiam Capriæ. Hec.

30.

Arintha, urbs Œnotrorum, inter duos fluvios sita.

31.

Brystacia, urbs Œnotrorum.

Digitized by Google

32

St. B. Δρῦς, πόλις Θράκης· Ἐκ. Εὐρ. Ἔστι καὶ πόλις τῶν Οἰνώτρων.

33.

St. B. Ἀρτεμίσιον, πόλις Οἰνώτρων· ἐν μεσογείῳ· Ἐκ. Εὐρ. Φίλιστος δὲ Ἀρτεμίτιον αὐτὴν καλεῖ, ἴσως Δωρικῶς. Oppidum ignotum.

34.

St. B. Ἔριμον, πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσογείῳ. Ἐκ. Εὐρ.

35.

St. B. Ἰξιάς, πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσογείᾳ. Ἐκ. Εὐρώπῃ· « ἐν δὲ Ἰξιὰς πόλις, ἐν δὲ Μενεκίνη πόλις. » St. B. Μενεκίνη, πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσογείᾳ· Ἐκ. Εὐρ.

36.

St. B. Κυτέριον, πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσογείᾳ. Ἐκ. Εὐρ.

37.

St. B. Μαλάνιος, πόλις μεσογείας τῶν Οἰνώτρων τῶν ὑπὸ Ἑκαταίου καταλεχθεισῶν ἐν Εὐρώπῃ.

38.

St. B. Νίναια, πόλις Οἰνώτρων ἐν τῇ μεσογείᾳ· Ἐκ. Εὐρ.

39.

St. B. Κόσσα, πόλις Οἰνώτρων ἐν τῷ μεσογείῳ· Ἐκ. Εὐρ.

40.

St. B. Λαμητῖνοι, πόλις ἀπὸ Λαμήτου ποταμοῦ πρὸς Κρότωνα. Ἐκ. Εὐρώπῃ· « Ἐκ δὲ Λάμητος ποταμοῦ Λαμητῖνοι. »

41.

St. B. Μέδμη, πόλις Ἰταλίας καὶ κρήνη ὁμώνυμος. Ἐκ. Εὐρώπῃ· « Ἀπὸ Μέδμης κρήνης τινός. »

42.

Dorus, urbs Phœniciæ, auctore Hec.: « Deinde antiqua Dorus, nunc Dora appellatur. »

261.

Canytis, Syrorum magna civitas, de qua Hec. Gentile, Canytita.

262.

Cardytus, uti Berytus, magna Syrorum urbs, de qua Hec. Gentile, Cardytius, uti Berytius.

263.

Camareni, Arabum insulæ, de quibus Hec. Incolæ eodem modo quo primitivum Camareni vocantur.

264.

Tabis, urbs Arabiæ. Hec. in Ægypti descriptione.

265.

Sciapodes, gens Æthiopica, ut Hec. in Ægypti descriptione.

Digitized by Google

266.

Eust. Iliad. Γ, 6, p. 372 : Πυγμαῖοι.— Ἱστορεῖται δὲ καὶ ὅτι κέρατα παρατίθενται, καὶ ἐν σχήματι κριῶν, ὡς Ἑκαταῖός φησι, κρόταλα ψοφοῦσι καὶ οὕτω τὰς πυγμαιομάχους γεράνους ἀμύνονται καταφρονούσας ἄλλως τοῦ μήκους. Γεωργικοὶ δέ εἰσιν, ὥς φασιν· ὅτι δὲ καὶ ἀξίνῃ ἐχρήσαντο ἐπὶ τὸν ἄσταχυν, γελοῖον μὲν καὶ οὐ πιθανόν· λέγεται δέ. Et Schol. Iliad. ib.: Πυγμαῖοι.—Ἔστι δὲ ἔθνος γεωργικὸν ἀνθρώπων μικρῶν κατοικούντων εἰς τὰ ἀνωτάτω μέρη τῆς Αἰγυπτιακῆς γῆς πλησίον τοῦ Ὠκεανοῦ, ὅπερ πολεμεῖν ταῖς γεράνοις φασὶ βλαπτούσαις αὐτῶν τὰ σπέρματα καὶ λιμὸν ποιούσαις τῇ χώρᾳ. — Φησὶ δὲ αὐτοὺς Ἑκαταῖος ἐπὶ σχημάτων κριῶν ἐξιόντας ἀλέξασθαι αὐτὰς, τὰς δὲ καταφρονούσας τοῦ μήκους πολεμεῖν πρὸς αὐτούς.

267.

St. B. Ὑσαεῖς, νῆσος μικρὰ καὶ μεγάλη Αἰθιόπων Ἐκ. περιηγήσει Αἰγύπτου. Οἱ νησιῶται Ὑσαῖται ὡς Ὀασῖται.

268.

St. B. Μάρμακες, ἔθνος Αἰθιοπικὸν · Ἐκ. Ἀσ.

269.

St. B. Ἄβοτις, πόλις Αἰγυπτία, ὡς Ἐκ.· ἦν Ἡρωδιανός φησι βαρύνεσθαι. Ὁ πολίτης κατὰ μὲν τὸ ἐπιχώριον Ἀβοτίτης, ὡς νῦν Κλαυτίτης καὶ Ναυκρατίτης, κατὰ δὲ Ἑκαταῖον Ἀβοτιεύς, ὡς Μάκρις, Μακριεύς. Urbs ignota, nisi pro eadem habenda est, quam Plinius Aboccin dicit (VI, 29, 35), Ptolemæus Abuncin (IV, 7), sitam ad occidentalem Nili ripam in Æthiopia. Abotis commemoratur etiam in Κραμβοῦτις fr. 275.

270.

St. B. Μύλων, πόλις Αἰγύπτου, Ἐκ.

271.

St. B. Ὀνειαβάτης, πόλις Αἰγύπτου, Ἐκ. περιηγήσει Λιβύης.

272.

St. B. Σῆνος, πόλις Αἰγύπτου · Ἐκ. ἐν τῇ αὐτῆς περιηγήσει. Ὁ πολίτης Σηνικός.

273.

St. B. Κρῶς, πόλις Αἰγύπτου · Ἐκ. περιηγήσει Ἀσίας. Ὁ πολίτης Κρωΐτης · καὶ νομὸς Κρωΐτης.

274.

St. B. Συΐς, πόλις Αἰγύπτου, ὡς Ἐκ. ἐν τῇ αὐτῆς περιηγήσει· καὶ νομὸς Συΐτης.

375.

St. B. Κραμβοῦτις, πόλις Αἰγύπτου · Ἐκ. περιηγήσει Λιβύης. Ὁ πολίτης Κραμβουτίτης ὡς Ναυκρατίτης. Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ ο γράφει, Κράμβοτις προπαροξυτόνως, ὡς Ἄβοτις. Cf. 269.

276.

Herodot. II, 143 : Πρότερον δὲ Ἑκαταίῳ τῷ λογοποιῷ ἐν Θήβῃσι γενεηλογήσαντι ἑωυτὸν καὶ ἀναδήσαντί τε τὴν πατρίην ἐς ἑκκαιδέκατον θεὸν ἐποίησαν οἱ ἱρέες τοῦ Διὸς, οἷόν τι καὶ ἐμοὶ οὐ γενεηλογήσαντι ἐμεωυτόν· ἐσαγαγόντες ἐς τὸ μέγαρον ἔσω ἐὸν μέγα, ἐξηρίθμεον δεικνύντες κολοσσοὺς ξυλίνους τοσούτους ὅσους περ εἶπον · ἀρχιρεὺς γὰρ ἕκαστος αὐτόθι ἵσταται ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ζόης εἰκόνα ἑωυτοῦ, ἀριθμέοντες οὦν καὶ δεικνύντες οἱ ἱρέες ἐμοὶ ἀπεδείκνυσαν παῖδα πατρὸς ἑωυτῶν ἕκαστον ἐόντα, ἐκ τοῦ ἄγχιστα ἀποθανόντος τῆς εἰκόνος, διεξιόντες διὰ πασέων, ἕως οὗ ἀπέδειξαν ἁπάσας εἰκόνας. Ἑκαταίῳ δὲ γενεηλογή-

---

266.

Pygmæi. — Narrantur etiam cornua sibi apponere, et habitu arietum, ut Hecatæus dicit, crepitacula pulsant atque ita inimicas grues ipsorum staturam temere despicientes propellunt. Agriculturæ periti sunt, ut aiunt. Quod vero securi utantur in aristam, ridiculum quidem neque verisimile, narratur tamen.

Pygmæi. — Est vero populus agriculturæ deditus hominum parvorum, qui incolunt extremas partes terræ Ægyptiacæ ad Oceanum, et quem bellum facere dicunt contra grues eorum semina perdentes famemque terræ afferentes. Dicit vero eos Hecatæus arietum habitu exeuntes grues propellere, has vero staturam illorum despicientes bellum contra eos gerere.

267.

Hysais, insula parva et magna Æthiopum. Hec. in Ægypti descriptione. Insulares, Hysaitæ, ut Osaitæ.

268.

Marmaces, gens Æthiopica.

269.

Abotis, urbs Ægypti apud Hecatæum, quam Herodianus inquit accentu in penultima notari. Ex vernacula regionis consuetudine hinc formatur civis nomen Abotita, ut nunc Clautita et Naucratita : sed ex Hecatæi sententia haberet Abotiensis, uti Macris Macriensis.

270

Mylon, oppidum Ægyti, cujus meminit Hec.

271.

Oniabates, urbs Ægypti, de qua Hec. in Libyæ descriptione.

272.

Senus, urbs Ægypti, Hec. in ejus periegesi. Civis, Senicus.

273.

Cros, oppidum Ægypti, auctore Hec. Civis et provinciæ nomen Croita.

274.

Syis, urbs Ægypti, ut Hec. in ejus descriptione. Et provincia Syites.

275.

Crambutis, urbs Ægypti, de qua Hec. in Libyæ periegesi. Civis, Crambutita, uti Naucratita. Herodianus hanc vocem per *o* scribit Crambotis, et accentu in antepenultima notat, uti Abotis.

276.

Atque antea Hecatæo historiæ scriptori, apud Thebas originem gentis recensenti, ac propagationem familiæ suæ referenti ad sextumdecimum deum, sacerdotes Jovis tale quiddam fecerant, quale quid et mihi non recensenti familiam meam. Introducto in templum intus grande, enumerabant monstrando tot e ligno colossos quot dixi Ib.

Digitized by Google

ϛαντι ἑωυτὸν καὶ ἀναδήσαντι ἐς ἑκκαιδέκατον θεὸν, « ἀντεγενεηλόγησαν ἐπὶ τῇ ἀριθμήσει, οὐ δεκόμενοι « παρ' αὐτοῦ ἀπὸ θεοῦ γενέσθαι ἄνθρωπον· ἀντεγε- « νεηλόγησαν δὲ ὧδε, φάμενοι ἕκαστον τῶν κολοσσῶν « Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γεγονέναι, ἐς ὃ τοὺς πέντε « καὶ τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίους ἀπέδεξαν κολοσ- « σοὺς, Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γενόμενον καὶ οὔτε ἐς « θεὸν οὔτε ἐς ἥρωα ἀνέδησαν αὐτούς. » Πίρωμις δέ ἐστι κατ' Ἕλλάδα γλῶσσαν καλὸς κἀγαθός. Narravit hæc haud dubie Hecatæus in descriptione Thebarum, se genus suum derivavisse a diis per quatuordecim avos, sacerdotes negavisse, hominem gigni a deo suosque ipsorum avos laudavisse, quos trecentos et quadraginta quinque numeraverint.

277.

St. B. Νεῖλος, πόλις Αἰγύπτου· Ἐκ. περιηγήσει αὐτῆς. Καὶ ἱερὸν Νείλου ποταμοῦ.

278.

Nilum fluvium ex Oceano derivatum esse ab Hecatæo, efficiendum videtur e comparatis locis Diodori, Herodoti et scholiastæ Argonauticorum. Ait enim Diodorus I, 37 : Ὅλως ὑπὲρ τῆς ἀναβάσεως τοῦ Νείλου καὶ τῶν πηγῶν, ἔτι δὲ τῆς εἰς θάλασσαν ἐκβολῆς καὶ τῶν ἄλλων ὧν ἔχει διαφορῶν παρὰ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς μέγιστος ὢν τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, τινὲς μὲν τῶν συγγραφέων ἁπλῶς οὐκ ἐτόλμησαν οὐδὲν εἰπεῖν, καίπερ εἰωθότες μηκύνειν ἐνίοτε περὶ χειμάρρου τοῦ τυχόντος, τινὲς δ' ἐπιβα- λόμενοι λέγειν περὶ τῶν ἐπιζητουμένων πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον. Οἱ μὲν γὰρ περὶ τὸν Ἑλλάνικον καὶ Κάδμον, ἔτι δ' Ἑκαταῖον καὶ πάντες οἱ τοιοῦτοι παλαιοὶ παντάπασιν ὄντες εἰς τὰς μυθώδεις ἀποφάσεις ἀπέκλιναν. Quibus postea additur : οἱ μὲν κατ' Αἴγυπτον ἱερεῖς ἀπὸ τοῦ περιῤῥέοντος τὴν οἰκουμένην Ὠκεανοῦ φασὶν αὐτὸν (τὸν Νεῖλον) τὴν σύστασιν λαμβάνειν, ὑγιὲς οὐδὲν λέγοντες. — Herodot. II, 20, 21 : Ἑλλήνων μέν τινες ἐπίσημοι βουλόμενοι γενέσθαι σοφίην, ἔλεξαν περὶ τοῦ ὕδατος τούτου τριφασίας ὁδούς· τῶν τὰς μὲν δύο τῶν ὁδῶν οὐδ' ἀξιῶ μνησθῆναι, εἰ μὴ ὅσον σημῆναι βουλόμενος μοῦνον· τῶν ἡ ἑτέρη μὲν λέγει τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμὸν, κωλύοντας ἐς θάλασσαν ἐκρέειν τὸν Νεῖλον..... (21) Ἡ δ' ἑτέρη ἀνεπι- στημονεστέρη μέν ἐστι τῆς λελεγμένης, λόγῳ δὲ εἰπεῖν θαυμασιωτέρη· « ἡ λέγει μὲν ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ « ῥέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι· τὸν δ' Ὠκεανὸν « γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν. » ..... (23) Ὁ δὲ περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ λέξας, ἐς ἀφανὲς τὸν μῦθον ἀνενείκας, οὐκ ἔχει ἔλεγχον· οὐ γάρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὠκεανὸν ὄντα. — Schol. Apoll. Rhod. IV, 259 : Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐκ τοῦ Φασίδος διελθεῖν εἰς τὸν Ὠκεανὸν, εἶτα ἐκεῖθεν εἰς τὸν Νεῖλον.

279.

Arrian. de Exped. Alexandri V, 6 : « Αἰγυ- πτόν » τε Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑκαταῖος οἱ λογοποιοὶ (ἢ εἰ δή του ἄλλου ἢ Ἑκαταίου ἐστὶ τὰ ἀμφὶ τῇ γῇ Αἰγυπτίᾳ ποιήματα) « δῶρόν τε τοῦ ποταμοῦ » ἀμφό- τεροι ὡσαύτως ὀνομάζουσι. Locus Herodoti est II, 5.

280.

St. B. Ἀθάῤῥαβις, πόλις Αἰγύπτου, ὡς καὶ Ἡρωδιανὸς ἐν τρίτῳ. Ἀθαῤῥαβίτης νομὸς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Ἀθάῤῥαβις πόλις. Ἑκαταῖος δ' ἐν δευτέρῳ περιη- γήσεως δι' ἑνὸς ρ καὶ τοῦ μ· Ἀθραμβίτης νομὸς καὶ Ἀθαράμβη πόλις.

---

namque quisque summus sacerdos ponit suam imaginem dum vivit; numerantes itaque et monstrantes sacerdotes, ostendebant mihi unumquemque filium patris ipsum esse ex imagine ejus, qui proxime esset mortuus, eundo per imagines eorum, donec omnes illas exposuerant. Hecatæo igitur originem suam recensenti, et ad sextumdecimum deum alliganti, « occurrebant simili ratione per numera- « tionem, non admittentes id, quod ab illo dicebatur, ho- « minem generari e deo. Occurrebant autem repetenda progenie hunc in modum, dicentes unumquemque colos- « sorum fuisse Piromin ex Piromi genitum, donec tre- « centos quadraginta quinque colossos commemorassent, « Piromin ex Piromi progenitum : eosque referentes nec « ad deum nec ad heroa. » Est autem Piromis Græca lin- gua expositum honestus et bonus.

277.

Nilus, urbs Ægypti, de qua Hec. in Periegesi. Et tem- plum Nili fluvii.

278.

Diodor. : De Nili augmento et fontibus, ejusque in mare tandem excursu et aliis quæ præ ceteris amnibus pe- culiariter sibi vindicat, ipse toto orbe maximus, quidam scriptores nihil omnino dicere ausi fuere; de quovis ta- men torrente declamitare interim soliti. Quidam vero quæstionis explicationem aggressi, multum a veritate aberrarunt. Nam Hellanicus et Cadmus, Hecatæus quoque et id genus prisci omnes, ad fabulosas assertiones decli- narunt. Ideo cum ad opiniones et conjecturas probabiles res devolvatur, sacerdotes Ægyptii ex Oceano terram cir cumfluente hunc nasci affirmant, nihil sani memorantes.

Herodot. : De qua tamen aqua quidam Græcorum, quum insignes vellent haberi sapientia, trifariam disse- ruerunt; quarum opinionum duas ne mentione quidem dignas existimo, nisi eatenus, ut illas tantum velim signi- ficare. Earum una ait, ventos etesias esse in causa cur fluvius crescat, prohibentes Nilum effluere in mare..... Altera est insipientior quidem, quam hæc quæ dicta est; ut tamen dicatur, quod res est, admirabilior, « quæ ait illum, quod ab Oceano fluat, istud efficere : Oceanum vero circumfluere omnem terram. »—At is qui de Oceano loquutus fuit, ad occultum referens fabulam, caret evi- ctione. Neque enim ego ullum novi fluvium, qui sit Oceanus.

Schol. Apollon. : Hecatæus vero Milesius (Argonautas dicit) e Phaside venisse in Oceanum, inde vero in Nilum.

279.

Ægyptum Herodotus et Hecatæus historiarum scriptores (nisi alterius cujuspiam sunt illa de regione Ægypti scripta) fluminis donum eodem modo uterque appellant.

280.

Atharrhabis, urbs Ægypti, uti etiam testatur Herodia- nus in libro tertio. Atharrhabites præfectura, et urbs Atharrhabis in Ægypto sunt. Hecatæus vero in secundo Periegeseos cum simplici *r* et cum *m* scripsit : præfe- ctura Atharambites et urbs Atharambe.

Digitized by Google

281.

St. B. Φάκουσσα, κώμη μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Στράβων ιζ'. Ἑκαταῖος δὲ Φάκουσσαι καὶ Φακούσσαις φησὶ καὶ Φακοῦσσαι νῆσοι καὶ Φάκαιοι. Τὸ ἐθνικὸν Φακούσσιος.

282.

St. B. Μαγδωλὸς, πόλις Αἰγύπτου· Ἑκ. περιηγήσει, τὸ ἐθνικὸν Μαγδωλίτης διὰ τὸν Αἰγύπτιον τύπον Κανωβίτης, Διολκίτης, Πεντασχοινίτης.

283.

St. B. Λίηβρις, πόλις Φοινίκων, ὡς Ἡρωδιανός· τὸ ἐθνικὸν Λιηβρίτης ὡς Συβαρίτης. Ἑκ. περιηγήσει Αἰγύπτου.

284.

St. B. Χέμμις.... Ἔστι καὶ Χέμβις νῆσος, διὰ τοῦ β, ἐν Βούτοις, ὡς Ἑκ. ἐν περιηγήσει Αἰγύπτου· « ἐν Βούτοις περὶ τὸ ἱρὸν τῆς Λητοῦς ἔστι νῆσος « Χέμβις οὔνομα, ἱρὴ τοῦ Ἀπόλλωνος· ἐστὶ δὲ ἡ νῆσος « μεταρσίη καὶ περιπλεῖ [ἐπὶ τοῦ ὕδατος] καὶ κινέεται « [ἐπὶ τοῦ ὕδατος]» Ὁ νησιώτης Χεμμίτης καὶ Χέμμιος. Codd. ἱερόν, sed ἱρή. Prius ἐπὶ τοῦ ὕδατος abest in codd. nonnullis. Ad hæc verba manifesto respexit Herodotus II, 156.

285.

St. B. Βολβιτίνη, πόλις Αἰγύπτου· Ἑκ. ὁ πολίτης Βολβιτινήτης. Τὸ ἐθνικὸν Βολβίτινος. Ἔνθεν καὶ Βολβίτινον στόμα. Codd. ἅρμα.

286.

St. B. Ἔφεσος.—Ἔστι καὶ Ἔφεσος νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ καὶ Χίος καὶ Λέσβος, καὶ Κύπρος, καὶ Σάμος, καὶ ἄλλαι, ὡς Ἑκ.

287.

Æl. Herodian. περὶ μον. λέξεως l. II, p. 36: Φάρος. Τὸ φάρος ἐνδέχεται ἐν διαφόρῳ σημαινομένῳ τὰ τρία γένη· ἔστι γὰρ ἀρσενικόν· οὕτω γὰρ ἐπὶ Μενελάου ἐκαλεῖτο πρῳρεύς· ἀλλὰ γὰρ τὸ θηλυκὸν ἐπὶ τῆς νήσου ἀπ' αὐτοῦ τὸ ὄνομα λαβούσης, ὥς φησιν Ἑκαταῖος, καὶ οὐδέτερον ὁπότε σημαντικὸν τοῦ ἱματίου ἢ καὶ τοῦ ἀρότρου.

288.

St. B. Ἑλένειος, τόπος περὶ τῷ Κανώβῳ· Ἑκ. περιηγήσει Λιβυκῶν. Τὸ ἐθνικὸν Ἑλενειεύς.

289.

Athen. III, 80, p. 114, C : Αἰγύπτιοι δὲ τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον κυλλάστιν καλοῦσιν. Μνημονεύουσιν αὐτοῦ καὶ Ἑκαταῖος καὶ Ἡρόδοτος. Herod. II, 77.

290.

Athen. X, p. 447, C : Ἑκαταῖος δὲ ἐν δευτέρῳ περιηγήσεως εἰπὼν περὶ Αἰγυπτίων ὡς ἀρτοφάγοι εἰσὶν, ἐπιφέρει· « τὰς κριθὰς εἰς τὸ πῶμα καταλέουσιν. » Et Athen. X, p. 418, E : Αἰγυπτίους δ' Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι, κυλλήστιας ἐσθίοντας, τὰς δὲ κρίθας εἰς ποτὸν καταλέοντας. Herodotus l. c. ita pergit : Οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται· οὐ γάρ σφι εἰσιν ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελοι.

291 (?).

Plutarch. De Iside et Osiride p. 353, B : Οἱ δὲ βασιλεῖς καὶ μετρητὸν ἔπινον ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὡς Ἑκαταῖος ἱστόρηκεν, ἱερεῖς ὄντες. Probabile est, hæc desumta esse ex Ægyptiacis Hecatæi Abderitæ, quem postea in eodem libro citat Plutarchus, p. 354, D.

281.

Phacussa, vicus inter Ægyptum et mare Rubrum. Strabo septimo decimo. Hecatæus vero Phacussæ, et Phacussis inquit et Phacussæ insulæ, et Phacæi. Gentile, Phacussius.

282.

Magdolus, urbs Ægypti, auctore Hec. in Periegesi. Gentile, Magdolita, propter Ægyptiam formam, uti Canobita, Diolcita, Pentaschœnita.

283.

Liebris, urbs Phœnicum, cujus Herodianus meminit. Gentile, Liebrita, uti Sybarita, quo utitur Hec. in Ægypti periegesi.

284.

Chemmis... Est etiam Chembis insula per *b* in Butis, ut Hec. in Periegesi Ægypti : « In Butis circa templum Latonæ est insula Chembis nomine, Apollini sacra; est autem insula mobilis, et circumnatat, et movetur supra aquam. » Insularis, Chemmites et Chemmius.

285.

Bolbitine, oppidum Ægypti, cujus meminit Hec. Oppidanus, Bolbitinetes. Gentile, Bolbitinus. Inde etiam Bolbitinum ostium.

286.

Ephesus.... Est Ephesus quoque insula in Nilo, et Chius, et Lesbus, et Cyprus, et Samus, et aliæ insulæ, teste Hecatæo.

287.

Pharus diversas significationes habet tribus generibus. Est enim masculinum. Ita Menelai audiebat proreta. Sed feminino genere est insula, quæ ab illo nomen accepit, ut dicit Hecatæus, et neutro genere significat pallium vel etiam aratrum.

288.

Helenius, locus circa Canobum, de quo Hec. in Libyæ descriptione. Gentile, Heleniensis.

289.

Ægyptii subacidum panem *cyllastin* vocant;.... ejus meminere et Hecatæus et Herodotus.

290.

Hecatæus vero, secundo libro Descriptionis terrarum, postquam de Ægyptiis dixit, pane eos vesci, subjicit, « Hordeum in potionis usum mola frangunt. »—Ægyptios vero Hecatæus ait panivoros esse; qui cyllestibus (id nomen panis subacidi est) vescantur, et hordeum in potionis etiam usum mola frangant.

291.

Reges quoque ex sacrarum præscripto litterarum certa mensura vinum bibebant, ut scribit Hecatæus, quia et ipsi essent sacerdotes.

Digitized by Google

292.

Porphyr. apud Euseb. Præpar. evangel. X, 3, p. 166, B : Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου κατὰ λέξιν μετήνεγκεν ἐκ τῆς περιηγήσεως βραχέα παραποιήσας, τὰ τοῦ Φοίνικος ὀρνέου καὶ περὶ τοῦ ποταμίου ἵππου καὶ τῆς θήρας τῶν κροκοδείλων. Locus de Phœnice ave est Herodot. II, 73 : Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρός, τῷ οὔνομα φοῖνιξ. Ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ὅσον γραφῇ· καὶ γὰρ δὴ καὶ σπάνιος ἐπιφοιτᾷ σφι, δι' ἐτέων, ὡς Ἡλιουπολῖται λέγουσι, πενταχοσίων· φοιτᾶν δὲ τότε φασὶ, ἐπεάν οἱ ἀποθάνῃ ὁ πατήρ. Ἔστι δὲ, εἰ τῇ γραφῇ παρόμοιος, τοσόσδε καὶ τοιόσδε· τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν, τὰ δὲ ἐρυθρά· ἐς τὰ μάλιστα αἰετῷ περιήγησιν ὁμοιότατος καὶ τὸ μέγαθος. Τοῦτον δὲ λέγουσι μηχανᾶσθαι τάδε, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες· « ἐξ Ἀραβίης ὁρμεώμενον ἐς τὸ ἱρὸν « τοῦ Ἡλίου κομίζειν τὸν πατέρα, ἐν σμύρνῃ ἐμπλάσ- « σοντα, καὶ θάπτειν ἐν τοῦ Ἡλίου τῷ ἱρῷ. Κομίζειν « δὲ οὕτω· πρῶτον τῆς σμύρνης ᾠὸν πλάσσειν ὅσον τε « δυνατός ἐστι φέρειν, μέτα δὲ πειρᾶσθαι αὐτὸ φο- « ρέοντα· ἐπεὰν δὲ ἀποπειρηθῇ, οὕτω δὴ κοιλήναντα « τὸ ᾠὸν τὸν πατέρα ἐς αὐτὸ ἐντιθέναι· σμύρνῃ δὲ « ἄλλῃ ἐμπλάσσειν τοῦτο, καθότι τοῦ ᾠοῦ ἐγκοιλήνας « ἐνέθηκε τὸν πατέρα· ἐσκειμένου δὲ τοῦ πατρὸς « γίνεσθαι τὠυτὸ βάρος· ἐμπλάσαντα δὲ κομίζειν μιν « ἐπ' Αἰγύπτου ἐς τοῦ Ἡλίου τὸ ἱρόν. » Ταῦτα μὲν τοῦτον τὸν ὄρνιν λέγουσι ποιέειν. Ex his avis ipsius descriptionem haud dubie ipse confecit Herodotus ad picturam avis in tabula, alteram vero ejus partem, quam se audivisse refert, transtulit ex Hecatæo, qui fidem ei habebat, quam Herodotus abrogat. Eadem enim ratione, ut hic per λέγουσι, narrationem de Chemmi insula, quam eidem debebat Hecatæo, introduxit per λέγεται ὑπ' Αἰγυπτίων. Quanquam non dubitandum est, quin ipse etiam hæc audiverit Herodotus, in describendo autem itinere suo commodum ei visum est uti scriptis Hecatæi narrationibus.

293.

Locus de hippopotamo est Herodot. II, 71 : Οἱ δὲ ἵπποι οἱ ποτάμιοι νομῷ μὲν τῷ Παπρημίτῃ ἱροί εἰσι, τοῖσι δὲ ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι οὐκ ἱροί. Φύσιν δὲ παρέχονται ἰδέης τοιήνδε· « τετράπουν ἐστὶ, δίχηλον, « ὁπλαὶ βοὸς, σιμὸν, λοφιὴν ἔχων ἵππου, χαυλιόδον- « τας φαίνον, οὐρὴν ἵππου καὶ φωνὴν, μέγαθος ὅσον « τε βοῦς ὁ μέγιστος· τὸ δέρμα δ' αὐτοῦ οὕτω δή τι « παχύ ἐστι, ὥστε αὖου γενομένου, ξυστὰ ποιέεσθαι « ἀκόντια ἐξ αὐτοῦ. »

294.

Locus de venatione crocodilorum est Herodot. II, 70 : Ἄγραι δέ σφεων πολλαὶ κατεστέασι καὶ παντοῖαι· ἣ δ' ὧν ἐμοιγε δοκέει ἀξιωτάτη ἀπηγήσιος εἶναι ταύτην γράφω· « ἐπεὰν νῶτον ὗὸς δελεάσῃ « περὶ ἄγκιστρον, μετίει ἐς μέσον τὸν ποταμόν· αὐτὸς « δὲ ἐπὶ τοῦ χείλεος τοῦ ποταμοῦ ἔχων δέλφακα ζωὴν, « ταύτην τύπτει· ἐπακούσας δὲ τῆς φωνῆς ὁ κροκόδει- « λος ἴεται κατὰ τὴν φωνήν· ἐντυχὼν δὲ τῷ νώτῳ, « καταπίνει, οἱ δὲ ἕλκουσι. Ἐπεὰν δὲ ἐξελκυσθῇ ἐς γῆν, « πρῶτον ἁπάντων ὁ θηρευτὴς πηλῷ κατ' ὦν ἔπλασε « αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς· τοῦτο δὲ ποιήσας κάρτα « εὐπετέως τὰ λοιπὰ χειροῦται· μὴ ποιήσας δὲ τοῦτο, « σὺν πόνῳ. » Cum narrationes Hecatæi in brevius contraxisse dicatur Herodotus, probabile est, plures ab illo venationis modos esse descriptos, hunc vero elegisse eum, quem nobilissimum judicaverit. Fortasse in iis etiam, quæ hoc præcedunt, capitibus (68, 69), descriptiones crocodili repetitæ sunt ex Hecatæo, quia breves illæ enuntiationes, quibus ejus natura depingitur,

---

292.

Herodotus in secundo, ex Descriptione terræ Hecatæi Milesii, quamplurima verbis totidem exscripsit pauca quædam leviter ipse immutans, cujusmodi sunt quæ de Phœnice ave, deque fluviatili equo, et crocodilorum venatione commemorat.

Herodot. : Est et alia volucris sacra, nomine phœnix, quam equidem non vidi nisi in pictura; etenim perrara ad eos commeat, quingentis, ut aiunt Heliopolitani, annis, et tunc demum quum pater ei decessit. Is si picturæ assimilis est, talis tantusque est : pennæ coloris partim aurei, partim rubei, maxima ex parte cum habitu tum magnitudine simillimus aquilæ. Eum aiunt, quod mihi non fit verisimile, hoc excogitare; « ex Arabia proficiscentem in templum Solis gestare patrem, quem myrrha obvolvat, et in Solis templo humare; sic autem gestare : primum myrrhæ ovum fingere quantum ipse ferre possit : deinde ferendo illud experiri : hoc satis expertum, ita demum ovum excavare, atque in illud parentem ponere : et qua parte ovi exinaniti patrem intulit, eam partem alia myrrha farcire : et quum tantundem ponderis imposito parente effectum sit, obstructo rursus foramine, bajulare illud versus Ægyptum in templum Solis. » Hæc facere hanc avem commemorant.

293.

Fluviatiles vero equi in plaga Papremitana sacri sunt, in cetera Ægypto non sacri; talem speciem naturamque habentes : « quadrupes est, bifidis pedibus, ungulis bo- « vinis; simo naso, equina juba, exsertos dentes osten- « tans, equina cauda et voce, magnitudine maximi tauri, « tam crasso corio, ut ex eo arefacto fiant jacula rasa. »

294.

Hos (crocodilos) capiendi quum sint multa et omnimoda genera, hoc, quod maxime mihi dignum relatu videtur, scribo. « Ubi tergum suillum ad illecebras hamo circum- « dederit, demittit in medium flumen, ipse in labro flu- « minis porcellum, quem vivum tenet, verberat; cujus « vocem crocodilus audiens, versus illam tendit, nactus- « que tergum devorat; illi vero trahunt. Et posteaquam « in terram attractus est, ante omnia ejus oculos venator

Digitized by Google

pariter atque in phœnice (fr. 292) epitomatorem arguere possunt.

295.

Probabile est, ibi etiam, ubi de iis disserit Herodotus, quæ de rebus geographicis statuant Iones, intelligi Hecatæum, hominem Ionem, quem nunc popularium auctoritate suas regi passum esse opiniones, nunc sua auctoritate popularium animos gubernavisse vix quisquam negabit. Ex his locis est Herodot. II, 15 : Εἰ ὧν βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι περὶ Αἰγύπτου, οἵ φασι τὸ Δέλτα μοῦνον εἶναι Αἴγυπτον.... τὰ δὲ ἄλλα λεγόντων τῆς Αἰγύπτου τὰ μὲν Λιβύης, τὰ δὲ Ἀραβίας εἶναι· ἀποδεικνύοιμεν ἂν τούτῳ τῷ λόγῳ χρεώμενοι Αἰγυπτίοισι οὐκ ἐοῦσαν πρότερον χώρην. Terram Delta enim multo recentius, quam reliquas Ægypti partes apparuisse putat. Quod bene concinit cum opinione Hecatæi ipsius, fluminis donum esse Ægyptum (fr. 279), neque ullus eorum, qui ex Ægypti descriptione citantur, locorum extra Delta positus est exceptis iis, qui directo esse alius regionis dicuntur et propter solam vicinitatem commemorantur, ut Tabis Arabiæ, Sciapodes et Hysæis Æthiopiæ, Liebris Phœniciæ. Et loci nonnulli, quos Stephanus Ægypto assignat, citantur tamen e descriptionibus Asiæ vel Africæ, id quod optimo jure inde repetimus, quod hi extra ejus regionis fines siti, itaque aut Arabiæ aut Libyæ ab Hecatæo ascripti erant, ut Oneabates, Crambutis et Heleneus Libyæ, Cros vero Asiæ.

296.

Quæ cum ita sint, ex aliis Herodoti verbis effici potest, Hecatæum ex Ionum opinione *terminum Asiæ et Libyæ statuisse Nilum* fluvium. Cum enim dixisset, sibi omnem, quæ Ægyptiis incolatur, terram appellari Ægyptum, ita pergit Herodotus II, 16 : Εἰ ὧν ἡμεῖς ὀρθῶς περὶ αὐτέων γινώσκομεν, Ἴωνες οὐκ εὖ φρονέουσι περὶ Αἰγύπτου, εἰ δὲ ὀρθή ἐστι ἡ τῶν Ἰώνων γνώμη, Ἕλληνάς τε καὶ αὐτοὺς Ἴωνας ἀποδείκνυμι οὐκ ἐπισταμένους λογίζεσθαι· οἵ φασι « τρία μόρια εἶναι γῆν πᾶσαν, Εὐ« ρώπην τε καὶ Ἀσίην καὶ Λιβύην. » Τέταρτον γάρ σφεας δεῖ προσλογίζεσθαι Αἰγύπτου τὸ Δέλτα, εἰ μήτε γέ ἐστι τῆς Ἀσίης μήτε τῆς Λιβύης. Οὐ γὰρ δὴ ὁ Νεῖλος γέ ἐστι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον « ὁ τὴν Ἀσίην« οὐρίζων τῆς Λιβύης· » τοῦ Δέλτα δὲ τούτου κατὰ τὸ ὀξὺ περιῤῥήγνυται ὁ Νεῖλος· ὥστε ἐν τῷ μεταξὺ Ἀσίης τε καὶ Λιβύης γένοιτ' ἄν.

297.

Si in his omnibus Hecatæo adversari videmus Herodotum, probabile est etiam in alia re, quam in eodem loco leviter attingit, illum respici. Narraverat enim (II, 2), Ægyptios putare sese esse omnium hominum vetustissimos præter Phryges, id quod sacerdotes Vulcani Memphide sibi tradiderint. Per se probabile est, Hecatæo pariter atque Herodoto hoc narratum esse a sacerdotibus : narrabatur haud dubie cuivis advenæ, qui talia quærebat. Jam si in altero libri Hecatæi loco dictum erat, Ægyptios sese habere pro gente antiquissima, altero loco, solum Delta esse veram Ægyptum, tum demum recte intelligere nobis videmur verba Herodoti, a quibus ea, quæ fr. 295 ascripsi, excipiuntur : Εἰ τοίνυν σφι χώρη γε μηδεμίη ὑπῆρχε, τί περιειργάζοντο δοκέοντες πρῶτοι ἀνθρώπων γεγονέναι; Alioqui non video, contra quem hoc dictum sit : sacerdotes enim Ægyptii Ægyptum minime in Delta coercebant. Ne dicas, ineptiam nos obtrudere Hecatæo : qui suo jure Herodoto respondere poterat, Ægyptios antequam terram Delta occupaverint, non minus habitavisse in Arabia et Libya, quam suo ipsius tempore. Restat aliud argumentum. Pergit Herodotus : Οὐδὲ ἔδει σφέας ἐς διάπειραν τῶν παίδων ἰέναι, τίνα γλῶσσαν πρώτην ἀπήσουσι. Quibus respicit fabulam a sacerdotibus traditam de pueris, qui a Psammeticho infantes pastori tradebantur; qui eos per duos annos in domicilio solitario educaret, caprarum lacte nutriret, sed nullam usquam vocem coram iis emitteret, tempore autem exacto lingua Phrygia panem petiverunt, ex quo agnoscebatur, Phryges esse Ægyptiis antiquiores, II, 2. Hæc Herodotus a sacerdotibus sese audivisse refert, deinde pergit : Ἕλληνες δὲ λέγουσι ἄλλα τε μάταια πολλὰ καὶ ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Ψαμμήτιχος ἐκταμὼν τὴν δίαιταν οὕτως ἐποιήσατο τῶν παιδίων παρὰ ταύτῃσι

« cœno opplet. Hoc acto, ceterum facile comprehenditur ; « non acto, cum labore. »

295.

Quodsi vellemus de Ægypto Ionum uti sententiis, qui solum Delta Ægyptum esse aiunt,.... cetera vero dicentium Ægypti, partim esse Africæ, partim Arabiæ : ostenderemus, hac ratione utentes, Ægyptiis prius non fuisse regionem.

296.

Itaque si nos de iis recte sentimus, Iones non recte sentiunt de Ægypto : sin recte Iones sentiunt, ostendo Græcos et ipsos Iones ignaros computandi : qui aiunt « tria membra totam esse terram, Europam, Asiam, Africam; » quartum enim membrum annumerare debent Delta Ægypti; si non sit neque Asiæ, neque Africæ. Nam secundum hanc rationem non est Nilus, « qui Asiam ab Africa disterminat : » quippe circa acumen illius Delta circumfrangitur Nilus; adeoque in medio Asiæ et Africæ censenda erit.

Digitized by Google

τῆσι γυναιξίν. Hanc discrepantiam fabulæ Herodotum in Hecatæi libro legisse probabile est, qui eam a colonis Græcis Ægyptum incolentibus acceperit. Quæ si juste disputata sunt, narravit Hecatæus, *Ægyptios sese putare gentem antiquissimam, antiquiores vero se ipsis habere Phryges, ex quo Psammetichus in primis infantium, quos nutricibus lingua privatis alendos dederat, vocibus Phrygia verba agnoverit.*

298 (?).

Incertior, quam hæc, est alia, quam prolaturus sum, conjectura. Hecatæum tractavisse res Herculis et commemoravisse locos singulos ubi ille labores suos perfecerit, ex iis constat, quæ de Erythia disseruit. Fabulæ in Ægyptum quoque Herculem venisse ibique a populo hostiæ instar coronis ornatum et ad aram, ubi immolaretur, ductum esse tradiderunt, subito autem eum sese liberavisse innumerosque Ægyptios occidisse, Herodot. II, 45. Sed hoc Græcos tantum narrare contendit Herodotus, nihil de Hercule Græco scire Ægyptios, sed hos Herculem alium pro deo venerari (ib. 43); illos autem, qui fabulam istam referant, etiamsi fieri possit, ut vir unus tantam prostraverit turbam, cui quidem rei ipse fidem non habet, graviter errare: ἐμοὶ μέν νυν δοκέουσι ταῦτα λέγοντες τῆς Αἰγυπτίων φύσιος καὶ τῶν νόμων πάμπαν ἀπείρως ἔχειν οἱ Ἕλληνες, τοῖσι γὰρ οὐδὲ κτήνεα ὁσίη θύειν ἐστὶ, χωρὶς ὑῶν καὶ ἐρσένων βοῶν καὶ μόσχων ὅσοι ἂν καθαροὶ ἔωσι καὶ χηνέων· κῶς ἂν οὗτοι ἀνθρώπους θύοιεν; Concinit hæc oratio cum solita, qua Herodotus Hecatæum refellit, ratione. Præter hæc complures, quas Herodotus dedit, descriptiones animalium Ægyptiacorum fortasse debentur Hecatæo, e quibus solum *serpentes alatos* et *Ibidem* avem (II, 75, 76) designabo. Nam pariter quæ has præcedunt narrationes de hippopotamo et phœnice et quæ sequuntur de pane cyllesti inde repetita esse dictum est.

299.

St. B. Κυνὸς σῆμα, τόπος Λιβύης· Ἐκ. περιηγήσει αὐτῆς.

300.

St. B. Αὔσιγδα, πόλις Λιβύης, οὐδετέρως, ὡς Καλλίμαχος· Ἐκ. δὲ νῆσον οἶδε. Τὸ ἐθνικὸν Αὔσιγδοι· οὕτω γὰρ Ἀπόλλων τιμᾶται.

301.

St. B. Μάσκωτος, πόλις Λιβύης· Ἐκ. περιηγήσει. Ἔστι δὲ πλησίον τῶν Ἐσπερίδων. Τὸ ἐθνικὸν Μασκωτίτης, Λιβυκῷ καὶ Αἰγυπτίῳ τύπῳ.

302.

St. B. Ζήβυττις, πόλις Λιβύης· Ἐκ. Ἀσ. Ὁ πολίτης Ζηβυττίτης.

303.

St. B. Ψύλλοι, καὶ Ψυλλικὸς κόλπος, ἐν τῷ Λιβυκῷ κόλπῳ· Ἐκ. περιηγήσει Λιβύης· « ὁ Ψυλλικὸς « κόλπος μέγας καὶ βαθὺς, τριῶν ἡμερῶν πλοῦς. »

304.

St. B. Μάζυες, οἱ Λιβύης νομάδες· Ἐκ. περιηγήσει Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάξυες, καὶ ἕτεροι Μάχμες. Pro ἕτεροι utroque loco legendum videtur ἑτέροις, pro Μάχμες legendum Μάχλυες.

305.

St. B. Μέγασα, ὡς Γέρασα, πόλις Λιβύης. Ἐκ. περιηγήσει Ἀσίας· «ἐξ αὐτῆς Σιτοφάγοι καὶ Ἀροτῆρες.»

306.

St. B. Ζυγαντὶς, πόλις Λιβύης· Ἐκ. Ἀσίᾳ. Οἱ πολῖται Ζυγάντες· οἵτινες τὰ ἄνθη συλλέγοντες μέλι ποιοῦσιν, ὥστε μὴ λείπεσθαι τοῦ ὑπὸ τῶν μελισσῶν γιγνομένου, ὡς Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἐν ἕκτῳ γῆς περιόδου.

307.

St. B. Ζαύηκες, ἔθνος Λιβύης, Ἡρόδοτος δ'. Ζαύηκες ἔθνος, Ἐκ. ἐν περιηγήσει Ἀσίας.

298.

Quæ quum dicant Græci, videntur mihi se et naturæ Ægyptiorum et morum ignaros prorsus ostendere. Quippe quibus nullam pecudem fas est immolare, præter sues, præterque boves mares, et vitulos, dummodo mundos, et anseres: ii qua ratione « immolarent homines? »

299.

Cynossema, locus Libyæ, de quo Hecatæus.

300.

Ausigda, urbs Libyæ, genere neutro, auctore Callimacho. Hecatæus vero insulam agnoscit. Gentile, Ausigdi: ita enim Apollo colitur.

301.

Mascotus, urbs Libyæ, de qua Hecatæus. Sita est prope Hesperides. Gentile, Mascotita, Libyca et Ægyptia forma.

302.

Zebyttis, oppidum Libyæ, teste Hec. Oppidanus, Zebyttites.

303.

Psylli et Psyllicus sinus, in sinu Libyco. Hecatæus Libyæ descriptione: « Psyllicus sinus magnus et profundus, trium dierum navigatio. »

304.

Mazyes, Libyæ Nomades, auctore Hecatæo. Sunt aliis Maxyes, aliis Machlyes.

305.

Megasa, uti Gerasa, urbs Libyæ, de qua Hec.: « Ex illa sunt Sitophagi et Aroteres. »

306.

Zygantis, oppidum Libyæ, auctore Hec. Oppidani, Zygantes, qui collectis floribus mel conficiunt, quod ab apibus facto nequaquam cedit, uti perhibet Eudoxus Cnidius libro sexto de terræ circuitu.

307.

Zaueces, gens Libyæ, de qua Herodotus libro quarto. Zaueces gens, Hecatæus.

Digitized by Google

308.

St. B. Ὑβέλη, πόλις περὶ Καρχηδόνα· Ἐκ. Ἀσ.

309.

St. B. Κανθηλία, πόλις περὶ Καρχηδόνα· Ἐκ. Ἀσίᾳ. Ἡρόδοτος.

310.

St. B. Κανθήλη, πόλις Λιβοφοινίκων, καὶ Ἑκαταῖος οὕτω.

311.

St. B. Κύβος, πόλις Ἰώνων ἐν Λιβύῃ Φοινίκων. Ἐκ. περιηγήσει αὐτῆς· «καὶ λιμήν που, ἄκρη, καὶ Κυβώ.» Ὁ πολίτης Κυβίτης, ὡς Σαβίτης τῆς Σαβοῦς, ἢ Κυβοίτης, ὡς τῆς Βουτοῦς Βουτοίτης. Pro περιηγήσει αὐτῆς in codd. est περιηγ. αὐτοῦ.

312.

St. B. Καλαμένθη, ἥτις καὶ Καλαμίνθη, πόλις Λιβύης· Ἐκ. περιηγήσει· κρεῖττον οὖν, ὡς Ἡρόδοτος, διὰ τοῦ ι· πόλις Φοινίκων. Nulla est hujus loci apud Herodotum mentio. Legendum videtur Ἡρωδιανός vel Ἡρόδωρος.

313.

St. B. Γαῦλος, νῆσος πρὸς τῇ Καρχηδόνι. Ἐκ. περιηγήσει. Ὁ νησιώτης Γαυλίτης.

314.

St. B. Εὐδείπνη, νῆσος Λιβύης Φοινίκων. Ἐκ. περιηγήσει Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν Εὐδειπναῖος, ὡς Λερναῖος.

315.

St. B. Φοινικοῦσσαι, δύο νῆσοι ἐν τῷ Λιβυκῷ κόλπῳ πρὸς τῇ Καρχηδόνι, ὡς Ἐκ. περιηγήσει Λιβύης. Οἱ νησιῶται Φοινικουσσαῖοι. Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκων τῶν ἐν Συρίᾳ Φοινικοῦσσαι, ὡς αὐτὸς ἐν Ἀσίᾳ.

316.

St. B. Φασηλοῦσσαι, δύο νῆσοι Λιβύης, πλησίον Σίριος ποταμοῦ· Ἐκ. περιηγήσει Λιβύης. Οἱ νησιῶται Φασηλουσσαῖοι, ὡς Σκοτουσσαῖοι.

317.

St. B. Ἱεράφη, ὡς Ἀνάφη, νῆσος Λιβύης· Ἐκ. περιηγήσει. De his insulis omnibus nihil notum.

318.

St. B. Δούλων πόλις, πόλις Λιβύης· Ἐκ. ἐν περιηγήσει. Καὶ ἐὰν δοῦλος εἰς τὴν πόλιν ταύτην λίθον προσενέγκῃ, ἐλεύθερος γίγνεται κἂν ξένος ᾖ. Ejusdem meminit Hesychius s. v.

319.

St. B. Κρεμμύων. -- Ἔστι καὶ Κρομμύων, πόλις Λιβύης, διὰ τοῦ ο, ὡς Ἐκ. Τὸ ἐθνικὸν Κρομμυώνιος καὶ Κρομμυωνία.

320.

St. B. Ἰαγξούατις, πόλις Λιβύων· Ἐκ. Ἀσίᾳ. Ὁ πολίτης Ἰαγξουατίτης· Αἰγυπτίων γὰρ καὶ Αἰθιόπων ὁ χαρακτήρ.

321.

St. B. Μῶλυς, Λίβυσσα πόλις· Ἐκ. περιηγήσει Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν Μωλύτης, τῷ τύπῳ τῶν Λιβυσσῶν πόλεων, καὶ Μωλυάτης.

322.

St. B. Στοῖαι, πόλις Λιβύης, ὡς Ἐκ. περιηγήσει αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν Στοιητής.

308.

Hybele, urbs circa Carthaginem.

309.

Canthelia, urbs circa Carthaginem, de qua Hecatæus in Asia. Herodotus.

310.

Canthele, urbs Libyphœnicum, et sic quoque Hecatæus.

311.

Cybus, urbs Ionum in Libyphœnicia. Hec. : « Et portus, promontorium, et Cybo. » Civis, Cybites, uti Sabites a Sabo; vel Cyboites, quemadmodum a Buto Butoites.

312.

Calamenthe, quæ et Calaminthe, urbs Libyæ. Hec. in orbis descriptione. Melius apud Herodotum (Herodorum?) per ι scribitur: urbs Phœnicum.

313.

Gaulus, insula prope Carthaginem, cujus meminit Hec. in orbis descriptione. Insulanus, Gaulites.

314.

Eudipne, insula Libyæ Phœnicum, teste Hecatæo in Libyæ descriptione. Gentile, Eudipnæus, uti Lernæus.

315.

Phœnicussæ, duæ insulæ in Libyco sinu juxta Carthaginem, ut Hecatæus descriptione Libyæ. Insulares, Phœnicussæi. Est etiam urbs Phœnicum in Syria Phœnicussæ, ut idem in Asia.

316.

Phaselussæ, duæ insulæ Libyæ, prope Sirim fluvium. Hecatæus Libyæ descriptione. Insulares, Phaselussæi, ut Scotussæi.

317.

Hieraphe, uti Anaphe, insula Libyæ, de qua Hec.

318.

Dulônpolis, s. Servorum urbs, in Libya est, auctore Hec. Et si servus in hanc urbem lapidem intulerit, exit servitio, licet fuerit peregrinus.

319.

Cremmyon.... Est quoque Crommyon, urbs Libyæ, per ο, de qua Hec. Gentile, Crommyonius et Crommyonia.

320.

Ianxuatis, oppidum Libyæ, de qua Hec. Oppidanus, Ianxuatita. Est enim hæc Ægyptiorum et Æthiopum forma.

321

Molys, urbs Libyca, de qua Hecatæus in Libyæ descriptione. Gentile, Molyta juxta formam Libycarum urbium, et Molyata.

322.

Stœæ, urbs Libyæ, ut Hecatæus ejus descriptione. Gentile, Stœetes.

Digitized by Google

323.

St. B. Στρώη, πόλις Λιβύης, ὡς Ἑκ. Ἀσίας περιηγήσει. Τὸ ἐθνικὸν Στρωαῖος ἢ Στρωΐτης.

324.

St. B. Μεταγώνιον, πόλις Λιβύης· Ἑκ. Ἀσίᾳ. Θηλυκῶς δὲ ταύτην φασί. Τὸ ἐθνικὸν Μεταγωνίτης.

325.

St. B. Θρίγκη, πόλις περὶ τὰς στήλας· Ἑκ. Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Θριγκαῖος, ὡς Τρικκαῖος.

326.

St. B. Θίγγη, πόλις Λιβύης, Ἑκ. περιηγήσει. Τὸ ἐθνικὸν Θίγγιος.

327.

St. B. Μέλισσα, πόλις Λιβύων· Ἑκ. Ἀσίᾳ. Ὁ οἰκήτωρ Μελισσαῖος· ἡ χώρα Μελισσαία.

328.

Herodian. Περὶ μονήρ. λέξεως l. I, p. 31 : Δούριζα λίμνη παρὰ τὸν Λίζαν ποταμόν. Ἑκαταῖος περιηγήσει Ἀσίας· « τῇ δὲ λίμνῃ Δούριζα ὄνομα. »

329.

Athen. IX, 410, E : Ὡς καὶ Ἑκαταῖος δηλοῖ ἢ ὁ γεγραφὼς τὰς περιηγήσεις ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐπιγραφομένῃ· « Γυναῖκες δὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσι χειρόμακτρα. »

330.

St. B. Εὐέλγεια, πόλις. Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει.

331.

Herodian. Περὶ μον. λέξεως, l. I, p. 13 s. v. Ἄρουρα : Κόλουρα· ἔστι δὲ πόλεως ὄνομα παρ' Ἑκαταίῳ· « Δοκέω δὲ μάλιστα παρὰ Κολούραν, ἵνα πρηνῆς ἔζοντο. »

ΓΕΝΕΗΛΟΓΙΑΙ.

LIBER PRIMUS.

332.

Demet. De elocut. § 2 : Βούλεται μέντοι διάνοιαν, οἷον ὡς Ἑκαταῖός φησιν ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἱστορίας· « Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται. » Cf. idem § 12 : Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται· τάδε γράφω, ὡς « μοι ἀληθέα δοκέει εἶναι· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι « πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσίν. »

333.

Steph. Byz. Φάλαννα, πόλις Περῥαιβίας ἀπὸ Φαλάννης τῆς Τύρου θυγατρός. Ἑκαταῖος ἱστοριῶν πρώτῳ Ἱππίαν αὐτὴν καλεῖ, καὶ Ἔφορος Φάλαννον αὐτὴν καλεῖ ἐν τῷ τετάρτῳ.

334.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 266 ; « Οἱ ἀπὸ Δευκα- « λίωνος τὸ γένος ἔχοντες ἐβασίλευον Θεσσαλίας, » ὥς φησιν Ἑκαταῖος καὶ Ἡσίοδος. Ἡ Θεσσαλία δὲ Πελασγία ἐκαλεῖτο ἀπὸ Πελασγοῦ τοῦ βασιλεύσαντος.

In exposito Deucalionidarum genere mentionem injectam esse existimo Phalannæ atque Itoniæ, deinde memoratis iis, qui in Thessalia remanserant, transisse ad reliquos ejusdem stirpis, qui e Thessalia in alias terras transierint ibique regium adepti sint honorem. Et primo quidem eum eorum res gestas exposuisse probabile est, qui ab Hellene Deucalionis filio erant oriundi. Ab Hellenis filio Doro Dorienses appellati sunt, quorum si terram circa Pindi montes sitam adumbraturus erat, injicienda ei erat Amphanarum

---

323.

Stroe, urbs Libyæ, ut Hec. Gentile, Stroæus vel Stroites.

324.

Metagonium, urbs Libyæ, de qua Hecatæus in Libya. Genere feminino hæc aliquando affertur. Gentile, Metagonita.

325.

Thrince, urbs circa columnas, de qua Hec. Gentile, Trincæus, uti Triccæus.

326.

Thinge, urbs Libyæ, de qua Hec. Gentile, Thingius.

327.

Melissa, urbs Libyum, de qua Hec. Incola, Melissæus. Regio, Melissæa.

328.

Duriza, lacus ad Lizam fluvium. Hec. : « Hic lacus Duriza nominatur. »

329.

Quemadmodum etiam Hecatæus declarat, aut quicunque auctor est illarum Descriptionum quæ in libro continentur qui *Asia* inscribitur : « Mulieres autem in capite gestant mantilia. »

330.

Euelgia, oppidum, de quo Hecatæus.

331.

Colura, est urbis nomen apud Hecatæum : « Puto vero maxime prope Coluram, ubi proni considebant. »

GENEALOGIÆ.

LIBER PRIMUS.

332.

Hecatæus initio Historiæ : « Hecatæus Milesius ita narrat : hæc scribo, ut mihi vera esse videntur; Græcorum enim narrationes multæ et ridiculæ, ut equidem puto, sunt. »

333.

Phalanna, urbs Perrhæbiæ a Phalanne, Tyri filia. Hecatæus Historiarum primo Hippiam eam vocat, Ephorus autem libro quarto Phalannum.

334.

« Qui a Deucalione originem ducebant reges erant Thes-

Digitized by Google

urbis mentio, quam habes fr. 335 : deinde si Doriensium expeditionem in Cariam enarravit, Meliæ Caricæ urbis commemorandæ occasionem habebat (fr. 336). Frater Dori erat Æolus, pater Athamantis, qui Phrixum (fr. 337), et Crethei, qui Æsonem et Peliam genuit, quorum ille pater Iasonis erat, cujus mentio ansam dedit ad enarrandam Argonautarum expeditionem (fr. 338, 339). Ab altero Crethei filio Amythaone originem duxit Amphiaraus (fr. 340). Quibus exhibitis regressus videtur ad Deucalionem aliumque ejus recensuisse filium Orestheum qui in Ætoliam migravit, deinde fata regum Ætolorum, Tydeum Argos profectum, Diomedem Argivorum regem, Œneum a filiis Agrii ejectum Œnæque conditorem (fr. 341—343). Num Pelasgum etiam, cujus meminit scholiastes, ex Hecatæo receperit, incertum.

335.

Steph. Byz. Ἀμφαναί, πόλις Δωρική· Ἑκαταῖος ἐν πρώτῃ γενεαλογιῶν.

336.

Steph. Byz. Μελία, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος γενεαλογιῶν πρώτῳ.

337.

Schol. Apollon. Rhod. I, 256 : Ὅτι δὲ ἐλάλησεν ὁ κριός, καὶ Ἑκαταῖός φησιν.

338.

Schol. Apollon. Rhod. I, 551 : Ἔστι δὲ ἱερὸν Ἀθηνᾶς Ἰτωνίδος ἐν Κορωνείᾳ τῆς Βοιωτίας. Ὁ μέντοι Ἀπολλώνιος οὐκ ἂν λέγοι ἐπὶ τῇ κατασκευῇ τῆς Ἀργοῦς Ἰτωνίδα τὴν Ἀθηνᾶν ἀπὸ τῆς ἐν Κορωνείᾳ Ἰτωνίδος, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τῆς ἐν Θεσσαλίᾳ Ἰτωνίας, περὶ ἧς Ἑκαταῖός τε ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν λέγει.

339.

Schol. Apollon. Rhod. IV, 259 : Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐκ τοῦ Φάσιδος διελθεῖν εἰς τὸν Ὠκεανὸν, εἶτα ἐκεῖθεν εἰς τὸν Νεῖλον, ὅθεν εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν. De Argonautis.

340.

Ælian. Nat. anim. XIII, 22 : Τέσσαρες δὲ καὶ εἴκοσι τῷ βασιλεῖ φρουροὶ παραμένουσιν ἐλέφαντες ἐκ διαδοχῆς, ὥσπερ οἱ φύλακες οἱ λοιποί· καὶ αὐτοῖς παίδευμα τὴν φρουρὰν οὐ κατανυστάξαι· διδάσκονται γάρ τοι σοφίᾳ τινὶ Ἰνδικῇ καὶ τοῦτο. Καὶ λέγει μὲν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος « Ἀμφιάρεω τὸν Οἰκλέους κατακοιμίσαι τὴν φυλακὴν καὶ ὀλίγου παθεῖν ὅσα λέγει. » Οὗτοι δὲ ἄρα ἄγρυπνοι καὶ ὕπνῳ μὴ ἡττώμενοι, πιστότατοι τῶν ἐκεῖθι φυλάκων μετά γε τοὺς ἀνθρώπους εἰσί.

341.

Athen. II, init., p. 35 : Ἑκαταῖος δ' ὁ Μιλήσιος τὴν ἄμπελον ἐν Αἰτωλίᾳ λέγων εὑρεθῆναι, φησὶ καὶ τάδε· « Ὀρεσθεὺς ὁ Δευκαλίωνος ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν « ἐπὶ βασιλέα, καὶ κύων αὐτῷ στέλεχος ἔτεκε· καὶ « ὃς ἐκέλευσε αὐτὸν κατορυχθῆναι· καὶ ἐξ αὐτοῦ ἔφυ « ἄμπελος πολυστάφυλος. Διὸ καὶ τὸν αὐτοῦ παῖδα Φύ- « τιον ἐκάλεσε. Τούτου δ' Οἰνεὺς ἐγένετο, κληθεὶς ἀπὸ « τῶν ἀμπέλων· οἱ γὰρ παλαιοί, » φησὶ, « Ἕλληνες « οἴνας ἐκάλουν τὰς ἀμπέλους. Οἰνέως δ' ἐγένετο Αἰ- « τωλός. » — Pro ἐπὶ βασιλέα scribendum videtur ἐπὶ βασιλείᾳ.

342.

Æl. Herodian. Περὶ μονήρους λέξεως II, p. 41, s. v. Ἀσκός : Ἑκαταῖος· « Ἴων δὲ πρεσβύτερος Λο- « κρὸς ἦν Φύσκου παῖς. » Quod Ionem Locrum dixit Hecatæus, hoc non intelligo. Fortasse legendum : Λοκροῦ, ut frater Locri natu major fuisse narretur.

---

saliæ, » ut Hec. dicit et Hesiodus. Thessalia vero Pelasgia appellabatur a Pelasgo rege.

335.

Amphanæ, urbs Dorica.

336.

Melia, urbs Cariæ.

337.

Phrixi arietem locutum esse etiam Hec. narrat.

338.

Est vero templum Minervæ Itonidis Coroneæ in Bœotia. Sed Apollonius in Argus instructione Itonidem Minervam non dixerit ab illa, quæ Coroneæ est, Itonide, sed potius ab Itonia in Thessalia, de qua Hecatæus quoque memorat in libro primo Historiarum.

339.

Hecatæus Milesius Argonautas e Phaside pervenisse dicit in Oceanum, deinde ex illo in Nilum, inde in mare Mediterraneum.

340.

Viginti quatuor elephanti huic regi (Indorum) permanent custodes alternis vigiliis, alii aliis in stationem succedentes, tanquam ceteri custodes ; et sapientia quadam Indica ad vigiliarum disciplinam erudiuntur, ne inter custodias somnum capiant. Hecatæus quidem Milesius « Amphiaraum Oiclis filium scribit somno oppressum neglexisse custodiam, et tantum non ea passum esse quæ dicit. » At elephanti ad vigilias agendas præstantissimi excubitores, et a somno invictissimi, secundum homines fidissimi illic sunt.

341.

Hecatæus Milesius, vitem in Ætolia primum inventam tradens, hæc scribit : « Orestheus, Deucalionis filius, cum in Ætoliam venisset occupandi regni causa, canis ei caudicem peperit. Quem cum ille defodi jussisset, enata ex eo vitis est uvis onusta. Inde filium suum *Phytium* (quasi *vitis satorem*) nominavit : quo genitus est Œneus, a vino nomen nactus : nam veteres Græci, ait, vites οἴνας dicebant. Œnei vero filius Ætolus fuit. »

342.

Hecatæus : « Ion, frater Locri natu major, erat Physci filius. »

Digitized by Google

343.

Steph. Byz. Οἴνη, πόλις Ἄργους· Ἑκαταῖος Ἱστοριῶν πρώτῳ.

LIBER SECUNDUS.

344.

Steph. Byz. Ψωφίς. Ἑκαταῖος γενεαλογιῶν δευτέρῳ· « Κάπρος ἦν ἐν τῷ ὄρει καὶ Ψωφιδίους κακὰ πολλ' ἔοργεν. » Multas res ab Hercule gestas narravit Hecatæus, quæ mihi secundo huic libro videntur assignanda, a quibus eum ad fata Heraclidarum perrexisse probabile est. Nihil enim Psophidi cum Amazonibus, quæ utræque ex hoc libro repetuntur (cf. fr. 351) est commune nisi Herculis facta.

345.

Pausan. VIII, 4, 6 : Ἀλεῷ δὲ ἄρσενες μὲν παῖδες Λυκοῦργός τε καὶ Ἀμφιδάμας καὶ Κηφεύς, θυγάτηρ δὲ ἐγένετο Αὔγη. Ταύτῃ « τῇ Αὔγῃ » τῷ Ἑκαταίου λόγῳ « συνεγένετο Ἡρακλῆς, ὁπότε ἀφίκοιτο ἐς Τεγέαν· τέλος δὲ καὶ ἐφωράθη τετοκυῖα ἐκ τοῦ Ἡρακλέους, καὶ αὐτὴν ὁ Ἀλεὸς ἐσθέμενος δμοῦ τῷ παιδὶ ἐς λάρνακα ἀφίησιν ἐς θάλασσαν· καὶ ἡ μὲν ἀφίκετο ἐς Τεύθραντα δυνάστην ἄνδρα ἐν Καΐκου πεδίῳ, καὶ συνῴκησεν ἐρασθέντι τῷ Τεύθραντι. » — Cf. VIII, 47, 3 : Ἔστι δὲ ἐν τοῖς πρὸς ἄρκτον τοῦ ναοῦ κρήνη, καὶ ἐπὶ ταύτῃ βιασθῆναι τῇ κρήνῃ φασὶν (οἱ Τεγεᾶται) Αὔγην ὑπὸ Ἡρακλέους, οὐχ ὁμολογοῦντες Ἑκαταίῳ τὰ ἐς αὐτήν.

346.

Pausan. III, 25, 5 : Ἐποίησαν δὲ Ἑλλήνων τινὲς ὡς Ἡρακλῆς ἀναγάγοι ταύτῃ τοῦ Ἅιδου τὸν κύνα, οὔτε ὑπὸ γῆν ὁδοῦ διὰ τοῦ σπηλαίου φερούσης, οὔτε ἕτοιμον ὂν πεισθῆναι θεῶν ὑπόγαιον εἶναί τινα οἴκησιν, ἐς ἣν ἀθροίζεσθαι τὰς ψυχάς· ἀλλὰ Ἑκαταῖος μὲν ὁ Μιλήσιος λόγον εὗρεν εἰκότα, « ὅφιν φήσας ἐπὶ Ταινάρῳ τραφῆναι δεινὸν, κληθῆναι δὲ Ἅιδου κύνα, ὅτι ἔδει τὸν δηχθέντα τεθνάναι παραυτίκα ὑπὸ τοῦ ἰοῦ· καὶ τοῦτον ἔφη τὸν ὄφιν ὑπὸ Ἡρακλέους ἀχθῆναι παρ' Εὐρυσθέα. »

347.

Ælian. Nat. animal. IX, 23 : Τὴν μὲν ὕδραν τὴν Λερναίαν, τὸν ἆθλον τὸν Ἡράκλειον, ἀδέτωσαν ποιηταὶ καὶ μύθων ἀρχαίων συνθέται, ὥνπερ οὖν καὶ Ἑκαταῖος ὁ λογοποιός ἐστιν.

348.

Strab. VIII, p. 524 : Ἑκαταῖος δ' ὁ Μιλήσιος ἑτέρους λέγει τῶν Ἠλείων τοὺς Ἐπειούς· « τῷ γοῦν Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι τοὺς Ἐπειοὺς ἐπὶ Αὐγείαν καὶ συνανελεῖν αὐτῷ τόν τε Αὐγείαν καὶ τὴν Ἦλιν. Φησὶ δὲ καὶ τὴν Δύμην Ἐπειΐδα καὶ Ἀχαΐδα. »

349.

Arrian. Exped. Alexandri II, 16 : « Γηρυόνην δὲ, ἐφ' ὅντινα ὁ Ἀργεῖος Ἡρακλῆς ἐστάλη πρὸς Εὐρυσθέως, τὰς βοῦς ἐπελάσαι τὰς Γηρυόνου καὶ ἀγαγεῖν ἐς Μυκήνας, οὐδέν τι προσήκειν τῇ γῇ τῶν Ἰβήρων, » Ἑκαταῖος ὁ λογοποιὸς λέγει, « οὐδὲ ἐπὶ νῆσόν τινα Ἐρύθειαν ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης σταλῆναι Ἡρακλέα· ἀλλὰ τῆς ἠπείρου τῆς περὶ Ἀμβρακίαν τε καὶ Ἀμφιλόχους βασιλέα γενέσθαι Γηρυόνην καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου ταύτης ἀπελάσαι Ἡρακλέα τὰς βοῦς, οὐδὲ τοῦτον φαῦλον ἆθλον τιθέμενον. »

343.

Œne, urbs Argorum, auctore Hecatæo libro primo Historiarum.

LIBER SECUNDUS.

344.

Aper erat in monte, et Psophidiis multa mala fecit.

345.

Mares habuit liberos Aleus Lycurgum, Amphidamantem et Cepheum : filiam Augen. « Cum hac (quod scriptum Hecatæus reliquit) Hercules concubuit, quoties venerit Tegeam. Id ubi ex puerperio filiæ rescivit Aleus, puerum cum matre in arcam conclusos in mare abjecit. Delata est arca ad Teuthrantem pollentem dominatu hominem in campis ad Caicum amnem. Is puellæ forma allectus, eam sibi matrimonio junxit. « Ad eam templi partem, quæ ad Aquilonem spectat, fons est : prope quem vitiatam ab Hercule Augen ferunt Tegeatæ : quod tamen ab iis, quæ Hecatæus hac de re scripsit, discrepat.

346.

Hac Græcorum nonnulli versibus prodiderunt ab Hercule Plutonis canem extractum, quum neque meatus omnino ullus per eam specum subter terram subeat, neque veri omnino cuiquam simile videri possit, deorum ulla esse subterranea regna, quo animæ conveniant. Hecatæus quidem Milesius rem non absurdam commentus est; « in ea caverna immanem ac tetrum serpentem lustrum habuisse, qui sit idcirco inferorum canis dictus, quod, quem morsu impetisset, subita eum veneni vi mori statim necesse esset. Eum serpentem ab Hercule ad Eurystheum pertractum. »

347.

Hydram Lernæam, Herculis certamen, decantent poetæ et veterum fabularum auctores, quorum e numero est Hecatæus veterum historiarum scriptor.

348.

Hecatæus Milesius Eleos ab Epeis diversos facit : scribitque « Epeos Herculi in expeditione contra Augeam adfuisse, inque perdendo Augea et Elide operam navasse : Dymen quoque tam ad Epeos quam ad Achæos pertinuisse. »

349.

Geryonem vero, adversus quem Hercules Argivus ab Eurystheo missus, ut boves Geryonis abreptas Mycenas duceret, nihil ad Iberorum regionem pertinere Hecatæus veterum historiarum scriptor tradit, neque ad insulam ullam Erythiam in Oceano sitam missum fuisse : sed Geryonem continentis, quæ circa Ambraciam et Amphilochos est, regem fuisse : atque ex hac continente Herculem boves abduxisse, neque parvum hunc etiam laborem judicasse.

Digitized by Google

350.

Steph. Byz. Χαδισία, πόλις Λευκοσύρων. Ἑκαταῖος γενεαλογιῶν δευτέρῳ· « ἡ δὲ Θεμισκύρη πεδίον ἐστὶν ἀπὸ Χαδισίης μέχρι Θερμώδοντος. »

351.

Schol. Apollon. Rhod. II, 1003, de Amazonibus: Χαδησίας δὲ αὐτὰς εἶπεν Ἑκαταῖος, ἀπὸ τοῦ χαδῆσαι.

352.

Schol. Apoll. Rhod. II, 948: Narraverat Andro Teius Amazonem quandam vino assuetam appellatam esse Sanapen, ex qua ab Apolline Syrum genitum esse narraverit Philostephanus: ἐπεὶ δὲ οἱ μέθυσοι Σανάπαι λέγονται παρὰ Θρᾳξὶν (ᾗ διαλέκτῳ χρῶνται καὶ Ἀμαζόνες), κληθῆναι τὴν πόλιν· ἔπειτα κατὰ φθορὰν Σινώπη· « ἡ δὲ μέθυσος Ἀμαζὼν « ἐκ τῆς πόλεως παρεγένετο πρὸς Λυτίδαν, » ὥς φησιν Ἑκαταῖος.

353.

Longin. Περὶ ὕψους c. 27: Ἔτι γε μὴν ἔσθ' ὅτε περὶ προσώπου διηγούμενος ὁ συγγραφεὺς, ἐξαιφνῆς παρενεχθεὶς εἰς τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἀντιμεθίσταται. — Διὸ καὶ ἡ πρόχρησις τοῦ σχήματος τότε ἡνίκα ὀξὺς ὁ καιρὸς ὢν διαμέλλειν τῷ γράφοντι μὴ διδῷ, ἀλλ' εὐθὺς ἐπαναγκάζῃ μεταβαίνειν ἐκ προσώπων εἰς πρόσωπα· ὡς καὶ παρὰ τῷ Ἑκαταίῳ· « Κῆυξ δὲ ταῦτα « δεινὰ ποιούμενος, αὐτίκα ἐκέλευε τοὺς Ἡρακλείδας « ἐπιγόνους ἐκχωρεῖν· Οὐ γὰρ ὑμῖν δυνατός εἰμι ἀρήγειν· ὡς μὴ ὧν αὐτοί τε ἀπόλησθε κἀμὲ τρώσητε, « ἐς ἄλλον τινὰ δῆμον ἀποίχεσθαι. » Ionismum restituit Creuzerus (p. 54), qui non bene omisit ἐπιγόνους. Videtur in iis, quæ antecesserunt, sermo fuisse de Hercule, cujus ἐπίγονοι sunt Heraclidæ. Notum est Eurystheum bellum Ceyci esse minatum (Apollod. II, 8, init.).

354.

Harpocration.: Ἀδελφίζειν, ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν, παρ' Ἰσοκράτους ἐν Αἰγινητικῷ καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐν δευτέρῳ ἡρωελεγείῳ. — Zonar. Ἀδελφίζειν ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν· οὕτως Ἰσοκράτης καὶ ὁ Μιλήσιος Ἑκαταῖος καὶ Ἀπολλοφάνης ἐχρήσαντο. — Suid. Ἀδελφειός — καὶ ἀδελφίζειν ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν· οὕτως Ἰσοκράτης καὶ ὁ Μιλήσιος Ἑκαταῖος. Mirum est, si quis in loco Harpocrationis vocem ἡρωελεγείῳ tuetur, quæ in ætate Hecatæi Milesii ne excogitari quidem potuit. Emendandum est sive γενεαλογιῶν, quod G. I. Vossius (De hist. Gr. p. 439), sive ἡρωΐκῶν γενεαλογιῶν, quod Sevinius proposuit, sive ἡρώων γενεαλογιῶν, vel tale quid.

LIBER TERTIUS.

355.

Athen. IV, p. 148: Ἀρκαδικὸν δὲ δεῖπνον διαγράφων ὁ Μιλήσιος Ἑκαταῖος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν γενεαλογιῶν « μᾶζάς φησιν εἶναι καὶ ὕεια κρέα. »

356.

Strab. VII, p. 494: Ἑκαταῖος μὲν οὖν ὁ Μιλήσιος περὶ τῆς Πελοποννήσου φησὶν, ὅτι πρὸ τῶν Ἑλλήνων ὤκησαν αὐτὴν βάρβαροι. Σχεδὸν δέ τι καὶ ἡ σύμπασα Ἑλλὰς κατοικία βαρβάρων ὑπῆρξε τὸ παλαιὸν, ἀπ' αὐτῶν λογιζομένοις τῶν μνημονευομένων.

357.

Schol. Eurip. Orest. 869: Ἡ πολλὴ δόξα κατέχει μὴ ἐλθεῖν τὸν Αἴγυπτον εἰς Ἄργος, καθάπερ ἄλλοι τε φασὶ καὶ Ἑκαταῖος γράφων οὕτως· « ὁ δὲ Αἴγυπτος αὐτὸς μὲν οὐκ ἦλθεν εἰς Ἄργος· λέγεται δέ τις « ἐν Ἄργει πρὼν, ὅπου δικάζουσιν Ἀργεῖοι. »

350.

Chadisia, urbs Leucosyrorum. Hec.: « Themiscyre vero campus est a Chadisia ad Thermodontem usque. »

351.

Chadesias vero eas vocat Hecatæus a χαδῆσαι (i. e. *capacem esse*).

352.

Quum vero ebrii apud Thraces (quorum dialecto etiam Amazones utuntur) Sanapæ vocarentur, inde urbem nomen accepisse, quod postea depravatum in *Sinope* abisset. « Amazon autem vino dedita illa venit ad Lytidam, » ut ait Hecatæus.

353.

Præterea est ubi de quadam persona narrans scriptor, repente abreptus in eandem illam personam se convertit. — Quare et oportet uti hac figura tunc, cum brevitas temporis non permittit scriptori cunctari, sed eum statim cogit transire a personis aliis ad alias personas. Ut etiam apud Hecatæum, « Ceyx autem, hæc moleste ferens, pro« tinus jussit, ut Heraclidæ illius posteri emigrarent: Ne« que enim vobis possum opem ferre: ut igitur non ipsique « pereatis, et mihi damnum inferatis, ad alium quendam « populum abite. »

354.

Ἀδελφίζειν, id est, fratrem appellare, apud Hecatæum Milesium.

LIBER TERTIUS.

355.

Arcadicam vero cœnam describens Milesius Hecatæus, « mazas esse ait et carnem suillam. »

356.

De Peloponneso Hecatæus Milesius tradit, « eam ante Græcos fuisse habitatam a barbaris. » Verum fere tota Græcia antiquitus barbarorum fuit sedes, quod ex his ratiocionari licet, quæ memoriæ prodita sunt.

357.

Vulgaris opinio est non venisse Ægyptum Argos, ut inter alios etiam Hecatæus dicit his verbis: « Ægyptus vero ipse non venit Argos. Est autem ibi hujus nominis promontorium, ubi judicia exercent Argivi. »

Digitized by Google

358.

Æl. Herodian. περὶ μονήρ. λέξεως I, p. 8, s. v. Ἀθηνᾶ:.. Καὶ ἡ Δανᾶ οὕτως εἴρηται παρ' Ἑκαταίῳ· « τῇ Δανᾷ μίσγεται Ζεύς ». ἴσμεν ὅτι τοῦτο παρ' Ἡσιόδῳ καὶ ἐν τῇ γενεᾷ 359. τῶν Φοινίκων ὡς αὐ. Pollux I, 5, 50: Τὸ δὲ Χειρογάστορες Ἑκαταῖος λεγέτω. Probabile est, quod Creuzerus (p. 71 sq.) existimavit, ad hoc referendum esse locum Strabonis VIII, p. 572: « τῇ μὲν οὖν Τίρυνθι ὁρμητηρίῳ χρήσασθαι δοκεῖ Προῖτος καὶ τειχίσαι διὰ Κυκλώπων· οὓς ἕπτα μὲν εἶναι, καλεῖσθαι δὲ γαστερόχειρας, τρεφομένους ἐκ τῆς τέχνης· ἥκειν δὲ μεταπέμπτους ἐκ Λυκίας καὶ ἴσως τὰ σπήλαια τὰ περὶ τὴν Ναυπλίαν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἔργα τούτων ἐπώνυμά ἐστιν. »

360.

Schol. Venet. Hom. Iliad. O, 302: Ὁ δὲ Σοφοκλῆς ἰσοσυλλάβως· Μύνου τ' Ἐπιστρόφου γε. Μύκητά τε καὶ Μύκην, εἰ καὶ πολλὰ σημαίνει ἡ λέξις· καὶ ὅτι οὐ τὸ μέτρον αἴτιόν ἐστι, δῆλός ἐστιν Ἑκαταῖος οὕτω κλίνας, φησὶ γάρ· « καὶ ἐπαφήσας τὸν κολεὸν τοῦ ξίφεος, τὸν μυκῆν εὗρεν ἀποπεπτωκότα. » Mycenæ jussu Mercurii nomen acceperunt ἀπὸ μύκητος τοῦ ξίφους, ὃ ἐφόρει Περσεύς.

361.

Bekker. Anecd. I, p. 783: « Τῶν στοιχείων εὑρέτην » ἄλλοι τε καὶ Ἔφορος Κάδμον λέγουσι. Ἐπιμαρτυροῦσι τούτοις καὶ οἱ Μιλησιακοὶ συγγραφεῖς Ἀναξίμανδρος καὶ Διονύσιος καὶ Ἑκαταῖος, οὓς καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν νεῶν καταλόγῳ παρατίθεται. Cum tertius Genealogiarum liber uno tantum loco, in rebus Arcadicis, citetur, incertum est num recte ei hæc fragmenta tribuerim. Cum vero quæ de Deucalionidis dicenda erant, sane suffecerint explendo libro primo, neque hoc magis quam Herculis et Heraclidarum res libro secundo, probabile videtur, res Peloponnesiacas tertio fuisse assignatas. Quorum principium optime tenent res Arcadum, quas ibi tractatas esse scimus (fr. 355): præterea de omnibus Peloponnesi incolis dictum esse probabile est (fr. 356): deinde de regia stirpe Argivorum, quæ ab Inaco et Io oriunda erat, et in hac de Ægypto et Danao (fr. 357), de Danae (fr. 358), de Prœto (fr. 359), de Perseo (fr. 360). Ab Io puella etiam Cadmus, filius Agenoris, quem Neptunus e Libya, Epaphi filia, genuit, originem repetebat: itaque transeundum erat ad hunc ejusque res in Bœotia gestas. Ibique eum propter viciniam res Athenienſium tractavisse Tyrsenorumque Pelasgorum mentionem fecisse, putari potest (fr. 362) quam quam nullum ego habeo, quo hoc probem, argumentum.

362.

Herodot. VI, 137: Πελασγοί, ἐπεί τε ἐκτὸς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐξελάθησαν, εἴτε ὦν δὴ δικαίως εἴτε ἀδίκως, τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχω φράσαι, πλὴν τὰ λεγόμενα, ὅτι Ἑκαταῖος μὲν ὁ Ἡγησάνδρου ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι λέγων ἀδίκως· « ἐπεί τε γὰρ ἴδεῖν τοὺς Ἀθηναίους τὴν χώρην, τήν σφισι ὑπὸ τὸν Ὑμησσὸν ἐοῦσαν ἔδοσαν οἰκῆσαι, μισθὸν τοῦ τείχεος τοῦ περὶ τὴν ἀκρόπολίν κοτε ἑληλαμένου· ταύτην ὡς ἴδεῖν τοὺς Ἀθηναίους ἐξεργασμένην εὖ, τὴν πρότερον εἶναι κακήν τε καὶ τοῦ μηδενὸς ἀζίην, λαβεῖν φθόνον τε καὶ ἵμερον τῆς γῆς, καὶ οὕτω ἐξελαύνειν αὐτοὺς οὐδεμίην ἄλλην πρόφασιν προϊσχομένους τοὺς Ἀθηναίους. » ὡς δὲ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι, δικαίως ἐξελάσαι. Sequitur narratio de protervitate Pelasgorum, qui ad Hymettum habitantes vi puellas Atticas quotidie aquatum ad Enneacrunum fontem venientes compresserint, quibus expositis ita finem facit Herodotus: ἐκεῖνα μὲν δὴ Ἑκαταῖος ἔλεξε, ταῦτα δὲ Ἀθηναῖοι λέγουσι.

LIBER QUARTUS.

363.

St. B. Μύγισοι, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος τετάρτῃ γενεαλογιῶν.

358.

Dana *pro Danae* dicitur apud Hecatæum: « Cum Dana concumbit Jupiter. »

359.

Illud χειρογάστορες Hecatæus dicat. — Receptaculi atque arcis loco Tirynthem habuisse fertur Prœtus, operaque Cyclopum munivisse: quos aiunt numero fuisse septem, Chirogasteres appellatos, quasi si Manuventres diceres, quod sua arte victum sibi quærerent, venisse autem accitos e Lycia: ac fieri potuit, ut, quæ apud Naupliam sunt speluncæ et opera in iis, nomina ab his Cyclopibus habeant.

360.

Hecatæus dicit: « Atque ensis vaginæ manum admovens, μυκῆν (capuli capitulum, i, e. illud quod in ima capuli parte fungi simile vaginam tegebat) excidisse reperit.

361.

Litterarum inventorem et alii et Ephorus Cadmum dicunt. Quod testimoniis suis confirmant etiam scriptores Milesii, Anaximander, Dionysius, Hecatæus, quos etiam Apollodorus in navium recensu apponit.

362.

Pelasgi posteaquam ex Attica ab Atheniensibus exacti sunt, sive jure, sive injuria: nam de hoc nihil habeo præter relata, quia Hecatæus Hegesandri filius in historiis ait injuria: Athenienses enim quum viderent regionem, quam illis sub Hymetto habitandam dederant, mercedem muri circa arcem ducti, bene excultam, quum prius mala fuisset et nullius pretii, livore captos fuisse et amore terræ habendæ; et ita exegisse illos, nullam aliam speciem prætexentes Athenienses. » Ipsi vero Athenienses jure se illos expulisse contendunt.

LIBER QUARTUS.

363.

Mygisi, urbs Cariæ.

Digitized by Google

364.

St. B. Τρεμίλη — ἡ Λυκία ἐκαλεῖτο οὕτως —. Τρεμιλεῖς — Ἑκαταῖος Τρεμίλας αὐτοὺς καλεῖ ἐν τετάρτῃ γενεαλογιῶν.

FRAGMENTA INCERTI LOCI.

365.

Joseph. Antiq. Jud. I, 4: Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἀκουσίλαος καὶ πρὸς τούτοις Ἔφορος καὶ Νικόλαος ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια. Fortasse hoc ex Abderita desumtum, quo sæpius utebatur Josephus. Hîc tamen intelligi videtur Milesius, cum inter antiquissimos scriptores recenseatur Hecatæus.

366.

Etymol. M. p. 203: Γέγειος, ὁ ἀρχαῖος· παρ' Ἑκαταίῳ. Sequentia ad Callimachum pertinent: v. G. Dindorf. ad HSt. Thes. v. Γέγειος.

367.

Etym. M. p. 596: Μέτασσαι, μεσαίταται. Δύνανται δὲ καὶ οὕτως ἐπίσσας λέγεσθαι Ἰωνικῶς· παρ' Ἑκαταίῳ ἔστιν ἐπίσσαι, αἱ ἐπιγιγνόμεναι τοῖς προγόνοις.

368.

Schol. Hom. Il. Ω, 228: Ἀρίσταρχος δέ φησι τὴν κιβωτὸν λέξιν νεωτέραν εἶναι· ἀγνοεῖ δὲ ὅτι καὶ Σιμωνίδης καὶ Ἑκαταῖος μέμνηται αὐτῆς.

369.

Æl. Herodian. π. μον. λέξ. II, p. 39: Κρέας· παρ' Ἑκαταίῳ ἔστι· «τὰ δέατα περιτετημένοι.» Ἀλλ' οὐ συνηθές ἐστι λέγειν δέας.

370.

Suid. Μοιχίδιον, τὸν ἐκ μοιχοῦ γεγενημένον· οὐχ ὅτι Ἑκαταῖος, ἀλλὰ καὶ Ὑπερίδης.

371.

Phrynich. p. 218 ed. Lobeck.: Σκορπίζεται· Ἑκαταῖος μὲν τοῦτο λέγει Ἴων ὤν· οἱ δ' Ἀττικοὶ σκεδάννυνται φασί.

FRAGMENTA QUÆ FALSE TRIBUUNTUR HECATÆO.

372.

Judæos pulsos ex Ægypto averruncandæ pestilentiæ, quam dii ob sacra neglecta et peregrinorum consuetudine vitiata terræ immiserint, a Mose ductos esse in Judæam, condidisse Hierosolyma, divisos esse in duodecim tribus, a pontifice gubernatos moribusque et institutis singularibus a reliquis nationibus separatos vixisse tradidit Diodorus Siculus in medio libro quadragesimo, harumque narrationum testem protulit Hecatæum: περὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος ταῦτα ἱστόρηκεν. Phot. Biblioth. p. 380 et 381, a (ed. Bekker.). Neque tamen omnia ea desumta esse ex Hecatæo, sed e recentioribus scriptis permulta addita, inde apparet, quod Macedonici etiam imperii mentionem habet in fine hujus descriptionis. Confirmat hæc res suspicionem, Diodorum confudisse nomen Milesii Hecatæi cum Abderita grammatico Alexandrino, quem de Judæis librum scripsisse novimus ex Eusebio, Præpar. Evang. IX, 4, p. 408.

373.

Diodor. II, 47. Fabula de insula Hyperboreorum. Hanc Abderitæ tribuendam esse recte monuit Dindorf. ib. Eodem referenda quæ sunt ap. Schol. Pind. Ol. III, 28: ὁ δὲ Φερένικος τοὺς Ὑπερβορέους ἀπὸ τοῦ Τιτανικοῦ γένους φησὶν εἶναι, ὁ δὲ Ἑκαταῖος ἄλλως ἱστορεῖ· et ap. Schol. Apoll. Rh. II, 675: Ἑκαταῖος δὲ μέχρι τοῦ αὐτοῦ χρόνου εἶναί φησι τὸ τῶν Ὑπερβορείων ἔθνος· ἔστι δὲ αὐτῷ βιβλία ἐπιγραφόμενα· Περὶ τῶν Ὑπερβορείων. De insula Hyperboreorum dixit etiam Natalis Comes IX, 6, quasi Hecatæo Milesio usus. Cf. Scriptorum Catalogum, quem operi suo præfixit. Ejusdem libri meminit IX, 15.

364.

Tremile — sic vocabatur Lycia. — Tremilenses — Tremilas eos vocat Hecatæus.

FRAGMENTA INCERTI LOCI.

365.

Hesiodus, Hecatæus, Hellanicus, Acusilaus et præter hos Ephorus et Nicolaus narrant veteres vixisse ad mille annos.

366.

γέγειος, antiquus, apud Hecatæum.

367.

ἐπίσσαι apud Hecatæum natu posteriores.

368.

Voce κιβωτός (cista) usus est Hec.

369.

Quorum carnes emaciatæ et tabefactæ incipiunt putrescere et diffluere.

370.

Ex adulterio procreatum μοιχίδιον dicit Hec.

371.

σκορπίζεται (*dissipatur*) Hecatæus dicit Ionice, Attici vero dicunt σκεδάννυνται.

SPURIA.

373.

Pherenicus Hyperboreos Titanici generis esse dicit, Hecatæus vero aliter narrat.

Hecatæus usque ad sua tempora Hyperboreorum populum fuisse dicit. Est liber ejus *de Hyperboreis* inscriptus.

Digitized by Google

374.

Locos Erotiani (Glossar. in Hippocratem): Κυρβασίαν, τὴν λεγομένην τιάραν· Ἑκαταῖος δέ φησιν, ὅτι πῖλον βαρβαρικὸν οἱ κωμικοὶ λέγουσιν, et Hesychii : Ὑπ' αὐνήν· παρ' Ἑκαταίῳ Φιλητᾶς, quorum alter perobscurus est, tempore Alexandrinorum non esse antiquiores manifestum est.

375.

Natal. Com. IX, 9 : « Hecatæus Milesius libro secundo Genealogiarum longe aliam tradidit rationem, cur Lycaon et ejus filii fuerint in lupos conversi, quam explicavit postea Ovidius. Sic enim inquit : Πελασγὸς ἦν παῖς Διὸς καὶ Νιόβης· ᾧ παῖς ἦν Λυκάων ἐκ Μελιβοίης κόρης, εἶτ' οὖν Κυλλήνης, ὥς φασιν. Οὗτος ἔπειτα βασιλεὺς τῶν Ἀρκάδων καταστὰς κατὰ χρησμόν τινα ἐκ πολλῶν γάμων πολλοὺς παῖδας προσέλαβεν· ὧν Μαίναλος, Θεσπρωτὸς, σὺν Νυκτίμῳ καὶ Καύκονι Λύκος, Φθίνος τε καὶ Τηλεβόας, Αἵμων, Μαντίνους, Στύμφηλος, Κλείτωρ, Ὀρχόμενός τε καὶ ἄλλοι, οἱ πάντες ἀσεβείᾳ καὶ ὑπερηφανίᾳ ἐνίκων. Ὁ δὲ Ζεὺς χερνήτῃ εἰκασθεὶς παραγίνεται αὐτοῖς. Ὃν αὐτοὶ καλέσαντες ἐπὶ ξενίᾳ, ἕνα τῶν ἐγχωρίων παιδαρίων σφάττουσι, καὶ τὰ σπλάγχνα συμμίξαντες παρέθεντο τῇ τραπέζῃ· τοῦτο δὲ Ζεὺς ἐγνωκὼς καὶ μυσαχθεὶς τὴν μὲν τράπεζαν ἀνέτρεψεν· ὅθεν ἐκεῖνος ὁ τόπος Τραπεζεὺς ἐν Ἀρκαδίᾳ καὶ Τραπεζοῦς ἡ πόλις καλεῖται· τῶν δὲ Λυκάονος παίδων ὡς ἀσεβησάντων εἰς ξένον μετ' αὐτοῦ Λυκάονος τοὺς μὲν εἰς λύκους ἔτρεψε, τοὺς δὲ ἐκεραύνωσε. » Ficta haud dubie sunt hæc e loco Tzetzæ ad Lycophr. 481 : insunt enim quæ in brevius redactam arguant narrationem Tzetzæ, nihil tamen de Hecatæo habentis. Dixit de hac re Heynius ad Apollod. p. 263.

376.

Natal. Com. III init., p. 189 : « His rationibus [cogitationibus de regno inferorum] ad corporis voluptates pertinentibus (alias enim voluptates vulgus non percipiebat) aliisque similibus conati sunt antiqui multitudinis animos partim spe voluptatum, partim metu suppliciorum ad justitiam vitæque integritatem revocare. Sed quoniam primus omnium mortalium Pluto istas rationes excogitavit, ut sensit Hecatæus, hunc esse locorum illorum regem perhibebant, sicut ventorum Æolum, quia mutationes ventorum prior observasset. »

377.

Nat. Com. VI, 23 : « Ubi Hercules fœdus iniit cum liberis Nelei fide ultro citroque data, sue mactato super ejus testibus, et ipse et illi jurarunt atque confirmarunt juramentum insuper factum, ut scripsit in Phoroneo Hecatæus. » Phoroneum librum Hecatæi ex prava, quam in Strabonem X, p. 723, intrusit aliquis, conjectura finxere nonnulli. V. Casaub.

378.

Nat. Com. VII, 2 : « Acheloum Alcæus Oceani et Terræ filium esse sensit, ac Hecatæus Solis et Terræ. »

379.

Nat. Com. IX, 9 : « Miratus sum, cur Pausanias in Arcadicis (VIII, 6) unicam tantum filiam fuisse dicat Lycaoni inter tot mares, quam etiam inquit in gratiam Junonis fuisse sagittis transfixam (Callisto) : cum Dia etiam Dryopis mater filia ejus fuerit, ut scripsit Hecatæus. »

380.

Diog. Laert. Procem. 6, de Magis : Ἑκαταῖος δὲ λέγει καὶ γεννητοὺς τοὺς θεοὺς εἶναι κατ' αὐτούς. Diserte negari non potest, de Magis dixisse Hecatæum in Periegesi, probabilius vero in libros Abderitæ hic locus relegatur, qui de Alexandro magno scripsit. Quod enim Persica a nonnullis Milesio tribuuntur, error est illum cum Hellanico confundentium.

374.

Cyrbasiam, quam vulgo tiaram dicunt. Hecatæus vero ait comicos dicere pileum barbaricum.

375.

Pelasgus fuit Jovis et Niobes filius, qui filium Lycaonem e Melibœa suscepit, vel, ut alii putarunt, e Cyllene. Hic postea cum Arcadum imperium adeptus esset ex quodam oraculi responso, multosque filios e variis nuptiis suscepisset, cum esset ipse impius, impios quoque filios habuit : inter quos fuit Mænalus, Thesprotus, cum Nyctimo et Caucone Lycus, Phthinus, Teleboas, Hæmon, Mantinus, Stymphelus, Cletor, Orchomenus et alii. Omnium igitur horum ingens erat improbitas et temeritas : siquidem vel Jovi in pauperem operarium verso, quem ipsi in hospitium invitaverant, dicuntur unum ex infantibus indigenis jugulasse, et ejus intestina Jovi cum aliis commista epulanda in mensa apposuisse. Id scelus abominatus Jupiter mensam quidem subvertit, unde locus ille in Arcadia vocatus est Mensarius, et Mensaria civitas exstructa postea : at Lycaonis filiorum una cum ipso Lycaone, quoniam impie in hospitem egerant, hos quidem fecit lupos, illos percussit fulmine.

380.

Hecatæus deos quoque ex Magorum sententia esse genitos ait.

Digitized by Google

CHARONIS

FRAGMENTA.

ΠΕΡΣΙΚΑ.

1.

Ap. Plutarch. De malign. Herodot. p. 859, A, B, reprehenso Herodoto, quod narrasset Pactyam Lydium, supplicem Chiis, ab iisdem e Minervæ fano impie avulsum Persis redditum fuisse, pergit: Καίτοι Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς, ἀνὴρ πρεσβύτερος, ἐν τοῖς περὶ Πακτύην λόγοις γενόμενος, τοιοῦτον οὐδὲν οὔτε Μιτυληναίοις οὔτε Χίοις ἄγος προστέτριπται, ταυτὶ δὲ κατὰ λέξιν γέγραφε· « Πακτύης δὲ ὡς ἐπύθετο προσελαύνοντα τὸν στρατὸν τὸν Περσικὸν, ᾤχετο φεύγων ἄρτι μὲν εἰς Μιτυλήνην, ἔπειτα δὲ εἰς Χίον· καὶ αὐτοῦ ἐκράτησε Κῦρος. »

2.

Plutarch. ibidem p. 861, C, D, Herodotum narrando corrupisse dicit res Ionum et Atheniensium ad Sardes gestas et reticuisse præclarum Eretriensium hac in re facinus. Quare hæc Charonis verba adscribit: « Ἀθηναῖοι δὲ εἴκοσι τριήρεσιν ἔπλευσαν ἐπικουρήσοντες τοῖς Ἴωσι, καὶ εἰς Σάρδεις ἐστρατεύσαντο· καὶ εἷλον τὰ περὶ Σάρδεις ἅπαντα, χωρὶς τοῦ τείχους τοῦ βασιληίου· ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἐπαναχωροῦσι εἰς Μίλητον. »

3.

Athenæus IX, p. 394, E (quem exscripsit Ælianus V. H. I, 15): Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς, ἐν τοῖς Περσικοῖς, περὶ Μαρδονίου ἱστορῶν, καὶ τοῦ διαφθαρέντος στρατοῦ Περσικοῦ περὶ τὸν Ἄθω, γράφει καὶ ταῦτα· « Καὶ λευκαὶ περιστεραὶ τότε πρῶτον εἰς Ἕλληνας ἐφάνησαν, πρότερον οὐ γιγνόμεναι. »

4.

Tertullian. De anima cap. 46, postquam Astyagis de Mandane filia somnium, Herodotum secutus, exposuit, subjicit illud: « Hoc etiam Charon Lampsacenus, Herodoto prior, tradit. »

ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

5.

In Ἑλληνικοῖς tradi potuit quod habet Plutarchus in Themist. c. 27; ponitur ibi Charon Lampsacenus in eorum numero scriptorum, qui Themistoclem tradiderint ad Artaxerxem supplicem venisse, secus atque alii, qui eam fugam Xerxe vivo factam esse dixerant. Nec minus in proclivi est conjicere potuisse inter se permutari Charonis Characisque Ἑλληνικὰ v. c. in Stephano Byzantio s. v. Ἀδράστεια, ubi Χάραξ laudatur Ἑλληνικῶν δευτέρᾳ. Sed certiore judicio ad Hellenica referas illud apud Pausaniam X, 38; Τὰ δὲ ἔπη τὰ Ναυπάκτια ὀνομαζόμενα ὑπὸ Ἑλλήνων ἀνδρὶ ἐσποιοῦσιν οἱ πολλοὶ Μιλησίῳ· Χάρων δὲ ὁ Πύθεω φησιν αὐτὰ ποιῆσαι Ναυπάκτιον Καρκίνον· ἐπόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς τῇ τοῦ Λαμψακηνοῦ δόξῃ· τίνα γὰρ καὶ λόγον ἔχοι ἂν ἔπεσιν ἀνδρὸς Μιλησίου πεποιημένους ἐς γυναῖκας, τεθῆναί σφισιν ὄνομα Ναυπάκτια;

PERSICA.

1.

At Charo Lampsacenus ætate (Herodoto) prior, ubi de Pactya ei sermo est, nullum tale neque Mitylenæis neque Chiis flagitium imputat. Hæc autem sunt ejus verba: « Pactyas, audito exercitum Persicum appropinquare, profugit primo Mitylenam, deinde in Chium: eumque cepit Cyrus. »

2.

« Athenienses autem viginti triremibus navigarunt, ut auxilium ferrent Ionibus, et ad Sardes expeditione facta, omnia circa eam urbem ceperunt, excepta munitione regia: his actis Miletum reverterunt. »

3.

Charon vero Lampsacenus, in Persicis, ubi de Mardonio loquitur et de Persarum exercitu qui circa Athonem periit, hæc simul scribit: « Et tunc primum in Græcia conspectæ sunt albæ columbæ, quæ nullæ ante id tempus fuerant. »

HELLENICA.

5.

Quæ a Græcis Naupactia carmina dicuntur, attribuuntur ea vulgo Milesio homini, sed Charon Pythei filius auctorem eorum perhibet Naupactium Carcinum. Nobis certe Lampsaceni hominis probatur sententia. Nam quæ tandem ratio afferri potest, quamobrem versus, quos in feminas Milesius homo fecisset, Naupactiorum nomine circumferantur?

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΛΑΜΨΑΚΟΥ.

6.

In rebus Lampsaci narrandis inter celebriores ejus urbis cives historicum nostrum Strabo XIII, p. 882, refert. Quo in loco usus videri potest ipso illius opere. Nam quod Lampsacum antiquitus Πιτύουσαν dictam ait, id et a Charone traditum fuisse continuo apparebit ex hujus fragmento, quod servavit *Plutarch. de virtutibus mulierum*, p. 255, A—E. Eadem refert Polyæn. VIII, 37, omissa fontis, unde ea fluxerint, notitia, in nonnullis discedens ab illo, quæ observarunt interpretes. Plutarchi vero hæc sunt: Ἐκ Φωκαίας τοῦ Κνιδιῶν γένους ἦσαν ἀδελφοὶ δίδυμοι Φόβος καὶ Βλέψος· ὧν ὁ Φόβος ἀπὸ τῶν Λευκάδων πετρῶν πρῶτος ἀφῆκεν ἑαυτὸν εἰς θάλασσαν, ὡς Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστόρηκεν. Ἔχων δὲ δύναμιν καὶ βασιλικὸν ἀξίωμα, παρέπλευσεν εἰς Πάριον ἰδίων ἕνεκα πραγμάτων· καὶ γενόμενος φίλος καὶ ξένος Μάνδρωνι βασιλεύοντι Βεβρύκων τῶν Πιτυοεσσηνῶν προσαγορευομένων, ἐβοήθησε καὶ συνεπολέμησεν αὐτοῖς ὑπὸ τῶν προσοίκων ἐνοχλουμένοις. Ὁ δὲ Μάνδρων ἄλλην τε πολλὴν ἐνεδείξατο τῷ Φόβῳ φιλοφροσύνην ἀποπλέοντι καὶ μέρος τῆς τε χώρας καὶ τῆς πόλεως ὑπισχνεῖτο δώσειν, εἰ βούλοιτο Φωκαεῖς ἔχων ἐποίκους εἰς τὴν Πιτυόεσσαν ἀφαίσθαι. Πείσας οὖν τοὺς πολίτας ὁ Φόβος ἐξέπεμψε τὸν ἀδελφὸν ἄγοντα τοὺς ἐποίκους. Καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῦ Μάνδρωνος ὑπῆρχεν αὐτοῖς ὥσπερ προσεδόκησαν· ὠφελείας δὲ μεγάλας καὶ λάφυρα καὶ λείας ἀπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων λαμβάνοντες, ἐπίφθονοι τὸ πρῶτον, εἶτα καὶ φοβεροὶ τοῖς Βέβρυξιν ἦσαν. Ἐπιθυμοῦντες οὖν αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι, τὸν μὲν Μάνδρωνα χρηστὸν ὄντα καὶ δίκαιον ἄνδρα περὶ τοὺς Ἕλληνας οὐκ ἔπεισαν· ἀποδημήσαντος δὲ ἐκείνου, παρεσκευάζοντο τοὺς Φωκαεῖς δόλῳ διαφθεῖραι. Τοῦ δὲ Μάνδρωνος ἡ θυγάτηρ Λαμψάκη, παρθένος οὖσα, τὴν ἐπιβουλὴν προέγνω, καὶ πρῶτον μὲν ἐπεχείρει τοὺς φίλους καὶ οἰκείους ἀποτρέπειν, καὶ διδάσκειν ὡς ἔργον δεινὸν καὶ ἀσεβὲς ἐγχειροῦσι πράττειν, εὐεργέτας καὶ συμμάχους ἄνδρας, νῦν δὲ καὶ πολίτας, ἀποκτιννύντες. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, τοῖς Ἕλλησι ἔφρασε κρύφα τὰ πραττόμενα, καὶ παρεκελεύσατο φυλάττεσθαι. Οἱ δὲ, θυσίαν τινὰ παρασκευασάμενοι καὶ θοίνην, ἐξεκαλέσαντο τοὺς Πιτυοεσσηνοὺς εἰς τὸ προάστειον· αὐτοὺς δὲ διελόντες δίχα, τοῖς μὲν τὰ τείχη κατελάβοντο, τοῖς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνεῖλον. Οὕτω δὴ τὴν πολιν κατασχόντες, τόν τε Μάνδρωνα μετεπέμποντο συμβασιλεύειν τοῖς παρ' αὐτῶν κελεύοντες· καὶ τὴν Λαμψάκην ἐξ ἀρρωστίας ἀποθανοῦσαν, ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει μεγαλοπρεπῶς, καὶ τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς Λάμψακον προσηγόρευσαν. Ἐπεὶ δὲ ὁ Μάνδρων, προδοσίας ὑποψίαν φεύγων, τὸ μὲν οἰκεῖν μετ' αὐτῶν παρῃτήσατο, παῖδας δὲ τῶν τεθνηκότων καὶ γυναῖκας ἠξίωσε κομίσασθαι· καὶ ταῦτα προθύμως οὐδὲν ἀδικήσαντες ἐξέπεμψαν, καὶ τῇ Λαμψάκῃ πρότερον ἡρωϊκὰς τιμὰς ἀποδιδόντες, ὕστερον ὡς θεῷ θύειν ἐψηφίσαντο· καὶ διατελοῦσιν οὕτω θύοντες.

«Ex hoc Charonis scripto multa fluxisse probabile est, quæ passim leguntur de antiquitatibus Lampsacenis, ut ap. Thucyd. VI, 59, Aristot. Mirab. auscult. c. 137, Diogenem Laert. II, 11.» Cr.

7.

Schol. Apollon. II, 2: Χάρων δὲ φησὶ καὶ τὴν Λαμψακηνῶν χώραν πρότερον Βεβρυκίαν καλεῖσθα. ἀπὸ τῶν κατοικησάντων αὐτὴν Βεβρύκων, τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἠφάνισται διὰ τοὺς γενομένους πολέμους. « Sed dubitari potest, utrum quod Scholiastes habet, fluxerit e scripto περὶ Λαμψάκου, an ex ὅροις Λαμψακηνῶν, quos tamquam plane diversos ab illo altero opere sejunxit Suidas.» Cr.

DE REBUS LAMPSACI.

6.

Codridæ genere, patria Phocæenses fuerunt duo gemini fratres Phobus et Blepsus: quorum ille primus a Leucadibus petris in mare se dedit, ut Charo Lampsacenus scriptum reliquit. Is Phobus, vir potentia et dignitate præditus regia, cum navigasset Parium suorum causa negotiorum, amicitiam et hospitii jus contraxit cum Mandrone, Bebrycum rege, eorum qui Pityoessenses cognominantur, eique a vicinis bello infestato auxilium tulit. Mandro autem navibus avehenti Phobo cum alia detulit officia, tum partem urbis agrique largiturum se promisit, si Phocæorum coloniam vellet Pityoessam deducere. Phobus cum id consilium civibus probasset, fratrem misit, qui colonos eo deduceret. Stetit sane promissis Mandro. Sed Phocæenses, cum spoliis, præda, opibusque magnis e finitimis barbaris potirentur, invisi primum, post etiam terrori Bebrycibus fuerunt. Cupientes itaque iis liberari, cum Mandro, homo probus et justus, persuaderi sibi non pateretur, ut mala fide cum Græcis ageret, peregre eo profecto, moliti sunt, quomodo eos per dolum necarent. Lampsace autem, Mandronis filia, virgo, cum insidias prænosset, primum a facinore hoc amicos et domesticos avertere dictis aggressa est, impiam docens eos rem et atrocem perpetraturos, si benefactores, et quorum auxiliis in bello usi essent, eosque jam cives, interficerent. Ubi non persuasit, occulte Græcis quid ageretur detexit, utque sibi caverent monuit. Phocæenses, sacrificio quodam et convivio apparato, Pityoessenses in suburbium evocavere: ipsi in duo divisi agmina, altero urbem occuparunt, altero homines trucidaverunt. Sic urbe potiti, Mandronem acciverunt, ut cum iis, quos ipsi constituerint, una regnaret: Lampsacenque, cum ea ex invaletudine mortua esset, magnifice in urbe sepeliverunt, cui et ab ejus nomine Lampsaci nomen imposuerunt. Ut autem Mandro, proditionis vitans suspicionem, habitare cum ipsis recusavit, petiitque ut mulieres liberique defunctorum ad se mitterentur: Phocæenses absque omni maleficio studiose eos miserunt. Et Lampsacæ quum initio heroicos honores habuissent, postmodo ut numini sacrificandum decreverunt: idque decretum adhuc ratum est apud eos.

7.

Charon dicit Lampsacenorum terram antea Bebryciam appellatam esse a Bebrycibus incolis, quæ tamen gens bellis prorsus deleta est.

Digitized by Google

ΟΡΟΙ [s. ΩΡΟΙ] ΛΑΜΨΑΚΗΝΩΝ.

8.

«Ex ὅροις Lampsacenorum desumtum esse arbitror, quod Strabo XIII, p. 873 commemorat de finibus Troadis. Ubi, postquam exposuit, quo loco Homerus, Damastes, Eudoxus ejus regionis terminos posuerint, hæc addit,

Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς τριακοσίους ἄλλους ἀφαιρεῖ σταδίους, ἀπὸ Πρακτίου ἀρχόμενος· τοσοῦτοι γάρ εἰσιν ἀπὸ Παρίου εἰς Πράκτιον· ἕως μέντοι Ἀτραμυττίου πρόεισι.» Cr.

9.

Athenæus XII, c. 19, p. 520, D—F: Τὰ ὅμοια ἱστόρησε καὶ περὶ Καρδιανῶν ὁ Λαμψακηνὸς Χάρων ἐν δευτέρῳ Ὡρων (sic enim meliores codd.: vulgo ὅρων) γράφων οὕτως· Βισάλται εἰς Καρδίην ἐστρατεύσαντο καὶ ἐνίκησαν· ἡγεμὼν δὲ τῶν Βισαλτέων ἦν Ὄναρις· οὗτος δὲ, παῖς ὢν, ἐν τῇ Καρδίῃ ἐπράθη, καί τινι Καρδιηνῷ δουλεύσας, κορσωτεὺς ἐγένετο. Καρδιηνοῖς δὲ λόγιον ἦν, ὡς Βισάλται ἀπίξονται ἐπ' αὐτούς· καὶ πυκνὰ περὶ τούτου διελέγοντο ἐν τῷ κορσωτηρίῳ ἰζάνοντες· καὶ ἀποδρὰς ἐκ τῆς Καρδίης εἰς τὴν πατρίδα, τοὺς Βισάλτας ἔστειλεν ἐπὶ τοὺς Καρδιηνούς, ἀποδειχθεὶς ἡγεμὼν ὑπὸ τῶν Βισαλτέων. Οἱ δὲ Καρδιηνοὶ πάντες τοὺς ἵππους ἐδίδαξαν ἐν τοῖς συμποσίοις ὀρχεῖσθαι ὑπὸ τῶν αὐλῶν· καὶ ἐπὶ τῶν ὀπισθίων ποδῶν ἱστάμενοι, τοῖς προσθίοις ὠρχοῦντο ἐξεπιστάμενοι τὰ αὐλήματα. Ταῦτα οὖν ἐπιστάμενος Ὄναρις ἐκτήσατο ἐκ τῆς Καρδίης αὐλητρίδα· καὶ ἀφικομένη ἡ αὐλητρὶς εἰς τοὺς Βισάλτας, ἐδίδαξε πολλοὺς αὐλητάς· μεθ' ὧν δὴ καὶ στρατεύεται ἐπὶ τὴν Καρδίην. Καὶ ἐπειδὴ ἡ μάχη συνειστήκει, ἐκέλευσεν αὐλεῖν τὰ αὐλήματα, ὅσα οἱ ἵπποι τῶν Καρδιηνῶν ἐξεπισταίατο· καὶ ἐπεὶ ἤκουσαν οἱ ἵπποι τοῦ αὐλοῦ, ἔστησαν ἐπὶ τῶν ὀπισθίων ποδῶν, καὶ πρὸς ὀρχησμὸν ἐτράποντο· τῶν δὲ Καρδιηνῶν ἡ ἰσχὺς ἐν τῇ ἵππῳ ἦν· καὶ οὕτως ἐνικήθησαν.»

10.

Polyæn. Strat. VI, 24: Λαμψακηνοὶ καὶ Παριανοὶ, περὶ γῆς ὁρίων ἀμφισβητοῦντες, συνέθεντο, ἡνίκα ὄρνιθες ἄσωσι πρῶτοι, πέμψειν ἄνδρας ἐξ ἑκατέρας πόλεως ἐς ἀλλήλους· ὅπου δ' ἂν οἱ πεμφθέντες ἀπαντήσωσιν, τοῦτον ἀμφοτέροις ὅρον τῆς γῆς γενέσθαι. Ἐπειδὴ ταῦτα ἔδοξεν, οἱ Λαμψακηνοὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις θαλασσουργῶν ἔπεισαν τινὰς, ὅταν ἴδωσι τοὺς Παριανοὺς παριόντας, ἰχθῦς ἀφθόνως ἐπιβάλλειν τῷ πυρὶ, καὶ οἶνον πολὺν ἐπισπένδειν ὡς Ποσειδῶνι θύοντας, καὶ παρακαλεῖν αὐτοὺς μετ' εὐφημίας τιμῆσαι τὸν θεὸν, σπονδῶν κοινωνήσοντας· οἱ μὲν ἁλιεῖς * * * (lacunam sic explendam censet Casaubonus, τοῦτ' ἐποίησαν). Οἱ δὲ πεισθέντες τοῖς ἁλιεῦσι συνήσθιον καὶ συνέπινον τὸ σπουδαῖον τῆς πορείας ἀνέντες. Λαμψακηνοὶ δὲ συντείναντες ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον φθάσαντες ἦλθον· τοῦτο δὲ Παρίου μὲν ἀπέχει στάδια ο', Λαμψάκου δὲ σ'· τοσαύτην γῆν ἀπέτεμον τῇ τέχνῃ Λαμψακηνοὶ Παριανῶν, μεθόριον συστησάμενοι τὸ Ἑρμαῖον. Ad quæ Creuzerus, cum vulgatis editionibus Athenæi hujus operis indicem fuisse statuens Ὄροι: « Quæ ipsa Charonis esse, eaque ex ὅροις desumta equidem pro comperto habeo. Nam primum, totius orationis color et indoles nescio quomodo antiquissimi scriptoris ingenium referunt, quod magis etiam sentiri posset, hæc si Ionicum charactera retinerent. Gravior tamen altera ratio repetita ex argumento, quod quidem cum totum versetur in explicanda lite a Lampsacenis agitata super agri finibus: ejus scriptoris admonet, qui Lampsacenorum fines peculiari opere descripsit. Et potuit Polyænus Charonem, quem a Plutarcho lectitatum esse vidimus, vel et

AGRI LAMPSACENI DESCRIPTIO [NISI POTIUS ANNALES LAMPSACENORUM].

8.

Charon Lampsacenus alia trecenta stadia aufert, a Practio initium Troadi ponens, quod tot abest a Pario, quot dixi, stadiis, sed ad Atramyttium usque producit.

9.

Similia de Cardianis narrat Charon Lampsacenus Annalium libro secundo, his usus verbis: Bisaltæ adversus Cardiam copias eduxerunt, atque prælio vicerunt. Erat autem dux Bisaltarum Onaris. Hic, puer quum esset, Cardiæ venditus fuerat; emtusque a quodam Cardiano, tonsoriam artem exercuerat. Acceperant autem Cardiani oraculum, *Bisaltas bellum ipsis illaturos:* qua de re sæpe inter se disserebant in tonstrina sedentes. Ille igitur quum Cardia in patriam profugisset, Bisaltis auctor fuit expeditionis adversus Cardianos suscipiendæ, duxque ipse creatus est Bisaltarum. Docuerant autem omnes Cardiani equos in ipsorum conviviis saltare ad tibiæ cantum, ita ut posterioribus pedibus insistentes, anterioribus modos tibiæ, quos edocti erant, gesticularentur. Quod cum sciret Onaris, e Cardia tibicinam emerat: quæ postquam Bisaltiam venit, multos inflare tibiam docuit; quos ille expeditionis socios secum sumsit. Commisso prælio, jussit hos inflare eos tibiæ modos, quos maxime callerent Cardianorum equi. Et equi, exaudito tibiarum cantu, in posteriores pedes se sublevarunt, ad saltationem conversi. Cardianorum autem robur in equitatu inerat: atque ea ratione prælio hi superati sunt.»

10.

Lampsaceni et Pariani de agrorum finibus litem habentes, constituerunt sub primum galli cantum viros ex utraque civitate ad se invicem mittere. Ubicumque vero sibi missi obviam fierent, hunc terminum ac finem regionis esse debere. Quod cum omnium sententiis esset approbatum, aliquot in iis locis per mare opus facientibus persuaserunt, ut cum Parianos viderent præterire, maximam piscium copiam in ignem imponerent, et circumcirca vinum libarent, quasi Neptuno sacra facientes, eosque faustis auspiciis advocarent ad honorandum deum et libationis societatem. Quod cum piscatores facerent, illi piscatoribus morem gerentes, simul epulabantur et bibebant, remittentes aliquantum ex itineris contentione.

Digitized by Google

ipse manibus tractasse, vel certe aliquem scriptorem compilasse, qui illum suis ipse manibus tractaverit. Nec deest ejus rei exemplum in ipso Polyæno, quem supra docuimus Lampsaces puellæ historiam a Plutarcho mutuatum, qui in eadem diligentior Polyæno Charonem auctorem laudavit. »

11.

Athenæus XI, c. 49, p. 475, B : Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τοῖς Ὥροις παρὰ Λακεδαιμονίοις φησὶν ἔτι καὶ εἰς αὐτὸν δείκνυσθαι τὸ δέπας τὸ δοθὲν Ἀλκμήνῃ ὑπὸ Διός, ὅτε Ἀμφιτρύωνι εἰκάσθη. Creuzerus : « Difficile intellectu est, quomodo in eo opere, quod ego in agro Lampsaceno versatum esse contenderim, locus esse potuerit narrationi, quæ est de poculo Alcmenæ. Equidem nullus dubito, quin hic locus ad aliud Charonis opus referri debeat, ad Πρυτάνεις (quod scriptum Suidas χρονικὰ fuisse docet), et peccasse vel ipsum Athenæum vel ejus librarios in eo, quod illam rem ἐν Ὥροις traditam dicerent, nisi hoc sumere malueris : illorum χρονικῶν fuisse cum illum titulum commemoratum a Suida : Πρυτάνεις, tum alterum hunc : Ὧροι (*annales*), ut Lacedæmoniorum annales cogites. »

ΚΤΙΣΕΙΣ.

12.

Schol. Apollon. Rh. II, 477 et Etym. M. s. v. Ἀμαδρυάδες, quorum posterior hæc habet : Χάρων ... ὁ Λαμψακηνὸς ἱστορεῖ, ὡς Ῥοῖκος, δρῦν θεασάμενος ἤδη μέλλουσαν ἐπὶ γῆν καταφέρεσθαι, προσέταξε τοῖς παισὶν αὐτὴν ὑποστηρίξαι· ἡ δὲ μέλλουσα συμφθείρεσθαι τῇ δρυΐ νύμφη, ἐπιστᾶσα τῷ Ῥοίκῳ, χάριν μὲν εἰδέναι ἔφασκεν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας, ἐπέτρεπε δὲ αἰτήσασθαι ὅ τι βούλοιτο· ὡς δὲ ἐκεῖνος ἠξίου συγγενέσθαι αὐτῇ, ἐπιζήμιον μὲν ἔλεγεν εἶναι τοῦτο (ἐπιζ. - τοῦτο desunt in Schol. Apollon.), φυλάττεσθαι δὲ ὅμως ἑτέρας γυναικὸς ὁμιλίαν. Ἔσχεν δὲ μεταξὺ αὐτῶν ἄγγελον μέλισσαν. Καί ποτε πεττεύοντος αὐτοῦ περιίπταται (παρίπτατο Scholiast. Apollon.) ἡ μέλισσα· πικρότερον δέ τι ἀποφθεγξάμενος, εἰς ὀργὴν ἔτρεψε τὴν νύμφην, ὥστε πηρωθῆναι. Eadem habet etiam Schol. Theocr. Idyll. 3, 13, auctoris tamen notitia omissa.

13.

Tzetzes ad Lycophr. v. 480 : Ἄρκας ὁ Διὸς ἢ Ἀπόλλωνος παῖς, καὶ Καλλιστοῦς τῆς Λυκάονος θυγατρὸς, ὡς φησι Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς, κυνηγῶν ἐνέτυχε τινὶ τῶν Ἁμαδρυάδων νυμφῶν, κινδυνευούσῃ καὶ μελλούσῃ φθαρῆναι ὑπὸ χειμάρρου τοῦ ποταμοῦ ἐν τῇ δρυΐ, ἐν ᾗ γεγονυῖα ἦν ἡ νύμφη, καὶ ἀνέτρεψε τὸν ποταμὸν, καὶ τὴν χῆν χώματι ὠχύρωσεν· ἡ δὲ νύμφη Προσοπέλεια τὴν κλῆσιν, κατ' Εὔμηλον, συνελθοῦσα αὐτῷ γεννᾷ Ἔλατον καὶ Ἀφείδαντα, ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ Ἀρκάδες, ὥς φησι καὶ Ἀπολλώνιος. Creuzer.: « Hoc loco de Arcade firmari mihi videtur Sevinii opinio, illa Charonis referenda esse ad ipsius Κτίσεις, in quibus constat altius ascendisse scriptores ad ætatem mythicam fabulisque plurimis exponendis indulsisse. Unde nec absonum videtur conjicere ea huc pertinere, quæ supra ex Pausania in medium protuli de Naupacticis carminibus. »

Lampsaceni vero contendentes, ad Hermæum priores venerunt. Id a Pario septuaginta stadiis distat : a Lampsaco autem ducentis. Tantum soli per fallaciam Lampsaceni Parianis ademerunt, finibus in Hermæo constitutis.

11.

Charon vero Lampsacenus in Annalibus scribit, ad suam usque ætatem monstratum esse apud Lacedæmonios poculum, quo Alcmenam Jupiter donaverat sub Amphitryonis forma.

DE URBIUM ORIGINIBUS.

12.

Charon Lampsacenus narrat quemadmodum Rhœcus (Cnidius) quercum conspiciens tantum non in terram cadentem, pueros jusserit eam suffulcire. Nympha autem, quæ jam in eo fuerat, ut una cum arbore interiret, ad Rhœcum advenit eique gratias se habere dixit, quod servator sibi exstitisset, jussitque ut, quodcunque vellet, postularet. Ille vero quum ejus consuetudinem peteret, damnandum quidem hoc esse dixit, se tamen obsecuturam esse, si quidem vitaret alterius feminæ connubium. Internuntium vero habebant apem, quæ quum talis aliquando ludentem circumvolaret, atque acerbius aliquod ille proloqueretur, tantam nymphæ excitavit iram, ut excæcaretur.

13.

Arcas, Jovis filius aut Apollinis ex Callisto, Lycaonis filia, ut Charon ait Lampsacenus, in venatione incidit in nympham Hamadryada, quæ jam in eo erat periculi, ut una cum quercu, cui innata puella, perderetur. Subvertit igitur flumen aggereque terram munivit. Nympha vero, quam Prosopeliam dicit Eumelus, cum illo consuescens Elatum progenuit et Aphidantem, ex quibus oriundi sunt Arcades, ut Apollonius quoque testatur.

Digitized by Google

XANTHI

FRAGMENTA.

ΛΥΔΙΑΚΑ.

1.

Dionys. Halicarn. Antiq. I, 28, p. 73 Reisk.: Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς ἱστορίας παλαιᾶς, εἰ καί τις ἄλλος, ἔμπειρος ὢν, τῆς δὲ πατρίου καὶ βεβαιωτὴς ἂν οὐδενὸς ὑποδεέστερος νομισθεὶς, οὔτε Τυῤῥηνὸν ὠνόμακεν οὐδαμοῦ τῆς γραφῆς δυνάστην Λυδῶν, οὔτε ἀποικίαν Μηϊόνων εἰς Ἰταλίαν κατασχοῦσαν ἐπίσταται, Τυῤῥηνίας τε μνήμην ὡς Λυδῶν ἀποικήσεως, ταπεινοτέρων ἄλλων μεμνημένος, οὐδεμίαν πεποίηται· Ἄτυος δὲ παῖδας γενέσθαι λέγει Λυδὸν καὶ Τόῤῥηβον· τούτους δὲ, μερισαμένους τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, ἐν Ἀσίᾳ καταμεῖναι ἀμφοτέρους, καὶ τοῖς ἔθνεσιν, ὧν ἦρξαν, ἐπ' ἐκείνων φησὶ τεθῆναι τὰς ὀνομασίας λέγων ὧδε· « Ἀπὸ Λυδοῦ μὲν γίνονται Λυδοὶ, ἀπὸ δὲ Τορρήβου Τόῤῥηβοι· τούτων ἡ γλῶσσα ὀλίγον παραφέρει, καὶ νῦν ἔτι συλοῦσιν ἀλλήλους ῥήματα οὐκ ὀλίγα, ὥσπερ Ἴωνες καὶ Δωριεῖς. »

2.

Ex eodem fonte sua hausisse apparet Nicolaum Damascenum apud Steph. Byz. p. 116 ed. Orell.: Τόῤῥηβος, πόλις Λυδίας ἀπὸ Τορρήβου τοῦ Ἄτυος. Ἐν δὲ τῇ Τορρηβίδι ἔστιν ὄρος Κάριος καλούμενον, καὶ ἱερὸν τοῦ Καρίου ἐκεῖ. Κάριος δὲ Διὸς παῖς καὶ Τορρηβίας, ὡς Νικόλαος τετάρτῳ· ὃς πλαζόμενος περί τινα λίμνην, ἥτις ἀπ' αὐτοῦ Τορρηβία ἐκλήθη, φθογγῆς Νυμφῶν ἀκούσας, ἃς καὶ Μούσας Λυδοὶ καλοῦσι, καὶ μουσικὴν ἐδιδάχθη, καὶ αὐτὸς (τοὺς) Λυδοὺς ἐδίδαξε τὰ μέλη.

3.

Eratosthen. apud. Strabon. I, p. 49: Ταῦτα δ' εἰπὼν (Eratosthenes) τὴν Στράτωνος ἐπαινεῖ δόξαν τοῦ φυσικοῦ, καὶ ἔτι Ξάνθου τοῦ Λυδοῦ· τοῦ μὲν Ξάνθου λέγοντος, ἐπὶ Ἀρταξέρξου γενέσθαι μέγαν αὐχμὸν, ὥστ' ἐκλιπεῖν ποταμοὺς, καὶ λίμνας καὶ φρέατα· αὐτὸν δὲ εἰδέναι πολλαχῇ πρόσω ἀπὸ τῆς θαλάσσης λίθους τε κογχυλιώδεις (quidam codd. λίθους τε καὶ κογχ. alii: λίθον τε κογχυλιώδη), καὶ τὰ κτενώδεα, καὶ χηραμίδων τυπώματα, καὶ λιμνοθάλασσαν ἐν Ἀρμενίοις καὶ ἐν Ματτιηνοῖς (al. Ματτινηοῖς, prorsus abest a Cod. Veneto) καὶ ἐν Φρυγίᾳ τῇ κάτω· ὧν ἕνεκα πείθεσθαι τὰ πεδία ποτὲ θάλατταν γενέσθαι.

4.

Strabo XII, p. 579: Ἀκούειν δ' ἔστι καὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων· οἷα φησὶν ὁ τὰ Λύδια συγγράψας Ξάνθος, διηγούμενος οἵαι μεταβολαὶ κατέσχον πολλάκις τὴν χώραν ταύτην (Lydiam et Phrygiam), ὧν ἐμνήσθη μέν που καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν· καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα πάθη ἐνταῦθα μυθεύουσι, καὶ τοὺς

LYDIACA.

1.

At Xanthus Lydus (qui priscæ historiæ, si quis alius, est peritus, quique patriæ historiæ auctor nullo alio habitus est inferior) in suis scriptis nullo modo Tyrrhenum Lydorum principem nominat; neque ullam Mæonum coloniam in Italiam appulisse scit; neque ullam Tyrrheniæ, tanquam Lydorum coloniæ, mentionem facit, quamvis ignobiliora alia ac leviora memoret: Lydum vero et Torrhebum Atyos filios fuisse dicit. Hos vero ambos regno paterno inter se diviso in Asia remansisse, gentibusque, quibus imperarunt, nomen ab illis inditum fuisse dicit. Atque hæc sunt ejus verba: « A Lydo Lydi, « a Torrhebo Torrhebi sunt. Horum lingua parum « diversa est, et nunc quoque alteri alterorum non « pauca vocabula usurpant, quemadmodum Iones et Do- « rienses. »

2.

Torrhebus, urbs Lydiæ, a Torrhebo, Atyos filio. In Torrhebide autem mons est Carius nominatus, in eoque sacrum Carii, Jovis filii ex Torrhebia, ut ait Nicolaus libro quarto; qui circa lacum quendam errans ab illo Torrhebia nominatum, quum Nympharum, quas etiam Musas Lydi dicunt, voces audiisset, musicam edoctus est atque ipse Lydos carmina lyrica edocuit.

3.

His dictis (Eratosthenes) Stratonis physici laudat sententiam et Xanthi Lydi. Xanthus dixerat, Artaxerxis ætate ingentem fuisse siccitatem, adeo ut defecerint flumina, paludes et putei; vidisse autem se passim procul a mari lapides conchylii formam referentes, aut pectinum, aut cheramidum effigies; tum marinum lacum in Armenia et Mattienis, inque Phrygia inferiori; quas ob causas sibi persuasum esse campos istos aliquando fuisse mare.

4.

Licet etiam antiquitatis scriptores de hac re audire. Ex quorum numero Xanthus, Lydiæ historiæ conditor, narrat quantæ ac quot in ista regione inciderint mutationes, quarum etiam superius facta est mentio. Quin etiam Typhoni quæ evenerunt, ad ista ii loca referunt, et

Digitized by Google

Ἀρίμους, καὶ τὴν Κατακεκαυμένην ταύτην εἶναί φασιν· οὐκ ὀκνοῦσι δὲ καὶ τὰ μεταξὺ Μαιάνδρου καὶ Λυδῶν ἅπανθ' ὑπονοεῖν τοιαῦτα (vulgo ταῦτα)· καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν λιμνῶν καὶ ποταμῶν, καὶ τοὺς πολλαχοῦ κευθμῶνας τῆς γῆς. Ἡ δὲ μεταξὺ Λαοδικείας καὶ Ἀπαμείας λίμνη, καὶ βορβορώδη καὶ ὑπόνομον τὴν ἀποφορὰν ἔχει πελαγία οὖσα· φασὶ δὲ καὶ δίκας εἶναι τῷ Μαιάνδρῳ μεταφέροντι τὰς χώρας, ὅταν περιχρουσθῶσιν οἱ ἀγκῶνες· ἁλόντος δὲ τὰς ζημίας ἐκ τῶν πορθμικῶν διαλύεσθαι τελῶν.

Quibuscum conjungenda sunt hæc lib. XIII, p. 628 : Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐστὶν ἡ Κατακεκαυμένη λεγομένη χώρα, μῆκος μὲν καὶ πεντακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ τετρακοσίων, εἴτε Μυσίαν χρὴ καλεῖν· εἴτε Μηονίαν· λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως· ἅπαντα ἄδενδρος, πλὴν ἀμπέλου τῆς τὸν Κατακεκαυμενίτην φερούσης οἶνον, οὐδενὸς τῶν ἐλλογίμων ἀρετῇ λειπόμενον. Ἔστι δὲ ἡ ἐπιφάνεια τεφρώδης τῶν πεδίων· ἡ δὲ ὀρεινὴ καὶ πετρώδης, μέλαινα ὡς ἂν ἐξ ἐπικαύσεως. Εἰκάζουσι μὲν οὖν τινὲς ἐκ κεραυνοβολιῶν καὶ πρηστήρων συμβῆναι τοιοῦτο· καὶ οὐκ ὀκνοῦσι τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα ἐνταῦθα μυθολογεῖν. Ξάνθος δὲ καὶ Ἀριμοῦν τινα λέγει τῶν τόπων τούτων βασιλέα. Ex eodem Xanthi libro Creuzerus suspicatur desumta esse quæ leguntur apud Aristotel. De mirab. auscult. c. 39 : Λέγεται δὲ καὶ περὶ Λυδίαν ἀναφέρεσθαι πῦρ πάμπληθες καὶ καίεσθαι ἐφ' ἡμέρας ἑπτά. Idem Creuzerus ad Xanthum vel ad alium Lydiacarum rerum scriptorem referri posse ait cap. 53 de ossibus humanis vasisque in lapidem obduratis, repertisque in metallis Lydiæ a Crœso factis, et quæ ibidem traduntur de Pithecusis insulis.

5.

Strabo XIV, p. 680 : Ὁ μὲν γὰρ Ξάνθος ὁ Λυδὸς, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ φησὶν ἐλθεῖν τοὺς Φρύγας ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν ἀριστερῶν τοῦ Πόντου· ἀγαγεῖν δ' αὐτοὺς Σκαμάνδριον ἐκ Βερεκύντων καὶ Ἀσκανίας.

6.

Steph. Byz. : Λόκοζος πόλις Φρυγίας, ἣν ᾤκουν Θρᾷκες Λοκόζιοι· κατεκλύσθη δὲ, ὡς Ξάνθος ὁ Λυδὸς, ὃς καὶ διὰ τοῦ ξ γράφει ἐν τόποις, Λοκοξίτας τούτους καλῶν. Welckerus l. l. putat Dionysii libri partem fuisse τόποι inscriptam, quæ locorum descriptiones continuerit.

7.

Schol. Apollon. II, 724 : Σαγγάριος, ποταμὸς Φρυγίας· ὁ δὲ Μυρλεανὸς Σάγγαρον αὐτὸν λέγεσθαι φησίν. Ἑρμογένης δὲ ἐν τῷ περὶ Φρυγίας φησὶν, Σάγγαν τινὰ ἀσεβήσαντα περὶ τὴν Ῥέαν, μεταβαλεῖν εἰς τοῦτο τὸ ὕδωρ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸν ποταμὸν Σαγγάριον ὀνομασθῆναι· πλησίον δὲ αὐτοῦ ὀρείας Δήμητρος ἱερόν ἐστιν, ὥς φησι Ξάνθος. Ex Xantho Creuzerus fluxisse putat etiam hæc apud Anonym. in *Bibl. der alten Lit. u. Kunst.* VII. Ined. p. 16 : Ἀλφαῖος, ὁ Σαγγαρίου τοῦ ποταμοῦ υἱὸς, Ἀθηνᾶν αὐλητικὴν διδάξας, καὶ βιαζόμενος τὴν θεὸν, ὑπὸ Διὸς ἐκεραυνώθη.

8

Strabo XII, p. 572 : Ὅτι τοὺς Μύσους, οἱ μὲν Θρᾷκας, οἱ δὲ Λυδοὺς εἰρήκασι κατ' αἰτίαν παλαιὰν ἱστοροῦντες, ἣν Ξάνθος ὁ Λυδὸς γράφει καὶ Μενεκράτης ὁ Ἐλαΐτης· ἐτυμολογοῦντες καὶ τὸ ὄνομα τὸ τῶν Μυσῶν ὅτι τὴν ὀξύην οὕτως ὀνομάζουσιν οἱ Λυδοί· πολλὴ δ' ἡ ὀξύη κατὰ τὸν Ὄλυμπον, ὅπου ἐκτεθῆναί φασι τοὺς δεκατευθέντας· ἐκείνων δὲ ἀπογόνους εἶναι τοὺς ὕστερον Μυσοὺς, ἀπὸ τῆς ὀξύης οὕτω προσαγορευθέντας· μαρτυρεῖν δὲ καὶ τὴν διάλεκτον· μιξολύδιον γάρ πως εἶναι καὶ μιξοφρύγιον. Τέως μὲν γὰρ οἰκεῖν αὐτοὺς περὶ τὸν Ὄλυμπον· τῶν δὲ Φρύγων ἐκ τῆς Θρᾴκης περαιωθέντων, εἵλοντο τόν τε τῆς Τροίας ἄρχοντα, καὶ τῆς πλησίον γῆς· ἐκείνους μὲν ἐνταῦθα οἰκῆσαι· τοὺς δὲ Μυσοὺς περὶ τὰς (Mscripti ὑπὲρ τὰς) τοῦ Καΐκου πηγὰς πλησίον Λυδῶν.

Mysiam, Thraciæ regionem, memorat etiam

Arimos : et Catakekaumenen eam appellant. audent etiam omnia, quæ sunt inter Lydos ac Mæandrum, eodem in tractu censere, cum ob paludum et fluviorum multitudinem, tum ob crebras terræ cavernas. Jam palus, quæ Laodiceam et Apameam interjacet, quanquam maris in morem alta est, cœnosum tamen quidpiam et quasi e cuniculo elisum edit. Aiunt etiam in jus vocari Mæandrum, quum prorutis limitibus agrorum fines mutat, multamque ab eo exigi, atque sumi e vectigalibus trajectuum.

Sequitur regio, quæ Catakekaumene, *id est combusta*, dicitur, longitudine etiam quingentorum stadiorum, latitudine quadringentorum, sive ea Mysia est, sive Meonia appellanda : utrumque enim traditur. Arboribus prorsus caret, demta vite, quæ vinum Catakekaumenites gignit, nullo nobilium vinorum deterius. Camporum superficies est cineritia : montana et saxosa nigri sunt coloris, veluti ex adustione. Itaque sunt qui a fulminibus et cœlitus immissis ignis procellis id accidisse dicant, neque dubitent eo referre fabulam Typhonis. Xanthus enim Arimûn quendam istorum regem locorum ponit.

5.

Nam Xanthus Lydus post bellum Trojanum ait venisse Phrygas ex Europa et sinistra Ponti parte, adductos a Scamandrio e Berecyntis et Ascania.

6.

Locozus, urbs Phrygiæ, quam Thraces Locozii incoluerunt. Diluvium passa est auctore Xantho Lydo, qui vocem per x scribit in Locis, eos Locoxitas appellans.

7.

Sangarius, fluvius Phrygiæ, quem Myrleanus Sangarum vocari dicit. Hermogenes vero in eo qui est de Phrygia libro tradit Sangam quendam in Rheam peccantem in hancce aquam commutatum, ab eoque Sangarium flumen nominatum esse. Haud procul ab eo Xanthus ait Cereris montanæ sacrum esse.

8.

Præterea Mysos alii Thraces, alii Lydos faciunt. Atque hi quidem causam ex antiquitate repetunt, quam litteris mandarunt Xanthus Lydus, et Menecrates Elaita, qui et rationem nominis Mysorum reddunt, quod Lydorum lin-

Digitized by Google

Nicolaus Damasc. histor. lib. 18, p. 120 ed. Orelli, e Xantho, ut Creuzero videtur. Quare locum apposuimus.

Θρακήσιοι δὲ ἐπεκλήθησαν ἀπὸ τῆς τοιαύτης αἰτίας. Ἐπὶ Ἀλυάττου τοῦ τῶν Λυδῶν βασιλέως ἀνήρ τις μετὰ γυναικὸς καὶ τῶν ἑαυτοῦ τέκνων ἐκ Μυσίας τῆς τῶν Θρᾳκῶν χώρας ὁρμώμενος, ἧς καὶ Ὅμηρος μνημονεύει λέγων οὕτως,

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν,

διεπέρασεν εἰς τὰ μέρη τῆς Ἀσίας, εἰς χώραν τὴν λεγομένην Λυδίαν, καὶ κατῴκησε πλησίον τῆς πόλεως Σάρδεων. Τοῦ οὖν βασιλέως πρὸς τὸ τῆς πόλεως τεῖχος καθεζομένου, διήρχετο ἡ γυνὴ τοῦ Θρᾳκὸς, ἐπὶ μὲν τῆς κεφαλῆς βαστάζουσα στάμνον, ἐπὶ δὲ τῶν χειρῶν ἠλακάτην καὶ ἄτρακτον, ὄπισθεν δὲ πρὸς τὴν ζώνην ἵππος τις προσεδέδετο· καὶ ἐπὶ μὲν τῆς κορυφῆς ὁ στάμνος ἦν μεστὸς ὕδατος· ἐν δὲ ταῖς χερσὶν εἰργάζετο νήθουσα ἐκ τῆς ἠλακάτης τὸν ἄτρακτον· ὄπισθεν δὲ πρὸς τὴν ζώνην ἠκολούθει ὁ ἵππος ἀπὸ τῆς πηγῆς πεποτισμένος. Ταύτην ἰδὼν ὁ βασιλεὺς μεγάλως ἐθαύμασε καὶ ἠρώτησε, πόθεν καὶ τίς καὶ ποίας ἐστὶ πόλεως. Ἡ δὲ ἀπεκρίνατο, Μυσὴν μὲν εἶναι τὸ γένος· Θρᾴκης δ' ἔστιν αὐτὸ πολίχνιον. Λαβὼν οὖν βασιλεὺς ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἀφορμὴν, πρεσβείαν πρὸς τὸν τῆς Θρᾴκης βασιλέα ποιησάμενος Κότυν ὀνομαζόμενον, ἐκεῖθεν ἔλαβεν ἄνδρας μετοίκους, μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων, ὄχλον ἱκανόν. Ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς γράφει ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ, ὁ γεγονὼς ὑπογραφεὺς Ἡρώδου τοῦ βασιλέως.

Ex Constantini Porphyrogen. lib. I Περὶ θεμάτων, cap. III.

9.

Etym. M.: Ἑρμαῖον, τὸν σορὸν (leg. σωρὸν) τῶν λίθων, καὶ συνόλως τοὺς ἐνοδίους λίθους· λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Ξάνθος, ὅτι ἀποκτείναντος Ἑρμοῦ τὸν Ἄργον, καὶ δίκας εἰσπραττομένου καὶ ὑπέχοντος (« vulgo ὑπερέχοντος, parum ad rem, » Frid. Sylburg.) ἐν τοῖς θεοῖς διὰ τὸ πρῶτον ἅψασθαι (ἀνθρωπείου φόνου addendum censet idem), τοὺς λοιποὺς ἀφοσιουμένους τὸ ἄγος, καὶ (idem corrigit, ἄγος, διὰ δὲ τὸν Δία ἀπ.) ἀπολύοντας τοῦ φόνου προσβάλλειν αὐτῷ τὴν ψῆφον· ὅθεν διαμένειν ἔτι καὶ νῦν.

Eadem narrantur ex Anticlide ap. Schol. et Eustath. ad Hom. Od. 16, 471. Hanc hermaeorum originis explicationem, quamvis Xanthi ætati satis apta videri possit, Welckerus serioris ævi figmentum esse existimat a Dionysio Scytobrachione Xantho nostro tributum.

10.

In antiquissimis Lydiæ regibus ponendus videtur Alcimus, de quo Suidas, Xantho auctore, hæc narrat: Ξάνθος ἱστορεῖ, Ἀλκιμόν τινα βασιλεῦσαι τῆς ἐκεῖσε χώρας, εὐσεβέστατον καὶ πρᾳότατον ἄνθρωπον· καὶ ἐπ' αὐτοῦ γενέσθαι εἰρήνην βαθεῖαν καὶ πλοῦτον πολὺν, ἀδέως δὲ καὶ ἀνεπιβουλεύτως ζῆν ἕκαστον· εἶτα ἐπειδὴ ἑπτὰ ἔτη ἦν τῷ Ἀλκίμῳ, προσελθόντας τοὺς Λυδοὺς παγγενῆ (παγγενεί) τε καὶ πανδημεὶ προσεύξασθαι, καὶ αἰτῆσαι τῷ Ἀλκίμῳ τοιαῦτα ἔτη δοθῆναι ἐς τὸ Λυδῶν ἀγαθόν· ὃ καὶ γέγονε καὶ ἐν εὐποτμίᾳ τε καὶ εὐδαιμονίᾳ πολλῇ διῆγον.

Conf. Suidam s. Πανδημεί, ubi sic: πανδημεὶ δὲ καὶ παγγενῆ ἦλθον οἱ Λυδοὶ παρακαλοῦντες.

11.

Mnaseas apud Athenæum VIII, c. 37, p. 346, D: Ἡ δέ γε Ἀτεργάτις, ὥσπερ Ξάνθος λέγει ὁ Λυδὸς, ὑπὸ Μόψου τοῦ Λυδοῦ ἁλοῦσα, κατεπontίσθη μετὰ Ἰχθύος τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ περὶ Ἀσκάλωνα λίμνῃ διὰ τὴν ὕβριν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰχθύων κατεβρώθη.

12.

Athenæus X, 8, p. 415, C, D: Ξάνθος δὲ, ἐν τοῖς Λυδιακοῖς, Κάμβλητα φησὶ, τὸν βασιλεύσαντα Λυδῶν, πολυφάγον γενέσθαι καὶ πολυπότην, ἔτι δὲ

---

gua arbor oxya mysus vocatur, quæ juxta Olympum copiosa nascitur, ubi expositos aiunt fuisse decimatos, quorum progenies sunt Mysi, sic a myso arbore dicti. Adstipulari etiam linguam aiunt, mixtam e Phrygia et Lydia. Ac Mysos aliquamdiu circa Olympum habitavisse; quum autem Phryges e Thracia trajecissent, ceperunt Trojæ et viciniæ principem: eos quidem hic consedisse: Mysos autem supra fontes Caici prope Lydiam.

9.

Hermæum, lapidum cumulum et in universum lapides in via positos; de quibus dicit Xanthus: quum Mercurius propter Argum interfectum a diis in judicium vocatus esset, ut pœnam lueret, quod primus hominis cædem commisisset, ceteros deos Jovis gratia Mercurium capitis absolvisse, sed dicis caussa cædis pœnam sumentes calculum ei adjecisse. Quod inde etiamnum permanet.

10.

Xanthus refert, Alcimum quendam in illa regione regnasse, hominem religiosissimum et clementissimum, cujus tempore et alta pace et opibus Lydia floruerit, ita ut quisque secure et sine metu vitam transigeret. Postea vero quum Alcimus septem annos regnasset, totam Lydorum gentem omnemque populum ad eum accessisse, votisque factis [a deo] petiisse, ut plures tales anni Alcimo darentur, Lydorum bono: quod etiam factum est. Quare vitam valde felicem et beatam transegerunt.

11.

Ipsa quidem Atergatis, ut Xanthus tradit Lydius, a Mopso Lydo capta cum Ichthye filio, in lacu qui est prope Ascalonem demersa est ob contumeliosa injustaque facinora, et a piscibus vorata.

12.

Xanthus vero, in Lydiacis, Cambletem, Lydorum regem, tradit edacem bibacemque et gulæ deditum fuisse.

Digitized by Google

γαστρίμαργον· τοῦτον οὖν ποτε νυκτὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα κατακρεουργήσαντα καταφαγεῖν· ἔπειτα πρωΐ, εὑρόντα τὴν χεῖρα τῆς γυναικὸς ἐνοῦσαν ἐν τῷ στόματι, ἑαυτὸν ἀποσφάξαι περιδοήτου τῆς πράξεως γενομένης.

«Hæc eadem exscripsit Nicolaus Damascenus p. 36 Orell., additis tamen nonnullis, quæ ab Athenæo prætermittuntur. Hominis nomen ibi est Καμβλίτας. Ælianus (V. H. I, 27), qui eadem in ἀδδηφαγίας exemplis posuit, eundem dicit Κάμβητα, quam tamen lectionem in Athenæi Κάμβλητα emendandam esse censet Perizonius. Ex eodem fonte sua hausit Eustathius ad Odyss. 10, p. 356. V. Schweigh. not. ad Athen. l. l.» Cr.

13.

Parthenii Erotic. c. 33: Διαφόρως δὲ καὶ τοῖς πολλοῖς ἱστορεῖται καὶ τὰ Νιόβης· οὐ γὰρ Ταντάλου φασὶν (illorum scriptorum nomina initio capitis reposuit Parthenius) αὐτὴν γενέσθαι, ἀλλ' Ἀσσάονος μὲν θυγατέρα, Φιλόττου δὲ γυναῖκα· εἰς ἔριν δὲ ἀφικομένην Λητοῖ περὶ καλλιτεχνίας, ὑποσχεῖν τίσιν τοιάνδε· τὸν μὲν Φίλοττον ἐν κυνηγίᾳ διαφθαρῆναι· τὸν δὲ Ἀσσάονα, τῆς θυγατρὸς πόθῳ σχόμενον, αὐτὴν αὐτῷ (Legrand suspicatur excidisse ἀξιῶσαι vel simile quid, aut legendum μνήσασθαι. Cod. autem Parisiensis a Bastio collatus, exhibet αὐτὴν αὐτῷ γήμασθαι) γήμασθαι· μὴ ἐνδιδούσης δὲ τῆς Νιόβης, τοὺς παῖδας αὐτῆς εἰς εὐωχίαν καλέσαντα καταπρῆσαι (excidit τὴν οἰκίαν. Heyne)· καὶ τὴν μὲν διὰ ταύτην τὴν συμφορὰν ἀπὸ πέτρας ὑψηλοτάτης αὐτὴν ῥῖψαι· ἔννοιαν δὲ λαβόντα τῶν σφετέρων ἁμαρτημάτων, διαχρήσασθαι τὸν Ἀσσάονα ἑαυτόν.

Jam sequuntur eæ Xanthi reliquiæ quibus libri, unde petitæ sunt, nota addita est.

LIBER PRIMUS.

14.

Stephan. Byz.: Λυδία ἡ χώρα. Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν πρώτῳ· τὸ ἐθνικὸν Λυδὸς καὶ Λυδαῖος.

15.

Stephan. Byz.: Λυκοσθένη, πόλις Λυδίας. Ξάνθος πρώτῃ Λυδιακῶν· ἣν καὶ Λυκοσθένειαν Νικόλαός φησιν· ὁ πολίτης Λυκοσθενεὺς, ὡς Βερενικεύς· παρὰ δὲ Λυδοῖς Λυκοσθενίτης, ὡς Δικαιαρχίτης.

16.

Plinius H. N. lib. XXV, cap. V, pag. 360 ed. Harduin.:

«Xanthus historiarum auctor in primo earum tradit, occisum draconis catulum revocatum ad vitam a parente, herba quam balin nominat: eadem Thylonem, quem draco occiderat, restitutum saluti.»

De herba illa vide quæ habet Etym. M. s. v. Βάλλις, e Xantho fortasse petita.

LIBER SECUNDUS.

17.

Stephan. Byz.: Ἀρδύνιον, πόλις ἐν Θήβης πεδίῳ, ὡς Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν δευτέρῳ· τὸ ἐθνικὸν Ἀρδύνιος.

18.

Stephan. Byz.: Στρόγωλα, πόλις Λυδίας· Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν δευτέρῳ· τὸ ἐθνικὸν Στρογωλεύς.

19.

Athenæus XII, c. 11, p. 515, D: Λυδοὶ δὲ εἰς τοσοῦτον ἦλθον τρυφῆς, ὡς καὶ πρῶτοι γυναῖκας εὐνουχίσαι, ὡς ἱστορεῖ Ξάνθος ὁ Λυδὸς, ἢ ὁ εἰς αὐτὸν τὰς ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφὼς, Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων, ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς, ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς (ἀναγωγῆς) βιβλίων· ἀγνοῶν ὅτι Ἔφο-

---

Hunc igitur, ait, noctu aliquando propriam uxorem in frusta dissectam devorasse: dein mane, quum manum uxoris in ore adhuc hærentem reperisset, rumore facinoris in vulgus sparso, se ipsum jugulasse.

13.

Diverse multis narratur etiam Niobæ historia. Non enim Tantali dicunt eam, sed Assaonis fuisse filiam, Philotti vero uxorem, quæ quia cum Latona de prolis pulchritudine contendisset, hanc sublisse pœnam. Philottum enim in venatione dilaceratum esse, Assaona vero, filiæ amore captum, connubio voluisse eam sibi jungere. Non obtemperante autem Nioba, filios ejus in convivium convocasse domumque incendisse. Atque illam quidem ob hance calamitatem de rupe altissima præcipitem se dedisse, Assaona vero, scelere suo cognito, sese ipsum interfecisse.

LIBER PRIMUS.

14.

Lydia terra. Xanthus libro primo Lydiacorum. Gentile Lydus et Lydæus.

15.

Lycosthene, urbs Lydiæ, de qua X. Eandem Nicolaus Lycostheniam appellat. Civis, Lycosthenensis, uti Berenicensis: apud Lydos vero Lycosthenita, uti Dicæarchita.

LIBER SECUNDUS.

17.

Ardynium, urbs in campo Thebano, auctore X. Gentile, Ardynius.

18.

Strogola, urbs Lydiæ, X. Gentile Strogoleus.

19.

Lydi vero eo mollitiei progressi sunt, ut etiam feminas castrarent; quod tradit Xanthus Lydius, sive qui Historias conscripsit quæ illi tribuuntur, Dionysius Scytobrachion, ut ait Artemon Cassandrensis in commentario De librorum collectione (quo libri quique ad suos auctores referuntur); nescius scilicet, Ephorum historiarum scriptorem illius tamquam vetustioris meminisse, qui etiam

Digitized by Google

ρος ὁ συγγραφεὺς μνημονεύει αὐτοῦ, ὡς παλαιοτέρου ὄντος καὶ Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκότος· ὁ δ' οὖν Ξάνθος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Λυδιακῶν Ἀδραμύτην φησὶ τῶν Λυδῶν βασιλέα πρῶτον γυναῖκας εὐνουχίσαντα, χρῆσθαι αὐταῖς ἀντὶ ἀνδρῶν εὐνούχων.

Eadem Gygi tribuuntur ap. Hesychium et Suidam, qui eodem Xantho auctore ex eodem libro hæc in medium proferunt: Ὅτι πρῶτος Γύγης ὁ Λυδῶν βασιλεὺς γυναῖκας εὐνούχισεν, ὅπως αὐταῖς χρῷτο ἀεὶ νεαζούσαις.

Cr.: « Quam rem sic expediri posse arbitrantur Vossius De histor. Gr. et Sevin in *Recherches sur les rois de Lydie*, (*Mémoires de l'Acad. des Inscript.* tom. V), ut Xanthus dicatur junxisse varias de una eademque re sententias, quas de veterum fama acceperit. Meursius contra in notis ad Hesych. Miles. p. 176 in alterutro mendam inesse suspicatur. Qua de re difficultatibus impedita, ut meum ipse judicium interponam, possis etiam ita conjicere, ut non tam regis, quam auctoris nomen in Hesychio ejusque compilatore Suida corruptum dicas. Jam si Λυδιακῶν scriptores circumspicias, succurrit Xenophili nomen, cujus Λυδικὰς ἱστορίας laudat Anonymus in tractatu de mulieribus, quæ bello claruerunt (in *Biblioth. d. alten Lit. u. Kunst* II, 3): ut igitur ille fortasse Gygem prodiderit ejus nequitiæ inventorem. Possis etiam de Xenagora cogitare, a quo, præter cetera, Lydias etiam res traditas esse verisimile est. »

E Xantho petita videntur etiam hæc ap. Nicolaum Dam. p. 50, sqq. :

Harpocration : Ὁμηρίδαι· ... Ἑλλάνικος ἐν τῇ Ἀγλαντιάδι (leg. Ἀτλαντιάδι), ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ φησιν ὠνομάσθαι.

56.

Schol. Homer. Il. Σ, 486, ubi agit de Hyadibus, Atlantis filiabus, p. 506 extr. : Φησὶ δὲ καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀτλαντιδῶν, τὰς μὲν ἐξ θεοῖς συνελθεῖν, Ταϋγέτην Διΐ, ὧν γενέσθαι Λακεδαίμονα· Μαίαν Διΐ, ἀφ' ὧν Ἑρμῆς· Ἠλέκτραν Διΐ, ὧν Δάρδανος· Ἀλκυόνην Ποσειδῶνι, ὧν Ὑριεύς· Στερόπην Ἄρει, ὧν Οἰνόμαος· Κελαινὼ Ποσειδῶνι καὶ αὐτὴν συγγένεσθαι, ὧν Λύκος· Μερόπην δὲ Σισύφῳ θνητῷ ὄντι, ὧν Γλαῦκος, διὸ (sic codex Venet. : vulgo ἣν) καὶ ἀμαυρὰν εἶναι. Ὑάδας δὲ εἰρῆσθαι, ἤτοι παρὰ τὸ σχῆμα τῆς τῶν ἀστέρων θέσεως· τῷ γὰρ υ στοιχείῳ παραπλήσιόν ἐστιν· ἢ ἐπεὶ ἀνατέλλουσῶν αὐτῶν καὶ δυνουσῶν ὗει ὁ Ζεύς. « Pro Ἀτλαντιδῶν Ἀτλαντίδων rescribendum esse, nemo non videt. Sed Villois. cum Bekkero, sine dubio ex cod.) edidit Ἀτλαντικῶν atque idem, Anecdot. Gr. II, p. 158 auctor est, in Scholiis ad Dionysii Τέχνην, quæ codex Marcianus 489 habet, sæpe citari Hellanicum ἐν πρώτῳ τῶν Ἀτλαντικῶν. Etiam Valckenarius, ad Eur. Phœnn. p. 628 et in Dissertatione de Scholiis in Homerum (vol. 2 Opusc., Lips. 1809) p. 121, in codice Leidensi reperiri testatur ἐν τῷ α' τῶν Ἀτλαντικῶν. » Sturz.

57.

Schol. Homer. Il. M. 1 : Πάτροκλος ὁ Μενοιτίου τρεφόμενος ἐν Ὀποῦντι τῆς Λοκρίδος, περιέπεσεν ἀκουσίῳ πταίσματι. Παῖδα γὰρ ἡλικιώτην Ἀμφιδάμαντος οὐκ ἀσήμου Κλησώνυμον (cod. Venetus Κλισώνυμον), ἢ, ὥσπερ τινὲς, Αἰάνην (idem Αἶαν)

53.

Genus Siculum Italiam reliquit, ut refert Hellanicus Lesbius, tribus ætatibus ante bellum Trojanum, anno vigesimo sexto sacerdotii quod Alcyone Argis exercebat. Duas enim classes Italicas in Siciliam trajecisse tradit : priorem Elymorum, quos ab Œnotris pulsos dicit : posteriorem vero Ausonum Iapygas fugientium, quæ quinto post anno eo trajecit. Horum autem regem Siculum fuisse dicit, a quo tam ipsi genti quam insulæ nomen inditum.

Sed is qui de sacerdotibus quæ Argis erant scripsit, et ea collegit quæ cujusque tempore facta sunt, ait Æneam cum Ulysse e Molossis Italiam appulsum urbem condidisse ; eamque de unius Iliadum Romæ nomine vocavisse. Hanc autem dicit, nimio errore fatigatam, alias virgines Trojanas impulisse, ut una secum naves incenderent. Eique assentitur Damastes Sigensis, et alii quidam.

ATLANTIS.

54.

Hellanicus in eo libro, qui *Atlantis* inscribitur, filios Niobes dicit quattuor, Archenorem, Menestratum,.... Archagoram ; filias vero tres, Ogygiam, Astycratiam, ...

55.

Homeridas Hellanicus in Atlantiade, ab Homero nomen habuisse scribit.

56.

Hellanicus in libro primo de Atlantis filiabus sex cum diis concubuisse dicit, Taygeten cum Jove, ex quibus Lacedæmon ; Majam cum Jove, ex quibus Mercurius ; Electram cum Jove, ex quibus Dardanus ; Alcyonen cum Neptuno, ex quibus Hyrieus ; Steropen cum Marte, ex quibus Œnomaus ; Celæno cum Neptuno, ex quibus Lycus ; Meropen vero cum Sisypho, homine mortali, ex quibus Glaucus, eamque propterea obscurato lumine esse. Hyadas autem dici eas propter stellarum figuram, quæ literæ Υ non dissimilis esset, aut quod sub earum ortu et occasu plueret.

57.

Patroclus, Menœtii filius, Opunte, Locridis urbe, educatus, insons commisit delictum. Etenim æqualem Amphidamantis haud ignoti filium, Clisonymum, vel, ut nonnulli tradunt, Æanen, in talorum ludo ira abreptus

Digitized by Google

περὶ ἀστραγάλων ὀργισθεὶς ἀπέκτεινεν. Ἐπὶ τούτῳ δὲ φυγὼν, εἰς Φθίαν ἀφίκετο, κἀκεῖ, κατὰ συγγένειαν Πηλέως, Ἀχιλλεῖ συνῆν. Φιλίαν δ' ὑπερβάλλουσαν πρὸς ἀλλήλους διαφυλάξαντες, ὁμοῦ ἐπὶ Ἴλιον ἐστράτευσαν. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἑλλανίκῳ.

58.

Schol. Hom. Od. E, 125: Ἦν Κρὴς ὁ Ἰασίων. Ἑλλάνικος δὲ Ἠλέκτρας καὶ Διὸς αὐτὸν γενεαλογεῖ. Et Eustath. ad l. l. p. 1528, 5: Τὸν Ἰασίωνα γεωργὸν ἡ κατὰ τὸν Ἑλλάνικον ἱστορία ἔχει, Κρῆτα τὸ γένος, Διὸς υἱὸν καὶ Ἡμέρας.

« Quum Iasion etiam ab Apollod. III, 12, 1, et Schol. Cod. Aug. ad Eurip. Phœnn. 1146, dicatur Electræ Atlantidis (de qua v. fragm. LXXI) et Jovis filius, frater Dardani, non dubito, quin Ἡμέρας in Eustathii loco, quanquam ita legitur apud Phavor. quoque in v. Ἰασίωνα, mutandum sit in Ἠλέκτρας. Etiam in Scholiis ad Odyss. l. l., quæ Creuzerus Meletem. P. 1, p. 52, e Codice Palatino 45 edidit, et quæ Buttmannus suæ Scholiorum in Odysseam editioni inseruit, legitur Ἠλέκτρας. » Sturz.

ΠΕΡΙ ΑΡΚΑΔΙΑΣ.

59.

Schol. Apollon. Rhod. I, 162: Δύο δέ εἰσι Κηφεῖς· ὁ μὲν, Ἀλεοῦ, οὗ μνημονεύει Ἀπολλώνιος· ὁ δὲ ἕτερος, οὗ μνημονεύει Ἑλλάνικος ἐν τῷ περὶ Ἀρκαδίας.

60.

Schol. Apollon. I, 769: Μαίναλος ὄρος Ἀρκαδίας ἐν ᾧ ἡ Ἀταλάντη διῆγεν, ἀπὸ Μαινάλου τοῦ Ἀρκάδος, ὥς φησιν Ἑλλάνικος. Schol. Paris. pro τοῦ Ἀρκάδος habet υἱοῦ Ἀρκάδος.

61.

Schol. Apollon. II, 1055: Στυμφαλίδας Φερεκύδης φησὶν οὐ γυναῖκας ἀλλ' ὄρνιθας εἶναι, καὶ ἀναιρεθῆναι πρὸς Ἡρακλέους, πλαταγῆς δοθείσης αὐτῷ πρὸς τὸ κτυπεῖν καὶ ἐκφοβεῖν αὐτάς· ὁμοίως καὶ (Cod. Paris. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ) Ἑλλάνικος φησίν.

Idem ib. 1057: Φασὶ δὲ αὐτὴν (sc. τὴν πλαταγὴν) ἡφαιστότευκτον οὖσαν, Ἡρακλεῖ παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς δοθῆναι. Ὁ δὲ Ἑλλάνικος φησὶν αὐτὸν κατασκευάσαι.

ΑΤΘΙΣ.

62.

Euseb. Præp. evang. X, 10, p. 489, A: Ἀπὸ Ὠγυγοῦ ... μέχρι πρώτης Ὀλυμπιάδος ... ἔτη συνάγεται χίλια εἴκοσι. ... Ταῦτα γὰρ τὰ Ἀθηναίων ἱστοροῦντες, Ἑλλάνικός τε καὶ Φιλόχορος, οἱ τὰς Ἀτθίδας (sc. γράψαντες) ... ἐμνήσθησαν.

63.

Harpocration in v. Ἐρυθραῖοι: Ἐρυθρὰ, μία τῶν ὑπὸ Νηλέως τοῦ Κόδρου κτισθεισῶν, ὡς φησὶν Ἑλλάνικος ἐν Ἀτθίσιν.

64.

Eustath. ad Homer. Odyss. Γ, p. 1454, 30: Φασὶ καὶ τὸν Ἑλλάνικον ἱστορεῖν, ὅτι Νηλεὺς Πελίᾳ τῷ ἀδελφῷ μαχεσάμενος, ἦλθεν ἐξ Ἰωλκοῦ εἰς τὰ κατὰ Μεσσήνην, καὶ ἔκτισε Πύλον τῶν Μεσσηνίων, μοῖραν τινὰ τῆς χώρας χαρισαμένων αὐτῷ.

Schol. in Odyss. Γ, 4, p. 81 ed. Buttmann. ita habet: Νηλεὺς γὰρ, ὡς εἴρηται (Buttm. recte εἴρηκεν) Ἑλλάνικος, μαχησάμενος μετὰ Πελίου, ἐξ Ἰωλκοῦ ἦκεν εἰς Μεσήνην, καὶ τὴν Πύλον ἔκτισε, Μεσηνίων χώραν παρασχόντων.

---

interfecit. Quapropter quum fugeret, Phthiam venit, ubi ob Pelei affinitatem cum Achille versatus est. Qui quidem tam eximia inter se juncti manserunt amicitia, ut una contra Trojam proficiscerentur.

58.

Iasion erat Cretensis, quem Hellanicus Jovis dicit ex Electra filium.

Iasionem agricolam secundum Hellanicum historia exhibet, genere Cretensem, Jovis filium et Hemeræ (Electræ).

DE ARCADIA.

59.

Duo Cephei distinguendi sunt, quorum alter est Alei filius, cujus mentionem injecit Apollonius; alterum (Lycurgi filium, unum ex apri Calydonii venatoribus) in Rebus Arcadicis Hellanicus commemorat.

60.

Mænalus, mons Arcadiæ, in quo Atalanta degebat, nomen accepit a Mænalo, Arcadis filio, ut Hellanicus dicit.

61.

Stymphalides Pherecydes tradit non mulieres fuisse, sed aves ab Hercule de medio sublatas, datis ei crepitaculis, cujus sonitu terrorem iis incuteret. Similiter (*vel* eadem) tradit Hellanicus.

Crepitaculum a Vulcano fabricatum a Minerva dicunt Herculi datum esse, secundum Hellanicum vero ipse Hercules id sibi fecerat.

ATTHIS.

62.

Ab Ogyge... ad primam usque Olympiadem anni colliguntur viginti supra mille... Hæc enim Hellanicus et Philochorus, qui res Atticas prosequuti sunt,..... memoriæ prodiderunt.

63.

Erythra fuit inter alias deducta per Neleum, filium Codri, ut Hellanicus refert in Atticis.

64.

Hellanicus narrare dicitur quemadmodum Neleus post certamen, quod cum Pelia fratre habuit, ex Iolco in Messeniam venerit ibique in regione a Messeniis ei concessa Pylum urbem condiderit.

Digitized by Google

65.

Harpocration in v. Παναθήναια: Ἦγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος, ὁ Ἡφαίστου, καθά φασιν Ἑλλάνικός τε καὶ Ἀνδροτίων, ἑκάτερος ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος.

66.

Harpocration in v. Φορβάντειον: Ἦν δὲ Ποσειδῶνος υἱὸς ὁ Φόρβας, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ τῆς Ἀτθίδος.

67.

Harpocration et ex eo Phavorinus in v. Εἵλωτεύειν: Εἵλωτες, οἱ μὴ γόνῳ (Phav. γνήσιοι) δοῦλοι Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οἱ πρῶτοι (Phav. ἀλλὰ πρῶτον) χειρωθέντες τῶν (Phav. τὸ) Ἕλος τὴν πόλιν οἰκούντων· ὡς ἄλλοι τε πολλοὶ μαρτυροῦσι καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ πρώτῃ.

68.

Harpocration: Ἀλόπη, ... Κερκυόνος θυγάτηρ, ἐξ ἧς καὶ Ποσειδῶνος Ἱπποθόων, ὁ τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς ἐπώνυμος, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος.

69.

Suidas: Ἄρειος πάγος· δικαστήριον Ἀθήνησιν ... ἐκλήθη δὲ Ἄρειος, ἐπεὶ τὰ φονικὰ δικάζει· ὁ δὲ Ἄρης ἐπὶ τῶν φόνων· ἢ ὅτι ἔπηξε τὸ δόρυ ἐκεῖ ἐν τῇ πρὸς Ποσειδῶνα ὑπὲρ Ἁλιρρόθίου δίκῃ, ὅτε ἀπέκτεινεν αὐτὸν, βιασάμενον Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ καὶ Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος θυγατέρα, ὥς φησιν Ἑλλάνικος ἐν α'.

Idem legitur apud Etymologum Magnum in v. Ἄρειος πάγος et in Συναγωγῇ λέξεων χρησίμων in Bekkeri Anecd. p. 444, sed paulo aliter.

70.

Harpocration in v. Ἱεροφάντης: Περὶ δὲ τοῦ γένους τῶν ἱεροφαντῶν, δεδήλωκεν Ἑλλάνικος ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος.

71.

Harpocration: Μουνυχία,... τόπος παραθαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ. Ἑλλάνικος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἀτθίδος, ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς, βασιλέως, τοῦ Πανταχλέους. «Eadem habet Photius Lex. p. 203, et Suidas, nisi quod hic legit ἐν δευτέρῳ, et Παντευχλέους. Uberius mentem Hellanici exponit Ulpianus ad Demosth. Orat. de cor. p. 73, C, ed. H. Wolf. Bas. 1572, fol., Ἐκλήθη δὲ, inquiens, Μουνύχιον, ὡς φησιν ὁ Διόδωρος, παραφέρων τὰ Ἑλλανίκου, λέγων, ὡς (Scribe λέγοντος) ὅτι Θρᾷκές ποτε στρατεύσαντες κατὰ τῶν οἰκούντων Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον τῆς Βοιωτίας, ἐξέβαλλον αὐτοὺς ἐκεῖθεν. Οἱ δὲ ἐξαναστάντες, ἦλθον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως. Ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον, τὸν περὶ τὴν Μουνυχίαν. Ὅστις ἐπωνομάσθη παρ' αὐτῶν εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως.» Sturz.

72.

Harpocrat. et ex eo Phavorinus: Πηγαὶ, ... τόπος ἐν Μεγάροις, ὡς ἐν τετάρτῃ (Phav. τετάρτῳ) τῆς Ἀτθίδος φησὶν Ἑλλάνικος.

73.

Plutarch. in Thes. c. 17, p. 7, C, ubi egit de tributo septem adolescentum totidemque virginum per novem annos Minoi quotannis pendendo, ita pergit: Ἑλλάνικος δέ φησιν, οὐ τοὺς λαχόντας ἀπὸ κλήρου καὶ τὰς λαχούσας ἐκπέμπειν τὴν πόλιν, αὐτὸν δὲ τὸν Μίνω παραγινόμενον ἐκλέγεσθαι, καὶ τὸν Θησέα πάντων ἑλέσθαι πρῶτον ἐπὶ τοῖς ὁρισθεῖσιν. Ὡρισμένον δ' εἶναι, τὴν μὲν ναῦν Ἀθηναίους παρέχειν, ἐμβάντας δὲ πλεῖν σὺν αὐτῷ τοὺς ἡϊθέους, μηδὲν ὅπλον ἀρήϊον ἐπιφερομένους. Ἀπολομένου δὲ τοῦ Μινωταύρου, πέρας ἔχειν τὴν ποινήν. Πρότερον μὲν οὖν οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο. Διὸ καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ προδήλῳ, τὴν ναῦν ἔπεμπον. Τότε δὲ τοῦ Θησέως τὸν πατέρα θαρ-

---

65.

Auctor festi Panathenæorum erat Erichthonius Vulcani filius, quemadmodum Hellanicus et Androtion, uterque libro Atthidos primo.

66.

Fuit autem Phorbas Neptuni filius, ut Hellanicus testatur in primo Atthidos.

67.

Helotæ vocabantur qui Lacedæmoniorum servi erant, non ab ipso ortu, sed capti primi ex illis qui urbem dictam Helos incolebant: ut cum alii multi testantur, tum Hellanicus libro primo.

68.

Alope Cercyonis filia, e qua Neptunus suscepit Hippothoontem, qui Hippothoontidi tribui nomen dedit: ut Hellanicus refert libro secundo Atthidis.

69.

Areopagus. Judicium Athenis. — Dictus est autem Ἄρειος, quod ibi de cædibus jus diceretur. Mars enim cædibus præest, vel quia Mars hastam ibi defixit in judicio adversus Neptunum de Halirrhothio, quem occiderat, quod vim intulisset Alcippæ, filiæ suæ et Agrauli, quæ Cecrope nata erat, ut refert Hellanicus libro primo.

70.

De hierophantarum familia Hellanicus docuit in Atticæ historiæ libro secundo.

71.

Munychia, locus Atticæ maritimus, quem Hellanicus in secundo rerum Atticarum nomen accepisse scribit a rege Munycho, Pantaclis (*vel* Panteuclis) filio.

72.

Pagæ, locus in Megaris, ut Hellanicus libro Atthidis quarto testatur.

73.

Hellanicus refert non sorte ductos pueros puellasque civitatem misisse, sed Minoa delegisse præsentem, ac Thesea omnium cepisse primum de præfinita lege. Præfinitum autem fuisse, ut navem præberent Athenienses, et impositi impubcres nulla secum ferentes arma bellica cum illo navigarent, sublatoque Minotauro finem fore pœnæ. Nam ante nulla spes suberat salutis. Hinc navem cum atro velo ut in certam perniciem mittebant. Tunc vero quum parentem Theseus confirmaret, et dominturum se jactaret

Digitized by Google

βύνοντος καὶ μεγαληγοροῦντος ὡς χειρώσεται τὸν Μινώταυρον, ἔδωκεν ἕτερον ἱστίον λευκὸν τῷ κυβερνήτῃ, κελεύσας ὑποστρέφοντα σωζομένου τοῦ Θησέως, ἐπάρασθαι τὸ λευκόν· εἰ δὲ μή, τῷ μέλανι πλεῖν, καὶ ἀποσημαίνειν τὸ πάθος.

74.

Schol. Hom. Il. Γ, 144: Ὡς γὰρ ἱστορεῖ Ἑλλάνικος, Πειρίθους καὶ Θησεὺς, ὁ μὲν Διὸς ὤν, ὁ δὲ Ποσειδῶνος, συνέθεντο γαμῆσαι Διὸς θυγατέρας. Καὶ ἁρπάσαντες τὴν Ἑλένην κομιδῇ νέαν, παρατίθενται εἰς Ἀφιδναν τῆς Ἀττικῆς Αἴθρῃ, τῇ Πιτθέως μὲν θυγατρὶ, μητρὶ δὲ Θησέως. Οὕτως εἰς ᾅδου παραγίγνονται ἐπὶ τὴν Περσεφόνην. Οἱ δὲ Διόσκουροι, μὴ ἀπολαμβάνοντες τὴν ἀδελφὴν, τὴν Ἀττικὴν σύμπασαν πορθοῦσιν, Αἴθραν δὲ αἰχμαλωτίζουσι. Cf. Schol. Apollon. I, 100.

Tzetz. ad Lycophr. 513, de Helena: Ἡρπάγη ὑπὸ Θησέως ἑπταετὴς, ὥς φησιν Ἑλλάνικος.

Plutarch. Thes. c. 31, p. 14, E: Ἤδη δὲ πεντήκοντα ἔτη γεγονὼς, ὥς φησιν Ἑλλάνικος, ἔπραξε τὰ περὶ τὴν Ἑλένην, οὐ καθ' ὥραν.

75.

Schol. Eur. Hecub. 125: Ἑλλάνικος δὲ λέγει, διὰ τοῦτο αὐτοὺς (Acamanthem et Demophontem) ἀπελθεῖν ἐκεῖσε, ὅπως, εἰ μὲν ἕλοιεν Ἕλληνες τὴν Τροίαν, λάφυρον αὐτὴν (τὴν Αἴθραν) καὶ γέρας λάβωσιν· εἰ δὲ μὴ, κἂν λυτρώσασθαι δώροις.

76.

Plutarch. Thes. c. 25, p. 12, A, de Theseo: Ἔταξεν οὖν καὶ διωρίσατο πρὸς τοὺς Κορινθίους, Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παρέχειν προεδρίαν, ὅσον ἂν τόπον ἐπίσχῃ καταπετασθὲν τὸ τῆς θεωρίδος νεὼς ἱστίον, ὡς Ἑλλάνικος καὶ Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἱστορήκασιν. Εἰς δὲ τὸν πόντον ἔπλευσε τὸν Εὔξεινον, ὡς μὲν Φιλόχορος καί τινες ἄλλοι λέγουσι, μεθ' Ἡρακλέους ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας συστρατεύσας, καὶ γέρας (ἀριστεῖον) Ἀντιόπην ἔλαβεν· οἱ δὲ πλείους (ὧν ἐστι Φερεκύδης καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἡρόδωρος) ὕστερον φασὶν Ἡρακλέους ἰδιόστολον πλεῦσαι τὸν Θησέα, καὶ τὴν Ἀμαζόνα λαβεῖν αἰχμάλωτον· πιθανώτερα λέγοντες.

77.

Harpocrat. in v. Αὐτόχθονες: Αὐτόχθονες δὲ καὶ Ἀρκάδες ἦσαν, ὡς Ἑλλάνικός φησι, καὶ Αἰγινῆται, καὶ Θηβαῖοι.

78.

Suidas: Ἀνδοκίδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ τῶν πρωτευόντων δέκα εἷς, υἱὸς Λεωγόρου, ἀπόγονος Τηλεμάχου, τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ Ναυσικάας, ὥς φησιν Ἑλλάνικος. Plutarch. in Alcib. c. 21, p. 201, E: Ἀνδοκίδης ὁ ῥήτωρ, ὃν Ἑλλάνικος ὁ συγγραφεὺς εἰς τοὺς Ὀδυσσέως ἀπογόνους ἀνήγαγεν. Idem paulo aliter in Vitis decem oratorum, Mor. p. 384, B: Ἀνδοκίδης, ... γένους εὐπατριδῶν, ὡς δὲ Ἑλλάνικος, καὶ ἀπὸ Ἑρμοῦ. Καθήκει γὰρ εἰς αὐτὸν τὸ κηρύκων γένος. Photius Cod. 261, p. 795, 18 Hœsch., p. 488, 22, Bekk.: Παῖς δὲ ἐχρημάτιζε (Andocides) Λεωγόρου, ἐξ οὗ γεγονότων καταγόμενος· Ἑλλάνικος δέ φησι καὶ τοὺς πόῤῥω τῆς γενέσεως ὀχετοὺς ἥκειν εἰς αὐτὸν ἐξ Ἑρμοῦ.

Minotaurum, aliud velum gubernatori Ægeus candidum dedit cum præcepto, ut in reditu sospite Theseo attolleret candidum, alias navigaret cum atro, atque ita signum cladis ederet.

74.

Ut enim Hellanicus narrat, Pirithous et Theseus, ille Jovis, hic Neptuni filius, convenerunt inter se, ut Jovis filias uxores ducerent. Itaque rapuerunt Helenam, tenerrimæ ætatis puellam, quam Aphidnam transportatam tradiderunt Æthræ, Pitthei filiæ, matri Thesei. Deinde in Orcum descenderunt, ut Persephonam inde auferrent. Dioscuri vero, quum soror iis non redderetur, totam Atticam devastarunt atque Æthram captivam abduxerunt.

Rapta est a Theseo Helena septem annos nata.

Annos jam natus, ut Hellanicus refert, quinquaginta, Helenam rapuit nondum maturam.

75.

Hellanicus dicit Thesei filios, Acamantem et Demophontem, adversus Trojam profectos esse, ut si urbe Græci potirentur, Æthram tanquam prædam et præmium acciperent; sin minus, donis eam redimerent.

76.

Constituit Theseus et convenit ei cum Corinthiis, ut Atheniensibus qui ad Isthmia venissent, attribuerent prima subsellia tanto spatio quantum navis theoridis expansum humi velum occupasset: quod Hellanicus et Andron Halicarnasseus scriptum reliquerunt. In pontum Euxinum navigavit, ut Philochorus et nonnulli alii referunt, Herculem ad bellum adversus Amazonas sequutus, et præmium virtutis ergo accepit Antiopam. At major pars, in quibus est Pherecydes, Hellanicus et Herodorus, post Herculem aiunt cum propria classe navigasse Thesea, et captivam duxisse hanc Amazonem, quod quidem est probabilius.

77.

Et Arcades et Æginetæ et Thebani autochthones fuere, ut Hellanicus testatur.

78.

Andocides, Atheniensis, unus ex decem illis oratoribus, qui inter reliquos excellunt, filius fuit Leogori, genus ducens a Telemacho, filio Ulyssis, et Nausicaa, ut ait Hellanicus.

Orator Andocides, quem refert Hellanicus historiographus inter Ulyssis posteros.

Andocides, gente patricia, adeoque, si Hellanico credimus, a Mercurio propagata, ortus; ad eum enim pertinet cerycum genus.

Andocides filium se dicit Leogori, a nobilibus genus ducens; Hellanicus vero ait etiam ulteriores generationis gradus a Mercurio ad eum descendere.

Digitized by Google

79.

Schol. Aristoph. Avium 873, et ex eo Phavorin. in v. Κολαινίς: Φησὶ δὲ Ἑλλάνικος, Κόλαινον Ἑρμοῦ ἀπόγονον ἐκ μαντείου ἱερὸν αὐτῆς (nempe Ἀρτέμιδος) ἱδρύσασθαι Κολαινίδος.

80.

Schol. Aristoph. Ran. 706: Τοὺς συνναυμαχήσαντας δούλους Ἑλλάνικός φησιν ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἐγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς.

81.

Plutarch. De malignitate Herodoti p. 869, A: Νάξιοι τρεῖς ἔπεμψαν τριήρεις συμμάχους τοῖς βαρβάροις, εἷς δὲ τῶν τριηραρχῶν Δημόκριτος ἔπεισε τοὺς ἄλλους ἑλέσθαι τὰ τῶν Ἑλλήνων. Οὕτως οὐδὲ ἐπαινεῖν ἄνευ τοῦ ψέγειν οἶδεν, ἀλλ' εἰ εἷς ἀνὴρ ἐγκωμιασθῇ, πόλιν ὅλην δεῖ κακῶς ἀκοῦσαι, καὶ δῆμον. Μαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ τῶν μὲν πρεσβυτέρων Ἑλλάνικος, τῶν δὲ νεωτέρων Ἔφορος, ὁ μὲν ἓξ, ὁ δὲ πέντε ναυσὶν αὐτοὺς Ναξίους ἐλθεῖν τοῖς Ἕλλησι βοηθοῦντας ἱστορήσας. Respicit Plutarchus Herodot. 8, 46.

82.

Schol. Eurip. Orest. 1648: Περὶ τῆς Ὀρέστου κρίσεως ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἱστορεῖ καὶ Ἑλλάνικος, ταῦτα γράφων· τοῖς ἐκ Λακεδαίμονος ἐλθοῦσι καὶ τῷ Ὀρέστῃ οἱ Ἀθηναῖοι ἔφασαν. Τέλος δὲ ἀμφοτέρων ἐπαινούντων, οἱ Ἀθηναῖοι τὴν δίκην ἔστασαν ἐννέα γενεαῖς. Ὕστερον δὲ Ἄρης καὶ Ποσειδῶν περὶ Ἁλιρρόθιου δίκην. Εἶτα Κέφαλος ὁ Δηϊονέως, ὅστις Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως ἔχων γυναῖκα, καὶ ἀποκτείνας, ἐξ Ἀρείου πάγου δίκην ὡς δικασθεὶς ἔφυγεν ἓξ γενεαῖς ὕστερον. Μετὰ δὲ τὴν Δαιδάλου δίκην, ἀδελφιδοῦν τὸν Τάλων ἀποκτείναντος δολόεντι θανάτῳ, καὶ φυγόντος δίκην, τρισὶ γενεαῖς ὕστερον αὖτη ἡ Τυνδαρὶς Κλυταιμνήστρα Ἀγαμέμνονα ἀποκτείνασα, καὶ ὑπὸ Ὀρέστου ἀποκτανθεῖσα, συγκροτηθῆναι δίκην τῷ Ὀρέστῃ ὑπὸ Εὐμενίδων παρεσκεύασεν, ὃς μετὰ τὴν κρίσιν ἐπανελθών, Ἄργους ἐβασίλευσε. Καὶ ἐδίκασεν δὲ Ἀθηνᾶ καὶ Ἄρης.

Priorem partem hujus fragmenti Sturz. in prima editione ita putat constituendam esse: τοῖς ἐκ Λακ. ἔλθ. καὶ τῷ Ὀρ. οἱ Ἀθηναῖοι τὴν δίκην ἔστασαν ἐννέα γενεαῖς ὕστερον ἢ Ἄρης καὶ Ποσειδῶν περὶ Ἁλιρρόθιου δίκην ἔφασαν, τέλος γε ἀμφοτέρων ἐπαινούντων. Εἶτα Κέφαλος ὁ Δηϊονέως, nempe δίκην ἔφη, ὅστις—. In secunda editione nihil transponendum esse censet, sed pro τῷ Ὀρέστῃ poni jubet τὸ τοῦ Ὀρέστου, deinde legit ἔστασαν ἐννέα γενεαῖς ὕστερον ἤ, ita ut ἔστασαν significet: *oratione ostenderunt*: vid. latinam viri docti, quam infra apposuimus, interpretationem. Inter δίκην et εἶτα inserendum putat εἶπον vel εἶπαν. Pro ἐξ Ἀρείου πάγου mavult ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. Pro δίκην ὡς reponendum esse ait: δίκην εἶπεν, ὡς, et pro ἐδίκασεν legendum putat ἐδίκασαν.

(83.)

Quod hoc loco Sturzius posuerat fragmentum ex Stephano Byzantino v. Ὠρωπὸς in fine petitum, delevimus; codex Rhedigeranus vulgatum Θεόπομπος, καὶ Ἑλλάνικος, recte ponit hoc modo: Θεόπομπος γ' Ἑλληνικῶν.

84.

Tzetzes ad Lycophr. 1332: Ἑλλάνικος δὲ ὁ Λέσβιός φησιν, ὅτι παγέντος τοῦ Κιμμερικοῦ Βοσπόρου, διέβησαν αὐτὸν, καὶ ἦλθον εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ τέτρασι μησὶ πολεμήσασαι, ὑπεστράφησαν· οὐ λέγει δὲ τὴν αἰτίαν.

79.

Hellanicus ait Colænum, Mercurii progeniem, e vaticinio fanum condidisse Dianæ Colænidis.

80.

Servos, qui cum Atheniensibus (ad Arginusas) pugna navali dimicaverant, Hellanicus manumissos dicit et inter Platæenses relatos civitatis jure donatos esse.

81.

Naxios ait Herodotus tres naves barbaris auxilio misisse, unum autem de triremium præfectis, Democritum, persuasisse civibus reliquis, ut Græcorum causam amplecterentur. Adeo laudare sine vituperio non potest Herodotus, ut, si unum hominem laudet, male audire totam civitatem, aut populum, oporteat. Testimonium contra eum dicunt de vetustioribus Hellanicus, de recentioribus Ephorus, alter sex, alter quinque navibus sua sponte Naxios auxilio venisse Græcis scribentes.

82.

De Orestis judicio in Areopago narrat etiam Hellanicus ita scribens: Iis advenis vel hospitibus, qui ex Lacedæmone venerant, Athenienses inter alia etiam id narrarunt, quod de Oreste acciderat. Quumque utrique exitum judicii laudarent, Athenienses judicium illud ostenderunt factum esse novem ætatibus post quam Mars et Neptunus de Halirrhothio causam dixissent. Deinde Cephalus, Deionei filius, qui, quum uxorem suam Procrin, Erechthei filiam, occidisset, causam in Areopago dixit, tanquam damnatus in exilium abiit sex ætatibus post. Sed post Dædali judicium qui Talum, sororis filium, per fraudem interemerat, et reus actus erat, tribus ætatibus serius hæc Tyndari filia, Clytæmnestra, quæ Agamemnonem interfecerat, ab Oreste occisa, effecit ut actio judiciumque ab Eumenidibus conflaretur Oresti, qui post judicium reversus Argi rex factus est. Minerva et Mars sederunt judices.

84.

Hellanicus Lesbius dicit Amazones Bosporum Cimmericum congelatum transgressas venisse in Atticam et postquam quattuor mensibus bellum gessissent reversas esse; causam vero non addit.

Digitized by Google

ΚΡΑΝΑΙΚΑ.

85.

Schol. Aristoph. ad Aves 1403 : Ἀντίπατρος καὶ Εὐφρόνιος ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φασι τοὺς κυκλίους χοροὺς στῆσαι πρῶτον Λασὸν τὸν Ἑρμιονέα· οἱ δὲ ἀρχαιότεροι, Ἑλλάνικος καὶ Δικαίαρχος, Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον· Δικαίαρχος μὲν ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων, Ἑλλάνικος δὲ ἐν τοῖς Κραναϊκοῖς. Exscripsit hunc locum Phavorin. in v. Κυκλιοδιδάσκαλοι.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

Vide fr. 3 et 96. Cetera, quæ Sturzius ad Historias referenda putat, hæc sunt:

86.

Schol. Apollon. I, 146: Αἰτωλὶς, ἡ Λήδα. ... Ἑλλάνικος δὲ Καλυδωνίαν αὐτὴν φησι.

87.

Schol. Apollon. II, 406: Ἑλλάνικος ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς φησὶ κεῖσθαι τὸ δέρας.

88.

Schol. Apollon. II, 1147 : Τελευτῆσαι τὴν Ἕλλην κατὰ Πακτύην φασὶν, ὡς καὶ Ἑλλάνικος μαρτυρεῖ.

89.

Josephus Archæol. I, 4: Ἑλλάνικος καὶ Ἀκουσίλαος, καὶ πρὸς τούτοις Ἔφορος καὶ Νικόλαος, ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαιοὺς ζήσαντας ἔτη χίλια.

Eadem fere habent Eusebius Præp. ev. IX, 13, p. 415, D, et Ge. Syncellus Chronograph. p. 43, B.

Valerius Maximus VIII, 13, ext. 6: *Hellanicus ait, quosdam ex gente Epiorum, quæ pars est Ætoliæ, ducentos explere annos.*

Plinius H. N. VII, 48, *s.* 49: *Hellanicus quosdam in Ætolia Epiorum gentis ducentos* (vitæ annos) *explere* (tradit).

90.

Schol. Pindar. Olymp. III, 22, p. 95 ed. Boeckh.: Περὶ τοῦ τῶν Ἑλλανοδικῶν ἀριθμοῦ Ἑλλάνικός φησι καὶ Ἀριστόδημος, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον β', τὸ δὲ τελευταῖον ι'. Τοσαῦται γὰρ αἱ τῶν Ἠλείων φυλαί, καὶ ἀφ' ἑκάστης εἷς ἦν Ἑλλανοδίκης.

91.

Strabo VIII, p. 366, A : Ἑλλάνικος μὲν οὖν Εὐρυσθένη καὶ Προκλέα φησὶ διατάξαι τὴν πολιτείαν. Ἔφορος δ' ἐπιτιμᾷ, φήσας, Λυκούργου μὲν αὐτὸν μηδαμοῦ μεμνῆσθαι, τὰ δ' ἐκείνου ἔργα τοῖς μὴ προσήκουσιν ἀνατιθέναι.

ΠΕΡΙ ΕΘΝΩΝ.

92.

Schol. Apollon. IV, 322: Ἑλλάνικος ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν φησι· « Βόσπορον δὲ διαπλεύσαντι Σινδοί· τούτων δὲ ἀνωτέρω Μαιῶται Σκύθαι. »

ΕΘΝΩΝ ΟΝΟΜΑΣΙΑΙ.

93.

Athenæus XI, p. 462, B: Οἶδα δὲ καὶ Ἑλλάνικον ἐν ἐθνῶν ὀνομασίαις λέγοντα, ὅτι Λιβύων τῶν Νομάδων τινὲς οὐδὲν ἄλλο κέκτηνται, ἢ κύλικα καὶ μάχαιραν καὶ ὑδρίαν. Καὶ ὅτι οἰκίας ἔχουσιν ἐξ ἀνθερίκου πεποιημένας μικρὰς ὅσον σκιᾶς ἕνεκα, ἃς καὶ περιφέρουσιν, ὅπου ἂν πορεύωνται.

CRANAICA.

85.

Antipater et Euphronius in Memorabilibus Lasum, Hermionensem, primum choros cyclicos instituisse dicunt, antiquiores vero, Hellanicus et Dicæarchus, Arionem Methymnæum nominant, ille in Cranai historia, hic in libro, qui est de agonibus Dionysiacis.

HISTORIÆ.

86.

Ætolis, Leda, — sed Hellanicus dicit eam Calydoniam esse.

87.

Hellanicus in Jovis templo vellus aureum depositum esse dicit.

88.

Hellen ad Pactyen (oppidum Chersonesi Thraciæ) mortuam esse aiunt: consentit Hellanicus.

89.

Hellanicus et Acusilaus, et præter hos Ephorus et Nicolaus, antiquissimis temporibus homines ad mille annos vixisse dicunt.

90.

De Hellanodicarum numero Hellanicus et Aristodemus dicunt initio quidem fuisse duo, postremo autem decem; tot enim erant Eleorum tribus, ex quibus singulis unus desumebatur Hellanodica.

91.

Hellanicus Eurysthenem et Proclem auctores facit reipublicæ Spartanæ. Quem Ephorus increpans ait, eum, præterita Lycurgi mentione, facta ipsius alienis adscripsisse.

DE GENTIBUS.

92.

Hellanicus in libro qui est De gentibus ait: « Bosporum (Cimmerium) pernaviganti Sindi, et supra hos Scythæ Mæotæ. »

DE GENTIUM NOMINIBUS.

93.

Memini etiam Hellanicum, in Gentium nominibus, tradere « Numidarum Libyæ nonnullos nihil aliud in bonis habere, nisi calicem, et gladium, et hydriam : uti autem domunculis ex albuco (*antherico* Græci vocant) confectis exiguis, umbræ tantum captandæ gratia; quas quocumque proficiscuntur circumferunt. »

Digitized by Google

94.

Schol. Apollon. II, 713: Ὠνομάσθη Παρνασσὸς ἀπὸ Παρνησσοῦ τοῦ ἐγχωρίου ἥρωος, ὡς Ἑλλάνικος. Laudat hunc locum Phavorinus.

95.

Hesych.: Κάδμιοι, οἱ Πριηνεῖς, ὡς Ἑλλάνικος.

96.

Steph. Byz.: Ὑπερβόρεοι, ... Ἑλλάνικος δὲ Ὑπερβόρειοι γράφει, διὰ διφθόγγου.

« Quæ si vera sunt, minus recte editur in loco Clementis Alex. Stromm. 1, p, 305, C: Τοὺς δὲ Ὑπερβορέους Ἑλλάνικος ὑπὲρ τὰ Ῥίπαια ὄρη οἰκεῖν ἱστορεῖ· διδάσκεσθαι δὲ αὐτοὺς δικαιοσύνην, μὴ κρεωφαγοῦντας, ἀλλ' ἀκροδρύοις χρωμένους. Et in Theodoreti De Græcorum affectibus curandis disp. XII, vol. IV, p. 1024. sq. edit. Schulz.: Ἑλλάνικος ἐν ταῖς Ἱστορίαις ἔφη, τοὺς Ὑπερβορέους οἰκεῖν μὲν ὑπὲρ τὰ Ῥίπαια ὄρη, ἀσκεῖν δὲ δικαιοσύνην, μὴ κρηφαγοῦντας, ἀλλ' ἀκροδρύοις χρωμένους. De loco, quem incolant Hyperborei, consentit cum Hellanico Damastes in libro Περὶ ἐθνῶν apud Steph. Byz. Unde fortasse rectius hic locus referri poterat ad Hellanici Βαρβαρικὰ Νόμιμα. Quodsi Theodoretum sequimur, fragmentum putabimus esse ex Hellanici Ἱστορίαις, e quibus non dubito quin pleraque ejus petita sint. » Sturz.

97.

Dionys. Halic. Archæol. I, c. 35: Ἑλλάνικος δ Λέσβιός φησιν Ἡρακλέα τὰς Γηρυόνου βοῦς ἀπελαύνοντα εἰς Ἄργος, ἐπειδή τις αὐτῷ δάμαλις ἀποσκιρτήσας τῆς ἀγέλης ἐν Ἰταλίᾳ ὄντι ἤδη, φεύγων διῆρε τὴν ἄκτην, καὶ τὸν μεταξὺ διανηξάμενος πόρον τῆς θαλάσσης, εἰς Σικελίαν ἀφίκετο, ἑρόμενον ἀεὶ τοὺς ἐπιχωρίους καθ' οὓς ἑκάστοτε γένοιτο διώκειν τὸν δάμαλιν, εἴ ποι τις αὐτὸν ἑωρακὼς εἴη τῶν τῇδε ἀνθρώπων, Ἑλλάδος μὲν γλώττης ὀλίγα συνιέντων, τῇ δὲ πατρίῳ φωνῇ κατὰ τὰς μηνύσεις τοῦ ζώου καλούντων τὸν δάμαλιν οὐΐτουλον, ὥσπερ καὶ νῦν λέγεται, ἀπὸ τοῦ ζώου τὴν χώραν ὀνομάσαι πᾶσαν ὅστις ὁ δάμαλις διῆλθεν, Οὐϊταλίαν. Μεταπεσεῖν δὲ ἀνὰ χρόνον τὴν ὀνομασίαν εἰς τὸ νῦν σχῆμα, οὐδὲν θαυμαστόν, ἐπεὶ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν πολλὰ τὸ παραπλήσιον πέπονθεν ὀνομάτων. Πλὴν εἴτε, ὡς Ἀντίοχός φησιν, ἐπ' ἀνδρὸς ἡγεμόνος, ὅπερ ἴσως καὶ πιθανώτερόν ἐστιν· εἴθ', ὡς Ἑλλάνικος οἴεται, ἀπὸ τοῦ ταύρου τὴν ὀνομασίαν ταύτην ἔσχεν, ἐκεῖνό γ' ἐξ ἀμφοῖν δῆλον, ὅτι κατὰ τὴν Ἡρακλέους ἡλικίαν, ἢ μικρῷ πρόσθεν, οὕτως ὠνομάσθη.

98.

Steph. Byz.: Ἄβδηρα, πόλεις δύο· ἡ μὲν Θράκης, ἀπὸ Ἀβδήρου τοῦ υἱοῦ Ἡρίμου (leg. Ἑρμοῦ), Ἡρακλέους ἐρωμένου, ὃν αἱ Διομήδους ἵπποι διεσπάσαντο, ὡς Ἑλλάνικος καὶ ἄλλοι φασίν.

99.

Stephan. Byz.: Αἰπεία, πόλις ... Κρήτης, ὡς Ἑλλάνικος.

100.

Steph. Byz.: Θεστίδειον, πόλις Θεσσαλική. Ἑλλάνικος δὲ δίχα τοῦ σ φησὶν, ἀπὸ Θέτιδος.

101.

Auctor Συναγωγῆς λέξεων χρησίμων, in Bekkeri Anecd. p. 362, 24: Αἷμον τὸ ὄρος οὐδετέρως Ἑκαταῖος διὰ παντὸς, καὶ Διονύσιος, καὶ Ἑλλάνικος καὶ Εὔδοξος.

102.

Steph. Byz.: Ἀκέλης, πόλις Λυκίας. ... Ἔοικε δὲ λέγεσθαι ἀπὸ Ἀκέλου, τοῦ Ἡρακλέους καὶ Μάλιδος

94.

Parnassus nomen accepit a Parnesso, heroe populari, ut Hellanicus dicit.

95.

Cadmii appellantur Prienenses, auctore Hellanico.

96.

Ὑπερβόρεοι, Hyperborei, gens. Sed Hellanicus scribit Hyperboreios per diphthongum.

Hellanicus autem scribit Hyperboreos habitare ultra Rhipæos montes, doceri autem ipsos justitiam, non vescentes carnibus, sed arborum fructibus.

97.

Hellanicus Lesbius ait Herculem, dum Geryonis boves Argos abigeret, quoniam quidam ipsius vitulus, quum in Italia jam esset, ab armento resiliens fugerat, et universam illam oram peragrarat, et freto transnato in Siciliam pervenerat, quærentem semper ex illius regionis hominibus, in quoscunque incidisset persequens suum vitulum, sicubi quis eorum qui regionem illam incolebant ipsum vidisset, illis quidem pauca linguæ Græcæ vocabula intelligentibus, sed patrio sermone ex illius animalis indiciis vitulum appellantibus, ut nunc etiam appellatur, *quod Græci vocant* damalin, universam oram, quam vitulus ille peragrarat, ab eo animali Vitaliam nominasse. Quod autem temporis progressu nomen istud in eam formam, quam nunc habet, mutatum fuerit, non est mirandum: quia multis etiam Græcis nominibus idem accidit. Verumtamen sive, ut Antiochus ait, a duce (quod etiam fortasse verisimilius fuerit), sive, ut putat Hellanicus, a vitulo nomen hoc acceperit, illud certe ex amborum auctoritate constat, Herculis ætate, aut paulo ante ita nominatam.

98.

Abdera; duæ sunt hujus nominis urbes, quarum altera in Thracia condita est ab Abderita, Erimi filio, Herculis amasio, quem Diomedis equæ diripuerunt, ut Hellanicus et alii narrant.

99.

Æpea, civitas Cretæ, auctore Hellanico.

100.

Thestidium, urbs Thessalica. Hellanicus vocem sine *s* scribit, et a Thetide deducit.

101.

Hæmus mons apud Hecatæum semper scribitur neutro genere Αἷμον, item apud Dionysium, Hellanicum, Eudoxum.

102.

Aceles, oppidum Lyciæ. ... Videtur autem ita dici ab Acele Herculis et Malidis, Omphales famulæ, filio, quem

Digitized by Google

παιδὸς, δούλης τῆς Ὀμφαλίδος (Ὀμφάλης Λύδης Salmas.), ὡς Ἑλλάνικος. ... Ἑλλάνικος δ' εἶπεν, «εἰς πολιν Ἀκέλην. Ἔχρῆν γὰρ Ἀκέλητα εἶναι.»

103.

Steph. Byz. s. v. Καρία: Καρὶς δὲ ἐλέγετο ἡ Κῶς, ὡς Ἑλλάνικος.

104.

Steph. Byz.: Γέλα, πόλις Σικελίας. ... Ἑλλάνικος (eam nomen accepisse dicit) ἀπὸ Γέλωνος, τοῦ Αἴτνης καὶ Ὑμάρου. Idem tradit Suid. in h. v., sed omisso nomine Hellanici.

105.

Steph. Byz.: Καβασσὸς, πόλις ἐν Καππαδοκίᾳ. ... Ἑλλάνικος δὲ, τῆς Λυκίας πόλιν Καβασσόν. Ἀπίων δὲ ἀληθέστερον φησὶ, κώμην εἶναι Καππαδοκίας, μεταξὺ Ταρσοῦ καὶ Μαζάκων. Sturzius putat Hellanicum scripsisse Κιλικίας, non Λυκίας, Stephanum vero depravato codice usum esse.

106.

Steph. Byz.: Οἰάνθη, πόλις Λοκρῶν. ... Ἑλλάνικος δὲ Οἰάνθειαν αὐτήν φησιν.

107.

Schol. Pind. Olymp. VII, 135: Ἡλίου καὶ Ῥόδου (οὕτω γὰρ αὐτὴν Ἑλλάνικος καλεῖ) ἑπτὰ παῖδες γίνονται, Ὄχιμος, Κέρκαφος, Ἀκτὶς, Μακαρεὺς, Κάνδαλος, Τριόπης, Φαέθων ὁ νεώτατος, ὃν οἱ ἐν τῇ νήσῳ ὀνομάζουσι Τενάγην· περὶ δὲ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διαφωνοῦσιν· οὐ πάντες γάρ φασι τοὺς αὐτούς.

108.

Strabo X, p. 456: Οὐδ' Ἑλλάνικος Ὁμηρικὸς, Δουλίχιον τὴν Κεφαλληνίαν λέγων.

ΚΤΙΣΕΙΣ.

109.

Steph. Byz.: Χαριμάται, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ. ... Ἑλλάνικος ἐν Κτίσεσιν (leg. Κτίσεσιν) ἐθνῶν καὶ πόλεων· «Κερκεταίων δ' ἄνω οἰκοῦσι Μόσχοι, καὶ Χαριμάται, κάτω δ' Ἡνίοχοι, ἄνω δὲ Κοραξοί.»

110.

Athenæus X, p. 447, C: Ἑλλάνικος δ' ἐν Κτίσεσι, καὶ ἐκ ῥιζῶν φησι κατασκευάζεσθαι τὸ βρύτον, γράφων ὧδε· «Πίνουσι δὲ βρύτον ἐκ τῶν ῥιζῶν, καθάπερ οἱ Θρᾷκες ἐκ τῶν κριθῶν.»

111.

Strabo X, p. 451: Καὶ Ὤλενον δὲ καὶ Πυλήνην ὀνομάζει πόλεις ὁ ποιητὴς Αἰτωλικὰς, ὧν τὴν μὲν Ὤλενον ὁμωνύμως τῇ Ἀχαϊκῇ λεγομένην Αἰολεῖς κατέσκαψαν, πλησίον οὖσαν τῆς νεωτέρας Πλευρῶνος· τῆς δὲ χώρας ἠμφισβήτουν Ἀκαρνᾶνες· τὴν δὲ Πυλήνην μετενέγκαντες εἰς τοὺς ἀνώτερον τόπους, ἤλλαξαν αὐτῆς καὶ τοὔνομα, Πρόσχιον καλέσαντες. Ἑλλάνικος δ' οὐδὲ τὴν περὶ ταύτας ἱστορίαν οἶδε, ἀλλ' ὡς ἔτι καὶ αὐτῶν οὐσῶν ἐν τῇ ἀρχαίᾳ καταστάσει μέμνηται· τὰς δ' ὕστερον καὶ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου κτισθείσας, Μακυνίαν καὶ Μολυκρίαν, ἐν ταῖς ἀρχαίαις καταλέγει, πλείστην εὐχέρειαν ἐπιδεικνύμενος ἐν πάσῃ σχεδόν τι τῇ γραφῇ.

ΠΕΡΙ ΧΙΟΥ ΚΤΙΣΕΩΣ.

112.

Scholia Ambros. ad Hom. Odyss. Θ, 294: Σίντιες ἐκαλοῦντο οἱ Λήμνιοι, ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Χίου κτίσεως τὸν τρόπον τοιοῦτον. Ἐκ τῆς

---

admodum Hellanicus testatur. ... Verum Hellanicus, «ad urbem Ἀκέλην,» dixit, quod præstaret Ἀκέλητα esse.

103.

Caris etiam appellabatur Cos, uti Hellanicus perhibet.

104.

Gela, urbs Siciliæ.... Hellanicus (eam nomen accepisse dicit) a Gelone, Ætnæ et Hymari filio.

105.

Cabassus, urbs in Cappadocia. ... Hellanicus vero Lyciæ urbem Cabassum esse perhibet. Verius autem tradit Apion, pagum esse Cappadociæ Tarsum inter et Mazaca.

106.

Œanthe, urbs Locrorum. Hanc Hellanicus Œanthiam appellat.

107.

Solis e Rhodo (sic enim dicit eam Hellanicus) septem sunt filii: Ochimus, Cercaphus, Actis, Macareus, Candalus, Triopes, Phaethon, natu minimus, quem Tenagen vocant insulani. Sed de nominibus discrepant; non omnes enim eosdem dicunt.

108.

Hellanicus quoque Homericus non est, Dulichium Cephalleniam appellans.

DE GENTIUM ET URBIUM ORIGINIBUS.

109.

Charimatæ, gens ad Pontum. ... Hellanicus, de Originibus gentium et urbium: «Supra Cercetæos autem habitant Moschi, et Charimatæ, infra vero Heniochi, supra autem Coraxi.»

110.

Hellanicus vero, in Originibus, etiam e radicibus parari brytum scribit, his verbis: «Bibunt autem brytum ex radicibus, quemadmodum Thraces ex hordeo.»

111.

Olenum quoque et Pylenen Homerus nominat urbes Ætolicas; ex quibus Olenum, Achaicæ cognominem, Æoles diruerunt, recentiori propinquam Pleuroni. De loco Acarnanes litem moverunt. Pylenen autem transtulerunt in superiora loca, mutato etiam nomine Proschium dixerunt. Hellanicus autem harum quoque historiæ ignarus, ita eas commemorat, ac si in pristino statu exstarent. Idem postmodo et post reditum etiam Heraclidarum conditas Macyniam et Molycriam inter vetustas refert, plurimum in tota fere scriptione usurpans levitatis.

DE CHII ORIGINE.

112.

Sinties dicebantur Lemnii, de quibus Hellanicus narrat in libro de Chii origine hunc in modum: Ex Tenedo

Digitized by Google

Τενέδου ὤχοντο εἰς τὸν Μέλανα κόλπον, καὶ πρῶτον μὲν εἰς Λῆμνον ἀφίκοντο. Ἦσαν δὲ αὐτόθι κατοικοῦντες Θρᾷκές τινες, οὐ πολλοὶ ἄνθρωποι· ἐγεγόνεισαν δὲ μιξέλληνες. Τούτους ἐκάλουν οἱ περίοικοι Σίντιας, ὅτι ἦσαν αὐτῶν δημιουργοί τινες πολεμιστήρια ὅπλα ἐργαζόμενοι. Τούτοις συνῴκισαν ἑαυτοὺς ἀναμιξ ὡς ἦλθον αὐτόθι, καὶ κατέλιπον ναῦς πέντε. Et ex alio Codice: Ἑλλάνικος οὖν φησι μιξέλληνας εἶναι, καὶ πολεμικῶν ὅπλων τεχνίτας.

Idem opus (sine dubio partem superioris) Tzetzes commemorat ad Lycophr. 227, ex quo narrat inventum fuisse in Lemno ἀπὸ κεραυνοβόλου δένδρου τό τε πῦρ καὶ τὰς ὁπλουργίας.

113.

Schol. Apoll. Rhod. I, 608, et ex eo Phavor. in v. Σιντηΐς: Ἑλλάνικος δε φησι Σίντιας ὠνομασθῆναι τοὺς Λημνίους, διὰ τὸ πρώτους ὅπλα ποιῆσαι πολεμικὰ πρὸς τὸ σίνεσθαι τοὺς πλησίον καὶ βλάπτειν.

Hæc in Cod. Paris. brevius ita traduntur: Ἑλλάνικος δέ φησιν, οὕτως αὐτοὺς κληθῆναι, ὅτι πρῶτον ἐχάλκευσαν ὅπλα, οἷς σίνονται οἱ πολέμιοι.

Tzetzes ad Lycophr. 460: Λήμνιοι, ὥς φησιν Ἑλλάνικος, εὗρον ὁπλοποιΐαν.

ΑΙΟΛΙΚΑ.

114.

Tzetzes ad Lycophr. 1374: Τὰ περὶ τῆς ἀποικίας Λέσβου Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος ἱστορεῖ ἐν πρώτῃ Αἰολικῶν. Paulo aliter Schol. Pindar. Nem. XI, 43: Περὶ τῆς Ὀρέστου εἰς τὴν Αἰολίδα ἀποικίας, Ἑλλάνικος ἐν τῷ πρώτῳ Αἰολικῶν ἱστόρηκεν.

115.

Zenob. Proverbb. V, 61: Πιτάνη εἰμί. Αὕτη (nempe ἡ παροιμία) παρ' Ἀλκαίῳ κεῖται. Λέγεται δὲ κατὰ τῶν πυκναῖς συμφοραῖς περιπιπτόντων ἅμα καὶ εὐπραγίαις. Παρόσον καὶ τῇ Πιτάνῃ τοιαῦτα συνέβη πράγματα, ὧν καὶ Ἑλλάνικος μέμνηται. Φησὶ γὰρ αὐτὴν ὑπὸ Πελασγῶν ἀνδραποδισθῆναι, καὶ πάλιν ὑπὸ Ἐρυθραίων ἐλευθερωθῆναι.

Eadem habent Phavorinus et Suidas, ubi tamen pro Ἐρυθραίων legitur Ἐρετριέων.

116.

Strabo XIII, p. 610: Φησὶ δὲ Μυρσίλος Μηθυμναίων κτίσμα εἶναι τὴν Ἄσσον· Ἑλλάνικος δὲ Αἰολίδα φησίν· ὡς δὲ καὶ τὰ Γάργαρα καὶ ἡ Λαμπωνία Αἰολέων. V. Macrob. Saturn. V, 20.

ΛΕΣΒΙΚΑ.

117.

Steph. Byz.: Μαλλόεις Ἀπόλλων ἐν Λέσβῳ· καὶ ὁ τόπος τοῦ ἱεροῦ Μαλλόεις, ἀπὸ τοῦ Μήλου τῆς Μαντοῦς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν Λεσβικῶν πρώτῳ.

118.

Steph. Byz.: Τράγασαι (scribe Τραγασαί), χώρα ἐν Ἠπείρῳ, ἀπὸ Τραγάσου, οὗ εἰς χάριν ὁ Ποσειδὼν ἁλῶν πῆξιν ἐποίησεν. Ὅθεν Τράγασοι οἱ (leg. Τραγασαῖοι) ἅλες, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Λεσβιακῶν.

119.

Steph. Byz.: Νάπη, πόλις Λέσβου· Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Λεσβιακῶν.

120.

Strabo IX, p. 426: Ὥσπερ καὶ Νάπη ἐν τῷ Μηθύμνης πεδίῳ, ἣν Ἑλλάνικος ἀγνοῶν Λάπην ὀνομάζει.

---

profecti sunt (*Trojani cum tribus Cabiris, ut Welckerus De trilog. pag. 207 conjecit*) in Melana sinum, et primum quidem in Lemnum insulam venerunt. Habitabant ibi Thraces quidam, pauci tantum homines; semigræci erant, quos vicini populi nominabant Sinties, quia nonnulli inter eos opifices arma bellica fabricabant. Cum his promiscue cohabitarunt advenæ et quinque naves ibi reliquerunt.

Arbore fulmine icta ignis in Lemno inventus est et armorum fabricatio.

113.

Hellanicus dicit Sinties nominatos esse Lemnios propterea, quod primi fabricassent arma bellica quibus aliis nocerent (nocere enim græce dicitur σίνεσθαι).

Lemnii, Hellanico auctore, armorum fabricationem invenerunt.

ÆOLICA.

114.

Quæ ad coloniam in Lesbum deductam pertinent ab Hellanico Lesbio narrantur in libro primo de rebus Æolicis.

De colonia, quam Orestes in Æolidem deduxit, Hellanicus egit libro primo de rebus Æolicis.

115.

Pitana sum. Exstat apud Alcæum hoc proverbium, ferturque de iis qui in graves quum inciderint calamitates, rursum ex iis emergunt, aguntque feliciter. Id enim Pitanæ usu venit, ut Hellanicus litteris prodidit. Refert enim a Pelasgis in servitutem redactam, iterumque ab Erythræis in pristinam libertatem vindicatam.

116.

Myrsilus Assum a Methymnæis conditam ait; Hellanicus Æolicam facit urbem, ut Gargara quoque et Lamponia sunt Æolidis.

LESBICA.

117.

Malloeis, hoc nomine Apollo colitur in Lesbo; et locus templi etiam Malloeis dicitur a Mela Mantûs filio, auctore Hellanico libro primo Lesbicorum.

118.

Tragasæ, regio in Epiro, a Tragaso, in cujus gratiam Neptunus salis densationem fecit. Unde *Tragasæi sales*, ut Hellanicus in Lesbiacorum primo.

119.

Nape, urbs Lesbi, de qua Hellanicus dixit libro secundo Lesbiacorum.

120.

Sicut etiam Nape in Methymnæo campo, quam Hellanicus ignoratione lapsus Lapen vocat.

Digitized by Google

121.

Steph. Byz. : Μέταον, πόλις Λέσβου, ἣν Μέτας Τυῤῥηνὸς ᾤκισεν, ὡς Ἑλλάνικος.

ΚΑΡΝΕΟΝΙΚΑΙ.

122.

Athenæus XIV, p. 635, F : Τὰ Κάρνεια πρῶτος πάντων Τέρπανδρος νικᾷ, ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ, ἔν τι τοῖς ἐμμέτροις Καρνεονίκαις, κἀν τοῖς καταλογάδην.

« Nil aliud apud Athenæum narratur, quam Terpandrum ab Hellanico narratum esse primum omnium Carnea vicisse eo quod Carneonicas et carminibus et orationibus laudasset. [Nisi hæc potius sententia est, Hellanicum illud de Terpandro petiisse ex catalogis Carneonicarum, quod vel Athenæi vel librariorum culpa male enunciatum.] Ita numerus librorum ab Hellanico scriptorum imminuitur, et potest ille vel in Ἱστορίαις vel in Λεσβιακοῖς de Terpandro exposuisse. » Sturz.

123.

Clemens Alex. Stromm. I, p. 333, A : Ἑλλάνικος Τέρπανδρον ἱστορεῖ κατὰ Μίδαν γεγονέναι.

ΤΑ ΠΕΡΙ ΛΥΔΙΑΝ.

124.

Steph. Byz. : Ἀζειῶται, ἔθνος τῆς Τρωάδος, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς περὶ Λυδίαν λέγει.

125.

Sotion in libello Περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν (qui extat in Sylburgii edit. operum Aristotelis vol. 3, part. 2) p. 124 extr. : Ἑλλάνικός φησι περὶ Μαγνησίαν τὴν ἐπὶ Σιπύλου, πηγὴν εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας κοιλίαν ἀπολιθοῦσθαι.

ΤΡΩΙΚΑ.

Hunc Hellanici librum Villois. in Anecd. Gr. tom. 2, p. 185, sæpe laudari dicit in scholiis ad Dionysii Τέχνην in Codice Marciano 489.

126.

Parthenius Erotic. c. 34 : Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος Τρωϊκῶν καὶ Κεφάλων ὁ Γεργίθιος· Ἐξ δὲ Οἰνώνης καὶ Ἀλεξάνδρου παῖς ἐγένετο Κόρυθος· οὗτος ἐπίκουρος ἀφικόμενος εἰς Ἴλιον, Ἑλένης ἠράσθη. Καὶ αὐτὸν ἐκείνη μάλα φιλοφρόνως ὑπεδέχετο. Ἦν δὲ τὴν ἰδέαν κράτιστος. Φωράσας δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ, ἀνεῖλεν.

« Genitivus Τρωϊκῶν indicare videtur libri s. sectionis notam olim appositam postea librariorum incuria vel aliis modis amissam fuisse. Fortasse tamen præstat legere Τρωϊκοῖς, præeunte Meursio in Bibl. Gr. vol. III Opp., p. 1193. » Sturz.

127.

Dionys. Halic. 1, 46: Λογισμὸν δὲ τὸν εἰκότα περὶ τοῦ μέλλοντος λαμβάνων (sc. Αἰνείας), ὡς ἀμήχανον εἴη πρᾶγμα, σῶσαι πόλιν ἧς τὰ πλείω ἤδη ἐκρατεῖτο, εἰς νοῦν βάλλεται τοῦ μὲν τείχους παραχωρῆσαι τοῖς πολεμίοις, τὰ δὲ σώματα αὐτὰ καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα, καὶ χρήματα ὁπόσα φέρειν δύναιτο, διασώσασθαι. Δόξαν δὲ αὐτῷ, παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας, καὶ καταγηραιὰ σώματα, καὶ ὁπόσοις ἄλλοις βραδείας ἔδει φυγῆς, προεξελθεῖν κελεύει τῆς πόλεως κατὰ τὰς ἐπὶ τὴν Ἴδην φερούσας ὁδοὺς, ἕως Ἀχαιοὶ τὴν ἄκραν ἑλεῖν προθυμούμενοι, διώξεως τοῦ διαπίπτοντος ἐκ τῆς πόλεως πλήθους οὐδὲν προεμηχανῶντο. Τοῦ δὲ στρατιωτικοῦ τὸ μὲν ἐπὶ τῇ φυλακῇ τῶν ἐξιόντων ἔταξεν, ὡς ἀσφαλής τε καὶ ἀταλαίπωρος ἐκ τῶν ἐνόντων φυγὴ αὐτοῖς γένοιτο. Εἴρητο δὲ τούτοις τὰ καρτερώτατα καταλαβέσθαι τῆς Ἴδης· τὸ δὲ λοιπὸν, ὃ δὴ κράτιστον

121.

Metaum, urbs Lesbi, quam Metas Tyrrhenus condidit, uti Hellanicus auctor est.

CARNEONICÆ.

122.

Carnea primus omnium vicit Terpander, ut Hellanicus tradit, cum in versibus quibus Carneonicas celebravit, tum in eorumdem recensu soluta oratione edito (?).

123.

Hellanicus Terpandrum narrat Midæ temporibus natum esse.

DE REBUS LYDIÆ.

124.

Azeiotæ, gens Troadis, uti habet Hellanicus, qui res Lydiæ conscripsit.

125.

Hellanicus dicit prope Magnesiam ad Sipylum fontem esse, qui potus ita refrigeraret stomachum, ut lapidescere videretur.

TROICA.

126.

Narrat Hellanicus in Troicis et Cephalon Gergithius : Ex Œnone et Alexandro filius natus est Corythus. Hic, quum auxiliaturus venisset Trojam, amore captus est Helenæ, quæ benevolentissime eum excepit; formæ enim pulchritudine quam maxime excellebat. Sed ipsum pater deprehensum interfecit.

127.

Æneas quum verisimilibus rationibus adductus de futuro conjecturam faceret et animadverteret nullo modo fieri posse, ut urbs servaretur, cujus maximam partem hostes in suam potestatem jam redegissent, arce hostibus cedere statuit, ut ipsa hominum corpora et sacra patria et quidquid pecuniæ secum ferre posset, servaret. Quod consilium quum ei placuisset, pueros, mulieres et senes et ceteros omnes, quibus lenta fuga opus erat, ex urbe egressos præmisit; et itinera ad Idam ferentia petere jussit, dum Achivi in arcis oppugnationem intenti, de persequenda multitudine, quæ ex urbe diffugiebat, nihil cogitarent. Exercitus etiam partem illis qui ex urbe exibant præsidio esse jussit, ut ipsorum fuga pro præsenti statu ac pro viribus tuta et molestiarum expers esset.

Digitized by Google

ἦν, αὐτὸς ἔχων ὑπέμενεν ἐπὶ τοῦ τείχους, καὶ παρεῖχε τοῖς προεξελθοῦσιν ἧττον ἐπιπόνους, διηρτημένων τειχομαχίᾳ τῶν πολεμίων, τὰς φυγάς. Νεοπτολέμου δὲ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐπιβάντος μέρους τινὸς τῆς ἄκρας καὶ προσβοηθησάντων αὐτοῖς Ἀχαιῶν ἁπάντων, τῆς μὲν ἄκρας μεθίεται· ἀνοίξας δὲ τὰς φυγάδας πύλας, ἀπῄει συντεταγμένους ἔχων τοὺς λοιποὺς, ἀγόμενος ἐπὶ ταῖς κρατίσταις συνωρίσι τόν τε πατέρα καὶ θεοὺς τοὺς πατρῴους, γυναῖκά τε καὶ τέκνα, καὶ τῶν ἄλλων εἴ τι πλεῖστον ἀξίωμα ἦν, σῶμα ἢ χρῆμα. Ἐν δὲ τούτῳ κατὰ κράτος εἱλήφεσαν Ἀχαιοὶ τὴν πόλιν, καὶ περὶ τὰς ἁρπαγὰς ἐσπουδακότες, πολλὴν ἄδειαν σώζεσθαι τοῖς φεύγουσι παρεσκεύασαν. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Αἰνείαν ἔτι καθ' ὁδὸν εὑρόντες τοὺς σφετέρους, καὶ καθ' ἕνα ἅπαντες γενόμενοι, τὰ ἐχυρώτατα καταλαμβάνονται τῆς Ἴδης. Ἦλθον δ' ὡς αὐτοὺς οἵ τ' ἐν Δαρδάνῳ τότε οἰκοῦντες, ὡς εἶδον φλόγα πολλὴν παρὰ τὰ εἰωθότα ἐκ Ἰλίου, νύκτωρ καταλιπόντες τὴν πόλιν ἔρημον (χωρὶς ἢ ὅσοι σὺν Ἐλύμῳ καὶ Αἰγέστῳ ναυτικόν τι συνεσκευασμένοι ἔτυχον προεξεληλυθότες τῆς πόλεως), καὶ ἐξ Ὀφρυνίου πόλεως ὁ δῆμος ἅπας, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων Τρωϊκῶν πόλεων, τῆς ἐλευθερίας περιεχόμενοι· δύναμίς τε αὐτὴ δι' ἐλαχίστου χρόνου μεγίστη τῶν Τρωϊκῶν ἐγένετο. Οἱ μὲν οὖν σὺν Αἰνείᾳ διασωθέντες ἐκ τῆς καταλήψεως, ἐν τούτοις ὑπομένοντες τοῖς χωρίοις οὐ διὰ μακροῦ πάλιν ἐπὶ τὰ σφέτερα κατελεύσεσθαι ἤλπιζον, τῶν πολεμίων ἀποπλευσάντων. Ἀχαιοὶ δὲ ἀνδραποδισάμενοι τὴν πόλιν καὶ τὰ σύνεγγυς χωρία, καὶ φρουρία δῃώσαντες, παρεσκευάζοντο μὲν καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι χειρωσόμενοι· πεμψάντων δὲ κήρυκας αὐτῶν περὶ διαλύσεων, καὶ δεομένων μὴ σφᾶς εἰς ἀνάγκην καταστῆσαι πολέμου, συνελθόντες εἰς ἐκκλησίαν, ἐπὶ τοῖσδε ποιοῦνται πρὸς αὐτοὺς τὰς διαλύσεις· Αἰνείαν μὲν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, τὰ χρήματα φέροντας ὅσα διεσώσαντο κατὰ τὴν φυγὴν, ἐν ὡρισμένοις τισὶ χρόνοις ἐκ τῆς Τρωάδος ἀπελθεῖν, παραδόντας Ἀχαιοῖς τὰ φρούρια· Ἀχαιοὺς δὲ παρασχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν ἐξ ἁπάσης ἧς ἐκράτουν γῆς καὶ θαλάσσης ἀποῦσι κατὰ τὰς ὁμολογίας. Δεξάμενος δὲ ταῦτα Αἰνείας, καὶ νομίσας ἐκ τῶν ἐνόντων κράτιστα εἶναι, Ἀσκάνιον μὲν, τὸν πρεσβύτατον τῶν παίδων, ἔχοντα τοῦ συμμαχικοῦ τινα μοῖραν, ἧς Φρύγιον ἦν τὸ πλεῖστον, εἰς τὴν Δασκυλίτιν καλουμένην γῆν, ἔνθα ἐστὶν ἡ Ἀσκανία λίμνη, μετάπεμπτον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων γενόμενον ἐπὶ βασιλείᾳ τοῦ ἔθνους, ἀποπέμπει. ... Τοὺς δὲ ἄλλους παῖδας Αἰνείας παραλαβὼν, καὶ τὸν πατέρα καὶ τὰ ἕδη τῶν θεῶν, ἐπειδὴ παρεσκευάσθη τὸ ναυτικὸν αὐτῷ, διαπλεῖ τὸν Ἑλλήσποντον, ἐπεὶ τῆς ἐγγυτάτω κειμένης Χερρονήσου τὸν πλοῦν ποιούμενος, ἣ πρόκειται μὲν τῆς Εὐρώπης, καλεῖται δὲ Παλλήνη. Ἔθνος δ' εἶχεν αὕτη Θρᾴκιον σύμμαχον, Κρουσαῖον καλούμενον, ἁπάντων προθυμότατον τῶν συναραμένων αὐτοῖς τοῦ πολέμου. Ὁ μὲν οὖν πιστότατος τῶν λόγων, ᾧ κέχρηται τῶν παλαιῶν συγγραφέων Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Τρωϊκοῖς, περὶ τῆς Αἰνείου φυγῆς τοιόσδε ἐστίν.

128.

Stephan. Byz.: Φοιτίαι, πόλις Ἀκαρνανίας. ... Λέγεται καὶ Φοίτιον. Καὶ τὸ ἐθνικὸν Φοιτιεὺς, καὶ Φοίτιοι, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Τρωϊκοῖς.

His autem mandatnm fuerat, ut munitissima Idæ loca occuparent. Ipse vero cum reliqua militum manu, quæ lectissima erat, intra muros arcis remansit, atque suis ex urbe præmissis fugam minus laboriosam reddidit, quod hostes in arcis oppugnationem essent intenti. Sed quod Neoptolemus cum sociis in quandam arcis partem adscendisset, et universi Græci ad opem ipsis ferendam accurrissent, arcem deseruit: et aperta porta, per quam ceteri fugerant, discessit, et reliquos milites acie instructa secum duxit, et patrem, deos patrios, uxorem, liberos, et ceteras res, si qua maximi pretii esset, sive hominum corpora, sive pecuniæ essent, præstantissimis bigis vehens abduxit. Interea vero urbem Græci per vim ceperunt, et in rapinis intenti magnam fugientibus tuto evadendi facultatem præbuerunt. At Æneas ejusque socii suos in itinere assecuti, uno agmine facto, munitissima Idæ loca occuparunt. Ad ipsos autem venerunt qui tunc urbem Dardanum incolebant, quam noctu deseruerunt, conspecta ingenti flamma quæ præter morem ex Ilio emicabat. Omnes, inquam, exceptis iis, qui cum Elymo et Ægesto, aliquot navibus paratis, ante ex urbe exierant. Ad hos etiam venit ex Ophrynio totus populus, et ex aliis urbibus Trojanis quotquot libertatis tuendæ studio tenebantur. Quare brevissimo temporis spatio ipsæ Trojanorum copiæ maxime creverunt. Qui igitur cum Æneа ex urbe capta superstites evaserant, in his locis remanentes, in patrias sedes se brevi post hostium discessum redituros sperabant. Sed Græci, quum urbem et loca vicina in suam potestatem redegissent, et ipsos incolas in servitutem abstraxissent, et castella vastassent, se ad illorum qui in montibus erant oppugnationem parabant, ut illos quoque in suam potestatem redigerent. Sed quum illi caduceatores ad ipsos misissent, ac rogarent ne se ad belli gerendi necessitatem adigerent, in concionem convenerunt, et pacem hisce conditionibus cum ipsis fecerunt: ut Æneas ejusque socii cum rebus omnibus, quas in ipsa fuga servatas absportarant, intra certum ac statutum tempus ex agro Trojano abirent, Græcisque castella prius dederent; Græci vero ipsis ex omni agro, marique, cujus imperium habebant, tuto discedendi copiam ex pacto facerent. Æneas igitur his conditionibus acceptis, quas pro præsenti rerum statu optimas esse judicabat, Ascanium filiorum natu maximum cum quadam sociorum parte, quæ ex Phrygibus fere tota constabat, in agrum qui Dascyliticus vocatur (ubi est lacus Ascanius) ab illius regionis incolis ad regni administrationem accitum misit.—Æneas vero cum reliquis liberis et patre et deorum simulacris, classe jam parata, Hellespontum trajecit, et in proximam peninsulam navigavit, quæ in mare procurrens ante Europam jacet, et Pallene vocatur. Hæc autem Thraciam gentem sociam habebat, quæ Crusæa vocabatur, quæ operam omnium sociorum in bello gerendo fidelissimam maxima animi alacritate ipsis navarat. Narrationum igitur de Æneæ fuga maxime credibilis, quam Hellanicus antiquus scriptor in rebus Trojanis describendis est sequutus, hæc est.

128.

Phœtiæ, urbs Acarnaniæ. ... Dicitur etiam Phœtium. Et gentile Phœtieus et Phœtii, ut Hellanicus in Troicis.

Digitized by Google

129.

Schol. Apollon. Rhod. I, 916: Ἐκεῖ ᾤκει Ἠλέκτρα ἡ Ἄτλαντος, καὶ ὠνομάζετο ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Στρατηγίς· ἣν φησιν Ἑλλάνικος Ἠλεκτρυώνην καλεῖσθαι. Ἐγέννησε δὲ τρεῖς παῖδας, Δάρδανον, τὸν ἐς Τροίαν, (ἐν τῇ Τροίᾳ cod. Paris.) κατοικήσαντα, ὃν καὶ Πολυάρχην φασὶ λέγεσθαι ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, καὶ Ἠετίωνα, ὃν Ἰασίωνα (Par. Ἡσίωνα) ὀνομάζουσι· καί φασι κεραυνωθῆναι αὐτὸν ὑβρίζοντα ἄγαλμα τῆς Δήμητρος. Τρίτην δὲ ἔσχεν Ἁρμονίαν, ἣν ἠγάγετο Κάδμος. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς Θήβης πύλας Ἠλεκτρίδας ἐκάλεσαν ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς. Ταῦτα ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Τρωϊκῶν, vel ut antiquus schol., καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς Ἠλεκτρίδας πύλας τῆς Θήβης ὀνομάσαι ἱστορεῖ Ἑλλ. Hellanicum, ut videtur, secutus est Schol. Cod. Aug. ad Eurip. Phœnn. 1146; cf. ad v. 7 et 1136, et Eustath. ad Dionys. Perieg. 391.

130.

Stephan. Byz.: Βατίεια, τόπος τῆς Τροίας ὑψηλός· κέκληται ἀπὸ Βατείας τινὸς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Τρωϊκῶν.

Idem s. v. Ἀρίσβη: Κεφάλων φησὶν, ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθράκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρωάδα, τὴν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς θυγατέρα γαμεῖ Ἀρίσβην. Ἑλλάνικος δὲ Ἄτειαν αὐτὴν φησιν. « Ubi, nisi hanc lectionem defendere velis e dialecto Æolica, qua v. c. βαβέλιος dicitur pro ἀέλιος et βραδινὸς pro ῥαδινὸς, ita ut verum nomen Ἄτεια putandum sit, quod Cretenses Βάτειαν pronuntiaverint, cum Meursio et Salmasio legendum est Βάτειαν, quam eandem Ἀρίσβην vocari dicit Tzetz. ad Lycophr. 1302. » Sturz.

131.

Harpocration: Κριθωτὴ, μία πόλις τῶν ἐν Χερρονήσῳ, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Τρωϊκῶν.

132.

Scholia Leidensia ad Homer. Il. Φ, 235 (242) apud Valckenar. Animadv. ad Ammon. 3, 20, p. 248 (188): Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Τρωϊκῶν· ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἐν τῇ Ἴδῃ, ὅθεν καὶ ὁ Σκάμανδρος τὸ ῥεῖθρον ὑπερβαλὼν, ὑπὸ τοῦ ὄμβρίου ὕδατος τὸ ἔχον κοῖλα χωρία ἐπῆλθεν, τῷ ῥοὶ τούτῳ ὁ Ἀχιλλεὺς ἡγούμενος τοῦ στρατοῦ πρῶτος ἐνέτυχε, καὶ δείσας τὸν ῥοῦν, μή τί μιν πημήνῃ, ἐν τῷ πεδίῳ πτελέας πεφυκυίας λαβόμενος, ἐμετεώρισεν ἑαυτόν· οἱ δ' ἄλλοι προϊδόμενοι τὸν ῥοῦν, ἐτράποντο, ὅπου ἐδύνατο ἕκαστος, ἄλλος ἄλλῃ, καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ὀρῶν ὑπερέχοντα τοῦ πεδίου ἀνέβαινε.

133.

Steph. Byz.: Ἀγάμεια, ἄκρα καὶ λιμὴν περὶ τὴν Τροίαν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ.

134.

Stephan. Byz.: Γάργαρα. ... Ἑλλάνικος δὲ Γάργασον ἔφη τὴν πόλιν διὰ τοῦ σ, ἀλλ' οἶομαι σφάλμα εἶναι.

135.

Eustath. Il. K, p. 816, 12, de Apolline Thymbræo: Λέγεται καὶ διὰ τοῦ ζ, Ζυμβραῖος, ἔτι δὲ καὶ Θύμβριος· ἢ κατὰ Ἑλλάνικον Δύμβριος διὰ τοῦ δ.

« Si quis Hellanicum grammaticum intelligeret, non repugnarem. Sed potest etiam historicus, quippe Lesbius, atque adeo Dorica dialecto usus, recte intelligi. ... Ceterum valde dubium est hic nomen Hellanici. Nam in scholl. Lips. Mss. fol. 129, a, ad Il. K, 430, pro verbis, ἢ κατὰ ... τοῦ δ, leguntur hæc: καὶ Δύμβριος διὰ τοῦ δ, Ἑλληνικῶς. » Sturz. Quas dubitationes inanes esse ostendit Steph. Byz. v. Θύμβρα: Ἑλλάνικος δὲ Δύμβριος φησὶ διὰ τοῦ δ, καὶ Δυμβριεύς.

129.

Habitabat ibi (in Samothrace) Atlantis filia Electra et ab indigenis nominabatur Strategis. Hanc Hellanicus refert Electryonen appellatam esse. Peperit vero tres liberos, Dardanum, qui Trojam emigravit, quemque Polyarchen ab indigenis nominatum esse ajunt, et Eetionem, quem Iasionem appellabant. Is quum in Cereris simulacrum superbiisset, fulmine interfectus dicitur. Filiam vero Electra habuit Harmoniam, quam Cadmus duxit uxorem; propterea Electridas Thebarum portas ab ejus matre nominatas esse narrat Hellanicus libro primo rerum Troicarum.

130.

Batiea, locus excelsus in agro Trojano, ita a Batea quadam denominatus, teste Hellanico libro primo Troicorum.

Cephalon dicit Dardanum e Samothrace in Troadem venientem, uxorem duxisse Teucri Cretis filiam Arisben quam Ateam (Bateam) nominat Hellanicus.

131.

Crithote, urbium Chersonesi una fuit, quemadmodum Hellanicus refert libro primo Troicorum.

132.

Hellanicus libro secundo rerum Troicarum, Sub id temporis, inquit, in Ida monte, unde profluens Scamandrus imbribus auctus alveum excedit et concavas regiones inundat, Achilles, exercitus dux, primus in hunc torrentem incidens, quum timeret ne quid ex aquarum impetu paterctur, ulmis, quas ex campo evulserat, se sustinuit. Reliqui vero e longinquo torrentem conspicientes, alius alio conversus quo poterat quisque in montes agro imminentes confugiebant.

133.

Agamea, promontorium cum portu circa Trojam, ut scribit Hellanicus in libro secundo.

134.

Gargara. ... Hellanicus autem urbem Gargasum vocat per *s*, sed puto errorem esse.

135.

Apollo Thymbræus dicitur etiam per z literam Zymbræus, nec non Thymbrius, vel secundum Hellanicum Dymbrius per *d* literam, et Dymbrieus.

Digitized by Google

136.

Schol. Hom. Il. Υ, 146 : Ποσειδῶν καὶ Ἀπόλλων, προστάξαντος Διὸς Λαομέδοντι θητεῦσαι, ἐπὶ μισθῷ τεταγμένῳ τὸ τεῖχος κατασκευάζουσι. Λαομέδων δὲ παραβὰς τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας, μὴ δοὺς τὸν μισθὸν, ἀπήλασεν αὐτούς· ἀγανακτήσας δὲ Ποσειδῶν, ἔπεμψε τῇ χώρᾳ κῆτος, ὃ τούς τε παρατυγχάνοντας ἀνθρώπους καὶ τοὺς γιγνομένους καρποὺς διέφθειρε. Μαντευομένῳ δὲ τῷ Λαομέδοντι χρησμὸς ἐδόθη, Ἡσιόνην τὴν θυγατέρα Λαομέδοντος (Venet. αὐτοῦ) βορὰν ἐκδοῦναι (Venet. ἐκθεῖναι τῷ κήτει), καὶ οὕτως ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ δεινοῦ. Προθεὶς δὲ ἐκεῖνος τὴν θυγατέρα, μισθὸν ἐκήρυξε τῷ τὸ κῆτος ἀνελόντι, τοὺς ἀθανάτους ἵππους δώσειν, οὓς Τρωὶ Ζεὺς ἀντὶ Γανυμήδους ἔδωκεν. Ἡρακλῆς δὲ παραγενόμενος, ὑπέσχετο τὸν ἆθλον κατορθώσειν, καὶ Ἀθηνᾶς αὐτῷ πρόβλημα ποιησάσης τὸ καλούμενον ἀμφίχυτον τεῖχος, εἰσδὺς διὰ τοῦ στόματος εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ κήτους, αὐτοῦ τὰς λαγόνας διέφθειρεν. Ὁ δὲ Λαομέδων ὑπαλλάξας, θνητοὺς δίδωσιν ἵππους. Μαθὼν δὲ Ἡρακλῆς, ἐστράτευσε (Ven. ἐπεστράτευσε), καὶ Ἴλιον ἐπόρθησε, καὶ οὕτως ἔλαβε (Ven. ἤλαυνε) τοὺς ἵππους. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἑλλανίκῳ.

137.

Schol. Hom. Il. Γ, 250 : Ἡ μήτηρ τοῦ Πριάμου ... κατὰ Ἑλλάνικον ἐκαλεῖτο Τρυμώ. Codex Venet. habet Στρυμώ, ut Apollodorus III, 12, 3.

138.

Tzetz. ad Lycophr. 469 : Ἑλλάνικος ἱστορεῖ, ὅτι πρὸ τοῦ Ἡρακλέα εἰσελθεῖν ἐν τῇ Τροίᾳ, ὁ Τελαμὼν μέρος τοῦ τείχους καταβαλὼν εἰσῆλθε· σπωμένου δὲ ἐπ' αὐτὸν Ἡρακλέους τὸ ξίφος, ὁ Τελαμὼν παρατηρήσας τούτου ἕνεκα δυσχεράναντα τὸν Ἡρακλέα, λίθους περὶ αὐτὸν ἐσώρευεν. Τοῦ δὲ φαμένου, Τί τοῦτο; Τελαμὼν ἔφη, ἐγείρειν μέλλω βωμὸν Ἡρακλέους Ἀλεξικάκου. Καὶ οὕτω τῆς ὀργῆς Ἡρακλῆς παύεται, καὶ γέρας αὐτῷ τὴν Ἡσιόνην, τὴν καὶ Θεάνειραν, διωρεῖται.

139.

Schol. Hom. Il. Ε, 64 : Ἑλλάνικός φησι, χρησμὸν δοθῆναι τοῖς Τρωσὶν, ἀπέχεσθαι μὲν ναυτιλίας, γεωργίᾳ δὲ προσέχειν, μὴ τῇ θαλάσσῃ χρώμενοι ἀπολέσωσιν αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν.

140.

Arrian. Dissert. Epictet. 2, 19 : Τίς ἦν ὁ τοῦ Ἕκτορος πατήρ; Πρίαμος. Τίνες ἀδελφοί; Ἀλέξανδρος καὶ Δηίφοβος. Μήτηρ δ' αὐτῶν τίς; Ἑκάβη. Παρείληφα ταύτην τὴν ἱστορίαν παρὰ τίνος; παρ' Ὁμήρου. Γράφει δὲ περὶ αὐτῶν, δοκῶ, καὶ Ἑλλάνικος, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος.

141.

Eustath. ad Odyss. Π, p. 1796, 42 : Ἀριστοτέλης ἐν Ἰθακησίων πολιτείᾳ καὶ Ἑλλάνικος δὲ Τηλέμαχον φασὶ Ναυσικάαν γῆμαι τὴν Ἀλκινόου, καὶ γεννῆσαι τὸν Περσέπτολιν.

142.

Schol. Hom. Il. Γ, 151 : Τιθωνοῦ τοῦ Λαομέδοντος, Πριάμου δὲ ἀδελφοῦ, ἠράσθη ἡ Ἡμέρα· ἐξ οὗπερ ἐποίησεν υἱὸν τὸν Μέμνονα. Μακρῷ δὲ βίῳ δαπανηθέντος ἐκείνου, μετέβαλεν αὐτὸν εἰς τέττιγα ἡ θεός. Διὸ δὴ αὐτοῦ τοὺς συγγενεῖς δημογέροντας τέττιξιν εἰκάζει ὁ ποιητής. Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος.

136.

Neptunus et Apollo a Jove servire jussi Laomedonti, pacta mercede muro cingunt Pergamum. Sed Laomedon jusjurandum et promissa non conservans neque solvens mercedem, ex urbe eos ejecit. Igitur Neptunus iratus belluam terræ immisit, quæ et homines et fructus qui tum erant omnes perdidit. Quum vero deum Laomedon consuleret, datum est oraculum : fore ut a malo isto deliberaretur, si Hesionam a ceto devorandam exponeret. Quo facto, prædicavit ille equos immortales, quos Troi Jupiter pro Ganymede dederat, ei se daturum esse, qui monstrum illud interficeret. Hercules qui tum temporis aderat, hoc se certamen sustinere velle promisit, et postquam Minerva propugnaculum ei fecerat murum, quem ἀμφίχυτον (circumfusum) vocant, per os in ventrem belluæ ferrum condens ilia ejus perrumpit. Laomedon vero immortalium loco mortales equos dedit. Qua re cognita, Hercules hostiliter aggressus Trojam devastavit atque equos abduxit. Historia exstat apud Hellanicum.

137.

Zeuxippe, mater Priami, secundum Hellanicum appellabatur Strymo.

138.

Hellanicus narrat : Telamo muri partem perrumpens ante Herculem urbem ingressus est. Quum vero Herculem gladium in se destringentem de hac re indignatum esse cognovisset, lapides circa eum congessit et interroganti : *Quid hoc?* respondit : Aram exstructurus sum Herculi Averrunco. Atque ita Hercules ab ira destitit et muneri dedit ei Hesionam, quæ etiam Theanira vocatur.

139.

Hellanicus dicit oraculum datum esse Trojanis, jubens eos navigatione abstinere, agriculturæ vero operam navare, ne mari utentes se ipsos atque urbem perderent.

140.

Quis fuit Hectoris pater? Priamus. Qui fratres? Alexander et Deiphobus. Quæ eorum mater? Hecuba. Historiam hanc accepi, a quo? Ab Homero. Sed et Hellanicus opinor iisdem de rebus scribit, et id genus alii.

141.

Aristoteles in Ithacensium republica et Hellanicus Telemachum dicunt uxorem duxisse Nausicaam, Alcinoi filiam, ex eaque genuisse Perseptolin.

142.

Tithoni, qui erat Laomedontis filius, Priami frater, amore capta est Hemera, ex eoque peperit Memnona filium. Debilitatum vero senectute dea mutavit in cicadam, et propterea principes ejus propinquos cum cicadis poeta comparat. Narrat Hellanicus.

Digitized by Google

143.

Euseb. Præp. evang. X, 12, p. 498, B: Κατὰ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας, Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. ... Ἑλλάνικος, δωδεκάτῃ Θαργηλιῶνος.

Idem ex Hellanico tradit etiam Clemens Alex. Strom. I, p. 321, D.—

144.

Tzetz. Posthom. 768—780:

Μῆνα δὲ ἤδη ἐρεῖω, ἦμάρ τ' ἠδέ τε ὥρην
οἰκτροτάτου λυκάβαντος, ὃς ἄλγεα θήκατο Τροίῃ.
Δωδεκάτη μὲν ἔην μηνὸς Θαργηλιῶνος,
τόν ῥ' Αἰωνάριον κικλήσκει μὲν Λογγῖνος·
Ἰαννουάριον δ' ἀνέρες πάντες καλέουσι.
Νὺξ δ' ἀρ' ἔην μέσση, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη,
παρθένου εἰσελάσασα δρόμον μεγάλοισιν ἐν ἄστροις,
ἠελίου ἀμφ' Αἰγόκερων Κρόνου οἶκον ἐόντος.
Καλλιστὼ δ' ἱέρεια κλεινῆς ἦν ἐν Ἀθήναις
οἰκτροτάτου μεγάλου λυκάβαντος. Κείνῃ ἐν ὥρῃ,
κείνῃ νυκτὶ, ὁ Λέσβιος Ἑλλάνικος ἀείδει,
σὺν τῷ καὶ Δοῦρις, Τροίαν ἑλέειν Παναχαιοὺς,
οἰκαδέ τ' ἐλθέμεναι λυγρὸν τὸν νόστον ἰδόντας.

145.

Strabo 13, p. 602: Ἑλλάνικος δὲ χαριζόμενος τοῖς Ἰλιεῦσιν, οἷος ὁ ἐκείνου μῦθος, συνηγορεῖ τῷ τὴν αὐτὴν εἶναι πόλιν τὴν νῦν τῇ τότε. Eadem habet Eustath. ad Il. Δ, p. 460.

146.

Tzetzes in Posthomericis, 13 sqq., de Penthesilea:

Ταῦτα μὲν ὧδ' ὁ Κόϊντος ἑοῖς ἐπέεσσιν ἀείδει.
Ἑλλάνικος, Λυσίας δὲ καὶ ἄλλοι ἄνδρες ἀγαυοὶ
φάν, ἕνεκα σφετέρης ἀρετῆς ἐπιήλυθε Τροίῃ,
κῦδος ἀεξήσασα, ὅπως τε γάμοισι μιγείη.
Ταῖς γὰρ ἀπαίσιόν ἐστι παρ' ἀνδράσι βήμεναι εὐνῇ,
εἰ μὴ μὲν πολέμοισιν ἀριστήσωσιν ὑπ' ἄνδρας.
Τὼς μὲν Πενθεσιλείαν ἐλθέμεν οἴγ' ἐρέουσιν.

Sturz: «V. 15, pro ἐπιήλυθε malim ἐπελήλυθε. V. 18, pro ἀριστήσωσιν ὑπ' ἄνδρας reponendum putem ἀριστεύσωσιν ἐπ' ἄνδρας. Etiam ἀεξήσασα v. 16 mutaverim in ἀεξήσουσα.»

Ad Troica referenda videntur etiam ea, quæ de Dactylis Idæis ex Hellanico narrat Schol. Apollon. Rh. I, 1129. Vide Pherecyd. fr. 7.

ΦΟΙΝΙΚΙΚΑ.

Ge. Cedrenus in Synopsi historiarum vol. 1, p. 11, C ed. Paris. 1647. fol.: Οἱ δὲ τὰ Φοινικικὰ συγγραψάμενοι, Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος, Ἑλλάνικος, καὶ ὁ Ἀκουσίλαος, Ἔφορός τε καὶ Νικόλαος. «Sed ut verum fatear, mihi quidem totus Cedreni locus nullo modo huc posse referri videtur. Desumtus est enim, sed passim vitiose exscriptus, ex Josephi Archæol. 1, 4 extr., ubi hæc leguntur: Καὶ Μανέθων ὁ τὴν τῶν Αἰγυπτίων ποιησάμενος ἀναγραφὴν, καὶ Βηρωσσὸς ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συναγαγὼν, καὶ Μῶχός τε καὶ Ἑστιαῖος, καὶ πρὸς αὐτοῖς ὁ Αἰγύπτιος Ἱερώνυμος, οἱ τὰ Φοινικικὰ συνταξάμενοι, συμφωνοῦσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις· Ἡσίοδός τε, καὶ Ἑκαταῖος καὶ Ἑλλάνικος, καὶ Ἀκουσίλαος ... ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια. Eusebius, qui eundem locum excerpsit (v. fr. LXXXIX), præter alias, quæ non huc pertinent, lectionis diversitates, post Ἱερών. habet οἵ τε.» Sturz.

ΚΥΠΡΙΑΚΑ.

147.

Steph. Byz.: Καρπασία, πόλις Κύπρου, ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Κυπριακοῖς.

143.

Anno regni Agamemnonis decimo octavo captum est Ilium, Demophonte Thesei filio Athenis regnante, primo ejus anno, die vero Thargelionis mensis duodecimo, ut Dionysius Argivus auctor est: ... Hellanicus, duodecimo Thargelionis.

144.

Jam dicam mensem et diem et horam tristissimi anni, qui dolores dedit Trojanis. Duodecimus erat mensis Thargelionis, quem Æonarium dicit Longinus quidem, Januarium vero omnes homines appellant. Nox erat media, splendida luna exorta est Virginis agens cursum magnis in astris, dum Sol ad Capricornum, Croni domum, versabatur. Callisto vero sacerdos erat claris in Athenis (Argis) tristissimo illo magno anno. Illa hora, illa nocte Hellanicus Lesbius cantat, cum eoque Duris, Trojam cepisse Panachæos, domumque revertisse tristem reditum videntes.

145.

Hellanicus Iliensium gratiam captans more suo affirmat, recentem cum antiqua urbem eandem esse.

146.

Hæc quidem ita Quintus suis carminibus canit. Hellanicus vero et Lysias aliique viri celebres dicunt: propter virtutem suam venit Trojam, ut gloriam augeret et nuptiis gauderet. Illis enim inauspicatum est cum viris concumbere, nisi bellis contra hostes inclaruerint. Ita Penthesileam illi dicunt venisse Trojam.

CYPRIACA.

147.

Carpasia, urbs Cypri, quam Pygmalion condidit, auctore Hellanico in Cypriacis.

Digitized by Google

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

Photius cod. 161, p. 177, 3 ed. Hœschel. sive p. 104, 12 Bekk., ubi agit de Sopatri Sophistæ ἐκλογαῖς διαφόροις, eas dicit compositas esse ἐκ τῶν Αἰλίου, δι' ὧν (Bekker. Αἰλίου Δίου) περὶ Ἀλεξανδρείας· καὶ ἐκ τῶν Αἰγυπτιακῶν Ἑλλανίκου· δι' ὧν μυθικά τε καὶ πλασματικὰ πολλὰ συλλέξας, καὶ διάφορα ἕτερα, εἰς τὸ τέλος τοῦ ἕκτου λόγου καταντήσεις.

148.

Quæ ex Arriano in Dissert. Epictet. II, 19, et apud Gell. N. A. I, 12, apposuit Sturzius, delevimus: non enim quod illic dicitur Ἑλλάνικος λέγειν ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς, historicus scripsit unquam, sed stoicis placitis hunc testem dedit ad illudendum adversarium.

149.

Athenæus XI, p. 470, D: Ἑλλάνικος ἐν Αἰγυπτιακοῖς οὕτως γράφει· « Αἰγυπτίων ἐν τοῖς οἴκοις κεῖται φιάλη χαλκῆ, καὶ κύαθος χαλκοῦς, καὶ ἠθάνιον χάλκεον. »

150.

Athenæus XV, p. 679, F: Περὶ δὲ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἀεὶ ἀνθούντων στεφάνων Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς οὕτω γράφει· « Πόλις ἐπιποταμία, Τίνδιον ὄνομα. Αὕτη θεῶν ὁμήγυρις, καὶ ἱερὸν μέγα καὶ ἁγνὸν ἐν μέσῃ τῇ πόλει λίθινον, καὶ θύρετρα λίθινα. Ἔσω τοῦ ἱεροῦ ἄκανθαι πεφύκασι λευκαὶ καὶ μέλαιναι. Ἐπ' αὐταῖς δ' οἱ στέφανοι ἐπιβέβληνται ἄνω τῆς ἀκάνθου τοῦ ἄνθους καὶ ῥοιᾶς ἄνθους καὶ ἀμπέλου πεπλεγμένοι. Καὶ οὗτοι ἀεὶ ἀνθέουσι. Τοὺς στεφάνους ἀπέθεντο οἱ θεοὶ ἐν Αἰγύπτῳ, πυθόμενοι βασιλεύειν τὸν Βάβυν, ὅς ἐστι Τυφών. »

151.

Athenæus XV, p. 680, B: Ὁ δὲ προειρημένος Ἑλλάνικος καὶ Ἄμασιν Αἰγύπτου βασιλεῦσαι, ἰδιώτην ὄντα καὶ τῶν τυχόντων κατὰ τὸν πρῶτον βίον, διὰ στεφάνου δωρεὰν, ὃν ἔπεμψεν ἀνθέων πλεξάμενος τῇ ὥρᾳ περικαλλεστάτων, γενέθλια ἐπιτελοῦντι Πατάρμιδι τῷ τῆς Αἰγύπτου τότε βασιλεύοντι. Τοῦτον γὰρ ἡσθέντα τῷ κάλλει τοῦ στεφάνου, καὶ ἐπὶ δεῖπνον καλέσαι τὸν Ἄμασιν, καὶ μετὰ ταῦτα τῶν φίλων ἕνα αὐτὸν ἔχοντα ἐκπέμψαι ποτὲ καὶ στρατηγὸν, Αἰγυπτίων αὐτῷ πολεμούντων, ὑφ' ὧν διὰ τὸ τοῦ Πατάρμιδος μῖσος ἀποφανθῆναι βασιλέα.

152.

Antigon. Caryst. Hist. mirabilium c. 139 sq. (vol. VII Opp. Meursii p. 54): Ἑλλάνικος δ' ὁ Λέσβιος ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις ἱστορεῖ σπήλαιον ἐν ἄστει, καθ' ὃ εἶναι τὰς μὲν τριακάδας, νηνεμίαν· τὰς δ' ἄλλας ἡμέρας, ἄνεμον. Δόξαι δ' ἀνεξέταστόν τι ἔχειν καὶ δυσπαρατήρητον ἡ ἐκλογὴ, καθάπερ ὁ Εὔριπος ταῖς ἑβδόμαις οὐ στρέφεται· καὶ ὅτι οἱ μύρμηκες νουμηνίαις ἀναπαύονται.

« De priori hujus loci parte, usque ad ἄνεμον, consentit cum Hellanico Callimachus apud Steph. Byz. in v. Θήβη, Κατὰ τὰς Αἰγυπτίας Θήβας, inquiens, ἔστι σπήλαιον, ὃ ταῖς μὲν ἄλλαις ἡμέραις πληροῦται ἀνέμου· κατὰ δὲ τὰς τριακάδας οὐ πνεῖ παντελῶς. Quæ deinde sequuntur, dubito an ad Hellanicum tanquam ad auctorem referenda sint, immo puto Antigoni verba esse, et vocabulo ἐκλογὴ illum ipsum Hellanici locum intelligi, ad quem illustrandum similia afferat mirabilium scriptor. » *Sturz.*

153.

Etym. M.: Ἐρεμβοί, οἱ Ἄραβες... Ἐρεμβοὺς οἱ μὲν τοὺς Ἄραβας φασὶν, ὡς Ἑλλάνικος· ἔνιοι δὲ τοὺς Τρωγλοδύτας ἤκουσαν.

Tzetz. ad Lycophr. 827: Ἑλλάνικός φησι τοὺς Ἐρεμβοὺς περὶ τὰς Νείλου ῥοὰς οἰκεῖν.

154.

Plutarch. De Is. et Osir. p. 364, D: Τὸν Ὄσι-

ÆGYPTIACA.

149.

Hellanicus in Ægyptiacis hæc scribit: « Ægyptiorum in domibus videas phialam æneam, cyathum æneum, et ethanium æneum. »

150.

De coronis vero in Ægypto semper florentibus Hellanicus in Ægyptiacis ita scribit: « Oppidum ad flumen situm, Tindium nomine. Hic est deorum conventus et templum magnum et sanctum in medio oppido lapideum, et portæ lapideæ. Intra templum arbores acaciæ nascuntur albæ et nigræ. His superne impositæ coronæ ex acanthi flore et mali punicæ flore et vite nexæ: semperque hæ florent. Coronas istas deposuerunt dii in Ægypto, quum intellexissent regnare Babyn, qui est Typhon.

151.

Quem supra commemoravimus Hellanicus narrat etiam, Amasin, privatum initio plebeiumque hominem, Ægypti regem fuisse factum propter coronæ donum, quam ille e pulcerrimis, quos ver ferebat, floribus nexam Patarmidi miserat, Ægypti tunc regi, natalitia celebranti. Hunc enim delectatum pulcritudine coronæ, ad cœnam vocasse Amasin; et ab eo tempore in amicorum numero habitum, ducem copiarum aliquando misisse adversus Ægyptios arma contra ipsum ferentes; ab his autem, ob Patarmidis odium, regem esse renunciatum.

152.

Hellanicus Lesbius in Thebarum Ægyptiarum urbe antrum esse dicit, quod aliis quidem diebus vento repleretur, sed trigesimo quoque mensis die ventis vacuum esset.

153.

Erembos nonnulli, ut Hellanicus, Arabes dicunt. Hellanicus dicit Erembos ad Nilum fluvium habitare.

154

Quippe Hellanicus Hysirin pro Osiride a sacerdotibus

Digitized by Google

ριν Ἑλλάνικος Ὑσιριν ἔοικεν (sic Valckenar.: codd. ἔθηκεν) ἀκηκοέναι ὑπὸ τῶν ἱερέων λεγόμενον. Οὕτω γὰρ ὀνομάζων διατελεῖ τὸν θεὸν, εἰκότως ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ τῆς εὑρεσέως (ὕσεως καὶ ὑγρασίας conj. Marklandus).

155.

Athenæus I, p. 34, A: Θεόπομπος ὁ Χῖος τὴν ἄμπελον ἱστορεῖ εὑρεθῆναι· ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τὸν Ἀλφειόν· Ἑλλάνικος δέ φησιν, ἐν τῇ Πλινθίνῃ πόλει Αἰγύπτου πρῶτον εὑρεθῆναι τὴν ἄμπελον. Unde quædam excerpsit Eustath. ad Hom. Od. I, p. 1635, 16.

«In Ægyptiacis Hellanicus haud dubie etiam ea posuisse putandus est, quæ de Orphica theologia, hoc est de cosmogonia docuit. Dubitari enim vix potest, quin Lesbius noster Hellanicus intelligendus sit apud Damascium Περὶ ἀρχῶν in G. C. Wolfii Anecd. gr. tom. III, p. 253: Ἡ δὲ κατὰ τὸν Ἱερώνυμον φερομένη (Ὀρφικὴ θεολογία) καὶ Ἑλλάνικον, εἴπερ μὴ καὶ ὁ αὐτός ἐστιν, quæ sic interpretor: *nisi quidem alter ex altero sua hausit, ita ut ambo non nisi unius auctoris loco habendi sint.*» Sturz.

156.

Justinus Martyr Cohortat. ad Græcos p. 10, A ed. Paris. 1615 fol., primo Polemonem et Apionem ait tradidisse, κατὰ Ἴναχον, Ἄργους βασιλέα, Ἀμάσιδος Αἰγυπτίων βασιλεύοντος, ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ὧν ἡγεῖσθαι Μωϋσέα. Deinde addit: Καὶ οἱ τὰ Ἀθηναίων δὲ ἱστοροῦντες, Ἑλλάνικός τε καὶ Φιλόχορος, οἱ τὰς Ἀτθίδας, Κάστωρ τε καὶ Θαλλὸς, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ, ... ὡς σφόδρα ἀρχαίου καὶ παλαιοῦ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντος Μωϋσέως μέμνηνται.

Cyrillus lib. I Contra Julian. p. 15 Spanh.: Ὅτι τοῖς Ἕλλήνων ἱστοριογράφοις γνωριμώτατος ἦν ὁ Μωσῆς, ἐξ αὐτῶν ὧν γεγράφασιν ἔξεστιν ἰδεῖν. Πολέμων τε γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν διεμνημόνευσεν αὐτοῦ, καὶ Πτολεμαῖος δὲ Μενδήσιος, καὶ μὴν καὶ Ἑλλάνικος, καὶ Φιλόχορος, Κάστωρ τε, καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις.

Η ΕΙΣ ΑΜΜΩΝΟΣ ΑΝΑΒΑΣΙΣ.

157.

Athenæus XIV, p. 652, A: Φοίνικα τὸν καρπὸν καὶ Ἑλλάνικος κέκληκεν ἐν τῇ εἰς Ἄμμωνος Ἀναβάσει, εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα.

ΠΕΡΣΙΚΑ.

158.

Schol. Aristoph. ad Aves 1022: Ὁ δὲ Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Περσικοῖς, δύο φησὶ Σαρδαναπάλλους γεγονέναι. Εἷς τὸ αὐτό. (Εἷς δὲ αὐτῶν conj. Sturz.) Περσῶν βασιλεὺς, ὃς ἐν τρυφῇ ὡρίζετο τὴν εὐδαιμονίαν. Λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ β' πόλεις ἔκτισε τῆς Κιλικίας, Ταρσὸν καὶ Ἀγχιάλην.

159.

Steph. Byz.: Ἀρταῖα, Περσικὴ χώρα, ἣν ἐπόλισε Περσεὺς, ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας· Ἑλλάνικος ἐν Περσικῶν πρώτῃ.

160.

Steph. Byz.: Χαλδαῖοι. ... Ἑλλάνικος δέ φησιν ἐν πρώτῳ Περσικῶν οὕτω· «Κηφέως οὐκέτι ζῶντος, στρατευσάμενοι ἐκ Βαβυλῶνος, ἀνέστησαν ἐκ τῆς χώρας, καὶ τὴν Χογὴν (leg. Χώχην) ἔσχον. Οὐκέτι ἡ χώρη Κηφηνίη καλέεται, οὐδ' ἄνθρωποι οἱ ἐνοικοῦντες Κηφῆνες, ἀλλὰ Χαλδαῖοι.» Καὶ ἡ χώρα αὕτη πᾶσα νῦν Χαλδαϊκὴ καλεῖται.

Postrema inde ab οὐκέτι non videntur ad Hellanicum pertinere.

---

nominari audivisse videtur, itaque eum crebro nominat, nimirum a pluvia et humectatione.

155.

Theopompum Chium (ait Athenæus) narrare, repertam vitem esse Olympiæ juxta Alpheum.... Hellanicus vero scribit, in Ægypti oppido Plinthine primum inventam esse vitem.

156.

Polemo et Apio tradunt sub Inacho, rege Argivo, eodem tempore, quo Amasis Ægyptiis imperaverit, Judæos Mose duce emigrasse. Etiam qui res Atheniensium narrant, Hellanicus et Philochorus, Atthidum scriptores, Castor et Thallus et Alexander polyhistor Mosen tanquam perantiquum et perveterem Judæorum ducem commemorant. Mosen Græcorum historiographis notissimum fuisse ex ipsis eorum scriptis intelligere licet, nam Polemo in primo Hellenicorum ejus meminit et Ptolemæus Mendesius, nec non Hellanicus, Philochorus, Castor, alii.

ITER AD TEMPLUM JOVIS AMMONIS.

157.

Φοίνικα (quæ vox alias significat palmam arborem) fructum Hellanicus quoque nominavit in Itinere ad templum Jovis Ammonis, si genuinum id scriptum.

PERSICA.

158.

Hellanicus in Persicis duos ait Sardanapallos fuisse, quorum alter, rex Persarum, in mollitie summam felicitatem posuerit. Dicit vero Hellanicus eum uno eodemque die duas urbes in Cilicia condidisse, Tarsum et Anchialen.

159.

Artæa, regio Persica, in qua Perseus Persei et Andromedæ filius urbes condidit, auctore Hellanico rerum Persicarum libro primo.

160.

Chaldæi.—Hellanicus vero in primo Persicorum inquit: «Mortuo jam Cepheo, ex Babylone militantes, ex regione migravisse, ac Chochen tenuisse. Nec amplius regio Cephenia vocatur, nec incolæ Cephenes, sed Chaldæi.» Et regio ista omnis nunc Chaldaica vocatur.

Digitized by Google

161.

Stephan. Byz.: Τυρέδιζα, πόλις Θράκης. ... Ἑλλάνικος δὲ Τυρόδιζαν αὐτήν φησιν, ἐν Περσικῶν δευτέρῳ.

162.

Harpocration: Στρέψα, ... πόλις ἐστι τῆς Θράκης, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Περσικῶν ὑποσημαίνει.

163 a.

Clemens Alex. Strom. 1, p. 307, D: Πρώτην ἐπιστολὰς συντάξαι Ἄτοσσαν, τὴν Περσῶν βασιλεύσασαν, φησὶν Ἑλλάνικος.

163 b.

Anonymus de mulieribus quæ bello inclaruerunt (in *Bibliothek der alten Literatur und Kunst* part. VI, Inedita p. 18 sq.): Ἄτοσσα. Ταύτην φησὶν Ἑλλάνικος ὑπὸ τοῦ πατρὸς Ἀριάσπου ὡς ἄῤῥενα τραφεῖσαν διαδέξασθαι τὴν βασιλείαν. Κρυβοῦσαν δὲ τὴν τῶν γυναίων ἐπίνοιαν, τιάραν πρώτην φορέσαι· πρώτην δὲ καὶ ἀναξυρίδας, καὶ τὴν τῶν εὐνούχων ὑπουργίαν εὑρεῖν, καὶ διὰ βίβλων τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖσθαι. Πολλὰ δὲ ὑποτάξασα ἔθνη, πολεμικωτάτη καὶ ἀνδρειοτάτη ἐν παντὶ ἔργῳ ἐγένετο.

164.

Schol. Æschyl. Pers. 775: Κύρου δὲ υἱὸς ὁ Καμβύσης, ἀδελφὸς δὲ, κατὰ Ἑλλάνικον, Μαρφίου καὶ Μέμφιδος.

165.

Photius Cod. 72, p. 64, 18 (p. 43 Bekk.) in Persicis Ctesiæ: Καὶ περὶ τοῦ θάψαντος τὸν πατέρα διὰ τοῦ πυρὸς παρὰ τὸν νόμον, ἐξ οὗ καὶ ἔλεγχος Ἑλλανίκου καὶ Ἡροδότου, ὡς ψεύδονται.

166.

Schol. Æschyl. Pers. 719: Ἡρόδοτος ζ' φησὶ Δαρείου παῖδας εἶναι· Ἑλλάνικος δὲ ια'.

167.

Schol. Æschyl. Pers. 778: Ἀρταφρένης] τοῦτον Ἑλλάνικος Δαφέρνην καλεῖ.

168.

Steph. Byz.: Ἄρια, θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως, Περσικὴ χώρα, ὡς Ἑλλάνικος. Τὸ ἐθνικὸν Ἄοιοι, ὡς αὐτός φησι, καὶ Ἀριεύς.

169.

Donatus ad Terent. Eun. 1, 2, 87: *Eunuchos a Persis institutos putant ex captivis. A Babyloniis enim Hellanicus auctor est id habuisse.*

ΣΚΥΘΙΚΑ.

170.

Steph. Byz.: Ἀμάδοκοι, Σκυθικὸν ἔθνος· Ἑλλάνικος ἐν Σκυθικοῖς.

171.

Steph. Byz.: Ἀμύργιον, πεδίον Σακῶν· Ἑλλάνικος Σκύθαις. Τὸ ἐθνικὸν Ἀμύργιος, ὡς αὐτός φησιν. « Hunc locum huc referre non dubitavi. Etsi enim lectio nondum satis certa est, quum Xylander velit Σκυθικοῖς legere, Salmas. vero et alii Σκυθῶν: tamen sive hanc, sive illam emendationem receperis, sive denique dativum illum Σκύθαις pendere dixeris v. c. a verbo ἀνατίθησι s. προστίθησι, vel pro ἐν Σκύθαις acceperis, h. e. eo librorum suorum loco, ubi de Scythis egit: manet hoc, Hellanicum putandum esse illum campum commemorasse in Scythicis. Nam etiam apud Herodot. VII, 64, dicuntur Σκύθαι Ἀμύργιοι vocati esse Σάκαι. Quin Persæ Scythas omnes vocabant Sacas, ut bene et apte ad rem nostram tradit ibidem Herodotus. » *Sturz.*

161.

Tyrediza, urbs Thraciæ. — Hellanicus vero Tyrodizam eam vocat in Persicorum secundo.

162.

Strepsa est civitas Thraciæ, ut Hellanicus libro secundo Persicorum innuit.

163 a.

Primam scripsisse epistolas Atossam Persarum reginam, dicit Hellanicus.

163 b.

Atossam (*Belochi, regis Assyriorum, ut videtur, filiam*) Hellanicus dicit ab Ariaspa patre tanquam puerum educatam regiam suscepisse dignitatem. Occultantem vero quibus femina agnosci posset, primam caput texisse tiara, braccas invenisse et eunuchorum ministerium et per epistolas dedisse responsa. Multos subegit populos, ideoque bellicosissima et fortissima in omnibus rebus apparuit.

164.

Cyri filius Cambyses, et referente Hellanico, frater Marphii et Memphidis.

165.

Mentio fit etiam Cambysis, patris cadaver contra legem cremari jubentis; unde etiam Hellanicus et Herodotus mendacii arguuntur.

166.

Herodotus dicit septem, Hellanicus undecim Darii filios esse.

167.

Artaphrenen (unum e septem viris, qui Pseudosmerdin interfecerunt) Hellanicus Daphernen vocat.

168.

Aria, feminini vel neutrius generis, regio Persica, ut ait Hellanicus. Gentile Arii, ut idem dicit, et Arieus.

SCYTHICA.

170.

Amadoci, gens Scythica, cujus meminit Hellanicus in Scythicis.

171.

Amyrgium, Sacarum campus. Hellanicus in Scythicis. Gentile Amyrgius, ut idem.

Digitized by Google

172.

Strabo XII, p. 550, B: Τοὺς δὲ Σκύθας Ἀλαζῶνας φάσκοντες ὑπὲρ τὸν Βορυσθένη, καὶ Καλλιπίδας, καὶ ἄλλα ὀνόματα, ἅπερ Ἑλλάνικός τε καὶ Ἡρόδοτος καὶ Εὔδοξος κατεφλυάρησαν ἡμῶν.

ΒΑΡΒΑΡΙΚΑ ΝΟΜΙΜΑ.

173.

Suidas et Etymol. M.: Ζάμολξις· ... Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Βαρβαρικοῖς Νόμοις φησὶν, ὅτι Ἑλληνικός τις γεγονὼς τελετὰς κατέδειξε Γέταις τοῖς ἐν Θρᾴκῃ· καὶ ἔλεγεν, ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς ἀποθάνοι, οὔθ' οἱ μετ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἕξουσιν πάντα ἀγαθά (Etym. τὰ ἀγαθά)· ἅμα δὲ ταῦτα λέγων ᾠκοδόμει οἴκημα κατάγαιον· ἔπειτα ἀφανισθεὶς αἰφνίδιον ἐκ Θρᾳκῶν ἐν τούτῳ διῃτᾶτο. Οἱ δὲ Γέται ἐπόθουν αὐτόν. Τετάρτῳ δὲ ἔτει πάλιν φαίνεται, καὶ οἱ Θρᾷκες αὐτῷ πάντα ἐπίστευσαν. Cf. Herodot. IV, 93, ex quo sua hausisse videtur Pseudo-Hellanicus.

ΔΙΟΣ ΠΟΛΥΤΥΧΙΑ.

174.

Fulgentius Mythol. I, 2, p. 35, ed. Munker.: « Theopompus in Cypriaco carmine, et Hellanicus in *Dios polytychia*, quam descripsit, ait Junonem ab Jove vinctam catenis aureis, et degravatam incudibus ferreis. »

FRAGMENTA INCERTA.

176.

Schol. ad Hes. Theog. 139: Ἑλλάνικος δὲ τοὺς Κύκλωπας ὀνομάζεσθαι ἀπὸ Κύκλωπος υἱοῦ Οὐρανοῦ, ὡ περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Κυκλώπων λέγει.

177.

Suidas Ἀμφίσματα (pro quo Phavorinus, ut Hesychius et Zonaras in Lex. p. 157 recte habet ἀμφίσβατα), τὰ ἀμφισβητήσιμα.

178.

Idem s. v. Ἀναῤῥιχᾶσθαι, ex Hellanico laudat verba « Ἀναῤῥιχᾶται δὲ ὥσπερ πίθηκος ἐπ' ἄκρα τὰ δένδρα. »

179.

Lexicon Sangermanense apud Bekkerum Anecd. Græc. p. 351: Ἡ ἀθάρη τροφὴ ἐκ πυρῶν ἡψημένων καὶ διακεχυμένων. Ἔστι δὲ ἡ χρῆσις τῆς λέξεως πολλὴ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, κατὰ μὲν τὸ τέλος διὰ τοῦ η προαγομένη, κατὰ δὲ τὴν μέσην τοῦ α, κατὰ δὲ πολλοὺς ἄλλους κατὰ μὲν τὸ τέλος διὰ τοῦ α, κατὰ δὲ τὴν μέσην διὰ τοῦ η. Οὕτως δὲ καὶ Ἑλλάνικος καὶ Σώφρων. Conf. dicta ad Thesaur. HSteph. vol. I, p. 835.

Sequuntur loci, in quibus Hellanici nomen depravatum esse videtur. Primus est apud Stephan. Byz. in v. Ἀγβάτανα, ubi laudatur Ἑλλάδιος ἐν τῷ α στοιχείῳ. « Non male, ait Sturz., videtur Berkelius legendum conjicere Ἑλλάνικος ita ut intelligatur ejus opus, quod inscripserat Ἐθνῶν ὀνομασίας, quodque videtur ad literarum ordinem compositum fuisse. » Quod equidem addubito.

Alter est ap. Plinium H. N. IV, 12, 22, ubi Rhene ab Anticlide vocari dicitur Celadussa, ab *Hellanico* Artemis. Sic recte edidit Harduinus pro vulgata, quæ *Helladii* nomen habet. Nam in indice auctorum, huic libro præfixo Hellanicus memoratur, nullus vero Helladius. Porro apud Lutatium, Statii (Thebaid. 1, 581) scholiasten, nomen pastoris cui Linum mater tradidit, reperiri dicit in historia *Heleni*, quod jam Barthius mutavit in *Hellanici*. « Neque tamen repugnem, Sturzius ait, si quis ejus verba ita explicanda putet, ut sensus sit, nomen illius pastoris fuisse Heleni, servatum ab historicis. »

Exstant denique plures loci, ubi Hellanici nomen non ad historicum nostrum, sed ad Hellanicum grammaticum, discipulum Agathoclis (Suidas in v. Πτολεμαῖος γραμματικός), Aristarchi, ut videtur, æqualem referendum est. Quos satis habemus indicasse: scholia Veneta et Eustath. ad Il. O, 651, p. 1035, 64; Il. T, 90, p. 1173, 24; Schol. Venet. ad Il. E, 269; Schol. ad Sophocl. Philoct. 201.

172.

Scythas quidem Alazonas supra Borysthenem et Callipidas commemorant, aliaque ejus generis nomina, quæ Hellanicus et Herodotus et Eudoxus nobis confinxerunt.

INSTITUTA BARBARICA.

173.

Hellanicus in Barbaricis Institutis dicit, (Zamolxin) fuisse quendam Græcum, qui Getis in Thracia degentibus initia demonstrarit, dixeritque, neque se moriturum, neque suos sectatores: sed omnia bona habituros. Quum autem hæc diceret, domicilium subterraneum exstruxit. Deinde ex Thracum oculis et conspectu se repente propiens, in hoc degebat. Getæ vero ipsum desiderarunt. Quarto autem anno post rursus apparuit, et Thraces omnia ei crediderunt.

FRAGMENTA INCERTA.

176.

Hellanicus dicit Cyclopes nomen habere a Cyclope, Urani filio, neque vero de Homericis Cyclopibus loquitur.

177.

Ἀμφίσβατα, res de quibus controversia est.

178.

Sicuti simia in summas arbores ascendit.

179.

Ἀθάρη, edulium e tritico cocto et diffuso præparatum. Frequens est hujus vocis apud Atticos usus, in fine per η, in medio per α scriptæ; verum apud alios multos in fine est α, in media voce η; sic etiam Hellanicus et Sophron.

Digitized by Google

PHERECYDIS

FRAGMENTA.

LIBER PRIMUS.

Argumentum.—Theogonia. Cœli et Terræ progenies: Centimani; Cyclopes, ad quos Aorten, fr. 26 memoratum, referre possis, quamvis verisimilius sit eum aut ad eos pertinere, qui cum Perseo Argos concesserunt, aut, quæ est Sturzii sententia, ad Cyclopes Homericos; Titanes. Croni regnum. Ejus ex Rhea filius Jupiter, quem quum nonnulli in Arcadia natum dicant, ad hunc referre licet fr. 1 de Hysia oppido. Ex Philyra Cronus suscepit Chironem (2). — Jupiter cum fratribus regnum partitur. *Jovis progenies*: Apollo et Diana, qui Orionem et Tityum interficiunt (3, 4, 5). Ex Apolline nati sunt Corybantes (6; adjunxi de Dactylis fragmentum), Æsculapius (8), Aristæus (9), cujus filia est Hecate (10). Hæc ducit ad *Plutonem*. Raptus Proserpinæ. Ceres, cum qua arcte conjuncta est Daira (11), filiam quærens venit ad Triptolemum (12). — Ex *Neptuni* progenie memoratur Nauplius (13). — Gigantomachia; Typho (14).

His igitur ea comprehenduntur, quæ lib. I, c. 1—6 exposuit Apollodorus, qui, quamvis alias genealogias secutus multis in rebus, præcipue vero in iis, quæ pertinent ad Apollinem Pherecydi, Pythagoræ discipulo, singulari quodam amore et studio elatum, a nostro recedat, in universum tamen ad Pherecydis maxime narrationem operis sui dispositionem accommodasse videtur. Sed post narratam Gigantomachiam Apollodorus paullo abruptius ad Promethei supplicium transgreditur, deinde, ubi in enumeranda hujus progenie ad Hellenicæ stirpis auctores perventum est, in Æolo subsistens numerosam ejus posteritatem per reliquam libri primi partem persequitur. Aliter rem instituit Pherecydes, quem ad Æaci stirpem sese convertisse ex fr. 16 et 28 satis luculenter, ut puto, apparet. Igitur quum deorum Olympiorum regnum gigantomachia confirmatum esset, ad Jovem, novi rerum ordinis rectorem, rediens præ ceteris narrasse videtur raptum Æginæ (cf. fr. 78), cujus ex Jove posteritatem usque ad historica tempora deduxit. Quare huc referenda sunt, quæ dicuntur de Telamone (15), de Peleo (16), de Polydora (17, 18), de Patroclo, Clesonymi interfectore (19), de majoribus Miltiadis (20).

Eadem Apollodorus tractavit lib. III, c. 12, 7—13, 8, quæ tamen cum antecedente de rebus Troicis narratione et cum Atticis, quæ subsequuntur, fabulis tam male cohærent, immo omni vinculo tantopere sunt destituta, ut cum Heynio statuendum sit plura intercidisse. Itaque admodum proclivis est suspicio, Apollodorum eodem fere quo Pherecydes modo Æacidarum historiam narrasse, sed, quum ea satis idoneum ad Atticas fabulas transitum præberet, in postremum librum transposuisse, illa ipsa vero quæ aditum pararent ad Atticas fabulas, temporum injuria interiisse, vel a serioris ævi homine, qui a mythologia ea putaret aliena, resecta esse.

1.

Steph. Byz.: Ὑσία, πόλις Βοιωτίας. ... Ἔστι καὶ Ἀρκαδίας πόλις, ὡς Φερεκύδης πρώτῳ.

2.

Schol. Apollon. II, 1235: Φερεκύδης φησὶν, ὅτι Κρόνος ἀπειχασθεὶς ἵππῳ ἐμίγη Φιλύρᾳ τῇ Ὠκεανοῦ, καὶ διὰ τοῦτο διφυὴς ὁ Χείρων.

3.

Apollod. I, 4, 3: Ὠρίωνα Ἄρτεμις ἀπέκτεινεν ἐν Δήλῳ· τοῦτον γηγενῆ λέγουσιν ὑπερμεγέθη τὸ

HISTORIARUM
LIBER PRIMUS.

1.

Hysia, oppidum Bœotiæ, sed etiam Arcadiæ, ut ait Pherecydes in libro primo.

2.

Cronus in equum conversus cum Philyra, Oceani filia, concubuit, et propterea Chiron duplicem equi atque hominis naturam habet.

3.

Diana Orionem in Delo necavit Hunc terra na-

Digitized by Google

σῶμα· Φερεκύδης δὲ αὐτὸν Ποσειδῶνος καὶ Εὐρυάλης λέγει.

4.

Schol. Hom. Il. Σ, 486 : Συγκυνηγῶν δὲ οὗτος (Orion) Ἀρτέμιδι, ἐπεχείρησεν αὐτὴν βιάσασθαι. Ὀργισθεῖσα δὲ ἡ θεὸς, ἀνέδωκεν ἐκ τῆς γῆς σκορπίον, ὃς αὐτὸν πλήξας κατὰ τὸν ἀστράγαλον, ἀπέκτεινε· Ζεὺς δὲ συμπαθήσας κατηστέρισεν αὐτόν. Διὸ τοῦ Σκορπίου ἀνατέλλοντος, Ὠρίων δύνει. Ἡ ἱστορία παρ' Εὐφορίωνι. Codex Leidensis habet παρὰ Φερεκύδῃ: v. Valckenar. diss. De scholl. in Hom., Opuscul. vol. II, p. 121.

5.

Schol. Apollon. I, 761 : Φερεκύδης δέ φησιν, ὅτι Ζεὺς Ἐλάρᾳ τῇ Ὀρχομενοῦ μιγείς, ὥσεν αὐτὴν εἰς τὴν γῆν ἤδη κύουσαν, δεδιὼς τὴν τῆς Ἥρας ζηλοτυπίαν. Ἐκείνης δὲ τεθνηκυίας, ἡ γῆ ἀνέδωκε Τιτυόν. Καὶ διὰ τοῦτο γηγενὴς ἐκλήθη.

Schol. Pindar. Pyth. IV, 160 : Ὅτι ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος ἐτελεύτησε τοξευθεὶς (ὁ Τιτυὸς), Φερεκύδης φησίν. Ἐπάγει δὲ καὶ αὐτὸς, ὅτι τοξευθεὶς ὁ Τιτυὸς ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ φονευθεὶς, παράδειγμα τοῖς μετὰ ταῦτα γέγονεν, ὅπως ἂν [μή] τις τῶν δυνατῶν ἐπιθυμιῶν ὀρέγηται. Cf. Apollodor. 1, 4, 1 et Eustath. ad Hom. Od. H, p. 1581, 54.

6.

Strabo X, p, 472, D: Ἀκουσίλαος ὁ Ἀργεῖος ἐκ Καβείρης καὶ Ἡφαίστου Κάμιλον λέγει. Τῶν δὲ, τρεῖς Καβείρους, ὧν Νύμφας Καβείραδας. Φερεκύδης δ' ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ Ῥυτίας Κορύβαντας ἐννέα· οἰκῆσαι δ' αὐτοὺς ἐν Σαμοθράκῃ· ἐκ δὲ Καβείρης τῆς Πρωτέως, καὶ Ἡφαίστου, Καβείρους τρεῖς, καὶ Νύμφας τρεῖς Καβειρίδας· ἑκατέροις δ' ἱερὰ γενέσθαι· μάλιστα μὲν οὖν ἐν Λήμνῳ καὶ Ἴμβρῳ τοὺς Καβείρους τιμᾶσθαι συμβέβηκεν· ἀλλὰ καὶ ἐν Τροίᾳ κατὰ πόλεις· τὰ δ' ὀνόματα αὐτῶν ἐστὶ μυστικά.

7.

Schol. Apollon. I, 1129 : Δάκτυλοι Ἰδαῖοι· ἓξ καὶ πέντε φασὶν εἶναι. Δεξιοὺς μὲν τοὺς ἄρσενας, ἀριστεροὺς δὲ τὰς θηλείας. Φερεκύδης δὲ τοὺς μὲν δεξιοὺς εἴκοσι λέγει, τοὺς δὲ εὐωνύμους τριάκοντα δύο. Γόητες δὲ ἦσαν, καὶ φαρμακεῖς, καὶ δημιουργοὶ σιδήρου λέγονται πρῶτοι καὶ μεταλλεῖς γενέσθαι. Ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς Ἴδης. Ἀριστεροὶ μὲν, ὥς φησι Φερεκύδης, οἱ γόητες αὐτῶν· οἱ δὲ ἀναλύοντες, δεξιοὶ, ὡς Ἑλλάνικος.

8.

Schol. Pind. Pyth. III, 60 : Ἡ παρθένος Κορωνὶς ᾤκει παρὰ ταῖς ὄχθαις τῆς Βοιβιάδος λίμνης· ἡ δὲ Βοιβιὰς λίμνη παρακειμένη τῇ Λακερείᾳ. Ὅτι δὲ ἡ Κορωνὶς ἐν Λακερείᾳ ᾤκει πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἀμύρου, Φερεκύδης ἐν πρώτῃ ἱστορεῖ. Ἔνθα καὶ περὶ τοῦ κόρακος διηγεῖται, καὶ ὅτι Ἄρτεμιν ἔπεμψεν ὁ Ἀπόλλων, ἡ πολλὰς ἅμα γυναῖκας ἀπέκτεινε, καὶ ὡς τὸν Ἴσχυν Ἀπόλλων κτείνει, τὸν δὲ Ἀσκληπιὸν δίδωσι Χείρωνι.

Steph. Byz. : Δώτιον, πόλις Θεσσαλίας.... Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Δωτίας τῆς Ἔλάτου· Φερεκύδης δὲ, ἀπὸ Δώτιος τοῦ Ἀστερίου, καὶ Ἀμφικτυόνης τῆς Φθίου.

Quæ huc referenda videntur propter auctorem hymni Hom. in Æsculap. v. 2, ubi Æsculapium dicit

υἱὸν Ἀπόλλωνος, τὸν ἐγείνατο δῖα Κορωνὶς
Δωτίῳ ἐν πεδίῳ, κούρη Φλεγύου βασιλῆος.

Cf. Strabon. IX, p. 442.

---

tum vastissima corporis magnitudine fuisse memorant : Pherecydes eum Neptuni ex Euryale filium dicit.

4.

Orion quum Dianæ, quam venantem comitabatur, vim afferre conaretur, dea irata ex terra misit scorpium, qui in vertebra feriens eum necavit. Sed Jupiter commiseritus collocavit eum inter sidera. Quare ubi Scorpio oritur, occidit Orion.

5.

Pherecydes dicit Elaram, Orchomeni filiam, quum jam gravida esset Jovis concubitu, ab eo Junonis zelotypiam verente sub terram detrusam esse. Verum post mortem ejus terra edidit Tityum, qui propterea terrigena nominatus est.

Pherecyde auctore Tityus ab Apolline et Diana sagittis interfectus est. Sed et ipse Pindarus demonstrat eum a Diana sagittis percussum occidisse, quo posterioris ætatis homines exemplo suo moneret, ne potentes effrenata cupiditate appeterent.

6.

Acusilaus Argivus Cabira et Vulcano natum ait Camilum : hoc tres Cabiros, ex his Nymphas Cabiridas. Pherecydes vero ex Apolline et Rhytia novem Corybantes, qui habitaverint in Samothrace : e Cabira, Protei filia, et Vulcano Cabiros tres, et Nymphas tres Cabiridas : utrisque sua sacra esse : maxime autem in Lemno et Imbro Cabiros cultos, sed et secundum urbes Troiæ. Nomina eorum sunt mystica.

7.

Dactylos Idæos sex et quinque esse dicunt, et masculos quidem a dextra, feminas autem a sinistra parte collocatos esse. Sed Pherecydes dexteros viginti dicit, sinistros triginta duo. Præstigiatores erant et venefici, nec non primi ferri opifices et metallici fuisse traduntur. Nomen habuerunt ab Ida matre. Sinistri secundum Pherecydem præstigiatores erant, dextri vero (præstigia) resolvebant, ut ait (etiam) Hellanicus.

8.

Coronidem virginem Laceriæ habitasse non longe ab Amyri fontibus Pherecydes narrat l. 1, ubi etiam de corvo exponit (qui Apollinem certiorem fecit Coronidem, ex deo gravidam, coiisse cum Ischye, Elati filio), atque Dianam dicit ab Apolline missam multas simul interfecisse mulieres (quæ Coronidis cum Ischye concubitum adjuvisse videntur), et ipsum Apollinem occidisse Ischyn, Æsculapium vero instruendum tradidisse Chironi.

Dotium, urbs Thessaliæ, nominata est a Dotia, Elati filia; Pherecydes autem a Dotide, Asterii ex Amphictyone, quæ ex Phthio nata est, filia, nomen derivat.

Digitized by Google

Schol. Eurip. Alcest. 2 : Φερεκύδης ἐν τῇ ἱστορίᾳ τοὺς ἐν Δελφοῖς φησὶ θνήσκοντας αὐτὸν ἀναβιώσκειν.

Ap. Schol. Pindar. Pyth. III, 96, Æsculapium ab Jove occisum esse tradit Φερεκύδης, ὅτι τοὺς ἐν Δελφοῖς θνήσκοντας ἀναβιοῦν ἐποίει.

9.

Schol. Apollon. II, 500 : Περὶ τῆς Κυρήνης Πίνδαρος ἱστορεῖ ἐν Πυθιονίκαις (IX, 6 sqq.), ὡς παρθένος οὖσα, μέχρι πολλοῦ συνεκυνήγει τῷ Ἀπόλλωνι· διαπαλαίουσα δέ ποτε λέοντι ἠγαπήθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος· ὃς καὶ ἁρπάσας αὐτὴν, διεκόμισεν εἰς τὴν νῦν ἀπ' αὐτῆς Κυρήνην τῆς Λιβύης (καλουμένην adde ex cod. Paris.) καὶ μιγεὶς Ἀριστα῀ον ἔτεκε. Φερεκύδης δέ φησι καὶ Ἄρατος, ἐπὶ κύκνων αὐτὴν ὀχηθεῖσαν, κατὰ Ἀπόλλωνος προαίρεσιν, εἰς τὴν Κυρήνην ἀφικέσθαι.

Patrem Cyrenes alii dicunt Peneum, alii Hypseum, regem Lapitharum, quem Pelei filium esse tradit Schol. Apoll. l. l. et ex Pherecyde Schol. Pind. Pyth. IX, 29 : Ναΐδος καὶ Πηνειοῦ τὸν Ὕψέα Φερεκύδης. Ἀκέσανδρος δὲ, Φιλλύρας τῆς Ἀσωποῦ καὶ Πηνειοῦ ἱστορεῖ τὸν Ὕψέα.

10.

Schol. Apollon. III, 467 : Περσηΐδα τὴν Ἑκάτην λέγει (Apollonius), ὡς τοῦ Περσέως θυγατέρα. Τινὲς δὲ αὐτὴν φασι Διὸς εἶναι παῖδα. ... Βακχυλίδης δὲ Νυκτὸς φησὶν αὐτὴν θυγατέρα. ... Μουσαῖος δὲ, Ἀστερίας καὶ Διός. (Conf. ad v. 1034.) Φερεκύδης δὲ, Ἀρισταίου τοῦ Παίονος. Cod. Paris. Παίωνος.

11.

Eustath. ad Hom. Il. Z, p. 648, 37 : Δάειραν Φερεκύδης ἱστορεῖ Στυγὸς ἀδελφὴν, καὶ ἔοικε, φησὶν, οὕτως ἔχειν. Ἐπὶ γὰρ ὑγρᾶς οὐσίας τάττουσιν οἱ παλαιοὶ τὴν Δάειραν. Διὸ καὶ πολεμίαν τῇ Δήμητρι νομίζουσι. Ὅταν γὰρ θύηται αὐτῇ, οὐ πάρεστιν ἡ τῆς Δήμητρος ἱέρεια. Καὶ οὐδὲ τῶν τεθυμένων γεύεσθαι αὐτὴν ὅσιον. « Pro φησὶν fortassis legi possit φύσιν, ut sensus sit : *et videtur sane hoc cum rei natura consentire.* Valesius ad Harpocrat. p. 17, legit simpliciter : καὶ ἔοικεν οὕτ. ἔχ. » Sturz.

12.

Apollodor. I, 5, 2 extr., de Triptolemo : Φερεκύδης φησὶν αὐτὸν υἱὸν Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς.

13.

Schol. Apollon. IV, 1091 : Ἦσαν γὰρ ὁ Δίκτυς καὶ ὁ Πολυδέκτης, Ἀνδροθόης τῆς Κάστορος (cod. Paris. Περικάστορος) καὶ Περισθένους τοῦ Δαμάστορος, τοῦ Ναυπλίου, τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Ἀμυμώνης (cod. Paris. et Phav. Ἀμυμόνης), ὡς Φερεκύδης ἐν πρώτῳ).

14.

Schol. Apollon. II, 1214 : Ὅτι ἐπὶ τὸν Καύκασον κατέφυγεν ὁ Τυφὼς διωκόμενος, καὶ ὅτι καιομένου τοῦ ὄρους ἔφυγεν ἐκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν, ὅπου τὴν Πιθηκοῦσαν αὐτῷ περιῤῥιφῆναι (cod. Paris. περιῤῥυῆναι) νῆσον, Φερεκύδης ἐν τῇ θεογονίᾳ ἱστορεῖ.

15.

Apollod. III, 12, 6 : Φερεκύδης δέ φησι, Τελαμῶνα φίλον, οὐκ ἀδελφὸν Πηλέως εἶναι, ἀλλὰ Ἀκταίου παῖδα καὶ Γλαύκης τῆς Κυχρέως. Pro Ἀκταίου, quod jam Ægius obelo notavit, Heynius restituendum putat Ἄκτορος.

16.

Schol. Pindar. Nem. IV, 81 : Ἔοικεν ὁ Πίνδαρος μνημονεύειν τοῦ Θετιδείου, περὶ οὗ ἐν πρώτῳ Φερεκύδης οὕτω γράφει· « Ἔπειτα Πηλεὺς ᾤχετο εἰς Φθίαν,

---

Pherecydes in historia tradit Æsculapium Delphis mortuos in vitam revocasse.

9.

Pindarus in carm. Pyth. dicit Cyrenen, dum virgo esset, multum venatam esse cum Apolline, qui, quum contra leonem luctantem quondam conspexisset, amore inflammatus puellam rapuisset et in eam Libyæ partem transportasset, quæ nunc ab illa Cyrene nominata est, ibique eum ea congressus genuisset Aristæum. Pherecydes vero et Aratus eam curru cygnis juncto vectam Apollinis consilio Cyrenen venisse dicunt.

Naidis et Penei filium Hypseum dicit Pherecydes.

10.

Apollonius Hecaten nominat Perseidem, ut Persei filiam; nonnulli autem eam Jovis filiam faciunt. Bacchylides eam Noctis filiam dicit, Musæus Jovis ex Asteria, Pherecydes Aristæi, qui Pæonis (Apollinis) filius erat.

11.

Dairam Pherecydes tradit Stygis esse sororem, atque consentaneum est rem ita habere; elemento enim humido Dairam præesse statuunt veteres, quare etiam Cereri inimicam credunt. Quum enim ei sacra fiunt, non adest Cereris sacerdos, neque fas est hanc degustare quæ sacrificata sunt.

12.

Triptolemus Oceani ex Terra filius est.

13.

Dictys et Polydectes filii erant Androthoes, Castoris filiæ, et Peristhenis, Damastoris, Nauplii, Neptuni ex Amymone.

14.

Typhon ad Caucasum, inde vero, monte incenso, confugit in Italiam, ubi Pithecusa insula in eum dejecta est. Narrat Pherecydes in Theogonia.

15.

Telamon amicus Pelei, non vero frater, sed Actæi (vel potius Actoris, Æginæ post editum ex Jove Æacum mariti) ex Glauca, Cychrei nata, filius.

16.

Peleus lustratur ab Euryto (Phthiæ in Thessalia rege), Actoris filio, cujus filiam Antigonam uxorem duxit. (Sed quum imprudens Eurytum interfecisset, Iolcum fugit ad Acastum, cujus uxor, Peleum ad stuprum frustra sollicitans, falso nuntio effecit, ut Antigona mortem sibi consciscret). Hæc quum laqueo fauces sibi præclusisset, « Peleus

Digitized by Google

καὶ Θέτιν ἐπὶ τῶν ἵππων τούτων ἄγων, οἰκεῖ ἐν Φαρσάλῳ, καὶ ἐν Θετιδείῳ, ὃ καλεῖται ἀπὸ τῆς Θέτιδος ἡ πόλις. »

Tzetzes ad Lycophr. 175: Ὁ Πηλεὺς, κατὰ Φερεκύδην καθαίρεται ὑπ' Εὐρύτου, τοῦ Ἄκτορος, οὗ θυγατέρα Ἀντιγόνην λαμβάνει, ἀναρτηθείσης δὲ ἐκείνης, ᾤχετο εἰς Φθίαν, καὶ Θέτιν ἄγων, ἐπὶ τῶν ἵππων ἦκει ἐν Φαρσάλῳ, καὶ Θετιδείῳ, ὃ καλεῖται ἀπὸ τῆς Θέτιδος ἡ πόλις. Ἦκει ap. Tzetz. mutandum videtur in οἰκεῖ, quod habet Schol. Pind. — Pro Φαρσάλῳ vulgo legitur Φαργάλῳ. Verba ἡ πόλις post Θέτιδος utrobique delevit Sturzius suasu Heynii ad Apollodorum p. 795, sed sine dubio servanda sunt et ita intelligenda, ὃ καλεῖται ἡ πόλις, pro ᾧ ὀνόματι καλεῖται, ut alibi loquuntur, καλεῖται τοῦτο ἡ πόλις. Thetideum, Strabone teste, erat propinquum Pharsalo tam antiquæ quam novæ. Pro εἰς Φθίαν Sturz legendum putat ἐκ Φθίας, quia non post Antigonæ demum mortem Peleus Phthiam petiverit. Sed Schol. cogitasse videtur de altero itinere, quod fecit Peleus postquam, relicto Iolco, in Pelio monte Thetidem uxorem duxerat. Quæ omnia historia in brevius contracta obscurata sunt.

17.

Schol. Homer. Il. Π, 175: Ἐκ τίνος Πηλεὺς Πολυδώρην ἔσχεν; ὡς μὲν Στάφυλος ἐν γ' (Venet. ἐν τῇ Σ) Θεσσαλικῶν, ἐξ Εὐρυδίκης, τῆς Ἄκτορος θυγατρός. Φερεκύδης δὲ, ἐξ Ἀντιγόνης τῆς Εὐρυτίωνος. Ἄλλοι δὲ, ἐκ Λαοδαμείας τῆς Ἀλκμαίωνος.

In cod. Veneto præmissa huic loco sunt ista: Ἡ διπλῆ (h. e. tale signum≻), ὅτι Φερεκύδης τὴν Πολυδώραν φησὶ ἀδελφὴν Ἀχιλλέως· οὐκ ἔστι δὲ καθ' Ὅμηρον διαβεβαιώσασθαι.

18.

Schol. Pindar. Nem. III, 55: Οὐ γὰρ (ὁ Πηλεὺς) μόνος εἶλε τὸν Ἰωλκὸν, ἀλλὰ μετὰ Ἰάσονος καὶ τῶν Τυνδαριδῶν, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης. Cf. Nicol. Damasc. in Exc. Vales. p. 446, et qui inde sua hausit Suid. s. v. Ἀταλάντη.

19.

Schol. Hom. Il. Ψ, 87: Τοῦτον (τὸν Ἀμφιδάμαντος υἱὸν) Κλεισώνυμον Φερεκύδης ἱστορεῖ.

20.

Marcellinus in Vita Thucydidis, § 2: Θουκυδίδης ... ἀπόγονος τῶν εὐδοκιμωτάτων στρατηγῶν, λέγω δὴ τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα. Ἀφείωτο δὲ ἐκ παλαιοῦ τῷ γένει πρὸς Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν· τῷ δὲ Μιλτιάδῃ, πρὸς Αἰακὸν τὸν Διός. Οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν. Καὶ τούτοις Δίδυμος μαρτυρεῖ, Φερεκύδην ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν φάσκων οὕτως λέγειν· « Φιλαίας δὲ ὁ Αἴαντος οἰκεῖ ἐν ταῖς Ἀθήναις. Ἐκ τούτου δὲ γίγνεται Δάϊκλος, τοῦ δὲ Ἐπίδυκος, τοῦ δὲ Ἀκέστωρ, τοῦ δὲ Ἀγήνωρ, τοῦ δὲ Ὄλιος, τοῦ δὲ Αὔκης, τοῦ δὲ Τύφων, τοῦ δὲ Λαΐος, τοῦ δὲ Ἀγαμήστωρ, τοῦ δὲ Τίσανδρος, ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις.** τοῦ δὲ Μιλτιάδης, τοῦ δὲ Ἱπποκλείδης, ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη.** τοῦ δὲ Μιλτιάδης, ὃς ᾤκισε Χερρόνησον. »

Locus mutilus, ordo stirpis turbatus. Quare Rutgersius inter verba: τοῦ δὲ Ἱπποκλείδης... ἐτέθη et τοῦ δὲ M. ὃς ᾤκισε Χερρόνησον excidisse putat Cypselum, Miltiadis patrem. Deinde post Chersonesium Miltiadem Sturz. ponendum censet illum, qui nunc post Tisandrum collocatus est, ita quidem, ut, quum Cimonis, qui pater erat Miltiadis Marathonii, mentionem desideremus, etiam altera lacuna statuenda sit. Igitur ordo est hic: Tisander—Hippoclides (Herodot. VI, 127.) — Cypselus — Miltiades Chersonesius — Cimon — Miltiades Marathonius. Vide tamen quos laudat Bæhr. ad Herodot. VI, 34 et 127

LIBER SECUNDUS.

Initio hujus libri Pherecydes narrat Promethei historiam, quam Apollodorus statim post Gigantomachiam posuit. Apte hæc annecti potuit Æacidarum fabulis, siquidem Pherecydes dixit Promethei consilio Jovem a Thetidis nuptiis abstitisse. Inde petitum est fr. 21 de aquila ab Hercule interfecta. Reliqua, quæ nominatim huic li-

---

Phthiam reversus est et Thetidem curru equis (quos a Neptuno acceperat) juncto vehens, sedes sibi sumsit Pharsali et Thetidei, quod oppidum a Thetide nominatum est.

17.

Polydoram Peleus suscepit ex Antigona, Eurytionis filia. Pherecydes Polydoram dicit Achillis sororem.

18.

Pherecydes narrat, Peleum cepisse Iolcum non solum, sed Iasonis et Tyndaridarum auxilio adjutum.

19.

Hunc (Amphidamantis filium, quem Patroclus, Actoris et Æginæ nepos, interfecit) Clisonymum dicit Pherecydes.

20.

Thucydides ... traxit genus a nobilissimis ducibus, Miltiadem et Cimonem dico. Antiquitus enim cum Miltiade Atheniensium duce; et propter Miltiadis genus, cum ipso Æaco Jovis filio cognatione conjunctus erat. Adeo illustribus majoribus historicus iste se natum gloriatur. Atque Didymus hæc suo testimonio confirmat, qui tradit Pherecydem primo Historiarum libro ita scribere: « Athenis habitavit Philæas, Ajacis filius: huic filius fuit Daiclus, huic Epidycus, huic Acestor, huic Agenor, huic Olius, huic Lyces, huic Typhon, huic Laius, huic Agamestor, huic Tisander, qui quum esset Athenis Archon** illi filius fuit Miltiades, cui filius Hippoclides, qui quum Athenis esset archon instituta sunt Panathanæa**. Illo natus est Miltiades, qui *Thraciæ* Cherronesum colonis frequentavit. »

Digitized by Google

bro fragmenta assignantur, quum clare ostendant Argivas potissimum fabulas in eo tractatas esse, res ita conformanda est, ut statuamus Pherecydem, postquam Prometheum ab Hercule liberatum dixisset, ab hoc ipso Hercule transiisse ad fabulas Argivas. Similiter Apollodorus, qui libro secundo dicit: Ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῦ Δευκαλίωνος διεξεληλύθαμεν γένος, ἐχομένως λέγωμεν τὸ Ἰνάχου. Itaque huc pertinent quæ narrantur de Argo Panopta (22), de Danao (23), de Prœti filiabus a Melampode sanatis (24), de Bellerophonte contra Amazonas pugnante, ad quod fr. 25 retuli, de Danae et Perseo (26), de Alcmena (27), de Hercule serpentem enecante (28). Quod sequitur fragmentum de Thespio vel Thestio ejusque filiabus ex illo loco desumtum videtur, ubi Hercules a Thestio cæde liberorum, quos ex Megara (30) habebat, lustratus esse dicebatur, vel ex illo, ubi de quinquaginta istis Thestiadibus sermo erat. Hic enim Pherecydes ex more suo inter diversos Thestios, Ætolicum illum et Bœoticum, potuit distinguere.

21.

Schol. Apollon. II, 1252: Φερεκύδης ἐν δευτέρῳ, Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης τῆς Φόρκυνος (cod. Paris. addit εἶναι) φησὶ τὸν ἀετὸν τὸν ἐπιπεμφθέντα Προμηθεῖ. Καὶ ὅτι δὲ (cod. Paris. quasi sequentia non sint e Pherecyde petita, habet φασὶ δέ, ὅτι) ὁ ἀετὸς ἤσθιεν τῆς ἡμέρας τοῦ ἥπατος, τὸ δὲ λειπόμενον ηὔξετο τῆς νυκτὸς, καὶ ἐγίνετο ἴσον.

22.

Apollod. II, 1, 3: Ἄργον τὸν πανόπτην Ἀσκληπιάδης μὲν Ἀρέστορος λέγει υἱόν· Φερεκύδης δὲ, Ἰνάχου· Κέρκωψ δὲ, Ἄργου καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ θυγατρός· Ἀκουσίλαος δὲ γηγενῆ αὐτὸν λέγει.

Hic transponenda esse Asclepiadis et Pherecydis nomina, jam viderunt Valckenar. et Heynius.

Schol. Eurip. Phœn. 1123: Φερεκύδης ἐπὶ τοῦ ἰνίου φησὶν αὐτὸν (Ἄργον) ἔχειν ὀφθαλμὸν, ἅμα δηλῶν ὅτι δύο ἐγένοντο Ἄργοι. Γράφει δὲ οὕτως· « Ἄργος ὁ Διὸς γαμεῖ Πειθὼ, τὴν Ὠκεανοῦ θυγατέρα. Τοῦ δὲ γίνεται Κρίασος, τοῦ δὲ Ἐρευθαλίων [ἀφ' οὗ Ἐρευθαλία πόλις καλεῖται ἐν Ἄργει] καὶ Φόρβας. Τοῦ δὲ γίνεται Ἀρέστωρ, τοῦ δὲ Ἄργος, ᾧ Ἥρα ὀφθαλμὸν τίθησιν ἐν τῷ ἰνίῳ, καὶ τὸν ὕπνον ἐξαιρεῖται, καὶ ὑφίσταται καὶ φύλακα αὐτὸν τῇ Ἰοῖ. Ἔπειτα Ἑρμῆς αὐτὸν κτείνει.

23.

Schol. Apollon. I, 1213: Φερεκύδης ἐν τῷ δευτέρῳ φησὶν ὅτι Πολυδώρᾳ τῇ Δαναοῦ μίσγεται Πηνειὸς ὁ ποταμός. Τῶν δὲ γίνεται Δρύοψ, ἀφ' οὗ Δρύοπες καλοῦνται. Οἰκοῦσι δὲ ἐπὶ τῷ Σπερχειῷ ποταμῷ.

Pro Πηνειὸς Berkel. et Verheyk. ad Anton. Liberal. c. 32, recte emendant Σπερχειός.

24.

Schol. Homer. Odyss. O, 225: Μελάμπους ὁ Ἀμυθάονος παῖς, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα διὰ τῆς μαντικῆς τεράστια ἐποίει, οὐχ ἥκιστα δὲ αὐτῷ καὶ οὗτος ἐνδοξότατος ἆθλος ἐγένετο. Τῶν γὰρ Προίτου θυγατέρων, τοῦ βασιλέως τῶν Ἀργείων, Λυσίππης καὶ Ἰφιανάσσης, διὰ τὴν ἀκμαιότητος (Buttm. τὴν ἐκ νεότητος) ἀνεπιλογιστίαν ἁμαρτουσῶν εἰς Ἥραν· παραγενόμεναι γὰρ εἰς τὸν τῆς θεοῦ νεὼν, ἔσκωπτον αὐτὸν (Barnes. αὐτὴν), λέγουσαι πλουσιώτερον μᾶλλον εἶναι τὸν τοῦ πατρὸς οἶκον. Καὶ διὰ τοῦτο μάντις ὢν παραγενόμενος ὁ Μελάμπους, ὑπέσχετο πάσας (Buttm. reponi jubet πάντως) θεραπεύειν, εἰ λάβοι κατάξιον τῆς θεραπείας μισθόν. Ἤδη γὰρ ἡ νόσος δεκαετὴς; καὶ δύνην φέρουσα οὐ μόνον αὐταῖς ταῖς (articulum omisit Buttm.) κόραις, ἀλλὰ καὶ τοῖς γεγεννηκόσιν. Ἐπαγγειλαμένου δὲ τοῦ Προίτου τῷ Μελάμποδι καὶ μέρος τῆς βασιλείας, καὶ μίαν τῶν θυγατέρων ἣν ἂν θέλοι (Buttm. ἐθέλοι) εἰς γάμον δώσειν, ἰάσατο τὴν νόσον ὁ Μελάμπους, διά τε ἰκε-

LIBER SECUNDUS.

21.

Typhonis ex Echidna, Phorci filia, aquila est, quæ Prometheo immissa jecur ejus dilacerabat, ita ut quod die ederat noctu regeneraretur, et eadem maneret jecinoris mensura.

22.

Argus Panoptes (i. e. qui oculis omnia lustrare potest) filius est Arestoris.

Argus, Jovis filius, Pitho, Oceani filiam, duxit uxorem. Ex his nascitur Criasus; hujus est Ereuthalion, a quo Ereuthalia, urbs Argolidis, nomen accepit, et Phorbas, hujus Arestor, hujus Argus, cui oculum Juno ponit in occipitio et somnum admit, atque Iûs facit custodem. Postea interfectus est a Mercurio.

23.

Cum Polydora, Danai filia, concubuit Spercheus fluvius. Ex his natus est Dryops, a quo Dryopes ad Spercheum habitantes nomen acceperunt.

24.

Melampus, Amythaonis filius, inter alia multa quæ vaticinandi arte miracula fecit, etiam hanc rem celeberrimam peregit. Etenim Lysippe et Iphianassa, Prœti, regis Argivi, filiæ, juvenili inconsiderantia in Junonem peccaverant. Nam quum in templum deæ venissent, id deriserunt, patris domum dicentes multo splendidiorem esse. (Propter hanc insolentiam morbus quidam iis injectus est, qui ad insaniam eas adegit). Sed Melampus vates omnes prorsus se sanaturum esse promisit, siquidem mercedem acciperet hac sanatione dignam. Nam morbus per decennium jam duraverat, atque non solum puellas, sed parentes adeo ipsarum doloribus affecit. Prœto vero pollicente et partem regni et unam, quam vellet, ex filiabus in matrimonium ei se daturum esse, Melampus supplicationibus et sacrificiis, quibus Junonis iram placavit, morbum depulit et Iphianassam, curationis præmium, duxit uxorem.

Digitized by Google

σιῶν καὶ θυσιῶν τὴν Ἥραν μειλιξάμενος, καὶ λαμβάνει πρὸς γάμον Ἰφιάνασσαν, ἔθνον αὐτὴν τῶν ἰατρειῶν καρπωσάμενος. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Verba ἁμαρτουσῶν ... παραγενόμεναι ... καὶ διὰ τοῦτο μάντις ὢν mendam contraxisse docet verborum anacoluthia et narrationis nexus interruptus: nam dici debebat puellas istas propter flagitium suum insaniæ morbo affectas esse. Itaque verba παραγενόμεναι ... οἶκον a Pherecyde aliena, nescio unde petita, a docto quodam margini adscripta esse, deinde in textum irrepsisse puto. In sequentibus vero καὶ διὰ τοῦτο μάντις ὢν παραγενόμενος latere videntur: κ. δ. τ. ἐμμανῶν γενομένων (cf. Apollod. II, 2, 2: γενόμεναι δὲ ἐμμανεῖς), et quæ antecedunt: διὰ τὴν ἐκ νεότητος ἀνεπιλογιστίαν, siquidem recte habent, ita explicaverim, ut significent: propter juventutis suæ venustatem Junonem, i. e. ligneum ejus simulacrum, temere contemtui habentes. Nam τὸ τῆς Ἥρας ξόανον ἐξηυτέλισαν ut ex Acusilao narrat Apollodor. l. l.

25.

Schol. Apollon. II, 992: Ἁρμονία, νύμφη Ναΐς· ἧς καὶ Ἄρεος Ἀμαζόνας εἶναι φησὶ Φερεκύδης, ᾧ ἕπεται Ἀπολλώνιος.

Idem ad v. 994 verbis Apollonii ἅλσεος Ἀκμονίοιο adscripsit hæc: Ἔστι δὲ περὶ τὸν Θερμώδοντα (cod. Paris. ἐν Θερμώδοντι). Μέμνηται αὐτοῦ Φερεκύδης ἐν β'. (Notam numeralem cod. Paris. non habet.) Sed haud dubie, ait Sturz., cum Brunckio legendum est Ἀλκμονίοιο, propter scholion ad Apollonii v., 373: Δοίας καὶ Ἄλκμων, ἀδελφοί. Τίνος δὲ πατρὸς, οὐ φέρεται, ὥς φησι Φερεκύδης. Pro his, τίνος δὲ πατρὸς, οὐ φέρεται, codex Paris. habet: ὧν ὁ πατὴρ ἀγνοεῖται. Hinc quoque emendandus est locus Steph. Byz.: Ἀκμόνια, πόλις Φρυγίας.... Κτίσαι δ' αὐτὴν Ἄκμονα τὸν Μανέως. Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον λεγόμενον, ὡς Φερεκύδης. Scribe Ἀλκμόνιον.

26.

Schol. Apollon. IV, 1091 (et Eudocia p. 32, sq. et Phavorin. in v. Ἀκρίσιος): Φερεκύδης ἐν δωδεκάτῳ (Phav. et Eud. δωδεκάτῃ) ἱστορεῖ, ὡς Ἀκρίσιος γαμεῖ Εὐρυδίκην τὴν Λακεδαίμονος· τῶν δὲ γίνεται Δανάη· χρωμένῳ δὲ αὐτῷ (τῷ Ἀπόλλωνι temere addit cod. Paris.) περὶ ἄρσενος παιδὸς, ἔχρησέν ὁ θεὸς ἐν Πυθοῖ, ὅτι αὐτῷ μὲν οὐκ ἔσται παῖς ἄρσην, ἐκ δὲ τῆς θυγατρός· πρὸς οὗ αὐτὸν δεῖ ἀπολέσθαι. Ὁ δὲ ἐπανελθὼν (Phav. παρελθὼν) εἰς Ἄργος, θάλαμον ποιεῖ χαλκοῦν ἐν τῇ αὐλῇ τῆς οἰκίας κατὰ γῆς, ἔνθα τὴν Δανάην εἰσάγει μετὰ τῆς τροφοῦ, ἐν ᾧ αὐτὴν ἐφύλασσεν, ὅπως ἐξ αὐτῆς παῖς μὴ γένηται. Ἐρασθεὶς δὲ Ζεὺς τῆς παιδὸς, ἐκ τοῦ ὀρόφου χρυσῷ παραπλήσιος ῥεῖ· ἡ δὲ ὑποδέχεται τῷ κόλπῳ· καὶ ἐκφήνας αὐτὸν ὁ Ζεὺς τῇ παιδὶ μίγνυται· τῶν δὲ γίνεται Περσεὺς, καὶ ἐκτρέφει αὐτὸν ἡ Δανάη καὶ ἡ τροφὸς, κρύπτουσαι (Phav. κρύπτουσα) Ἀκρίσιον (melius, ut videtur, cod. Paris. κρύφα Ἀκρισίου). Ὅτε δὲ Περσεὺς τριέτης ἢ τετραέτης ἐγένετο, ἤκουσεν αὐτοῦ τῆς φωνῆς παίζοντος· καὶ διὰ τῶν θεραπόντων μεταπεμψάμενος τὴν Δανάην σὺν τῇ τροφῷ, τὴν μὲν ἀναιρεῖ, Δανάην δὲ κατάγει σὺν τῷ παιδὶ ἐπὶ τὸν ὑπὸ τοῦ ἐρκίου Διὸς βωμόν. Μόνος (cod. Paris. μόνον) δὲ αὐτὴν ἐρωτᾷ, πόθεν εἴη αὐτῇ γεγονὼς ὁ παῖς. Ἡ δὲ ἔφη· Ἐκ Διός. Ὁ δὲ οὐ πείθεται, ἀλλ' εἰς λάρνακα ἐμβιβάζει (cod. Paris. ἐμβάλλει) αὐτὴν μετὰ τοῦ παιδός· καὶ κλείσας καταποντοῖ. Καὶ φερόμενοι ἀφικνοῦνται εἰς Σέριφον τὴν νῆσον. Καὶ αὐτοὺς ἐξέλκει Δίκτυς ὁ Περισθένους, δικτύῳ ἁλιεύων. Εἶτα ἡ Δανάη ἀνοίξασα ἱκετεύει τὴν λάρνακα. Ὁ δὲ ἀνοίξας, καὶ μαθὼν οἵτινές εἰσιν, ἄγει εἰς τὸν οἶκον, καὶ τρέφει ὡς ἂν συγγενεῖς αὐτοῦ ὄντας (cod. Paris. καθάπερ συγγενεῖς). Pro ἐν δωδεκάτῳ recte Matthiæ et Clavier. ad Apollod. p. 235, scribendum putant ἐν δευτέρῳ, nam decem tantum libri Pherecydi tribuuntur, et ἐν ΤΩΙ Β facillime confundi potuit cum ἐν ΤΩΙ ΙΒ. Διὰ τῶν θεραπόντων Sturzius glossemati deberi censet.

Schol. Apollon. IV, 1515: Περσέως ἐν Σερίφῳ μετὰ τῆς μητρὸς διάγοντος παρὰ Δίκτυϊ καὶ ἡβήσαντος (cod. Paris. addit ἤδη), Πολυδέκτης ὁ Δίκτυος ὁμομήτριος ἀδελφὸς, βασιλεὺς Σερίφου τυγχάνων,

---

25.

Amazones filiæ sunt Martis ex Harmonia Naiade.

Alcmonius lucus, circa Thermodontem. — Deas et Alcmon cujus patris fuerint, non traditur.

26.

Acrisius uxorem duxit Eurydicen, Lacedæmonis filiam. Ex his nata est Danae. Illi vero de prole mascula oraculum consulenti deus Pythius respondit, non fore quidem, ut ipse filium procrearet, sed habiturum se ex filia, a quo ipsi pereundum esset. Itaque Argos reversus thalamum æneum sub terra in aula domus exstruxit, in quo cum nutrice Danaen conclusit, ibique ne filium pareret custodivit. Sed Jupiter, puellæ amore captus, in imbrem aureum conversus fluit ex tecto in ejus sinum, et postquam quis esset ostenderat, cum ea concumbit. Natus est ex his Perseus, quem Danae cum nutrice clam Acrisio educavit. Sed quum Acrisius Persei trimi vel quadrimi ludentis vocem audiisset, Danaen cum nutrice advocari jubet, et hanc quidem occidit, Danaen vero cum filio ducit ad Jovis aram, quæ est sub maceria, ibique solus eam interrogat ex quonam filium peperisset. Respondet illa: Ex Jove. Quod non credens Acrisius cum filio matrem in arcam imponit, quam clausam in mare demittit. Defertur ea ad Seriphum insulam, ubi Dictys, Peristhenis filius, retis piscatorii ope in terram eam subduxit. Tum Danae ex eo petit, ut arcam aperiret. Quod postquam fecerat et quinam essent cognoverat, domum suam ducit et alit eos, quippe qui cognati essent.

Perseo in Seripho apud Dictyem cum matre degente et jam pubescente, Polydectes, Dictyos frater uterinus, qui tum temporis in insula regnabat, quum Danaen con-

Digitized by Google

ἰδὼν την Δανάην, ἠράσθη αὐτῆς, ἠπόρει δὲ συγκοιμηθῆναι (cod. Paris. συγγενέσθαι αὐτῇ). Καὶ παρασκευάσας ἄριστον, ἐκάλει ἄλλους τε πολλοὺς καὶ αὐτὸν Περσέα. Περσέως δὲ πυθομένου, ἐπὶ τίνι ὁ ἔρανος εὐωχεῖται, τοῦ δὲ φήσαντος, Ἐπὶ ἵππῳ, Περσεὺς εἶπεν, Ἐπὶ τῇ τῆς Γοργόνος κεφαλῇ. Μετὰ δὲ τὸν ἔρανον τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, ὅτε οἱ ἄλλοι ἐρανισταὶ τὸν ἵππον ἀπεκόμιζον, καὶ Περσεύς. Ὁ δὲ οὐκ ἐδέχετο, ἀπήτει δὲ τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν· ἐὰν δὲ μὴ κομίσῃ, τὴν μητέρα αὐτοῦ λήψεσθαι ἔφη. Ὁ δὲ ἀνιαθεὶς ἀπέρχεται, ὀλοφυρόμενος τὴν συμφορὰν, εἰς τὸ ἔσχατον τῆς νήσου. Ἑρμῆς δὲ αὐτῷ ὀφθεὶς (cod. Paris. ἐντυχὼν), καὶ πεῦσιν αὐτῷ προσαγαγὼν, μανθάνει τὴν αἰτίαν τοῦ θρήνου (cod. Paris. τῆς λύπης, omisso verbo proximo ἡγεῖται, et particula καὶ ante πρῶτον). Ὁ δὲ ἡγεῖται, θαρρεῖν εἰπών. Καὶ πρῶτον μὲν ἡγεῖτο αὐτῷ πρὸς τὰς τοῦ Φόρκου Γραίας, Πεμφρηδὼ (cod. Paris. Πεφριδὼ) καὶ Ἐντὼ καὶ Ἰαινὼ, Ἀθηνᾶς φρασάσης. Καὶ αὐτῶν μὲν ὑφαιρεῖται (cod. Paris. ἀφαιρεῖται) τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν ὀδόντα, ὀρεγουσῶν ἀλλήλαις (cod. Paris. ὃν ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλαις ὤρεγον). Αἱ δὲ, αἰσθανόμεναι, βοῶσι καὶ ἱκετεύουσι τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν ὀδόντα ἀποδοῦναι. Ἑνὶ γὰρ αἱ τρεῖς ἐκ διαδοχῆς ἐκέχρηντο. Ὁ δὲ Περσεὺς αὐτὸν ἔχειν ἔφη, καὶ ἀποδώσειν, ἐὰν αὐτῷ ὑποδείξωσι τὰς νύμφας αἳ ἔχουσι τὴν Ἄϊδος κυνῆν, καὶ τὰ πέδιλα τὰ ὑπόπτερα, καὶ τὴν κίβησιν. (κίβισιν scrib. cum Valckenario) Αἱ δὲ αὐτῷ φράζουσι. Καὶ ὁ Περσεὺς ἀποδίδωσι. Καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὰς νύμφας σὺν Ἑρμῇ, αἰτήσας τε καὶ λαβὼν ὑποδεσμεῖται τὰ ὑπόπτερα πέδιλα, καὶ την κίβησιν περιβάλλει. (cod. Paris. melius περιβάλλεται, et τοὺς ὤμους) κατὰ τῶν ὤμων, καὶ την Ἄϊδος κυνῆν τῇ κεφαλῇ περιτίθησιν. Εἶτα ἔρχεται πετόμενος κατὰ (cod. Paris. εἰς) τὸν ὠκεανὸν καὶ τὰς Γοργόνας, συνεπομένων αὐτῷ Ἑρμοῦ τε καὶ Ἀθήνας. Ταύτας δὲ κοιμωμένας εὑρίσκει. Ὑποτίθενται δὲ αὐτῷ οὗτοι οἱ θεοὶ, ὅπως χρὴ την κεφαλὴν (cod. Paris. addit τῆς Γοργόνος) ἀποτεμεῖν ἀπεστραμμένον (cod. Paris. ἀπεστρ. δὴ κάτοπτρον ἔχοντα, ὅπερ ἔλαβε παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς· ubi Schæfero auctore legendum est ἀπεστρ. δηλονότι, καὶ κάτοπτρον ἔχ.), καὶ δεικνύουσιν ἐν τῷ κατόπτρῳ την Μέδουσαν, ἣ μόνη ἦν θνητὴ τῶν Γοργόνων. Ὁ δὲ, πλησίον γενόμενος, ἀποτέμνει τῇ ἅρπῃ την κεφαλὴν, καὶ ἐνθεὶς εἰς την κίβησιν φεύγει. Αἱ δὲ αἰσθόμεναι (cod. Paris. βοῶσι. Leg. βοῶσαι) διώκουσιν· οὐχ ὁρῶσι μέντοι αὐτὸν, διὰ την Ἄϊδος κυνῆν. Περσεὺς δὲ εἰς Σέριφον γενόμενος, ἔρχεται παρὰ Πολυδέκτην, καὶ κελεύει συναθροῖσαι τὸν λαὸν, ὅπως δείξῃ αὐτοῖς την τῆς Γοργόνος κεφαλὴν, εἰδὼς ὅτι ἰδόντες ἀπολιθωθήσονται. Ὁ δὲ Πολυδέκτης, ἀολλίσας τὸν ὄχλον, κελεύει αὐτὸν δεικνύειν. Ὁ δὲ ἀποστρεφόμενος ἐξαίρει ἐκ τῆς κιβήσεως, καὶ δείκνυσιν. Οἱ δὲ ἰδόντες, λίθοι ἐγένοντο. Ἡ δὲ Ἀθηνᾶ παρὰ Περσέως λαβοῦσα την κεφαλὴν ἐντίθησιν εἰς την ἑαυτῆς αἰγίδα· την δὲ κίβησιν Ἑρμῇ ἀποδίδωσι, καὶ τὰ πέδιλα καὶ την κυνῆν ταῖς Νύμφαις. Ἱστορεῖ Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ.

Pro Ἐντὼ καὶ Ἰαινὼ scribendum est Ἐνυὼ καὶ Δεινώ: v. Heyne ad Apollod. II, 4, 2.

Idem ad IV, 1090 : Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς καὶ περὶ τοῦ θανάτου προστίθησι Φερεκύδης τοῦ Ἀκρισίου, ὅτι μετὰ την ἀπολίθωσιν Πολυδέκτου τῷ (lege καὶ τῶν. Cod. Paris. μετὰ τὸ ἀπολιθωθῆναι Πολυδέκτην καὶ τοὺς) σὺν αὐτῷ ἐκ τῆς κεφαλῆς τῆς Γοργόνος ἐν Σερίφῳ (Phav. μετὰ την ἐν Σερίφῳ ἀπολίθωσιν Πολυδέκτου τοῦ σὺν αὐτῷ την ἐκ τῆς Γοργόνης [leg. Γοργόνος] κεφαλῆς), Δίκτυν μὲν Περσεὺς ἀπολείπει (cod.

---

spexisset, amore ejus accensus est, nescius tamen qua ratione cum ea congrederetur. Parat igitur convivium, ad quod multos advocat inter eosque Perseum (sc. ut munera nuptialia ab iis acciperet, quæ daret Œnomao, patri Hippodamiæ). Hic quum quæreret, quænam convivis symbola afferenda esset, ille vero equum diceret, « *Gorgonis caput* », respondit Perseus. Verum die proximo, ut ceteri convivæ, Perseus quoque adduxit equum. Non accepit eum Polydectes, sed quod pollicitus esset caput Medusæ postulavit; id si non afferret, se ipsum matrem ejus uxorem ducturum esse. Perseus tristis et infortunium lamentans, abit in extremam insulæ partem. Obviam factus est Mercurius, qui verbis eum percontatus caussam discit lamentationis. Viam Perseo præit, ne animum despondeat cohortatus. Et primo quidem Minervæ suasu ducit eum ad Græas, Phorci filias, Pephrido, Enyo, Dino, quibus oculum Perseus et dentem, quos invicem sibi porrigebant, subducit. Hoc quum sentiunt, clamant precanturque, ut oculum et dentem reddat, quibus tres illæ mutuo utuntur. Perseus se habere illa et redditurum; ait, si quæ Orci galeam et talaria alata et peram possiderent nymphas sibi demonstrarent. Dicunt illæ viam; dentem et oculum reddit Perseus, et cum Mercurio ad nymphas proficiscitur. Hic rebus quas petivit acceptis, talaria subligat, cibisin humeris circumjicit, Orci galeam capiti imponit. Sic paratus et instructus ad oceanum, ubi erant Gorgones, devolat comitantibus Minerva et Mercurio. Invenit Gorgones dormientes. Suadent dei ut ipse aversa facie caput Gorgonis abscindat et in speculo monstrant ei Medusam, quæ sola Gorgonum mortalis erat. Ille prope accedens ense falcato eam truncavit, et capite in pera posito aufugit. Gorgones autem re cognita clamantes Perseum persequuntur; sed non conspiciunt eum propter Orci galeam. Qui postquam in Seriphum venerat, adit Polydecten, eumque populum ad concionem convocare jubet, ut monstret caput Medusæ, bene sciens omnes, qui id adspexissent, in lapides mutatum iri. Populo convocato Polydectes jubet monstrari caput. Ille vultum avertens ex cibiso depromptum ostendit. Qui viderunt, lapides facti sunt. Minerva autem quod a Perseo accepit caput Ægidi imposuit; peram tradit Mercurio, et soleæ et galea redduntur nymphis. (*Sine dubio, schol. dicere voluit*: peram, soleas et galeam tradit Mercurio, qui Nymphis eas restituit. *Sic Apollod.* II, 4, 3, *Pherecydem secutus.*)

Postquam Polydectes et qui cum eo erant in Seripho Medusæ capite in lapides erant transformati, Perseus Di-

Digitized by Google

Paris. καταλείπει) ἐν τῇ Σερίφῳ βασιλεύειν τῶν λειμμένων Σεριφίων, αὐτὸς δὲ ἔβη πλέων (ita e Phav. legendum pro πλέον. Cod. Paris. habet ἀποπλεῖ) εἰς Ἄργος σὺν τοῖς Κύκλωψι, καὶ τῇ Δανάῃ, καὶ τῇ Ἀνδρομέδᾳ. Καὶ ἐλθὼν, Ἀκρίσιον οὐχ εὑρίσκει ἐν Ἄργει· ὑπεχώρει γὰρ αὐτὸν δείσας εἰς τοὺς Πελαργοὺς, εἰς Λάρισσαν (cod. Paris. ἦν γὰρ διὰ τὸν Περσέως φόβον προαπελθὼν εἰς Λάρισσαν τὴν Πελαργικήν). Μὴ καταλαβὼν δὲ αὐτὸν, τὴν μὲν Δανάην καταλείπει (cod. Paris. ἀφίησι) παρὰ τῇ μητρὶ Εὐρυδίκῃ, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν, καὶ τοὺς Κύκλωπας· αὐτὸς δὲ ἔβη εἰς Λάρισσαν. Καὶ ἀφικόμενος, Ἀκρίσιον ἀναγνωρίζει, καὶ σὺν αὐτῷ ἔπεσθαι (cod. Paris. ἐπελθεῖν) εἰς Ἄργος πείθει. Καὶ ὅτε δὴ ἔμελλον ἴέναι, συντυγχάνει ἀγῶνι νέων ἐν τῇ Λαρίσῃ. Καὶ ὁ Περσεὺς ἀποδύεται εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ λαβὼν τὸν δίσκον, δισκεύει· τὸ δὲ (cod. Paris. γὰρ) πένταθλον οὔπω ἦν, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕνα ἕκαστον τῶν ἄθλων ἤθλουν· ὁ δὲ δίσκος τροχαλισθεὶς ἐπὶ τὸν πόδα τοῦ Ἀκρισίου, τιτρώσκει αὐτόν· καμὼν δὲ ἐκ τούτου Ἀκρίσιος, ἀποθνήσκει αὐτοῦ ἐν Λαρίσσῃ. Καὶ αὐτὸν κατατίθεται Περσεὺς καὶ οἱ Λαρισσαῖοι, πρόσθεν τῆς πόλεως, καὶ αὐτοῦ (Phav. αὐτῷ) ποιοῦσιν ἡρῷον οἱ ἐπιχώριοι· Περσεὺς δὲ ἀναχωρεῖ τοῦ Ἄργους (cod. Paris. ἀνεχώρησεν εἰς Ἄργος).

Ad Cyclopes illos fortasse referendus est locus Pollucis X, 139 : Ἄορτὴ (l. Ἄόρτης), παρὰ Φερεκύδῃ εἷς τῶν Κυκλώπων.

27.

Hom. Od. Λ, 265 : Τηλεβόαι στρατεύσαντες, κτείνουσι τὸν Ἠλεκτρύωνος παῖδα περὶ θρεμμάτων ἀγωνιζόμενον. Καὶ Ἀμφιτρύων ἀποκτείνας ἀκουσίως Ἠλεκτρύωνα, φεύγει εἰς Θήβας. Ἀλκμήνη δὲ Ἠλεκτρύωνος οὐκ ἐβούλετο γαμηθῆναι, πρὶν τίσαιτο τοὺς Τηλεβόας ὑπὲρ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν. Ὑπισχνεῖται δὲ τοῦτο Ἀμφιτρύων, καὶ αὐτὴν εἰς Θήβας μεταγαγὼν πορεύεται ἐπὶ Τηλεβόας. Ἐν ταύτῃ Ζεὺς τῇ νυκτὶ ἀφικνεῖται ἐπὶ τὴν Ἀμφιτρύωνος οἰκίαν, ἔχων καρχήσιον, ἐοικὼς Ἀμφιτρύωνι. Ἡ δὲ Ἀλκμήνη δοκοῦσα τὸν ἑαυτῆς ἀσπαστὸν εἶναι, πυνθάνεται περὶ τῶν Τηλεβοῶν, εἰ κατέκτεινεν αὐτούς. Ὁ δὲ Ζεὺς λέγων αὐτῇ πάντα ὅσα ἐγένετο, δίδωσι καὶ τὸ καρχήσιον, φάμενος ἀριστήσας εἰληφέναι παρὰ τῶν στρατιωτῶν. Ἡ δὲ ἀσμένως ἀποτίθησιν. Ἔπειτα αὐτῇ συνευνασθεὶς Ζεὺς ἀπέρχεται, καὶ τῇ αὐτῇ παραγενόμενος νυκτὶ Ἀμφιτρύων μίσγεται. Καὶ γεννᾷ Ἀλκμήνη ἐκ μὲν Διὸς Ἡρακλέα, ἐκ δὲ Ἀμφιτρύωνος Ἰφικλέα. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Athenæus XI p. 474, F : Ἀρχαιότατόν ἐστι ποτήριον τὸ καρχήσιον, εἴ γε ὁ Ζεὺς ὁμιλήσας Ἀλκμήνῃ, ἔδωκε δῶρον αὐτὸ τῆς μίξεως, ὡς Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ ἱστορεῖ.

Macrob. Saturn. V, 21 : *Est autem carchesium poculum Græcis tantummodo notum. Meminit ejus Pherecydes in libris Historiarum, aitque Jovem Alcumenæ pretium concubitus carchesium aureum dono dedisse.*

28.

Apollod. II, 4, 8 : Φερεκύδης δέ φησιν Ἀμφιτρύωνα, βουλόμενον μαθεῖν ὁπότερος ἦν τῶν παίδων ἐκείνου, τοὺς δράκοντας εἰς τὴν εὐνὴν ἐμβαλεῖν, καὶ, τοῦ μὲν Ἰφικλέους φυγόντος, τοῦ δὲ Ἡρακλέους ὑποστάντος, μαθεῖν ὡς Ἰφικλῆς ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται. Eadem Pherecydis narratio traditur a Schol. Pindar. Nem. 1, 65 : Εἰσὶν οἱ ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος ἐπιπεμφθῆναι τοὺς ὄφεις φασὶν, ἐπὶ διαπείρᾳ τοῦ γνῶναι, πότερος εἴη τοῦ Διὸς, ὡς Φερεκύδης φησὶν, ἐνιαυσίοις οὖσιν ἤδη. Καὶ ὁ μὲν Ἰφικλῆς, φεύγει· ὁ δὲ, ἐπὶ τῆς εὐνῆς μείνας, ἀμφοτέρους ἀπέπνιξεν.

---

ctyem Seriphiorum, quibus pepercerat, in insula regem constituit et deinde cum Cyclopibus, cum Danae et Andromeda nave profectus est Argos. Non invenit ibi Acrisium, qui Perseum metuens Larissam, quæ urbs Pelasgica est in Thessalia, discesserat. Igitur Cyclopes et Andromedam et Danaen apud matrem Eurydicen relinquit, ipse Larissam proficiscitur. Ibi Acrisium recognoscit, eique suadet, ut secum veniat Argos. Sed quum jam profecturi essent, accidit ut (a Teutamide, Larissæorum rege, in honorem patris mortui) juvenum ludi gymnici celebrarentur. Etiam Perseus in arenam descendit, et jacit discum. Quinquertium enim nondum institutum erat, sed separatim singula certamina inibant. Discus vero ad Acrisium provolutus pedi ejus vulnus infligit; quo laborans ille diem obiit Larissæ. Mortuum Perseus et Larissæi ante urbem componunt, ubi herois fanum condunt indigenæ; Perseus autem (in Argolidem quidem redit, sed Argis nolens degere) ex urbe discedit.

Aortes, unus Cyclopum apud Pherecydem.

27.

Teleboæ Mycenas venientes cum exercitu (ut Mestoris regnum ab Electryone repeterent), filium ejus de bovibus decertantem interfecerunt, et Amphitryo, qui Electryonem imprudens necaverat, fugit Thebas. Alcmene autem nubere ei noluit, priusquam fratrum cædem a Telebois vindicasset. Promittit hoc Amphitryo, et illa Thebas deducta, adversus Teleboas proficiscitur. Verum enim vero eadem qua ille rediit nocte Jupiter, Amphitryonem assimulans, ad ejus domum venit manu tenens carchesium. Illa putans eum amasium suum esse, ex eo quærit, num Teleboas interfecerit. Narrat ei Jupiter quæ gesta sint omnia et dat carchesium, quod virtutis præmium a commilitonibus se accepisse dicit. Alcmene gaudens id seponit. Deinde Jupiter, postquam cum ea concubuit, proficiscitur. Eadem nocte adveniens etiam Amphitryo cum eadem congreditur. Et ex Jove quidem Herculem, ex Amphitryone autem Iphiclem Alcmena enixa est.

Vetustissimum poculum fuit carchesium, siquidem Jupiter congressus cum Alcmena concubitus mercedem carchesium dedit, ut in secundo libro narrat Pherecydes.

28.

Pherecydes ait, Amphitryonem, quum scire vellet, uter puerorum esset ipsius filius, dracones hosce in cunas immisisse : atque Iphicle fugiente, Hercule autem stante immoto, Iphiclem ex se genitum cognovisse.

Digitized by Google

29.

Schol. Apollon. I, 146: Φερεκύδης ἐν τῇ β', ἐκ Λαοφόντης τῆς Πλευρῶνος Λήδαν καὶ Ἀλθαίαν Θεσπίῳ γενέσθαι φησίν. Ὅτι δὲ Γλαύκου ἐστὶ καὶ Ἀλθαίας, αἰνίττεται λέγων, Τοὺς τέκε θυγάτηρ Γλαύκῳ μάκαιρα. Φασὶ τὸν μὲν Πολυδεύκη, Διός· τὸν δὲ Κάστορα, Τυνδάρεω.

Cod. Paris. pro φασὶ habet φησίν.

30.

Schol. Pindar. Isthm. IV, 104: Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ (τῶν Ἡρακλέους ἐκ Μεγάρας παίδων) διαλλάττουσι .... Φερεκύδης ἐν δευτέρῳ, Ἀντίμαχον, Κλύμενον, Γλῆνον, Θηρίμαχον, Κρεοντιάδην· λέγων αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐμβεβλῆσθαι.

LIBER TERTIUS.

Liber tertius Herculis labores ab Eurystheo impositos et reliquas res ab eo gestas continebat. Itaque primum posui fragm. de matre Eurysthei (31); sequuntur fragmenta de cerva cornuta (31. a), de Stymphalidibus (32), de pomis Hesperidum (33) et quæ cum eo conjuncta sunt de Eridano, de Antæo, de Palæmone, de Emathione, de poculo navigio. Restant fragmenta de Iphito (34), de Co insula (35), de Molionidis (36), de Amalthea (37): de Tlepolemo (37 a), de Dryopibus (38), de morte Alcmenæ (39).

31.

Schol. Homer. Il. T, 116: Δίδυμος παρατίθεται Φερεκύδην μὲν λέγοντα αὐτὴν τὴν Πέλοπος Ἀμφιβίαν· Ἡσίοδος δὲ Ἀρτιβίαν τὴν Ἀμφιδάμαντος ἀποφαίνεται.

31 a.

Schol. Pindar. ad Olymp. III, 52: Ἐπιμελῶς οἱ ποιηταὶ τὴν θήλειαν ἔλαφον κέρατα ἔχουσαν εἰσάγουσι· καθάπερ καὶ τὴν θηλάζουσαν τὸν Τήλεφον γράφουσι καὶ πλάττουσι. ... Θήλειαν δὲ εἶπε (Pindarus) καὶ χρυσόκερων ἀπὸ Ἴστρίας. Ὁ γὰρ Θησηΐδα γράψας τοιαύτην αὐτὴν λέγει, καὶ Πείσανδρος ὁ Καμειρεὺς, καὶ Φερεκύδης.

31 b.

Schol. Pind. Olymp. VII, 60: Ἡ Λέρνη κατὰ μέν τινας κρήνη, κατὰ δέ τινας λοχμῶδες χωρίον. ... Φερεκύδης δὲ καὶ πόλιν φησίν.

32.

Schol. Apollon. II, 1054: Φερεκύδης δέ φησιν, οὐ γυναῖκας, ἀλλ' ὄρνιθας εἶναι, καὶ ἀναιρεθῆναι πρὸς Ἡρακλέους, πλαταγῆς δοθείσης αὐτῷ πρὸς τὸ κτυπεῖν καὶ ἐκφοβεῖν αὐτάς.

In Codice Paris. legitur: ἂς ἀναιρεθῆναι ὑπὸ Ἡρακλέους πλαταγῇ χρησαμένου ὀργάνῳ ψοφοποιῷ.

33.

Schol. Apollon. IV, 1396: Φερεκύδης ἐν δεκάτῳ, τῆς Ἥρας γαμουμένης (cod. Paris. addit τῷ Διΐ) φησὶ τὴν γῆν ἀναδοῦναι ἐν τῷ Ὠκεανῷ μῆλα χρυσᾶ, ἢ μηλέας χρυσοῦν καρπὸν φερούσας· φυλάττειν δὲ αὐτὰ Δράκοντα τὸν Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης, ἔχοντα κεφαλὰς ἑκατὸν καὶ φωνὰς παντοίας· καὶ ὅτι αἱ Νύμφαι αἱ Διὸς καὶ Θέμιδος, οἰκοῦσαι ἐν σπηλαίῳ περὶ (cod. Paris. παρὰ) τὸν Ἠριδανὸν, ὑπέθεντο Ἡρακλεῖ ἀποροῦντι, μαθεῖν παρὰ Νηρέως, ποῦ ἂν εἴη τὰ χρυσέα μῆλα. Λαβεῖν δὲ αὐτὸν βίᾳ, πρῶτον μὲν μεταμορφούμενον εἰς ὕδωρ καὶ πῦρ· εἶτα ἐς τὴν παλαιὰν ὄψιν καταστάντα, δηλῶσαι τὸν τόπον. Ὁ δὲ ἔρχεται οὕτως ἐπὶ τὰ χρυσᾶ μῆλα. Ἀφικόμενος δὲ εἰς Ταρτησσὸν, πορεύεται εἰς Λιβύην, ἔνθα ἀναιρεῖ Ἀνταῖον τὸν Ποσειδῶνος, ὑβριστὴν ὄντα. Εἶτα ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸν Νεῖλον εἰς Μέμφιν, παρὰ Βούσιριν τὸν Ποσειδῶ-

---

29.

Pherecydes dicit e Laophonta, Pleuronis filia, Thespium suscepisse Ledam et Althæam. Ledam vero Glauci ex Althæa esse subobscure innuit [Eumelus?] his verbis: Hos Glauco peperit beata filia. Dicunt autem (*al.* dicit, scil. *Pherecydes*), Pollucem filium esse Jovis; Tyndarei, Castorem.

30.

De numero filiorum, qui ex Megara erant Herculi, discrepant. Pherecydes nominat Antimachum, Clymenum, Glenum, Therimachum, Creontiaden, quos igni a patre injectos esse dicit.

LIBER TERTIUS.

31.

Pherecydes matrem Eurysthei dicit Amphibiam, Pelopis filiam.

31 a.

Studiose cervam cornutam poetæ introducunt, sicuti illam, quæ Telephum lactat, describunt et fingunt. ... Feminam vero et aureis cornubus instructam ex Istria Pindarus dicit, ita enim qui Theseidem scripsit, et Pisandrus Camireus et Pherecydes aiunt.

31 b.

Lerna secundum alios fons est, secundum alios locus dumosus. ... Pherecydes etiam urbem dicit.

32.

Stymphalides non erant mulieres, sed aves ab Hercule occisæ, quum crepitaculum ei datum esset, cujus strepitu eas terreret.

33.

Pherecydes narrat: Quum Juno Jovi nuberet, terram in insula quadam Oceani occidentalis aurea mala edidisse vel malos aureos fructus ferentes; custodivisse ea draconem, Typhonis ex Echidna filium, centum capitibus variisque vocibus præditum; nymphas autem, Jovis e Themide filias, ad Eridanum in spelunca habitantes, Herculi, quo se verteret nescienti, suasisse, ut ex Nereo quæreret ubinam essent mala aurea. Hunc ab Hercule vi comprehensum primum quidem in aquam atque ignem sese commutasse, deinde vero ad pristinam faciem redeuntem locum ei indicasse. Hercules igitur ad aurea mala petenda proficiscitur. Venit Tartessum indeque in Libyam transit, ubi Anteum, Neptuni filium, insolentia infamem interficit. Postea venit Memphin, in urbem Nilo adjacentem

Digitized by Google

νος· ὃν κτείνει, καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰφιδάμαντα, καὶ τὸν κήρυκα Χάλβην, καὶ τοὺς ὀπάονας, πρὸς τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς, ἔνθα ἐξενοκτόνουν (cod. Paris. ἐξενοκτόνει). Ἀφικόμενος δὲ εἰς Θήβας, καὶ διὰ τῶν ὀρῶν εἰς τὴν ἔξω Λιβύην, ἧς ἐν τοῖς ἐρήμοις πολλὰ τῶν θηρίων τοξεύων ἀναιρεῖ, καθήρας δὲ τὴν Λιβύην, κατέβη ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ἔξω κειμένην. Καὶ λαβὼν χρυσοῦν δέπας παρὰ Ἡλίου, διαβαίνει ἐν αὐτῷ εἰς Πέργην, διά τε τῆς ἔξω τῆς γῆς θαλάσσης (cod. Paris. διά τε γῆς καὶ θαλάσσης) καὶ διὰ τοῦ Ὠκεανοῦ πλέων. Ἐπελθὼν δὲ παρὰ Προμηθέα, καὶ ὀφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, οἰκτείρει αὐτὸν ἱκετεύοντα· καὶ κτείνει τὸν ἀετὸν, ὃς αὐτοῦ τὸ ἧπαρ ἤσθιε, τοξεύσας προσπετόμενον. Ἀντὶ δὲ τούτου Προμηθεὺς μὴ ἀπιέναι ἐπὶ τὰ μῆλα ὑποτίθεται, ἐλθόντα δὲ πρὸς Ἄτλαντα, κελεύειν ἐνέγκαι αὐτῷ (cod. Paris. addit τὰ μῆλα παρὰ τῶν Ἑσπερίδων), καὶ ἀντὶ τοῦ Ἄτλαντος αὐτὸν ἀνέχειν (cod. Paris. βαστάζειν) τὸν οὐρανὸν, ἕως ἂν ἐνέγκῃ τὰ μῆλα παρὰ τῶν Ἑσπερίδων. Ἡρακλῆς δὲ ἀκούσας ἔρχεται πρὸς Ἄτλαντα, καὶ κελεύει αὐτὸν ἐνεγκεῖν τὰ μῆλα παρὰ τῶν Ἑσπερίδων, τρία λαβόντα, διηγησάμενος τὸν ἆθλον. Δοὺς (cod. Paris. ἐπιθεὶς) δὲ Ἄτλας ἐπὶ τῶν ὤμων Ἡρακλεῖ (id. cod. τοῦ Ἡρακλέους) τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐλθὼν πρὸς τὰς Ἑσπερίδας, δεξάμενος παρ' αὐτῶν τὰ μῆλα, ἐλθών τε πρὸς τὸν Ἡρακλέα, τὰ μὲν μῆλα αὐτός φησιν ἀποίσειν Εὐρυσθεῖ, τὸν δ' οὐρανὸν ἐκέλευσεν ἐκεῖνον ἔχειν (cod. Paris. βαστάζειν) ἀντ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὑποσχόμενος, δόλῳ ἀντεπέθηκεν αὐτὸν τῷ Ἄτλαντι. Ἦν γὰρ εἰπὼν αὐτῷ ὁ Προμηθεὺς ὑποθέμενος, κελεύειν δέξασθαι τὸν οὐρανὸν, ἕως οὗ σπείραν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ποιήσεται. Ὁ δὲ, καταθεὶς τὰ μῆλα εἰς τὴν γῆν, ὑποδέχεται τὸν οὐρανόν. Ἡρακλῆς δὲ λαβὼν τὰ μῆλα, χαίρειν εἰπὼν τῷ Ἄτλαντι, ἀπέρχεται εἰς Μυκήνας παρ' Εὐρυσθέα, καὶ δεικνύει αὐτῷ ταῦτα. Pro ἐν δεκάτῳ Matthiæ scribit ἐν τρίτῳ, ita ut numeri notam Γ in Ι mutatam esse putes. Quod eo veri similius est, quia Athenæus e libro tertio narrat, quod idem in nostro fragmento legimus. Quum vero Pherecydes in libro decimo Atlantis filiarumque stirpem persecutus esse videatur, facile fieri potuit, ut scholiasta ideo lapsus de Hesperidum malis narrationem, quamvis magis ad Herculem quam ad Atlantem spectantem, in libro decimo legi putaret. — Iphidamantis nomen ex Apollod. II, 5, 11 Sturz. mutandum putat in Amphidamantis. — Pro εἰς Πέργην Heyne ad Apollod. II, p. 173 conjicit εἰς περαίαν sc. γῆν, ἤπειρον. Assentitur C. O. Müller. Dor. II, p. 469. Audacius Clavier. ad Apollodor. p. 288, Πέργην genuinam esse putans, scribendum proponit: Διά τε τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ διὰ τῆς ἔσω τῆς γῆς θαλάσσης πλέων. Verba ἦν γὰρ εἰπὼν — ποιήσεται e cod. Paris. et aliunde Heyne p. 428, emendavit sic: τῷ Ἄτλαντι, κατὰ τὴν τοῦ Προμηθέως ὑποθήκην· κελεύει γὰρ, ὥσπερ ἐκεῖνος ὑπέθετο, τὸν Ἄτλαντα δέξασθαι τὸν οὐρανὸν, ἕως οὗ σπεῖραν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ποιήσεται.

Fragmenta quibus id quod modo proposuimus illustratur exstant hæc:

33 a.

Hygin. Poet. Astron. II, 3, p. 361 ed. Muncker.: *Ait Pherecydes, Junonem cum duceret Jupiter uxorem, Terram invenisse* (leg. *venisse*) *ferentem aurea mala cum ramis. Quæ Junonem admiratam, petiisse a Terra ut in suis hortis sereret, qui erant usque ad Atlantem montem.*

Eratosthenes Catasterism. 3: Φερεκύδης φησὶν, ὅτε ἐγαμεῖτο ἡ Ἥρα ὑπὸ Διὸς, φερόντων αὐτῇ τῶν θεῶν δῶρα, τὴν Γῆν ἐλθεῖν φέρουσαν τὰ χρύσεα μῆλα· ἰδοῦσαν δὲ τὴν Ἥραν θαυμάσαι, καὶ εἰπεῖν καταφυτεῦσαι εἰς τὸν τῶν θεῶν κῆπον, ὃς ἦν παρὰ τῷ Ἄτλαντι. Ὑπὸ δὲ τῶν ἐκείνου παρθένων ἀεὶ ὑφαιρουμένων τῶν μήλων, κατέστησε φύλακα τὸν ὄφιν, ὑπερμεγέθη ὄντα.

---

ad Busirin, Neptuni filium, quem ipsum et Iphidamantem et Chalben præconem famulosque ad Jovis aram, ubi advenas immolabant, occidit. Quum vero Thebas (Ægypti) venisset et per montes in exteriorem Libyam (orientalem Africæ partem, Æthiopiam), in cujus desertis multas bestias sagittis interfecit ab iisque Libyam purgavit, ad mare exterius proficiscitur. Et postquam a Sole navigii loco poculum acceperat, in eo transgreditur in terram ex adverso sitam per mare externum et oceanum navigans. Venit ad Prometheum, et quum ab eo conspiceretur, precibus ad misericordiam commotus, aquilam, quæ jecore ejus vescebatur, ubi advolavit, sagitta interfecit. Præmii loco Prometheus ei suadet, ne ipse ad mala petenda iret, sed ut ad Atlantem profectus hunc ab Hesperidibus ea afferre juberet, ipse vero pro Atlante usque ad ejus reditum cœlum sustineret. Quibus auditis Hercules abit ad Atlantem et quum laborem sibi impositum narrasset, ex eo petit, ut tria mala ab Hesperidibus afferret. Hic igitur, cœlo Herculis in humeros imposito, ad Hesperidas profectus mala ab iis accepit, sed ad Herculem reversus se ipsum dicit ea traditurum esse Eurystheo, atque Herculem pro se cœlum portare jubet. Quod pollicitus ille ex Promethei consilio dolo effecit, ut cœlum in Atlantis humeros reponeretur. Petiit enim ex Atlante, quod suaserat Prometheus, ut cœlum paulisper in se reciperet, dum ipse culcitam capiti imponeret. Ille, malis in terram abjectis, cœlum in humeros recipit; Hercules autem eum valere jubet et cum malis profectus tradit ea Eurystheo.

33 a.

Ait Pherecydes quum Juno Jovi nuberet, Terram venisse ferentem aurea mala, quæ Juno tantopere admirata esset, ut ea plantari jussisset in hortum deorum, qui erat ad Atlantem montem. Quum vero mala ab Atlantis filiabus semper subriperentur, ingentem draconem posuit horti custodem.

Digitized by Google

i. Scholiastes Germanici Cæsaris ad v. 49, p. 90 (ed. Sanctandr. 1589, 8): *Hunc* (sc. draconem) *Pherecydes dicit inter astra collocatum beneficio Junonis, eo quod cum nuberet Jovi Juno, diis offerentibus munera, Terra quoque obtulerit aurea mala cum ramis : quæ Juno in hortum suum, qui erat apud Atlantem, inferri jussit, et Hesperides Atlantis filias custodes posuit, quæ cum a filiabus Atlantis subtraherentur et sæpe vexarentur, Juno custodem horti Draconem pervigilem implicuit arbori, quem Hercules interfecit, et illa astris intulit.*

33 b.

Schol. Eurip. Hippol. 742 : Φερεκύδης Διὸς καὶ Θέμιδος φησὶν αὐτάς (τὰς Ἑσπερίδας). Ibi Hesperidas cum Nymphis ad Eridanum confusas esse docet Heyne ad Apollod. II, 5, 11.

33 c.

Schol. Germanici ad v. 364, p. 133 (83): *Ab Arato et Pherecyde Eridanus Padus esse putatur: et ideo inter astra collocatus, quod a meridianis partibus dirigere cernitur.*

33 d.

Schol. Pindar. Pyth. IX, 185 : Ἔνιοι φασὶν, ὅτι ὁ ἀπὸ Ἡρακλέους καταγωνισθεὶς Ἀνταῖος, Ἰρασσεὺς ἦν, ἀπὸ Ἰράσσων (vulgo Ἰρασσῶν) τῶν ἐν τῇ Τριτωνίδι λίμνῃ, ὥς φησι Φερεκύδης.

33 e.

Etymol. M. ex Oro : Πολέμων ὁ Ἡρακλῆς, διὰ τὸ καταπαλαῖσαι Ἀνταῖον. Φερεκύδης λέγει, ὅτι μετὰ τὸ καταπαλαῖσαι αὐτὸν Ἀνταῖον καὶ ἀποκτεῖναι, συνηλθε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ἰφινόῃ, καὶ ἐγέννησε Πολέμωνα.

Hæc aliter traduntur a Tzetza ad Lycophr. 663 : Φερεκύδης φησὶ, μετὰ τὸ καταπαλαῖσαι αὐτὸν τὸν Ἀνταῖον τὸν Λίβυν, τὸν Ποσειδῶνος, ἑξηκοντάπηχυν ὄντα, καὶ κατεάξαι (οὗ καὶ τὰ ὀστᾶ πρὸς Ὀλυμπίαν ἠνέχθη, ὡς μὴ ἀπιστοῖτο), ἐμίγη τῇ τοῦ ῥηθέντος Ἀνταίου γυναικὶ Ἰφινόῃ, καὶ ἐξ αὐτῆς παῖδα γεννᾷ Παλαίμονα.

33 f.

Apuleius De orthographia § 2 : *Busiris apud Jovis aram hospites mactabat, divinoque judicio ab Hercule ibidem mactatus est, auctore ... Pherecyde.*

33 g.

Schol. Hesiod. Theog. 985 : Ἡμαθίωνα, ἀφ' οὗ ἡ Μακεδονία Ἡμαθίη. Φησὶ δὲ Φερεκύδης, ὑπὸ Ἡρακλέους ἀναιρεθῆναι τὸν Ἡμαθίωνα, ἀλλ' ἀπιόντος ἐπὶ τὰ χρύσεα μῆλα.

33 h.

Athenæus XI, p. 470, C: Φερεκύδης ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν, προειπὼν περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ, ἐπιφέρει· « Ὁ δ' Ἡρακλῆς ἔλκεται ἐπ' αὐτὸν τὸ τόξον ὡς βαλὼν, καὶ ὁ Ἥλιος παύσασθαι κελεύει. Ὁ δὲ δείσας παύεται. Ἥλιος δὲ ἀντὶ τούτου δίδωσιν αὐτῷ τὸ δέπας τὸ χρύσεον, ὃ αὐτὸν ἐφόρει σὺν ταῖς ἵπποις, ἐπὴν δύνῃ, διὰ τοῦ ὠκεανοῦ τὴν νύκτα πρὸς ἕω, ἡνίκ' ἀνίσχει ὁ ἥλιος. Ἔπειτα πορεύεται ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ δέπαϊ τούτῳ ἐς τὴν Ἐρύθειαν. (Καὶ) ὅτε δὲ ἦν ἐν τῷ πελάγει, Ὠκεανὸς πειρώμενος αὐτοῦ κυμαίνει τὸ δέπας φανταζόμενος · ὁ δὲ τοξεύειν αὐτὸν μέλλει · καὶ αὐτὸν δείσας Ὠκεανὸς παύσασθαι κελεύει. »

Macrob. Saturn. V, 21 : *Poculo Herculem vectum ad Ἐρύθειαν Hispaniæ insulam navigasse, et Panyasis egregius scriptor Græcorum dicit, et Pherecydes auctor est : quorum verba subdere supersedi, quia propiora sunt fabulæ, quam historiæ.*

Strabo III, p. 169, C: Ἐρύθειαν δὲ τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης· ubi tamen *Philistidis* nomen reponendum propter Plinii locum putat Sturz. Ille enim dicit H. N. 4, 22 : « Insula, in qua prius oppidum Gadium fuit, vocatur ab Ephoro et Philistide Erythia. » Sed etiam hic Philistidis nomen depravatum esse videtur; v. Timæi fr. 35. Cf. etiam Pherecyd. fr. 119.

34.

Schol. Sophocl. Trach. 354 : Φερεκύδης φησὶν οὕτω· « Μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα Ἡρακλῆς ἀφικνεῖται πρὸς Εὔρυτον τὸν Μέλανος τοῦ Ἀρχεσιλάου εἰς τὴν Οἰχα-

---

33 b.

Pherecydes Hesperidas Jovis ex Themide filias dicit.

33 d.

Nonnulli dicunt Antæum ab Hercule in certamine devictum Irasseum fuisse ab Irassis ad paludem Tritonidem sitis, ut ait Pherecydes.

33 e.

Post devictum interfectumque Antæum Hercules cum ejus uxore, Iphinoe, congressus, Polemonem procreavit.

Postquam Antæum, Libyn, Neptuni filium, qui sexaginta cubitorum staturam habebat (de quo ne quisquam addubitaret, ossa ejus Olympiam translata sunt), Hercules lucta vicerat et confregerat, cum Iphinoe, illius uxore, concubuit ex eaque Palæmonem procreavit.

33 g.

Emathion ab Hercule ad aurea mala petenda proficiscente interfectus est.

33 h.

Hercules arcum in ipsum Solem distendit, tamquam sagitta percussurus; Sol autem eum cessare jussit. Territus destitit. Ejus obsequii gratia pateram Sol auream dedit, quæ ipsum cum equis ferre solet, quum post occasum noctu transiens oceanum ad auroram oritur. In ea patera ad Erythiam Hercules proficiscitur; at quum in medio mari esset, ejus fortitudinem ut experiretur, fluctibus agitat poculum Oceanus, visibili specie Herculi apparens. Et ille in eo erat, ut sagittam in eum mitteret : illum igitur veritus Oceanus desinere jussit.

34.

Hoc labore peracto Hercules ad Eurytum, Melanei fi-

Digitized by Google

λίαν· ᾠκεῖτο δὲ αὕτη ἐν Θούλῃ τῆς Ἀρκαδίας· καὶ ᾐτει τὴν θυγατέρα Ὕλλῳ γυναῖκα. Τοῦ δὲ μὴ διδόντος, Ἡρακλῆς εἶλε τὴν Οἰχαλίαν, καὶ τοὺς υἱοὺς ἀπέκτεινεν. Ἶφιτος δὲ ἔφυγεν εἰς Εὔβοιαν. Ἐν Θούλῃ aperte corruptum. O. Müller. Dor. I, p. 412, fuisse suspicatur ἐν ΘΩΜΗΙ i. q. Ἰθώμῃ. In eandem conjecturam incidit Clavier. ad Apollod. tom. II, p. 294. Sed omnino non de urbe cogitandum videtur, nec propterea ᾠκεῖτο, sicut Sturzius vult, mutandum in ᾤκει. Latet haud dubie rarior quædam vox *fines* vel *aditum* significans. Pro Μέλανος legendum est Μελανέως: v. Pausan. IV, 33, p. 362.—Verba postrema Ἶφιτος... Εὔβοιαν non videntur e Pherecyde petita, sed aliunde addita: v. C. O. Müller. Dor. II, p. 469.

Schol. Homer. Odyss. Φ, 23: Ἶφιτος, Εὐρύτου μὲν παῖς, Οἰχαλιεὺς δὲ τὸ γένος, ἀπολομένων αὐτῷ τῶν ἵππων, περιῄει τὰς πέριξ ἐρευνῶν πόλεις, εἴ που φανείη. Πολυΐδου δὲ τοῦ μάντεως εἰπόντος αὐτῷ μὴ παραγίνεσθαι εἰς Τίρυνθα χάριν ζητήσεως· οὐ γὰρ εἶναι συμφέρον· λέγεται παρακούσαντα παραγενέσθαι. Τὸν δὲ Ἡρακλέα μηχανῇ τινι καὶ στρατηγίᾳ συνεφελκυσάμενον αὐτὸν ἄγειν εἰς ἐπίκρημνον τεῖχος. Καὶ καταστρέψαι διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν ἔχειν ἔγκλημα καὶ τὸν πατέρα, ὅτι τελευτήσαντι αὐτῷ τὸν ἆθλον, τὴν Ἰόλην γαμεῖν οὐκ ἔδωκαν, ἀλλ' ἀτιμάσαντες ἀπέπεμψαν. Λέγεται δὲ ὡς ἀγανακτήσας ὁ Ζεὺς ἐπὶ τῇ ξενοκτονίᾳ, προσέταξεν Ἑρμῇ λαβόντα τὸν Ἡρακλέα πωλῆσαι ὅπου τοῦ φόνου. Τὸν δὲ εἰς Λυδίαν ἀγαγόντα τῇ τῶν τόπων βασιλευούσῃ Ὀμφάλῃ δοῦναι τριῶν τιμηθέντα ταλάντων. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. Cf. Schol. Hom. Il. E, 392.

35.

Schol. Homer. Il. Ξ, 255: Ἡρακλῆς ἀνακομιζόμενος μετὰ τὸ πορθῆσαι Τροίαν, γενόμενος κατὰ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, βουλήσει Ἥρας σφοδρῷ συνεσχέθη χειμῶνι· κατασυρεὶς δὲ εἰς Κῶ τὴν Μεροπίδα, ἐκωλύθη ἐπιβῆναι τῆς νήσου ὑπὸ Εὐρυπύλου τοῦ Ποσειδῶνος, βασιλεύοντος αὐτῆς. Βιασάμενος δὲ, καὶ ὡς λῃστὴς ἐπιβάς, ἀνεῖλε τὸν Εὐρύπυλον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ. Μιγεὶς δὲ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ Χαλκιόπῃ, Θεσσαλὸν ἐγέννησε. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

36.

Schol. Homer. Il. Λ, 709: Κτέατος καὶ Εὔρυτος παῖδες μὲν ἦσαν Ποσειδῶνος καὶ Μολιόνης τοῦ (l. τῆς) Μόλου, ἐπίκλησιν δὲ Ἄκτορος. Οὗτοι παρηλλαγμένην φύσιν τῶν λοιπῶν ἔσχον ἀνθρώπων. Διφυεῖς γὰρ ἦσαν, ἔχοντες ἑκάτερος δύο κεφαλὰς, τέσσαρας δὲ χεῖρας, πόδας τοὺς ἴσους, ἓν δὲ σῶμα. Διὰ τοῦτο τοὺς πολεμικοὺς καὶ γυμνικοὺς ἐνίκων ἀγῶνας. Ἡρακλῆς δὲ πολεμῶν, καὶ μὴ δυνάμενος κατὰ τοὐμφανὲς αὐτῶν περιγενέσθαι, συμμαχόντων Αὐγέᾳ, λοχήσας ἀνεῖλεν αὐτοὺς, καὶ οὕτως ἐπόρθησε τὴν Ἦλιν. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Schol. in Platonem p. 380 seq. Bekk.: πρὸς δύο οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς] Ταύτης (scil. τῆς παροιμίας, qua Plato utitur in Phædone p. 89, C) τὴν αἰτίαν ὁ Δοῦρις οὕτως ἀφηγεῖται. Ἡρακλέα φησὶ βωμὸν δειμάμενον ἐπὶ τῷ Ἀλφειῷ, πυγμῆς ἀγῶνα καταθεῖναι, καὶ νικήσαντα τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα, πάλιν ἀγωνιζόμενον, ὑπὸ Ἐλάτου καὶ Φεράνδρου πάλῃ ληφθῆναι, καὶ ἐξ ἐκείνου τὸ, Πρὸς δύο οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς, παροιμιασθῆναι. Ἐχεφυλλίδας δὲ, αὐτὸν ὑπὸ Κτεάτου καὶ Εὐρύτου, τῶν Μολιονιδῶν, ἡττηθῆναι κατὰ τὴν ἐπ' Αὐγείᾳ στρατείαν· διωχθέντα δὲ ἄχρι τῆς Βουπρασίδος, καὶ περιβλεψάμενον, ὡς οὐδεὶς ἐξίκετο τῶν πολεμίων, ἀναψύξαι τε, καὶ ἐκ τοῦ παραῤῥέοντος ποτα-

lium, Arcesilai nepotem, venit Œchaliam, quæ urbs sita est in finibus Arcadiæ. Postulavit ab eo, ut (Iolen) filiam Hyllo daret uxorem. Quod quum ille recusaret, Hercules cepit Œchaliam, atque filios ejus interfecit. Quorum Iphitus fugit in Eubœam.

Iphitus, Euryti filius, Œchialeus, ut duodecim equas amissas quæreret, per urbes vicinas circumivit, si forte alicubi eas inveniret. Præcepit ei Polyides vates, ne Tirynthem quærendi causa proficisceretur; hoc enim nil prodesse. Sed ille dicto non audiens illuc se contulisse dicitur, ubi Hercules fraude quadam et artificio in altum murum secum abductum præcipitem dejecisset, quia ipsum et ejus patrem accusaret, quod post peractum laborem non dantes Iolen filiam cum ignominia se dimisissent. Verum Jupiter de hospite occiso indignatus, quo Hercules pœnam solveret cædis, Mercurio jussisse dicitur ut eum venderet; hic in Lydiam abductum tribus talentis æstimatum dedisse Omphalæ, hujus regionis reginæ.

35.

Hercules a Troja expugnata rediens, quum in Ægæo mari versaretur, Junonis voluntate vehementi tempestate vexatus est, et ubi ad Con, quam Meropes insulam tenebant, delatus esset, eum nave egredi rex insulæ, Eurypylus, Neptuni filius, impedivit. Sed postquam vi et ut prædo exscensionem effecerat, Eurypylum ejusque filios interfecit, et cum filia ejus Chalciope congressus procreavit Thessalum.

36.

Cteatus et Eurytus re vera quidem filii erant Neptuni ex Molione, Moli filia, dicebantur vero Actoris esse. Hi naturam habebant a ceteris hominibus alienam. Bimembres enim erant, habentes uterque duo capita, quatuor manus totidemque pedes, unum vero corpus; quare vincebant in certaminibus bellicis et gymnicis. Hercules autem quos ab Augea adjutos ex aperto non posset superare, structis insidiis sustulit; quo facto vastavit Elin.

Contra duos ne Hercules quidem. — Hujus proverbii originem Duris ita explicat: Herculem dicit, ara ad Alpheum exstructa, pugilatus certamen instituisse, et quum vicisset in proximo certamine Olympiaco, iterum certantem ab Elato et Pherandro lucta esse superatum indeque ortum esse proverbium, Contra duos ne Hercules quidem. Echephyllidas tradit eum a Cteato et Euryto Molionidis in expeditione, quam contra Augeam fecit, devictum esse; quum vero fugisset usque ad Buprasiam nullumque hostium animadvertisset, se refecisse et fluvium, ex quo po-

Digitized by Google

μοῦ πιόντα, προσαγορεῦσαι· τοῦτο ἡδὺ ὕδωρ· ὃ νῦν δείκνυται ἰόντων ἐκ Δύμης εἰς Ἦλιν, καλούμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων βαδὺ ὕδωρ. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ Φερεκύδης, καὶ Κώμαρχος, καὶ Ἴστρος ἐν τοῖς Ἠλιακοῖς ἱστοροῦσι. Καὶ διὰ τοῦτο θεωροὺς τοὺς Μολιονίδας ἰόντας εἰς Κόρινθον λοχήσαντα τὸν Ἡρακλῆ περὶ Κλεωνὰς ἀποκτεῖναι· ὅθεν Ἠλείοις ἀπώμοτον εἶναι τὰ Ἴσθμια ἀγωνίζεσθαι, ὅτι θεωροὺς πεμφθέντας εἰς τὸν Ἰσθμὸν τοὺς Μολιονίδας ἑλὼν Ἡρακλῆς ὑπὸ Κορινθίων ἐδέχθη. Pro Βουπράσιδος Siebenk. habet Βουβασίδης, quod in Βουπρασίας mutandum censet Siebelis ad Istrum p. 72. Βαδὺ ὕδωρ in ἡδὺ mutandum censet Sturzius, non animadvertens βαδὺ esse dialecti Eleorum, quod Hesychius quoque annotavit in glossa hodie corrupta Βάδηδοι, ἠχεῖοι, i. e., Βαδύ, ἡδύ, Ἠλεῖοι.

37.

Schol. Sophocl. Argument. Trachin.: Ἀμάλθεια ἦν Αἱμονίου θυγάτηρ· ἣ κέρας εἶχε ταύρου. Τοῦτο δέ, ὡς Φερεκύδης φησί, δύναμιν εἶχε τοιαύτην, ὥστε βρωτὸν ἢ ποτὸν ὅπερ ἂν εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄφθονόν τε καὶ ἄπονον.

Apollod. II, 7, 5: Ἀμάλθεια δὲ ἦν Αἱμονίου θυγάτηρ, ἣ κέρας εἶχε ταύρου. Τοῦτο δέ, ὡς Φερεκύδης λέγει, δύναμιν ἔχει τοιαύτην, ὥστε βρωτὸν ἢ ποτόν, ὅπερ εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄφθονον.

37 a.

Scholiastes Pindari Olymp. VII, 42 Tlepolemi matrem Hom. (Iliad. B, 658.) Astyochen nominat, Ἡσίοδος δὲ Ἀστυδάμειαν αὐτήν φησι· Φερεκύδης δὲ Ἀστυγένειαν· ἦν δὲ Φύλαντος θυγάτηρ.

38.

Schol. Apollon. I, 1213: (Herculeś post occisum Calydone Cyathum puerum cum Deianira uxore et filio Hyllo venit) εἰς τὴν Δρυοπίαν. ... λῃστρικὸν δὲ τὸ ἔθνος, ὁμοροῦν (ὅμορον cod. Par.) τοῖς Μηλιεῦσιν, ὡς Φερεκύδης ἐν τῇ τρίτῃ φησίν.

39.

Antonin. Liberal. c. 33: Ἱστορεῖ Φερεκύδης. Μετὰ τὸν Ἡρακλέους ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισμὸν, Εὐρυσθεὺς ἐξελάσας αὐτοὺς τῆς πατρίδος, αὐτὸς ἐβασίλευεν· οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι καταφυγόντες πρὸς Δημοφῶντα τὸν Θησέως, ᾠκησαν τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς. Εὐρυσθεὺς δὲ πέμψας ἄγγελον εἰς Ἀθήνας, πόλεμον προέλεγεν τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ μὴ τοὺς Ἡρακλείδας ἐξελάσωσιν. Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι τὸν πόλεμον οὐκ ἀπολέγονται, Εὐρυσθεὺς δ' ἐνέβαλε εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ παραταξάμενος αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει μαχόμενος, ἡ δὲ πληθὺς ἐτράπη τῶν Ἀργείων· Ὕλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἀποθανόντος Εὐρυσθέως κατοικίζονται πάλιν ἐν Θήβαις· ἐν δὲ τούτῳ καὶ Ἀλκμήνη κατὰ χῆρας ἀποθνήσκει, καὶ αὐτὴν ἐξεκόμισαν Ἡρακλεῖδαι. Ἔχουν δὲ παρὰ τὰς Ἠλέκτρας πύλας, ὅθιπερ καὶ Ἡρακλῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ. Ζεὺς δὲ Ἑρμῆν πέμπει, κελεύων Ἀλκμήνην ἐκκλέψαι, καὶ ἀπενεγκεῖν εἰς μακάρων νήσους, καὶ δοῦναι Ῥαδαμάνθυϊ γυναῖκα· Ἑρμῆς δὲ πεισθεὶς Ἀλκμήνην ἐκλέπτει. Λίθον δ' ἀντ' αὐτῆς ἐντίθησιν εἰς τὴν σορόν· οἱ δ' Ἡρακλεῖδαι ἐπεὶ τὴν λάρνακα φέροντες ἐβαρύνοντο, κατατίθενται· καὶ ἀποκαλύψαντες εὗρον ἀντὶ τῆς Ἀλκμήνης λίθον, καὶ αὐτὸν ἐξελόντες, ἔστησαν ἐν τῷ ἄλσει, ὅθιπέρ ἐστιν τὸ ἡρῷον τὸ τῆς Ἀλκμήνης ἐν Θήβαις.

Initio αὐτοὺς τῆς πατρίδος ex antecedentibus subintelligendum videtur τοὺς Ἡρακλείδας, sin minus, cum Sturzio legas: αὐτοῦ τοὺς παῖδας. In καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς vocem οἱ, quæ vulgo deest, addidi ex Sturzii conjectura. Ungerus Paradox. Theb. p. 151 malebat παισὶν αὐτοῖς. Πόλιν recte mutarunt in πάλιν P. Abreschius Paraphr. et Annot. in Epist. ad Hebræos p. 37 sq., Clavier. ad Apollod. II, p. 335, et Bastius Epistol. Crit. p. 168.

---

tum hausit, ita allocutum esse: « *Dulcis hæc aqua* ». Quæ nunc monstratur iis, qui Dyma proficiscuntur in Elin, nominata ab incolis « *dulcis aqua.* » Eadem referunt Pherecydes, Comarchus et Ister in Eliacis. Atque hanc ob rem Herculem structis insidiis legatos ad sacra solemnia missos Molionidas, Corinthum proficiscentes, prope Cleonas interfecisse. Ea ex caussa Eleis interdictum esse, ne ludos Isthmios frequentarent, scilicet quod Hercules, quum legatos ad ludos Isthmios missos occidisset, a Corinthiis exceptus esset.

37.

Amalthea erat Hæmonii filia, quæ cornu habebat tauri. Hoc, ut ait Pherecydes, eam habebat vim, ut cibum vel potum, quem quis desideraret, largum præberet et sine labore paratum.

37 a.

Tlepolemi matrem Hesiodus dicit Astydamiam, Pherecydes vero Astygeniam; fuit autem Phylantis filia.

38.

Dryopes sunt populus prædatorius, Maliensibus finitimus.

39.

Eurystheus Herculis posteros, ipso e mortalibus sublato, patria expulit, ac sibi regnum sumpsit. Illi ad Demophontem Thesei filium profugi, habitaverunt in tetrapoli Atticæ. Eurystheus misso Athenas legato, bellum denunciat Atheniensibus, ni Heraclidas expellant: neque ii bellum detrectant. Ergo Eurystheus in Atticam copias adducit, commissoque prælio, inter pugnandum occidit, fusaque est Argivorum multitudo. Hyllus et alii Heraclidæ et qui cum illis erant post mortem Eurysthei Thebas redeunt. Interim et Alcmena annis confecta obit. Quam quum efferrent Heraclidæ (ii ad Electras portas habitabant, ubi et Hercules, in foro), Jupiter Mercurium mittit, cum mandato ut Alcmenam suffuretur, eamque in Beatas insulas allatam Rhadamantho det uxorem. Paret jussis Mercurius, et loco Alcmenæ, quam furtim abstulerat, lapidem feretro injicit. Heraclidæ quum sandapilam gestantes mole gravarentur, depositam aperiunt, et pro Alcmena lapidem inveniunt, quem inde exemtum in luco constituerunt, ubi sacellum Alcmenæ est Thebis.

Digitized by Google

LIBER QUARTUS.

Antecedentibus libris Argivas fabulas ita exposuit Pherecydes, ut, ubi ad Epaphi ex Libya filios, Belum et Agenorem devenerat, Beli tantum stirpem persequeretur; jam igitur redit ad Agenorem ejusque prosapiam, quam quarto libro et quinto enumerat. Eodem modo etiam Apollodorus rem instituit, qui dicit lib. III, c. 1: Ἐπεὶ δὲ τὸ Ἰνάχειον διερχόμενοι γένος, τοὺς ἀπὸ Βήλου μέχρι τῶν Ἡρακλειδῶν δεδηλώκαμεν, ἐχομένως λέγωμεν καὶ τὰ περὶ Ἀγήνορος. Et liber quartus quidem mythos Cretenses, ab Apollodoro c. 1—4 tractatos complexus esse videtur, quibus sequenti libro subjiciuntur mythi Thebani. Quare ad hunc librum referenda sunt fragmenta de stirpe Agenoris (40), de Phineo, Agenoris filio (41), de Cadmo sororem quærente (42), de Minoe (43).

40.

Schol. Apollon. III, 1185: Φερεκύδης ἐν δ' οὕτω φησίν· « Ἀγήνωρ δὲ ὁ Ποσειδῶνος γαμεῖ Δαμνὼ τὴν Βήλου. Τῶν δὲ γίνονται Φοῖνιξ καὶ Ἰσαίη, ἣν ἴσχει Αἴγυπτος· καὶ Μελία, ἣν ἴσχει Δαναός. Ἔπειτεν ἴσχει Ἀγήνωρ Ἀργιόπην τὴν Νείλου τοῦ ποταμοῦ. Τοῦ δὲ γίνεται Κάδμος. »

41.

Schol. Apollon. II, 178: Ἀγηνορίδης (Φίνευς)· Ἀγήνορος γὰρ παῖς ἐστιν ὡς Ἑλλάνικος· ὡς δὲ Ἡσίοδος φησίν, Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος καὶ Κασσιεπείας. Ὁμοίως καὶ Ἀσκληπιάδης, καὶ Ἀντίμαχος καὶ Φερεκύδης φησίν.

42.

Apollod. III, 1, 1: Συνεξῆλθε δὲ ἐπὶ τὴν ζήτησιν αὐτῆς Τηλέφασσα ἡ μήτηρ, καὶ Θάσος ὁ Ποσειδῶνος· ὡς δὲ Φερεκύδης φησὶ, Κίλικος.

43.

Schol. Apollon. III, 1086: Ἔστι καὶ ἄλλος Δευκαλίων, ὁ Μίνωος, περὶ οὗ Φερεκύδης.

LIBER QUINTUS.

Mythi Thebani (Apollodor. III, c. 4—8): de Cadmo et de Spartis (44), de monili aureo (45), de Dionyso et de Hyadibus (46), de Medusa, Œdipi nutrice (47), de Œdipi progenie (48), de Polynice (49), de Tiresia (50), de Tydei inhumanitate (51). Præterea Pherecydes Locrorum fabulas in hoc libro tractasse vel saltem attigisse videtur (51 a).

44.

Schol. Apollon. III, 1178: Φερεκύδης ἐν τῇ πέμπτῃ (cod. Paris. ἐν ς') οὕτω φησίν· « Ἐπειδὴ Κάδμος κατῳκίσθη ἐν Θήβῃσιν, Ἄρης διδοῖ αὐτῷ καὶ Ἀθηναίη τοῦ ὄφιος τοὺς ἡμίσεις ὀδόντας, τοὺς δὲ ἡμίσεις Αἰήτῃ· καὶ ὁ Κάδμος αὐτίκα σπείρει αὐτοὺς εἰς τὴν ἄρουραν, Ἄρεος κελεύσαντος, καὶ αὐτῷ ἀναφύονται ἄνδρες (codex Paris. addit πολλοὶ) ὡπλισμένοι. Ὁ δὲ Κάδμος δείσας, βάλλει αὐτοὺς λίθοισιν. Οἱ δὲ δοκέοντες ὑφ' ἑαυτῶν (codex Paris. ὑπ' ἀλλήλων) βάλλεσθαι, κτείνουσί τε ἀλλήλους καὶ θνήσκουσι, πλὴν πέντε ἀνδρῶν, Οὐδαίου, Χθονίου, Ἐχίονος, Πέλωρος, Ὑπερήνορος· καὶ αὐτοὺς ὁ Κάδμος ποιεῖται πολίτας, κατοικίσας αὐτοὺς (Phav. Κάδμος πολίτας κατῴκισεν) ἐν Θήβαις.

Schol. Pindar. Isthm. VII, 13: Φερεκύδης διττά φησιν εἶναι σπαρτῶν γένη. Τὸν γὰρ Ἄρη καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν ὀδόντων Κάδμῳ δοῦναι, τοὺς δὲ ἡμίσεις Αἰήτῃ.

Apollodor. III, 4, 1: Φερεκύδης δέ φησιν, ὅτι Κάδμος, ἰδὼν ἐκ γῆς ἀναφυομένους ἄνδρας ἐνόπλους, ἐπ' αὐτοὺς ἔβαλε λίθους· οἱ δὲ, ὑπ' ἀλλήλων νομίζοντες βάλλεσθαι, εἰς μάχην κατέστησαν.

45.

Apollod. III, 4, 2: Ἔδωκε δὲ αὐτῇ Κάδμος πέπλον, καὶ τὸν Ἡφαιστότευκτον ὅρμον, ὃν ὑπὸ Ἡφαίστου λέγουσί τινες δοθῆναι Κάδμῳ, Φερεκύδης δὲ ὑπὸ Εὐρώπης· ὃν παρὰ Διὸς αὐτὴν λαβεῖν.

LIBER QUARTUS.

40.

Agenor, Neptuni filius, in matrimonium ducit Beli filiam, Damno. Ex his nati sunt Phœnix et Isæa, uxor Ægypti, et Melia, uxor Danai. Deinde Agenor Argiopen, Nili fluvii filiam, matrimonio sibi jungit. Ex his natus est Cadmus.

41.

Phineus filius est Phœnicis, Agenoris filii, ex Cassiepea.

42.

Cum Cadmo ad Europam quærendam simul profectus est Telephassa mater, et Thasus, Neptuni, secundum Pherecydem vero Cilicis filius.

43.

Est etiam alius Deucalion, Minois filius, de quo Pherecydes.

LIBER QUINTUS.

44.

Postquam Cadmus Thebis sedes sibi constituerat, Mars et Minerva dimidiam ei draconis dentium partem, dimidiam Æetæ dederunt. Atque Cadmus a Marte jussus statim condidit eos in humo, unde nascuntur ei viri armati. Quos timens lapidibus petivit. Illi vero se in se ipsos lapides conjicere putantes mutua cæde intereunt, quinque exceptis, Udæo, Chthonio, Echione, Pelore, Hyperenore, quos cives constituit et Thebis sedes iis assignat.

Pherecydes duplex ait esse Spartorum genus: Martem enim et Minervam dimidiam dentium partem Cadmo dedisse, dimidiam Æetæ.

Sed Pherecydes scriptum reliquit: Cadmus, ut armatos viros e terra exoriri conspexit, lapides in eos conjecit. Tum ii vicissim percuti existimantes, mutuam inter se puguam inierunt.

45.

Cadmus uxori peplum ac monile, Vulcani opus, quod ei ab Vulcano dono missum ferunt, muneri dedit. At Pherecydes ab Europa datum scribit quæ ab Jove id accepisset.

Digitized by Google

46.

Suidas: Ὗης, Ὕου· ἐπίθετον Διονύσου, ὡς Κλείδημος. Ἐπειδὴ, φησὶν, ἐπιτελοῦμεν τὰς θυσίας αὐτῷ, καθ' ὃν ὁ θεὸς ὕει χρόνον. Ὁ δὲ Φερεκύδης, τὴν Σεμέλην Ὑην λέγεσθαι· καὶ τὰς τοῦ Διονύσου τροφοὺς, Ὑάδας. Eadem fere habent Photius in Lexico p. 452, Etymol. M. et Phavorin.

Schol. Arati Phænom. 172: Θαλῆς μὲν δύο αὐτὰς (Hyadas) εἶπεν εἶναι, τὴν μὲν βόρειον, τὴν δὲ νότιον. Εὐριπίδης δὲ ἐν τῷ Φαέθοντι, τρεῖς. Ἀχαιὸς δὲ, δ'. Ἱππίας δὲ καὶ Φερεκύδης, ζ'. Ἡ δὲ προσωνυμία ἐστὶν, ὅτι τὸν Διόνυσον ἀνεθρέψαντο. Ὗης δὲ, ὁ Διόνυσος v. quæ de Bacchi nomine habet Schol. Aristid. p. 103 Frommel.

Schol. Homer. Il. Σ, 486: Τοὺς ἐπὶ τῶν κεράτων τοῦ Ταύρου ἑπτὰ ἀστέρας κειμένους. Καλοῦνται δὲ Ὑάδες, ἤτοι διὰ τὴν πρὸς τὸ Υ στοιχεῖον ὁμοιότητα, ἢ ἐπειδὴ αἴτιοι ὄμβρων καὶ ὑετῶν καθίστανται. Ζεὺς ἐκ τοῦ μηροῦ γεννηθέντα Διόνυσον ταῖς Δωδωνίσι Νύμφαις τρέφειν ἔδωκεν, Ἀμβροσίᾳ, Κορωνίδι, Εὐδώρῃ, Διώνῃ, Αἰσύλῃ, Πολυξοῖ. Αὗται θρέψασαι τὸν Διόνυσον, περιήεσαν σὺν αὐτῷ, τὴν εὑρεθεῖσαν ἄμπελον ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις χαριζόμεναι. Λυκοῦργος δὲ μέχρι τῆς θαλάσσης συνεδίωξε τὸν Διόνυσον. Ἐκείνας δὲ ἐλεήσας ὁ Ζεὺς κατηστέρισεν. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Ibid. paullo post: Φερεκύδης, καθάπερ προείρηται, τὰς Ὑάδας Δωδωνίδας Νύμφας φησὶν εἶναι, καὶ Διονύσου τροφούς. Ἃς παρακαταθέσθαι τὸν Διόνυσον τῇ Ἰνοῖ διὰ τὸν τῆς Ἥρας φόβον. Καθ' ὃν καιρὸν καὶ αὐτὰς Λυκοῦργος ἐδίωξε.

Hygin. Poet. Astron. 2, 21, p. 395: *Hyades Pherecydes Atheniensis Liberi nutrices esse demonstrat, numero septem, quas etiam antea Nymphas Dodonidas appellatas. Harum nomina sunt hæc: Ambrosia, Eudora, Phesyle, Coronis, Polyxo, Phæo, Thyene. Hæ dicuntur a Lycurgo fugatæ, et præter Ambrosiam omnes ad Thetyn profugisse, ut ait Asclepiades. Sed ut Pherecydes dicit, ad Thebas Liberum perlatum Junoni tradiderunt. Quam ob caussam ab Jove gratia eis est relata, quod inter sidera sunt constitutæ.*

Mythograph. I, § 120 p. 39, ed. Bode: *Liberum, conceptum utero, Jupiter incendio eripuit, ac femori insuit suo. Postea completis mensibus, Nymphis, quæ Nysam, montem Indiæ, perfrequentabant, clam tradidit nutriendum. Septem enim fuerant sorores, eædem Nymphæ Dodonides appellatæ, quæ a Lycurgo fugatæ ad Thetin profugerunt, ut scribit Pherecydes et Asclepiades.*

Schol. Germanici ad Taurum v. 173, p. 105: *In signo Tauri frons et facies Hyades vocantur, quas Pherecydes Athenæus nutrices Liberi dicit, quæ Dodonides Nymphæ vocantur. Quæ cum a Lycurgo captivitatem timentes fugerent Thebas, ne sibi a Junone aliquid paterentur, Jupiter cœlo illatas sideribus honoravit, Hyadesque appellavit, quod nascente Libero eas invenerit; quas in signum temporis posuit, vel quod sint pluviales: ὕειν enim* pluere *est, quia earum ortus imbres concitat: vel quia in modum Y litteræ positæ sunt.*

Idem Schol. ad v. 254 sqq., p. 114, similia de Pleiadibus narrat: *Pleiades a pluralitate Græci vocant: Latini, eo quod vere exoriantur, Vergilias dicunt. Dicit autem Pherecydes Athenæus, septem sorores fuisse, Lycurgi filias, ex Naxo insula: et pro eo, quod Liberum educaverunt, a Jove inter sidera sunt relatæ.*

Apud Schol. Hom. desideratur septimum Nymphæ nomen Φαιώ. Pro Διώνη Valckenaer. Animadverss. ad Ammon. III, 12, p. 208 (159) reponi jubet Θυώνη. — Apud Hygin. pro *Phesyle* scribendum videtur *Phæsyle*, et legendum *Thyone* pro *Thyene* et *Inoni* pro *Junoni*.

47.

Schol. Sophocl. OEdip. Tyr. 785: Φερεκύδης φησὶ Μέδουσαν εἶναι τὴν Πολύβου γυναῖκα, θυγατέρα δὲ Ὀρσιλόχου τοῦ ἀδελφειοῦ.

47 a.

Schol. Taur. in Eurip. Phœn. 39, p. 15. Πολυφήτην δὲ τὸν κήρυκα τοῦτον Φερεκύδης Πολυποίτην φησί.

46.

Ὗης, Ὕου. Hyes, Hyis. Epithetum Bacchi, quemadmodum ait Clidemus. Nam, inquit, ipsi sacrificia facimus eo tempore, quo deus pluit. Pherecydes vero tradit, Semelen Hyen vocari, et Bacchi nutrices Hyadas.

Thales duas Hyadas statuit, alteram septemtrionalem, alteram meridionalem, Euripides in Phaethonte tres, Achæus quattuor, Hippias et Pherecydes septem. Appellatio iis est ex eo, quod Bacchi nutrices erant; nam Hyes nomen est Bacchi.

Septem stellæ in tauri cornibus positæ Hyades appellantur, vel propter dispositionem ad literæ Υ similitudinem accedentem, vel quod pluvias et imbres concitant. Jupiter Bacchum, ex femore natum, nutriendum tradidit Nymphis Dodonæis, Ambrosiæ, Coronidi, Eudoræ, Dionæ, Æsylæ, Polyxoi, (Phæoi). Hæ terram cum deo peragrantes vite ab eo inventa homines donabant. Verum quum Lycurgus usque ad mare Bacchum persequeretur, illas Jupiter misericordia commotus inter sidera constituit.

Pherecydes Hyadas dicit Nymphas esse Dodonæas, nutrices Bacchi, quem propter Junonis timorem Inoi tradidisset, eo quidem tempore quo et ipsas Lycurgus persecutus esset.

47.

Pherecydes Medusam dicit Polybi uxorem et filiam esse Orsilochi, qui Polybi frater fuisset.

47 a.

Polypheten Laii præconem Pherecydes Polypœten dicit.

Digitized by Google

48.

Schol. Eurip. Phœn. 53 : Φερεκύδης τὰ κατὰ τοὺς παῖδας Οἰδίποδος, καὶ τὰς γημαμένας οὕτως ἱστορεῖ. «Οἰδίποδι, φησί, Κρέων δίδωσι τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν γυναῖκα Λαΐου, μητέρα δ' αὐτοῦ, Ἰοκάστην. Ἐξ ἧς γίνονται αὐτῷ Φράστωρ καὶ Λαόνυτος, οἳ θνήσκουσιν ὑπὸ Μινυῶν καὶ Ἐργίνου. Ἐπεὶ δὲ ἐνιαυτὸς παρῆλθε, γαμεῖ ὁ Οἰδίπους Εὐρυγάνειαν τὴν Περίφαντος. Ἐξ ἧς γίνονται αὐτῷ Ἰοκάστη, Ἀντιγόνη, Ἰσμήνη, ἣν ἀναιρεῖ Τυδεὺς ἐπὶ κρήνης, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἡ κρήνη Ἰσμήνη ἐκλήθη. Υἱοὶ δὲ αὐτῷ ἐξ αὐτῆς, Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης. Ἐπεὶ δε Εὐρυγάνεια ἐτελεύτησε, γαμεῖ Ἀστυμέδουσαν τὴν Σθενέλου.» Τινὲς δὲ Εὐρυγάνειαν ἀδελφὴν λέγουσιν εἶναι Ἰοκάστης, τῆς μητρὸς Οἰδίποδος.

49.

Schol. Eurip. Phœn. 71 : Δεῖ εἰδέναι ὅτι οὐ παρὰ πᾶσι συμφωνεῖ ἡ Πολυνείκους εἰς Ἄργος ἄφιξις. Φερεκύδης γὰρ ἐκβεβλῆσθαι τὸν Πολυνείκην φησὶ μετὰ βίας. ... Εὐριπίδης ταῖς δύο ἱστορίαις ἐχρήσατο, ἐνταῦθα μὲν τῇ Φερεκύδου, ὕστερον δὲ τῇ Ἑλλανίκου.

50.

Apollod. III, 6, 7, de Tiresia : Φερεκύδης δὲ (φησὶν) ὑπὸ Ἀθηνᾶς αὐτὸν τυφλωθῆναι. Οὖσαν γὰρ τὴν Χαρικλὼ προσφιλῆ τῇ Ἀθηνᾷ .... γυμνὴν ἐπὶ πάντα ἰδεῖν· τὴν δὲ, ταῖς χερσὶ (τοὺς ὀφθαλμοὺς) αὐτοῦ καταλαβομένην, πηρὸν ποιῆσαι· Χαρικλοῦς δὲ δεομένης ἀποκαταστῆσαι πάλιν τὰς ὁράσεις, μὴ δυναμένην τοῦτο ποιῆσαι, τὰς ἀκοὰς διακαθάρασαν πᾶσαν ὀρνίθων φωνὴν ποιῆσαι συνιέναι, καὶ σκῆπτρον αὐτῷ δωρήσασθαι κυάνεον, ὃ φέρων ὁμοίως τοῖς βλέπουσιν ἐβάδιζεν. Οὖσαν γὰρ τὴν Χαρικλὼ sqq. Heynius probabiliter emendat : οὖσαν γὰρ τῇ Χαρικλοῖ προσφιλῆ τὴν Ἀθηνᾶν αὐτὸν γυμνὴν ἰδεῖν. Pro ἐπὶ πάντα scribendum putat idem ἐπιστάντα vel ἐπιβάντα, quod quidem non est necessarium. Τοὺς ὀφθαλμοὺς, glossema ad vocem πηρόν, ejiciendum.

51.

Schol. Homer. Il. E, 126 : Φασὶν ἐν τῷ Θηβαϊκῷ πολέμῳ Τυδέα τρωθέντα ὑπὸ Μενίππου τοῦ Ἀστακοῦ σφόδρα ἀγανακτῆσαι. Ἀμφιάρεων δὲ φονεύσαντα αὐτὸν δοῦναι τὴν κεφαλὴν Τυδεῖ. Τὸν δὲ δίκην θηρὸς ἀναπτύξαντα ῥοφεῖν τὸν ἐγκέφαλον. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ παρεῖναι Ἀθηνᾶν, ἀθανασίαν αὐτῷ ἐξ οὐρανοῦ φέρουσαν, καὶ διὰ τὸ μύσος ἀπεστράφθαι. Τὸν δὲ θεασάμενον, παρακαλέσαι, κἂν τῷ παιδὶ αὐτοῦ χαρίσασθαι τὴν ἀθανασίαν. Ἱστορεῖ Φερεκύδης.

Pro Μενίππου rescribendum cum Villoisono videtur Μελανίππου.

51 a.

Schol. Pindar. Olymp. IX, 86 : Ὁ Πίνδαρος τὴν Πρωτογένειαν ἀναρπασθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Διὸς εἰς τὸ Μαίναλον τῆς Ἀρκαδίας ὄρος κομισθῆναι, τὴν δὲ Πρωτογένειαν Ὀπούντος τοῦ Ἠλείων βασιλέως φησὶ θυγατέρα, ἄλλων τὴν Πρωτογένειαν Πύῤῥας καὶ Δευκαλίωνος λεγόντων, ὡς Φερεκύδης φησὶν ἐν τῷ ε'.

LIBER SEXTUS.

Liber sextus, septimus, octavus Æolicas fabulas complectebantur. Quarum in adornatione Pherecydes ita versatus esse videtur, ut libro sexto Salmonei et Crethei et Athamantis progeniem persequeretur, deinde narraret Argonautarum expeditionem usque ad eorum adventum ad Æeten regem. Liber septimus reliquam expeditionis partem continebat, qua absoluta de ceteris Æoli filiis exposuisse videtur. Octavus denique liber filias Æoli earumque posteritatem recensebat. — Igitur libri sexti dispositio fuisse videtur hæc : 1, *Athamas*. Themisto, Athamantis uxor, mater Phrixi (52), aries aureo vellere præditus (53), Chalciope vel Iophossa, Phrixi uxor (54), Melas Phrixi filius (55). — 2, *Salmoneus*. Tyro, Pelias, Neleus (56, 57). — 3. *Cretheus*.

48.

Œdipo Creon dat regnum et Laii uxorem, ipsius matrem, Iocastam, ex qua nascuntur ei Phrastor et Laonytus, quibus mortem inferunt Minyæ et Erginus. Anno præterlapso Œdipus uxorem ducit Euryganiam, Periphantis filiam, ex qua nascuntur ei Iocasta, Antigona, Ismena, quam occidit Tydeus ad fontem, qui ab ea nomen accepit Ismene. Filios ex ea suscipit Eteoclem et Polynicem. Quum vero Eurygania mortua esset, uxorem duxit Stheneli filiam Astymedusam.

49.

Pherecydes dicit Polynicem vi ex patria expulsum esse.

50.

Pherecydes Tiresiam a Pallade luminibus orbatum refert. Siquidem quum Chariclo Minervæ carissima esset, illi nudam per omnia deam vidisse contigit : hanc vero manibus suis tactum excæcasse : at Chariclo Palladem, ut filio suo oculos restitueret, orasse Quod quum dea efficere non posset, expurgatis illius auribus, omnem omnium avium garritum intelligentem fecisse, eundemque cyaneo sceptro condonasse : quod gestans, æque atque oculatus tuto incedebat.

51.

In bello Thebano Tydeus, a Melanippo Astaci filio vulneratus vehementer indignatus fuisse dicitur. Et quum Amphiaraus Melanippum interfecisset, hunc aiunt caput ejus dedisse Tydeo, qui aperiens id in modum bestiæ cerebrum ebibisset. Illo vero tempore Minervam venisse, ut immortalitate a Jove impetrata eum donaret, sed Tydei inhumanitatem aversatam recessisse : hunc autem, ubi Minervam conspexisset, ex ea petivisse, ut Diomedi filio immortalitatem concederet.

51 a.

Pindarus Protogeniam a Jove raptam et in Mænalum, Arcadiæ montem, transportatam, Opuntis, Eleorum regis, filiam fuisse dicit ; alii vero Protogeniam Pyrrhæ et Deucalionis filiam aiunt, ut Pherecydes libro quinto.

Digitized by Google

Æson (58), Iasonis mater (59), Iason ad Peleum veniens (60), Argus, navis fabricator (61), Tiphys, Argûs gubernator (62), Philammon (63), Iphicles (64), Idas et Lynceus (65), Æthalides (66), Hercules e nave egressus (67), Phineus (68), Harpyiæ (69), Idmon ab apro occisus (70), tauri ignivomi (71). Quod postremum posui fragmentum, si quidem recte ad hunc librum a Scholiasta refertur, pertinet ad jussum Æetæ, non vero ad Iasonem tauros domantem, quod aptum libri finem non præberet, quum sciamus septimo libro de draconte ab Iasone occiso fuisse sermonem. Sed fieri etiam potuit, ut fr. 72 minus recte libro septimo attributum sit.

52.

Schol. Pind. Pyth. IV, 288 : Ταύτην (matrem Phrixi) ὁ μὲν Πίνδαρος ἐν ὕμνοις, Δημωτικὴν φησιν· Ἱππίας δὲ, Γοργῶπιν· Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀθάμαντι, Νεφέλην· Φερεκύδης, Θεμιστώ· ὃς καὶ φησὶ, τῶν καρπῶν φθειρομένων ἐκ ταυτομάτου, ἐθελούσιον δοῦναι ἑαυτὴν εἰς σφαγήν.

53.

Schol. Germanici ad Arietem v. 223, p. 110: *Aries, ut Hesiodus et Pherecydes dicunt, inter astra collocatus est propter Phrixum et Hellen, Athamantis et Nebulæ filios.*

Eratosthenes Cataster. 19 : Οὗτος (ὁ κριὸς) ὁ Φρίξον διακομίσας καὶ Ἕλλην. Ἄφθιτος δὲ ὢν, ἐδόθη αὐτοῖς ὑπὸ Νεφέλης τῆς μητρός. Εἶχε δὲ χρυσῆν δορὰν, ὡς Ἡσίοδος καὶ Φερεκύδης εἰρήκασι. Fragmento quod antecedit patet ultima tantum hujus loci verba : εἶχε ... δορὰν, ad Pherecydem pertinere. Hygini Poet. Astron. 2, 20 : *Aries, qui Phrixum transtulisse ei Hellen dictus est per Hellespontum : quem Hesiodus et Pherecydes ait habuisse auream pellem.*

54.

Schol. Apollon. II, 1253 : Φερεκύδης ἐν ἕκτῳ (codex Paris. omittit verba ἐν ἕκτῳ) Εὐηνίαν (Νηνίαν idem) αὐτὴν φησι καλεῖσθαι.

Hesych. : Ἰοφῶσσα· ἡ χάλκειος, ὥς φησι Φερεκύδης. Sine dubio scribendum, Ἰοφ., ἡ Χαλκιόπη. Codex ἡ χάλκιος.

55.

Schol. Pindar. Pyth. IV, 220 : Ὑπερεία δὲ κρήνη ἐν ταῖς Φεραῖς. ... Φασὶ δέ τινες, ἀπὸ Ὑπέρητος λαβεῖν αὐτὴν τοὔνομα, ὡς Φερεκύδης. Φησὶ γὰρ οὕτω· « Μέλας ὁ Φρίξου γαμεῖ Εὐρύκλειαν. Τῶν δὲ γίνεται Ὑπέρης, ὃς ᾤκει ἐπὶ τῇ κρήνῃ τῇ ἀπ' αὐτοῦ κληθείσῃ Ὑπερείᾳ. »

56.

Schol. Hom. Od. Λ, 289 : Νηλεὺς ὁ Ποσειδῶνος καὶ Τυροῦς παῖς, ἐξελασθεὶς ὑπὸ Πελίου τοῦ ἀδελφοῦ τῆς Ἰωλκοῦ, ἀφίκετο εἰς Μεσήνην τῆς Πελοποννήσου. Καὶ λαβὼν παρὰ ἐγχωρίων, τὴν Πύλον κτίζει. Καὶ γαμεῖ Χλῶριν, τὴν Ἀμφίονος τοῦ Ἰάσου καὶ Φερσεφόνης τῆς Μίου θυγατέρα, βασιλεύει τε οὐ μόνον τῶν Πυλίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν Ὀρχομενῷ καὶ γίνεται εὐδαιμόνων. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. Pro Μίου cum Heynio legendum est Μινύου : εὐδαιμόνων Buttmannus mutat in εὐδαιμονῶν, Sturz. in εὐδαίμων, quod præferendum videtur.

57.

Schol. Homer. Il. Λ, 674 : Νηλεὺς ὁ Ποσειδῶνος ἱππικώτατος τῶν καθ' αὑτὸν γενόμενος, ἔπεμψεν εἰς Ἦλιν ἵππους ἐς τὸν ὑπὸ Αὐγέου συντελούμενον (Venet. cod. ἵππους εἰς τὸν ὑπ' Αὐγείου κεῖσε συντελ.) ἀγῶνα. Νικησάντων δὲ τούτων, φθονήσας Αὐγέας ἀπέσπασε τούτους, καὶ τοὺς ἡνιόχους ἀφῆκεν ἀπράκτους. Νηλεὺς δὲ γνοὺς, ἡσυχίαν ἦγε. Νέστωρ δὲ, ὁ τῶν παίδων αὐτοῦ νεώτατος, στρατὸν ἀθροίσας ἐπῆλθεν Ἤλιδι. Καὶ πολλοὺς ἀποκτείνας, ἀπέλαβε τοὺς ἵππους. Καὶ οὐκ ὀλίγην τῶν πολεμίων ἀπέσυραν λείαν. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. Eadem in Arsen. Violar. p. 372.

LIBER SEXTUS.

52.

Pherecydes ait Phrixi matrem esse Themisto, quæ, quum forte fortuna fructus perderentur, sponte sua se ipsam immolandam præbuisset.

53.

Arieti, qui Phrixum et Hellen per mare transtulit, vellus erat aureum.

54.

Pherecydes dicit Chalciopen (Æetæ filiam, Phrixi uxorem) appellatam esse Eueniam.

Iophossa, Pherecyde auctore, eadem quæ Chalciope.

55.

Melas, Phrixi filius, uxorem ducit Eurycleam. Ex his natus est Hyperes, qui habitabat ad Hyperiam fontem ab eo sic nominatum.

56.

Neleus, Neptuni ex Tyro filius, a Pelia fratre Iolco expulsus venit in Messeniam, Peloponnesi regionem ; ubi terræ parte ab incolis accepta, Pylum condidit. Uxorem duxit Chloridem, natam Amphionis, qui Iasi filius erat, ex Persephone, Minyæ filia : nec solum Pyliis, sed etiam Orchomeniis imperavit, vixitque beate.

57.

Neleus, Neptuni filius, artis equestris omnium qui ejus ætate vitam agebant peritissimus, in Elin misit equos ad certamen, quod Augeas celebravit. Hos victoriam adeptos abstulit Augeas invidia commotus, aurigas vero dimisit laboris fructu carentes. Quod quum cognovisset Neleus, nil adversus illum molitus est : sed Nestor, ejus filius natu minimus, coacto exercitu Elin aggressus est, multisque cæsis recepit equos; atque prædam de hostibus ceperunt non exiguam.

Digitized by Google

58.

Schol. Apollon. I, 411 : Αἰσωνὶς πόλις τῆς Μαγνησίας, ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἰάσονος, ὡς καὶ Πίνδαρος φησὶ καὶ Φερεκύδης. Verba καὶ Φερεκύδης codex Paris. non habet.

Paullo aliter *Steph. Byz.* : Αἴσων, πόλις Θεσσαλίας. ... Καὶ Φερεκύδης τὴν πόλιν Αἰσωνίαν φησί.

59.

Schol. Homer. Odyss. M, 70 : Τυρὼ ἡ Σαλμωνέως, ἔχουσα δύο παῖδας ἐκ Ποσειδῶνος, Νηλέα τε καὶ Πελίαν, ἔγημε Κρηθέα. Καὶ ἴσχει παῖδας ἐξ αὐτοῦ τρεῖς, Αἴσονα, καὶ Φέρητα, καὶ Ἀμυθάονα. Αἴσονος δὲ καὶ Πολυμήλας καθ' Ἡσίοδον γίνεται Ἰάσων, κατὰ δὲ Φερεκύδην ἐξ Ἀλκιμέδης. Τελευτῶν δὲ οὗτος καταλείπει τοῦ παιδὸς ἐπίτροπον τὸν ἀδελφὸν Πελίαν, ἐγχειρίσας αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν, ἵνα αὐξηθέντι τῷ υἱῷ παράσχῃ. Ἡ δὲ τοῦ Ἰάσονος μήτηρ Ἀλκιμέδη δείσασα, δίδωσιν αὐτὸν τρέφεσθαι Χείρονι τῷ Κενταύρῳ.

« Sed Πολυμήλας s. Πολυμίλας nomen ap. schol. Hom. videtur ex Apollod. I, 9, 16, scribendum esse Πολυμήδης, vel Πολυμήδης e Tzetza ad Lycophr. 175, qui eam vocat Autolyci filiam. » *Sturz.*

Schol. Apollon. I, 45 : Φερεκύδης συμφωνεῖ Ἀπολλωνίῳ, λέγοντι Ἀλκιμέδην μητέρα εἶναι Ἰάσονος, τὴν Φυλάκου θυγατέρα. Sic et I, 230.

60.

Schol. Pindar. Pyth. IV, 133 : Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. « Ἦθυε, φησὶν, ὁ Πελίας τῷ Ποσειδῶνι, καὶ προεῖπε πᾶσι παρεῖναι. Οἱ δὲ ἦσαν οἵ τε ἄλλοι πολῖται, καὶ ὁ Ἰήσων· ἔτυχε δὲ ἀροτρεύων ἐγγὺς τοῦ Ἀναύρου ποταμοῦ. Ἀσάνδαλος δὲ διέβαινε τὸν ποταμόν· διαβὰς δὲ, τὸν μὲν δεξιὸν ὑποδεῖται πόδα· τὸν δὲ ἀριστερὸν, ἐπιλήθεται. Καὶ ἔρχεται οὕτως ἐπὶ δεῖπνον. Ἰδὼν δὲ ὁ Πελίας, συμβάλλει τὸ μαντήϊον. Καὶ τότε μὲν ἡσύχασε. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ μεταπεμψάμενος ἤρετο ὅ τι ποιοίη, εἰ αὐτῷ χρησθείη ὑπό του τῶν πολιτῶν ἀποθανεῖν. Ὁ δὲ Ἰήσων, πέμψαι ἂν εἰς Αἶαν αὐτὸν, ἐπὶ τὸ κῶας τὸ χρυσόμαλλον, ἄξοντα ἂν ἀπὸ Αἰήτεω. Ταῦτα δὲ τῷ Ἰήσονι Ἥρη ἐς νόον βάλλει, ὡς ἔλθοι ἡ Μήδεια τῷ Πελίᾳ κακόν. » Ὅτι δὲ ἐκ τοῦ Ἀναύρου ποταμοῦ μόγις τὸ πέδιλον ἔσωσεν, ἱστορεῖ καὶ Ἀπολλώνιος (I, 10.).

61.

Schol. Apollon. I, 4 : Ὁ Ἀπολλώνιος καλεῖ τὴν Ἀργὼ, ἀπὸ Ἄργου τοῦ κατασκευάσαντος· Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Ἄργου τοῦ Φρίξου υἱοῦ.

62.

Scholia Parisina Apollon. I, 105 : Ὁ δὲ Φερεκύδης Ποτνιέα ἱστορεῖ τὸν Τῖφυν εἶναι. Αἰσχηλος (leg. Αἰσχύλος) δὲ τὸν Τῖφυν ἐν τῇ Ἀργοῖ Ἴφιν καλεῖ. Ποτνιέα pro Ποντέα emendavit C. O. Müller de Minyis p. 264.

63.

Schol. Apollon. I, 23 : Φερεκύδης ἐν τῇ ϛ', Φιλάμμωνα φησὶ καὶ οὐκ Ὀρφέα συμπεπλευκέναι· εἶναι δὲ Ὀρφέα, κατὰ μὲν Ἀσκληπιάδην Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης, κατὰ δὲ ἑνίους, Οἰάγρου καὶ Πολυμνίας.

Philammonis hujus genus e Pherecyde refert Schol. Hom. Odyss. T, 432 : Φιλωνὶς ἡ Δηϊόνος θυγάτηρ, οἰκοῦσα τὸν Παρνασσὸν, ἐν αὐτῷ παρελέχθη καὶ Ἀπόλλωνι. Εἶχε γὰρ τὸ κάλλος ἐράσμιον ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τοὺς θεοὺς ζηλοτυποῦντας κατὰ τὸ αὐτῇ (Buttmann. αὐτὸ) θελῆσαι μίσγεσθαι. Εἶτα ἐκ μὲν τοῦ Ἀπόλλωνος γίνεται Φιλάμμων ἀνὴρ σοφιστὴς, ὃς καὶ πρῶτος ἐδόκει χοροὺς συστήσασθαι παρθένων, ἐκ τοῦ Ἑρμοῦ Αὐτόλυκος, ὃς οἰκῶν τὸν Παρνασσὸν πλεῖστα κλέπτων ἐθησαύριζεν. Εἶχε γὰρ ταύτην τὴν

58.

Æsonis, urbs Magnesiæ, quæ ab Jasonis patre nomen habet.

Æson, urbs Thessaliæ, quam Pherecydes Æsoniam nominat.

59.

Tyro, Salmonei filia, quæ duos filios e Neptuno habebat, Neleum et Peliam, nupsit Cretheo; cui tres ex ea nati sunt filii, Æson, Pheres, Amythaon. Æson ex Polymila, Hesiodo auctore, sed secundum Pherecydem ex Alcimeda, genuit Iasonem. Moriens autem filii tutorem reliquit Peliam fratrem, cui etiam regnum commisit, quod filio adulto traderet. Sed mater Iasonis, verita ne male haberetur a Pelia, filium educandum tradidit Chironi Centauro.

Pherecydes concinit Apollonio Alcimeden, Phylaci filiam, dicenti matrem esse Iasonis.

60.

Peleus sacra fecit Neptuno, ad eaque celebranda omnes cives et inter eos Iasonem invitaverat. Hic, qui tum temporis forte arabat ad Anaurum fluvium, non calceatus fluvium permeavit, sed in altera ripa dextrum calceamentum subligat, sinistrum obliviscitur. Sic venit ad convivium. Quem quum Pelias conspiceret, memor est oraculi, sed tacitum se præbet. Verum crastino die advocatum interrogat, quidnam faceret, si oraculo edoctus esset ex aliquo civium sibi pereundum esse. Respondet Iason eum se in Æam, vellus aureum ab Æeta petitum, missurum esse. Hæc enim Juno ei suggessit, ut Medea veniret malum allatura Peliæ.

61.

Pherecydes Argo navem ab Argo Phrixi filio denominatam dicit.

62.

Pherecydes dicit Tiphyn fuisse Potnieum.

63.

Pherecydes Philammonem dicit, neque vero Orpheum, cum Argonautis navigasse.

Philonis, Deionis filia, in Parnasso, ubi habitabat, cum Mercurio et Apolline concubuit. Venustatis enim erat amorem tantopere inflammantis, ut ipsi dii de ejus consuetudine mutua invidia inter se flagrarent. Et ex Apolline quidem natus est Philammon, homo sapiens, qui primus videtur choros virginum instituisse; ex Mercurio vero Autolycus, qui in Parnasso habitans multas

Digitized by Google

τέχνην παρὰ τοῦ πατρὸς, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους, ὅτε κλέπτοι τι, λανθάνειν, καὶ τὰ θρέμματα τῆς λείας ἀλλοιοῦν εἰς ὃ θέλοι μορφῆς, ὥστε πλείστης αὐτὸν δεσπότην γενέσθαι λείας. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

« Ante verba καὶ Ἀπόλλωνι Munckerus ad Hygin. l. l. omissum putat nomen Ἑρμῇ, quod sane desiderari videtur a sequentibus. Et Buttmannus legendum putat παρελέχθη καὶ Ἑρμῇ καὶ Ἀπόλλωνι. Participium ζηλοτυποῦντας non habet unde pendeat, nisi intelligere velimus εἶναι vel γενέσθαι, et ante genitivum Ἑρμοῦ desideratur particula δὲ, quam Buttm. inseruit. » *Sturz.*

64.

Schol. Apollon. I, 45 : Ἐπισημαίνεσθαι δ' ἄξιον, ὡς οὔτε Ἡσίοδος οὔτε Φερεκύδης φησὶ συμπεπλευκέναι τοῖς Ἀργοναύταις Ἴφικλον.

65.

Schol. Apollon. I, 152 : Φερεκύδης τὴν μητέρα τῶν περὶ Ἴδαν, Ἀρήνην φησὶν, ἀφ' ἧς ἡ πόλις· Πείσανδρος, Πολυδώραν· Θεόκριτος, Λαοκόωσαν. Οὗτοι δὲ συνήκμαζον τοῖς Διοσκούροις. Codex Paris.: Ἀρήνην Φερεκύδης φησὶν μητέρα γεγονέναι Λυγκέως καὶ Ἴδου, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Ἀρήνη etc.

66.

Schol. Apollon. I, 645 : Φερεκύδης φησὶν, ὅτι δῶρον εἶχε παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ ὁ Αἰθαλίδης, τὸ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ποτὲ μὲν εἰς ᾅδου, ποτὲ δὲ ἐν τοῖς ὑπὲρ τὴν γῆν τόποις εἶναι.

67.

Schol. Apollon. I, 1290 : Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ φησὶν ἐκβιβασθέντα τὸν Ἡρακλέα διὰ τὸ καταβαρεῖσθαι τὴν Ἀργὼ ὑπὸ τοῦ ἥρωος. Τούτῳ καὶ Ποσείδιππος ὁ ἐπιγραμματογράφος ἠκολούθησε καὶ Φερεκύδης.

Apollod. I, 9, 19 : Φερεκύδης αὐτὸν ἐν Ἀφέταις τῆς Θεσσαλίας ἀπολειφθῆναι λέγει, τῆς Ἀργοῦς φθεγξαμένης, μὴ δύνασθαι φέρειν τὸ τούτου βάρος.

68.

Schol. Apollon. II, 181 : Ὅτι δὲ ἦρχεν ὁ Φινεὺς μέχρι τοῦ Βοσπόρου Θρᾳκῶν πάντων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ (εἰσὶ δὲ οὗτοι Βιθυνοί τε [codex Paris. Θυννοὶ] καὶ Παφλαγόνες), Φερεκύδης ἐν τῇ ς' φησί.

69.

Schol. Apollon. II, 271 : Ὅτι διὰ τοῦ Αἰγαίου πόντου καὶ τοῦ Σικελικοῦ αὐτὰς (Harpyias) ἐδίωκον (Boreæ filii), Φερεκύδης ἐν ἕκτῃ φησί.

Schol. Apollon. ib. 299 : Φερεκύδης ἐν ς' (codex Paris. ἐν τῇ γ') φησὶν, εἰς τὸ σπέος αὐτὰς (Harpyias) φυγεῖν τῆς Κρήτης τὸ ὑπὸ τῷ λόφῳ τῷ Ἀργινοῦντι.

70.

Schol. Apollon. I, 139 : Ὁ Ἴδμων, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης, παῖς ἦν Ἀστερίας τῆς Κορώνου καὶ Ἀπόλλωνος, οὗ καὶ Λαοθόης, Θέστωρ· τοῦ δὲ Κάλχας. Ἀναιρεῖται δὲ Ἴδμων ἐν Μαριανδυνίᾳ ὑπὸ κάπρου.

71.

Schol. Apollon. II, 411 : Agrum itium Marti sacrum, quem Apollonius τετράγυιον vocat, et quem Æetes duobus tauris æripedibus et ignivomis junctis colebat, πεντηκοντόγυιον φησὶ Φερεκύδης ἐν τῇ ἕκτῃ. Codex Paris. omisit ἐν τῇ ἕκτῃ.

De tauris ipsis hæc habet idem Schol. ad v. 230 : Ὅτι χαλκόποδες οἱ ταῦροι καὶ πῦρ πνέοντες, καὶ Φερεκύδης φησί.

LIBER SEPTIMUS.

Reliqua pars expeditionis Argonautarum. Draco ab Iasone interfectus (72), Absyrtus (73), Medea Iasoni et Bacchi nutricibus juventutem restituens (74). Hactenus de Crethei ex Tyro filio Æsone, ejusque nepote Iasone. Alterum filium Cretheus habuit Amythaonem, cui erant Bias et Melampus, de quibus exstat fragmentum 75 (cf.

---

furto opes collegit : hanc enim artem acceptam habuit a patre, ut, si furaretur aliquid, homines lateret, et pecudes prædando abactas in quamlibet formam mutaret; ideoque magnam earum copiam possidebat.

64.

Iphiclus neque a Pherecyde neque ab Hesiodo inter Argonautas refertur.

65.

Idæ et Lyncei fratrum mater est Arene, a qua urbs nomen accepit.

66.

Æthalides id accepit donum a Mercurio, ut ejus anima modo in orco, modo in corpus rediens inter homines in terra versari posset.

67.

Hercules ut e nave egrederetur monitus est, quum Argo herois pondere nimis aggravaretur.

Hercules Aphetis Thessaliæ urbe, relictus est, propterea quod Argo hujus herois pondus se perferre haudquaquam posse dictitabat.

68.

Phineus usque ad Bosporum Thracicum omnibus Asiæ populis (Bithynis et Paphlagonibus) imperavit.

69.

Boreæ filii per mare Ægæum et Siculum Harpyias persecuti sunt.

Harpyiæ in cavernam fugerunt, quæ in Creta est sub colle Arginunte.

70

Idmon filius erat Asteriæ, Coroni filiæ, et Apollinis. Idmoni ex Laothoe erat Thestor, cujus filius est Calchas. Idmon in Mariandynia ab apro interfectus est.

71.

Ager Martius (quam Iason ab Æete jussus aravit) quinquaginta jugerum erat.

Tauri erant æneis ungulis, et ignem spirabant.

Digitized by Google

24), septimo libro expressis verbis adscriptum. Tertius Crethei filius erat Pheres, Pheretis erat Admetus, ex cujus historia fr. 76 de Apolline desumtum esse verbis παρ' αὐτὸν τὸν Ἄδμητον ἔργεται indicatur. — 4, *Deion*, hujus Cephalus, de quo fr. 77. — 5 *Sisyphus* (78), Thersander, Prœtus, cujus filia est Mæra (79).

72.

Schol. Apollon. IV, 156 : Φερεκύδης φησὶν ἐν ἑβδόμῳ, φονευθῆναι τὸν δράκοντα ὑπὸ Ἰάσονος.

73.

Schol. Apollon. IV, 223 : Φερεκύδης ἐν ἑβδόμῳ (τετάρτῳ cod. Paris.) τὴν Μήδειαν φησὶν ἆραι τὸν Ἄψυρτον ἐκ τῆς κοίτης, Ἰάσονος εἰπόντος αὐτῇ, καὶ ἐνεγκεῖν πρὸς τοὺς Ἀργοναύτας. Ἐπεὶ δὲ ἐδιώχθησαν, σφάξαι, καὶ μελίσαντας ἐκβαλεῖν εἰς τὸν ποταμόν.

Et ad v. 228 : Φερεκύδης ἐν ἑβδόμῳ, διωκομένους ἀναδιδάσαι ἐπὶ τὴν ναῦν τὸν Ἄψυρτον, καὶ μελίσαντας ῥῖψαι εἰς τὸν ποταμόν.

Schol. Eurip. Med. 167 : Ὁ Φερεκύδης διὰ τοῦ ξ (Ἄξυρτον) ὀνομάζει αὐτόν (τὸν Ἄψυρτον). Probabilis tamen conjectura est Matthiæi, qui ad Schol. Eur. Med. 169, pro ξ ponit ζ, ita ut διὰ τοῦ ζ sit : *pluribus locis libri septimi, passim in libro septimo.*

74.

Schol. Eurip. Med. argument. : Φερεκύδης καὶ Σιμωνίδης φασὶν, ὡς ἡ Μήδεια ἀνεψήσασα τὸν Ἰάσονα νέον ποιήσειε.

Schol. Aristoph. Equitt. 1318 : Ἡ Μήδεια λέγεται, ὡς μὲν Αἰσχύλος ἱστορεῖ, τὰς τροφοὺς τοῦ Διονύσου ἀφεψήσασα ἀνανεάσαι ποιῆσαι μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν· ὡς δ' ὁ τοὺς Νόστους ποιήσας, καὶ τὸν Αἴσονα,... Φερεκύδης δὲ καὶ Σιμωνίδης τὸν Ἰάσονα.

75.

Schol. Homer. Odyss. Λ, 289 : Νηλεὺς ὁ Ποσειδῶνος ἔχων θυγατέρα Πηρῶ τοὔνομα, κάλλει εὐπρεπεστάτην, οὐδενὶ ταύτην ἐξεδίδου πρὸς γάμον, εἰ μὴ πρότερον ἐκ Φυλάκης τὰς τῆς μητρὸς Τυροῦς ἐλάσειέν τις βοῦς παρ' Ἰφίκλου. Πάντων δὲ ἀπορουμένων, Βίας ὁ Ταλαοῦ (sc. πατὴρ) μόνος ὑπέσχετο δράσειν τοῦτο· καὶ πείθει τὸν ἀδελφὸν Μελάμποδα, ῥέξαι τὸ ἔργον. Ὁ δὲ καίπερ εἰδὼς, ἅτε δὴ μάντις, ὅτι ἁλώσεται ἐνιαυτὸν, εἰς τὴν ὀφρὺν ἀφικνεῖται ἐπὶ τὰς βοῦς. Οἱ δὲ φύλακες ἐνταῦθα καὶ οἱ βουκόλοι κλέπτοντα αὐτὸν λαμβάνουσι καὶ παραδιδόασιν Ἰφίκλῳ, καὶ δεθεὶς ἐφυλάσσετο, παρεζευγμένων αὐτῷ θεραπόντων δύο, ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ αὐτὸν ἐπιεικῶς ἐθεράπευεν, ἡ δὲ γυνὴ φαυλότερον. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐνιαυτὸς ὀλίγον πρὸς τὸ τελειωθῆναι περιῆει, Μελάμπους ἀκούει ὑπερθέν τινων σκωλήκων διαλεγομένων, ὅτι καταβεβρώκοιεν τὴν δοκόν. Καὶ τοῦτο ἀκούσας καλεῖ τοὺς διακόνους, καὶ κελεύει αὐτὸν ἐκφέρειν, τῆς κλίνης λαμβανομένους τὴν μὲν γυναῖκα πρὸς ποδῶν, τὸν δὲ ἄνδρα πρὸς κεφαλῆς. Οἱ δὲ αὐτὸν ἀναλαβόντες ἐκφέρουσιν. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ ἡ δοκὸς κατακλᾶται καὶ ἐπιπίπτει τῇ γυναικὶ, καὶ κτείνει αὐτήν. Ὁ δὲ ἀνὴρ ἐξαγγέλλει τῷ Φυλάκῳ, ὁ δὲ Φύλακος Ἰφίκλῳ τὰ γενόμενα. Οἱ δὲ ἐλθόντες παρὰ τὸν Μελάμποδα, ἐρωτῶσι αὐτὸν, τίς ἐστιν. Ὁ δὲ ἔφη μάντις εἶναι. Οἱ δὲ αὐτῷ τὰς βοῦς ὑπισχνοῦνται δώσειν, ἐὰν μηχανήν τινα εὕρῃ παίδων γενέσεως Ἰφίκλῳ, καὶ πιστοῦνται ταῦτα. Ὁ δὲ Μελάμπους βοῦν ἱερεύσας τῷ Διΐ, διαιρεῖ μοῖρας πᾶσι τοῖς ὄρνισιν. Οἱ δὲ ἔρχονται πάντες πλὴν ἑνὸς αἰγυπιοῦ. Ὁ δὲ Μελάμπους ἐρωτᾷ πάντας τοὺς ὄρνιθας, εἴ τις οἶδε μηχανὴν, πῶς ἂν Ἰφίκλῳ γένοιντο παῖδες. Ἀποροῦντες δὲ ἐκεῖνοι, κομίζουσι τὸν αἰγυπιόν. Οὗτος δὲ τὴν αἰτίαν τῆς ἀπαιδίας σποράς

LIBER SEPTIMUS.

72.

Iason draconem interfecit.

73.

Medea Iasonis jussu Absyrtum e lecto sublatum ad Argonautas transportavit; quum vero fugerent, ut persequentes morarentur membratim dissectum et jugulatum in fluvium abjecerunt.

74.

Medea Iasonem decoctum juvenem reddidit.

Medea, ut Æschylus quidem narrat, Bacchi nutrices cum earum maritis coxisse, atque ita juventutem iis restituisse dicitur. Sicut vero is qui Nostos composuit, tradit, idem fecit Æsoni, et, secundum Pherecydeam et Simonidem, Iasoni.

75.

Neleus, Neptuni filius, quam habuit Peronem eximiæ venustatis filiam nemini in matrimonium dare voluit, nisi qui prius e Phylace boves Tyrûs matris ab Iphiclo abegisset. Omnibus hæsitantibus, solus Bias, Talai pater, id se facturum esse promisit, et Melampodi fratri persuasit ut hanc rem perageret. Is quamvis bene sciret, quippe qui vates esset, fore ut per annum captivus detineretur, in Othryn montem ascendit, unde boves abigeret. Verum custodes et bubulci ex improviso eum deprehendunt; atque Iphiclo traditus et in vincula conjectus a duobus famulis ei astrictis, viro et femina, custoditur. Et vir quidem bene ministerio suo fungebatur, minus autem femina. Sed quum paulum tantum abesset, quin annus circumageretur, Melampus vermium quorundam de trabe corrosa desuper audit colloquium. Itaque famulos advocat, eosque jubet se exportare, ita quidem ut mulier inferiorem lecti partem, ubi pedes, vir eam, ubi caput positum erat, manibus prehendant. Sic sublatum efferunt. Sed hoc dum agunt, trabs dirumpitur et in mulierem incidens eam interficit. Vir quæ accidissent Phylaco nuntiat, hic Iphiclo. Veniunt illi ad Melampodem, ex eoque quærunt qui sit. Hic se vatem esse respondet. Tum boves ei se daturos esse pollicentur, si quidem efficere posset, ut filii nascerentur Iphiclo, et sponsione se obstringunt. Melampus igitur Jovi mactat bovem, cujus partes inter omnes aves distribuit. Advolant omnes præter unum vulturem. Melampus cunctos interrogat, si quis sciret, quomodo filii futuri essent Iphiclo. Quum vero nihil in medium afferre possent, adducunt vulturem. Is causam cur mascula prole

Digitized by Google

εὐθέως εἶρεν. Διῶξαι γὰρ τὸν Φύλακον μετὰ μαχαίρας τὸν Ἰφικλον ἔτι νεογνὸν ὄντα διὰ τὸ ἰδεῖν αὐτὸν ἄτοπόν τι ποιοῦντα. Ἔπειτα τὸν Φύλακον μὴ καταλαμβάνοντα, πῆξαι τὴν μάχαιραν εἰς τινα ἄχερδον, καὶ περιφῦναι αὐτῇ τὸν φλοιόν. Τὸν δὲ Ἰφικλον διὰ τὸ δέος μηκέτι παῖδας ποιῆσαι. Ἐκέλευσεν οὖν ὁ αἰγυπιὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἐν τῷ ἀχέρδῳ κομίζειν, καὶ ἀποσμήξαντα τὸν ἰὸν διδόναι ἀπ' αὐτῆς πιεῖν ἐν οἴνῳ δέκα ἡμέρας Ἰφίκλῳ· γεννῆσαι δὲ αὐτῷ παῖδας ἐκ τούτου. Ποιήσας δὲ ὁ Ἰφικλος τοῦτο, τὴν γονὴν ἀναῤῥώννυσι. Καὶ ἴσχει Ποδάρκην παῖδα. Καὶ δίδωσι τὰς βοῦς τῷ Μελάμποδι. Ἃς λαμβάνει αὐτὴν τῷ ἀδελφῷ Βίαντι πρὸς γάμον, καὶ αὐτῷ γίνονται παῖδες, Περιαλκὴς, καὶ Ἄρητος (leg. Ἀρήϊος) καὶ Ἀλφεσίβοια. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ ἐν τῇ ἑβδόμῃ.

Ὀφρύν. Barnesius emendat Ὄθρυν probantibus Buttmanno et Sturzio. Pro αἰτίαν τῆς ἀπαιδίας σπ. Buttmannus poni jubet αἰτίαν τῆς ἄπαιδος σπορᾶς. Verba ἀπ' αὐτῆς Sturzio videntur remotiora esse, quam ut commode possent ad μάχαιραν referri, quare mavult ἀπ' αὐτοῦ, sc. ἰοῦ. Pro γεννῆσαι scribendum est vel cum Buttmanno γεννήσεσθαι δὲ αὐτῷ, vel cum Sturzio γεννήσειν δὲ αὐτὸν. In ἃς λαμβάνει αὐτὴν sqq. plura excidisse apparet, quæ tamen restitui possunt ex Eustath. p. 1685, 44, ἃς λαμβ. καὶ ἀγαγὼν εἰς Πύλον δίδωσι Νηλεῖ ἕδνα τῆς Πηροῦς, καὶ λαμβάνει etc. — Buttm. edidit ἃς λαβὼν καὶ ἀγαγὼν δίδωσι Νηλεῖ ἕδνα τῆς Πηροῦς, καὶ λαμβάνει etc.

76.

Schol. Eurip. Alc. 1: Φερεκύδης οὕ φησι τοὺς Κύκλωπας ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀνῃρῆσθαι, ἀλλὰ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, γράφων οὕτω· « Παρ' αὐτὸν τὸν Ἄδμητον ἔρχεται Ἀπόλλων θητεύσων ἐνιαυτὸν, Διὸς κελεύσαντος, ὅτι κτείνει τοῦ Βρόντεω καὶ Στερόπεω καὶ Ἄργεω παῖδας. Κτείνει δὲ αὐτοὺς Ἀπόλλων, Διὶ μεμφθεὶς, ὅτι κτείνει Ζεὺς Ἀσκληπιὸν τὸν παῖδα αὐτοῦ κεραυνῷ ἐν Πυθῶνι. Ἀνέστησε γὰρ ἰώμενος τοὺς τεθνεῶτας. »

77.

Schol. Homer. Odyss. Λ, 320: Κέφαλος ὁ Δηϊονέως γήμας Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως, ἐν τῇ Θορικέων κατῴκει. Θέλων δὲ τῆς γυναικὸς ἀποπειρᾶσθαι, λέγεται εἰς ἀποδημίαν ἐπὶ ἔτη ἀκτὼ, καταλιπὼν αὐτὴν ἔτι νύμφην οὖσαν. Ἔπειτα κατακοσμήσας, καὶ ἀλλοειδῆ ἑαυτὸν ποιήσας, ἔρχεται εἰς τὴν οἰκίαν, ἔχων κόσμον· καὶ πείθει τὴν Πρόκριν δέξασθαι τοῦτο, καὶ συμμιγῆναι αὐτῷ. Ἡ δὲ Πρόκρις ἐποφθαλμίσασα τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν Κέφαλον ὁρῶσα κάρτα καλὸν, συγκοιμᾶται αὐτῷ. Ἐκφήνας δὲ ἑαυτὸν ὁ Κέφαλος, αἰτιᾶται τὴν Πρόκριν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καταλλαγεὶς ἐξέρχεται ἐπὶ θήραν. Πυκνῶς δὲ αὐτοῦ τοῦτο ὁρῶντος, ὑπώπτευσεν ἡ Πρόκρις, ὅτι μίσγεται γυναικὶ ἑτέρᾳ. Προσκαλεσαμένη οὖν τὸν οἰκέτην ἔλεγεν εἰ σύνοιδεν. Ὁ δὲ θεράπων ἔφη τὸν Κέφαλον ἰδεῖν ἐπί τινος ὄρους κορυφὴν, καὶ λέγειν συχνῶς· ὦ Νεφέλα (*Buttm.* νεφέλη), παραγενοῦ. Καὶ τοῦτο μόνον συνειδέναι. Ἡ δὲ Πρόκρις ἀκούσασα ἔρχεται εἰς ταύτην τὴν κορυφὴν, καὶ καταχρύπτεται. Καὶ τὸ αὐτὸ λέγοντος αὐτοῦ πυθομένη, προστρέχει πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ Κέφαλος ἰδὼν αὐτὴν αἰφνιδίως, ἔξω ἑαυτοῦ γίνεται· καὶ ὥσπερ εἶχε βάλλει τῷ μετὰ χεῖρα ἀκοντίῳ τὴν Πρόκριν, καὶ κτείνει. Μεταπεμψάμενος δὲ τὸν Ἐρεχθέα, θάπτει πολυτελῶς αὐτήν. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ ἐν τῇ ζῃ (ἐν τῇ ἑβδόμῃ Buttm.).

Ἐν τῇ Θοριέων sc. φυλῇ. Hæc quum vix possint recte habere, haud dubie cum Sturzio scribendum est ἐν τῷ Θοριέων vel potius Θορίκῳ

Iphiclus careret, statim detexit. Etenim Phylacum cultro persecutum esse Iphiclum adhuc parvulum, quia absurdum aliquid facientem vidisset. Sed quum fugientem non esset assecutus, cultrum impegisse arbori cuidam spinigeræ, cujus cortex eum ambiens annuis incrementis tantum non obduxisset. Iphiclum vero tanto perculsum esse terrore, ut inde ab hoc tempore non potuisset gignere filios. Jussit igitur vultur cultrum, qui in ista arbore esset, afferri, æruginem ab eo abstergi eamque vino immixtam per decem dies bibendam dari Iphiclo; inde eum liberos procreaturum esse. Fecit hoc Iphiclus, et hinc pristinum generationis robur ei redditum est. Filium nactus est Podarcen. Melampodi autem boves dedit, quas Pylum ille abigens Neleo dedit munera sponsalia, et Peronem adduxit fratri, qui matrimonio eam sibi jungeret. Procreati ab eo sunt Perialces, Areius, Alphesibœa.

76.

Ad hunc Admetum venit Apollo Jovis jussu per annum serviturus, quod Brontæ et Steropæ et Argæ filios interfecerat. Eos autem interfecit Apollo Jovi iratus, quia Æsculapium filium in Pythia fulmine occiderat. Mortuos enim arte sua vitæ reddidit.

77.

Cephalus, Deionis filius, cum Procride uxore, Erechthei filia, habitabat in demo Thorico. Is quum fidem uxoris tentare vellet, se peregrinaturum dicit per octo annos, illamque adhuc virginem relinquit. Deinde vero componens se, figura commutata, cum mundo muliebri domum ingressus suadet Procridi, ut dona hæc accipere velit atque se cum ea concumbere patiatur. Procris oculos pascens aureo monili, et Cephalum perpulcrum esse videns, latus ei componit. Tum Cephalus veram suam formam manifestans accusat Procridem; nihilominus tamen in gratiam cum ea rediens venandi causa proficiscitur. Quod quum crebrius faceret, suspicio Procridi subnata est, ne cum alia muliere consuesceret. Igitur ex servo domestico, quem advocat, quærit num hujus rei conscius esset. Respondet famulus vidisse se Cephalum in summa montis cujusdam parte versantem et assidue repetentem verba: « *veni, Nephela* »; præter hoc se nihil scire. Quibus auditis Procris in montis cacumen ascendit, ubi frutice sese abscondit; et postquam eadem verba pronuntiantem cognoverat, ad eum accurrit: quam quum Cephalus repente conspiceret, sui non compos, ut erat, jaculum, quod ma-

Digitized by Google

sc. δήμῳ. Pro λέγεται legendum videtur λέγει ἐναι.

78.

Schol. Homer. Il. Z, 153 : Διὸς τὴν Ἀσωποῦ θυγατέρα Αἴγιναν ἀπὸ Φλιοῦντος εἰς Οἰνώνην διὰ τῆς Κορίνθου μεταβιβάσαντος, Σίσυφος ζητοῦντι τῷ Ἀσωπῷ τὴν ἁρπαγὴν ἐπιδεικνύει τέχνῃ, καὶ διὰ τοῦτο ἐπεσπάσατο εἰς ὀργὴν καθ' ἑαυτοῦ τὸν Δία. Ἐπιπέμπει οὖν αὐτῷ τὸν Θάνατον. Ὁ δὲ Σίσυφος αἰσθόμενος τὴν ἔφοδον, δεσμοῖς κρατεροῖς ἀποδεσμοῖ τὸν Θάνατον. Διὰ τοῦτο οὖν συνέβη οὐδένα τῶν ἀνθρώπων ἀποθνήσκειν, ἕως ἂν αὐτὸν Ἄρης τῷ Θανάτῳ παρέδωκε, καὶ τὸν Θάνατον τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε· πρὶν ἢ δὲ ἀποθανεῖν τὸν Σίσυφον, ἐντέλλεται τῇ γυναικὶ Μερόπῃ, τὰ νενομισμένα μὴ πέμπειν εἰς Ἅδου. Καὶ μετὰ χρόνον οὐκ ἀποδιδούσης τῷ Σισύφῳ τῆς γυναικὸς, ὁ Ἅδης πυθόμενος, μεθίησιν αὐτὸν, ὡς τῇ γυναικὶ μεμψόμενον. Ὁ δὲ εἰς Κόρινθον ἀφικόμενος, οὐκ ἔτι ὀπίσω ἄγει, πρὶν ἢ γηραιὸν αὐτὸν ἀποθανόντα ** κυλινδεῖν ἠνάγκασεν εἰς (Villois. ἐν) Ἅδου λίθον, πρὸς τὸ μὴ πάλιν ἀποδρᾶναι. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. Ante πέμπειν εἰς Ἅδου inserui μὴ, quod necessarium videbatur, et post ἀποθανόντα lacunam indicavi.

79.

Schol. Homer. Odyss. Λ, 325 : Μαίρα, ἡ Προίτου τοῦ Θερσάνδρου θυγάτηρ καὶ Ἀντείας τῆς Ἀμφιάνακτος, ἐγένετο κάλλει διαπρεπεστάτη. Ἡγουμένη δὲ περὶ πλείονος τὴν παρθενίαν, εἵπετο τῇ Ἀτρέμιδι ἐπὶ τὰ κυνηγέσια. Ταύτης ἐρασθεὶς Ζεὺς ἀφικνεῖται ὡς αὐτὴν, καὶ λανθάνων διαφθείρει. Ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη τίκτει Λοκρὸν τὸ ὄνομα παῖδα, ὃς Θήβας μετ' Ἀμφίονος καὶ Ζήθου οἰκίζει. Τὴν δὲ Μαίραν λέγεται τοξευθῆναι ὑπὸ Ἀρτέμιδος, διὰ τὸ μηκέτι παραγίνεσθαι εἰς τὰ κυνηγέσια. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

LIBER OCTAVUS.

Æoli filiæ. De sola Calyces progenie et de venatione apri Calydonii fragmenta supersunt, quæ secundum Apollodori narrationem ita se excipiunt : de Endymione (80), de Ancæo (81), de Thersite (82), de Tydeo (83). Addidi quamvis valde dubitanter, fragmentum de Minya, qui, ut Tzetz. ad Lycophr. 873 dicit, Trigeniam vel Tritogeniam, Æoli filiam, uxorem habuit. Melius fortasse referetur inter Sisyphi progeniem, de qua in libro septimo.

80.

Schol. Apollon. IV, 57 (et Phavorin. in v. Λάτμιον) : Τὸν Ἐνδυμίωνα Ἡσίοδος μὲν Ἀεθλίου τοῦ Διὸς καὶ Καλίκης παῖδα λέγει, παρὰ Διὸς εἰληφότα δῶρον, αὐτὸν ταμίαν εἶναι θανάτου, ὅτε θέλοι (Phav. μέλοι) ὁλέσθαι. Καὶ τὰ αὐτά φησιν Ἀκουσίλαος καὶ Φερεκύδης. Pro θέλοι scribendum esse μέλλοι docuerunt Schæfer ad l. l., Bast. ad Gregor. Corinth., Porson. in Adv. p. 262.

81.

Schol. Apollon. I, 188 : Φερεκύδης ἐν τῇ ὀγδόῃ φησὶ, τὸν Ἀγκαῖον ὑπὸ τοῦ Καλυδωνίου συὸς πληγέντα τὸν μηρὸν ἀποθανεῖν.

82.

Schol. Homer. ad Il. B, 212 : Φερεκύδης δὲ τοῦτον (τὸν Θερσίτην) ἕνα τῶν ἐπὶ τὸν Καλυδώνιον κάπρον στρατευσάντων φησὶ, ὑποδείσαντα δὲ καὶ τὴν τοῦ συὸς ἐκκλίνοντα μάχην ὑπὸ Μελεάγρου κατακρημνισθῆναι. Διὸ καὶ λελωβῆσθαι τὸ σῶμα.

83.

Apollod. I, 8, 5 : Τυδεὺς ἀνὴρ γενόμενος γενναῖος, ἐφυγαδεύθη, κτείνας... ὡς Φερεκύδης φησὶν, Ὠλενίαν ἀδελφὸν ἴδιον. Schol. Homer. Il. Ξ, 120 : Τυδεὺς ὁ Οἰνέως, Αἰτωλὸς μὲν ἦν τὸ γένος, ἀνδρειότατος δὲ

---

nu tenebat, conjecit in Procridem eamque interfecit. Deinde arcessito Erechtheo magnifice eam sepelivit.

78.

Quum Jupiter Æginam, Asopi filiam, a Phliunte oppido per Corinthum in Œnonen abstulisset, Sisyphus Asopo quærenti raptum callide indicat : quare Jovis iram sibi contraxit. Itaque misit ei Mortem; quam quum advenientem sensisset, in strenua vincula Sisyphus conjecit : unde accidit, ut nemo moreretur, dum Mars vincula Mortis solveret eique traderet Sisyphum. Hic vero ante mortem Meropæ uxori jusserat ne sibi mortuo inferias mitteret. Deinde quum nulla manibus sacrificia ferrentur, Hades, re cognita, ad superos eum remittit, ut uxorem reprehenderet. Sed ille, ubi Corinthum venerat, non rediit. Postquam vero senectute confectus diem obierat, lapidem in Tartaro volvere coactus est, ne denuo aufugeret.

79.

Mæra, filia Prœti, qui Thersandri filius erat, ex Antea, Amphianactis filia, summa pulcritudine excellebat. Quæ quum maximi faceret virginitatem, Dianæ se adjunxit venationis sociam. Sed Jupiter ejus amore captus accedit, eumque nesciam vitiat. Hæc gravida facta filium parit Locrum, qui Thebas cum Amphione et Zetho condit. Mæram vero narrant a Diana sagitta interfectam esse, quod jam non amplius venisset ad venandum.

LIBER OCTAVUS.

80.

Endymionem Hesiodus dicit Aethlii, Jovis filii, e Calice filium, qui ab Jove dono accepisset, ut mortis suæ arbiter ipse esset. Eadem narrant Acusilaus et Pherecydes.

81.

Ancæus ab apro Calydonio in femore vulneratus obiit.

82.

Inter eos, qui contra aprum Calydonium profecti sunt, solus Thersites propter ignaviam suam pugnam cum sue vitavit. Qui quum a Meleagro de loco edito præcipitaretur, corpus ejus deformatum est.

83.

Tydeus, Œnei filius, Ætolus, suæ ætatis fortissimus, quum puer adhuc esset, vidit patrem propter senectutem ab Agrii filiis regia dignitate spoliatum. Propterea conso-

Digitized by Google

τῶν καθ' αὐτὸν γενόμενος. Ἔτι νέος ὢν, ἐθεάσατο τὸν πατέρα διὰ γῆρας ὑπὸ τῶν Ἀγρίου παίδων τῆς βασιλείας ἐκβαλλόμενον. Διόπερ ἀναιρεῖ τούς τε ἀνεψιοὺς, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀκουσίως ἀδελφόν (cod. Ven. ἀκουσ. τὸν ἀνεψιόν). Φυγὼν δὲ εἰς Ἄργος πρὸς Ἄδραστον, βασιλέα τῆς χώρας, καθαρσίων τε τυγχάνει πρὸς αὐτοῦ, καὶ γαμεῖ (cod. Ven. λαμβάνει) τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Διπύλην. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

84.

Schol. Pindar. Isthm. 1, 79 : Τὸν Μινύαν οἱ μὲν Ὀρχομενοῦ γενεαλογοῦσιν, ὡς Φερεκύδης, ἔνιοι δὲ ἔμπαλιν τὸν Ὀρχομενὸν, Μινύου· ἔνιοι δὲ ἀμφοτέρους Ἐτεοκλέους γενεαλογοῦσι.

LIBER NONUS.

Libro nono et decimo præ ceteris fabulæ Arcadicæ et Laconicæ tractatæ sunt. Sicut vero Apollodorus mythos Arcadicos in duas partes dispescit, quarum altera a Pelasgo ejusque stirpe ducta est, altera ab Atlantis filiabus descendit, eodem fere modo Pherecydes rem instituisse videtur, ita ut illam nono, hanc decimo libro assignaret. Idem statuere licet de fabulis Laconicis, quarum antiquiores illas de Lelege, de Eurota etc. nono libro narratas esse puto; qui vero a Lacedæmone genus ducebant, eorum historiam de Atlantidum progenie narrationi intextam esse valde est probabile. Igitur ad nonum librum referenda sunt fragmenta de Pelasgo (85), de Callisto (86), de Lycurgo, de Ereuthalione (87); et ex Laconicis fabulis illud de Elato, Icari (fortasse regis Cariæ, quem Hyginus Fab. 190 commemorat) filio (88); huic adjunxi fr. 89 de Œtylo Spartano.

85.

Dionys. Halicarnass. Archæol. 1, c. 13 : Φέρεδὴ καὶ τὸ γένος ὅσον ἦν τὸ τῶν Οἰνώτρων ἀποδείξωμεν, ἕτερον ἄνδρα τῶν ἀρχαίων συγγραφέων παρασχόμενοι μάρτυρα, Φερεκύδην τῶν Ἀθηναίων (Casaub. malebat τὸν Ἀθηναῖον) γενεαλόγων οὐδενὸς δεύτερον. Πεποίηται γὰρ αὐτῷ περὶ τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ βασιλευσάντων ὧδε ὁ λόγος· « Πελασγοῦ καὶ Δηϊανείρης γίνεται Λυκάων. Οὗτος γαμεῖ Κυλλήνην, νηίδα νύμφην, ἀφ' ἧς τὸ ὄρος ἡ Κυλλήνη καλεῖται. » Ἔπειτα τοὺς ἐκ τούτων γεννηθέντας διεξιὼν, καὶ τίνας τόπους ἕκαστος τούτων ᾤκησαν, Οἰνώτρου καὶ Πευκετίου μιμνήσκεται, λέγων ὧδε· « Καὶ Οἴνωτρος, ἀφ' οὗ Οἰνωτροι καλέονται, οἱ ἐν Ἰταλίῃ οἰκέοντες· καὶ Πευκέτιος, ἀφ' οὗ Πευκέτιοι καλέονται, οἱ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. »

86.

Apollod. III, 8, 2 : Εὔμηλος δὲ καί τινες ἕτεροι λέγουσι Λυκάονι καὶ θυγατέρα Καλλιστὼ γενέσθαι. Ἡσίοδος μὲν γὰρ αὐτὴν μίαν εἶναι τῶν Νυμφῶν λέγει· Ἄσιος δὲ Νυκτέως, Φερεκύδης δὲ Κητέως.

87.

Schol. Hom. Il. H, 9 : Ἀρηίθοος ὁ Βοιωτὸς, ἄριστος τῶν κατ' αὐτὸν ἀνθρώπων, ἦν διαβὰς εἰς Ἀρκαδίαν. Ἦν γὰρ ἁψιμαχία τις ἐκεῖ Ἀρκάσι τε καὶ Βοιωτοῖς τοῖς αὐτοῦ πολίταις περὶ ὅρων γῆς. Πλείστην ἐντεῦθεν κατεσύρατο λείαν. Καταφρόνησιν δὲ αὐτοῦ μεγάλην ἐμβαλόντος τοῖς Ἀρκάσιν, Λυκοῦργος, ὁ τῶν ἐνταῦθα κράτιστος ἀνὴρ, λόχον καθίσας, αὐτόν τε ἀνεῖλε καὶ τὴν παντευχίαν αὐτοῦ μετὰ τῆς κορύνης ἔλαβε, καὶ τὴν λείαν ἐπανεσώσατο. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. Eadem in Arsen. Violar. p. 132.

Schol. Hom. Il. H, 135 : Φειὰ δὲ πόλις τῆς Ἤλιδος· οἱ δὲ, τῆς Ἀρκαδίας, παρ' ἣν ὁ Ἰαρδάνης ῥεῖ. Ἀλλὰ καὶ ἡ Φειὰ παραθαλάσσιος ἐστί· καὶ Ἰάρδανος οὐχ ὁρᾶται ποταμὸς αὐτόθι. Ἄμεινον οὖν ὡς Δίδυμος· Φήρα, Σπάρτη, καὶ Δαρδάνου (leg. Ἰαρδάνου) ἀμφὶ ῥέεθρα· οὕτω γὰρ καὶ Φερεκύδης ἱστορεῖ.

---

brinos interfecit et præter eos fratremque suum, Oleniam, invitus. Fugit in Argolidem ad Adrastum, illius terræ regem, et postquam ab eo expiatus erat, filiam ejus Diipylen uxorem duxit.

84.

Minyas Orchomeni filius est.

LIBER NONUS.

85.

Sed age et quantum Œnotrorum fuerit genus demonstremus, allato ex priscis scriptoribus alius viri testimonio, Pherecydis inquam, qui nulli Atheniensium in scribendis genealogiis secundus fuit. Ille enim de regibus Arcadiæ sic loquitur : « Ex Pelasgo et Deianira natus est Lycaon. « Hic duxit uxorem Cyllenen, Naidem nympham, a qua « mons Cyllene dictus. » Deinde, postquam recensuit eorum liberos, et quænam loca eorum unusquisque habitarit, Œnotri et Peucetii meminit his verbis : « Et Œnotrus, a quo Œnotri nominantur, qui in Italia habitant; « ac Peucetius, a quo Peucetii appellantur, qui in sinu « Ionio. ».

86.

Callisto filia est Cetei.

87.

Areithous, Bœotus, præstantissimus æqualium, trajecerat in Arcadiam; erat enim de finibus contentio inter Arcades et Bœotos, ejus cives. Plurimam ibi fecit prædam. Quum vero in magnum contemtum venisset Arcadibus, Lycurgus, vir hujus regionis princeps, structis insidiis et ipsum occidit et totam ejus armaturam cum clava cepit atque prædam recuperavit.

Phea urbs in Elide sita, secundum alios in Arcadia ad Jardanam. Sed Phea mari adjacet et Jardanas fluvius ibi non conspicitur. Melius igitur Didymus legit, Φήρα, Σπάρτη καὶ Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα, nam ita Pherecydes quoque narrat.

Digitized by Google

88.

Schol. Apollon. I, 102 : Φερεκύδης ἐν τῇ θ φησὶν, ὅτι Ἔλατος ὁ Ἰκάρου γαμεῖ Ἐριμήδαν τὴν Δαμασίκλου. Τούτου δὲ γίνεται Ταίναρος, ἀφ' οὗ Ταίναρον καλεῖται ἡ πόλις καὶ ἡ ἄκρα καὶ ὁ λιμήν.

89.

Schol. Homer. Il. B, 585 : Οἴτυλον, ὡς δάκτυλον· ἄρχεται γὰρ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς οι διφθόγγου. Κακῶς δὲ Τυραννίων, οἰόμενος ἄρθρον εἶναι τὸ οι, καὶ παρὰ τὴν συνήθειαν τοῦ ποιητοῦ ἁμαρτάνων, καὶ παρὰ τὴν ἱστορίαν· εἴ γε οὕτως φησὶ καὶ Φερεκύδης· « Τοῦ δὲ γίνεται Ἀμφιάναξ· τοῦ δ' Οἴτυλος, ἀφ' οὗ ἡ πόλις ἡ ἐν Σπάρτῃ καλεῖται. »

LIBER DECIMUS.

Atlantidum progenies. *Celæno; Maja; Merope*, Sisyphi uxor, de qua cf. fr. 78; *Taygete*, cujus ex Jove filius Lacedæmon; hic uxorem habuit Sparten a Lelege genus ducentem, ideoque jungit fabulas Arcadicas cum Laconicis. Sequuntur Amyclas, Cynortas, Perieres, Icarius, Penelope (90), Telemachus (91). Alter Perieris filius est Tyndareus, inde Castor et Pollux (92; cf. 29); Clytæmnestra ducit ad *Steropes* posteritatem, ad Pelopem (93), Agamemnonem, Menelaum; ad bellum Trojanum, quo spectat fr. 94 de Anio et de Calchante; ad Orestem (96, 97), ad Hermionen et Neoptolemum (98). — Bellum Trojanum transitum parat ad *Electram* ejusque prosapiam. Inde petita sunt fragmenta de Priami uxore (99), de Dio filio (100) et fortasse illud de Palladio (101). — Restat *Alcyone*. Hyrieus, Nycteus, Antiope, Amphion et Zethus (102), quibus addidi quæ de rebus Phlegyarum et de Ixione (103) narrantur. Hæc aditum faciunt ad Atticas fabulas; quare huc retuli fr. de Orithyia (104), de Dædalo (105), de Theseo (106), de Alope, Cercyonis filia a Theseo interfecti (107), de raptu Amazonum (108), de Thesei uxoribus (109), de morte Codri (110), de Ionum coloniis (111), de Teo ab Athamante condita (112), de Darii contra Scythas expeditione (113), si quidem recte hoc fragmentum nostro adscribitur, neque potius ex allegoria quadam Pherecydis Syrii repetitum est.

90.

Schol. Homer. Odyss. O, 16 : Ἰκάριος ὁ Οἰβάλου γαμεῖ Δωροδόχην τὴν Ὀρτιλόχου, ἢ κατὰ Φερεκύδην, Ἀστερωδίαν τὴν Εὐρυπύλου τοῦ Τελέστορος. Πυθόμενος δὲ Λαέρτης περὶ τῆς Πηνελόπης ὅτι καὶ τῷ κάλλει καὶ ταῖς φρεσὶ διαφέρει πασῶν τῶν καθ' ἑαυτὴν γυναικῶν, ἄγεται αὐτὴν τῷ παιδὶ Ὀδυσσεῖ πρὸς γάμον· ἦ τοσαύτην εἶχεν ἀρετὴν, ὥστε καὶ τὴν Ἑλένην τὴν ἐκ Διὸς οὖσαν τῷ τῆς ἀρετῆς ὑπερβάλλειν. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φιλοστεφάνῳ καὶ Φερεκύδῃ.

91.

Schol. Homer. Odyss. O, 223 : Πολυφείδης ὁ Μαντίου (*Buttm.* ὁ Μαντείου. Mediol. ὁ μάντις) Σαριοῦσαν γήμας· γίνονται αὐτῷ παῖδες Ἁρμονίδης καὶ Θεοκλύμενος· ὃς κτείνας ἐμφύλιον ἄνδρα, φεύγει εἰς τὴν Πύλον. Συντυχὼν δὲ θύοντι Τηλεμάχῳ, δεῖται αὐτοῦ σῶσαι αὐτὸν εἰς τὴν Ἰθάκην. Εἰπόντα δὲ αὐτὸν τὰ περὶ τοῦ πατρὸς ἀληθῆ μαντεῖα, πολὺ μᾶλλον ἐτίμησεν. Ὅθεν καὶ Θεοκλύμενος φιλοφρονούμενος ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ὀδυσσέα δεῦρο τὸν βίον καταστρέφει. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

92.

Hesych.: Εὐρύμας, Ὠλένιος τὸ γενος, διάβολος δέ· ὅθεν ἀνῃρέθη ὑπὸ Πολυδεύκους. Κεῖται ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

93.

Schol. Eurip. Orest. 11 : Ἐξ Εὐρυσθανάσσης (rectius Εὐρυανάσσης) τῆς Ξάνθου, ἢ Κλυτίας τῆς Ἀμφιδάμαντος, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης, ὁ Τάνταλος ἐγέννησε τὸν Πέλοπα.

88.

Elatus uxorem duxit Erimedam, Damasicli filiam. Hujus filius est Tænarus, a quo Tænari urbs et arx et portus cognominati sunt.

89.

Hujus est Amphianax, hujus Œtylus, a quo urbs Lacedæmoniæ nomen accepit.

LIBER DECIMUS.

90.

Icarius, Œbali filius, uxorem duxit Dorodochen, Ortilochi filiam, vel secundum Pherecydem, Asterodiam, filiam Eurypyli, qui natus est ex Telestore. Laertes, quum audivisset Penelopen et pulcritudine et animi virtute omnes mulieres æquales superare, Ulyssi filio eam uxorem conciliat. Tanta hæc excellebat virtute, ut ipsam Helenam, quæ Jovis erat, ea superaret.

91.

Polyphides, Mantii filius, ex Sariusa uxore filios suscipit Harmoniden et Theoclymenum. Hic quia popularem interfecerat, fugit Pylum; ubi ex Telemacho, quem sacrificantem deprehendit, petit ut ipsum servet et in Ithacam transferat. Telemachus autem, quum vera ille de patre vaticinia ederet, quam maxime eum honoravit. Quare apud Ulyssem, qui magna humanitate eum prosecutus est, vitam finivit.

92.

Eurymas, Olenius, calumniator erat; quare a Polluce interfectus est.

93.

Ex Clytia, Amphidamantis filia, Tantalus genuit Pelopem.

Digitized by Google

Schol. Apollon. I, 752: Ἐρασθεῖσα ἡ Ἱπποδάμεια Πέλοπος, ἔπεισε Μυρτίλον, τὸν Ἑρμοῦ μὲν παῖδα, ἁρματοπηγὸν δὲ καὶ ἡνίοχον Οἰνομάου, ἐμβαλόντα κήρινον ἔμβολον ἐπὶ τοῦ ἀκραξονίου, ἢ οὐδ' ὅλως ἐμβαλόντα τὸν ἔμβολον, ὡς Φερεκύδης ἱστορεῖ. Οὗ γενομένου Οἰνόμαός τε ἐκκυλισθεὶς τοῦ τροχοῦ ἀπέθανε, καὶ Ἱπποδάμειαν Πέλοψ ἔλαβεν. Pro ἐμβαλόντα κήρινον ... τὸν ἔμβολον, codex Paris. habet: ὥστε κατατροχίσαι Οἰνόμαον ἐμβαλόντα τὸν ἔμβολον.

Schol. Sophocl. Electr. 505: Φησὶ Φερεκύδης, ὅτι Πέλοψ νικήσας τὸν ἀγῶνα, καὶ λαβὼν τὴν Ἱπποδάμειαν, ὑπέστρεφεν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον μετὰ τῶν ὑποπτέρων ἵππων καὶ τοῦ Μυρτίλου. Καθ' ὁδὸν δὲ καταλαβὼν αὐτὸν προϊόντα πρὸς τὸ φιλῆσαι αὐτήν, ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν.

Schol. Eur. Orest. 999: Φερεκύδης οὐ καθ' Ἑρμοῦ μῆνιν φησὶ τὴν ἄρνα ὑποβληθῆναι.

Scholia Ambrosiana ad Homer. Odyss. Δ, 22: Φερεκύδης ἱστορεῖ οὕτως· Ἀργεῖος δὲ ὁ Πέλοπος ἔρχεται παρ' Ἀμύκλαν εἰς Ἀμύκλας, καὶ γαμεῖ Ἀμύκλα θυγατέρα Ἠγησάνδραν. Ultima debentur Buttmanno. In Ms. legitur Ἀμύκλαν θυγ. Ἡρησάνδρας.

94.

Tzetz. ad Lycophr. 570: Φερεκύδης φησὶν, ὅτι Ἄνιος ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας παραγενομένους πρὸς αὐτὸν, αὐτοῦ μένειν τὰ ἐννέα ἔτη, δεδόσθαι δὲ αὐτοῖς παρὰ τῶν θεῶν τῷ δεκάτῳ ἔτει ναυστολῆσαι ἐπὶ τὴν Ἴλιον, καὶ πορθῆσαι αὐτήν. Χρησμὸς γὰρ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόθη, Τροίας κρατῆσαι τῷ δεκάτῳ χρόνῳ. Ὑπέσχετο δὲ αὐτοῖς καὶ ὑπὸ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ τρέφεσθαι.

Phavorin. in v. Ῥοιώ: Φερεκύδης δέ φησιν, ὅτι Ἴνιος (leg. Ἄνιος) ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας παραγενομένους εἰς αὐτὸν, αὐτοῦ μένειν τὰ ἐννέα ἔτη, δεδόσθαι δὲ αὐτοῖς παρὰ τῶν θεῶν τῷ δεκάτῳ ἔτει πορθῆσαι τὴν Ἴλιον.

95.

Strabo XIV, p. 643, A: Φερεκύδης φησὶν Ὅτι προβαλεῖν ἔγκυον τὸν Κάλχαντα, καὶ ἐρωτῆσαι πόσους ἔχει χοίρους· τὸν δ' (Mopsum) εἰπεῖν, ὅτι τρεῖς, ὧν ἕνα θῆλυν· ἀληθεύσαντος δ' ἀποθανεῖν ὑπὸ λύπης.

96.

Schol. Pindar. Pyth. XI, 25, de Orestis nutrice: Φερεκύδης Λαοδάμειαν λέγων αὐτὴν, τὸν ταύτης φησὶ παῖδα ἀνῃρῆσθαι ὑπὸ Αἰγίσθου, νομιζόμενον Ὀρέστην εἶναι· τὸν δὲ Ὀρέστην ἐκκλαπέντα, εἶναι τριῶν ἐτῶν, ὡς Ἡρόδωρος ἐν Πελοπείᾳ.

97.

Schol. Eurip. Orest. 1645: Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ, ὑπὸ ὄφεως αὐτὸν (Orestem) δηχθέντα ἐν Παῤῥασίῳ τελευτῆσαι. Ὁ δὲ Φερεκύδης, ὅτι καὶ ἔπειτα τὸν Ὀρέστην αἱ Ἐρινύες διώκουσιν. Ὁ δὲ καταφεύγει εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ἵζει ἱκέτης πρὸς τῷ βωμῷ. Αἱ δὲ Ἐρινύες ἔρχονται ἐπ' αὐτὸν, θέλουσαι ἀποκτεῖναι, καὶ ἐρύκει αὐτὰς ἡ Ἄρτεμις. Ἐξ οὗ καὶ ἡ πόλις αὕτη Ὀρέστειον καλεῖται, ἀπὸ Ὀρέστου.

98.

Schol. Eurip. Orest. 1654: Φερεκύδης φησὶ, περὶ παίδων χρησμὸν αἰτοῦντα τὸν Νεοπτόλεμον ἀναιρεθῆναι· ἐπεὶ Νεοπτόλεμος Ἑρμιόνην γαμεῖ τὴν Μενελάου, καὶ ἔρχεται εἰς Δελφοὺς περὶ παίδων χρησόμενος· οὐ γὰρ αὐτῷ ἐγένοντο ἐξ Ἑρμιόνης. Καὶ ὁρῶν κατὰ τὸ χρηστήριον κρέα διαρπάζοντας τοὺς Δελφοὺς,

---

Hippodamia, Pelopis amore capta, Myrtilo Mercurii, curruum fabricatori et aurigæ Œnomai, persuasit, ut cereum, vel, ut Pherecydes narrat, omnino nullum paxillum summæ axis parti insereret. Quo facto Œnomaus ex curru delapsus rotis contusus est, et Hippodamiam Pelops uxorem duxit.

Pelops postquam, victoria in certamine reportata, Hippodamiam uxorem acceperat, cum equis velocissimis et cum Myrtilo in Peloponnesum reversus est. Sed in itinere quum Myrtilum ad consuetudinem cum illa accedentem deprehendisset, in mare eum dejecit.

Agnus ille (quem aureo vellere præditum Atrei gregi Mercurius, de filii cæde iratus, immiscuisse dicitur) non suppositus est ira Mercurii.

Argius, Pelopis filius, Amyclas venit ad Amyclam, ejusque filiam, Hegesandram, uxorem ducit.

94.

Anius (rex Deli) Græcis, qui ad eum venerant, suasit ut in insula sua commorarentur novem annos, decimo vero a diis concessum esse ut adversus Ilium classem mitterent urbemque everterent. Oraculum enim Græcis datum erat, decimo eos anno Troja potituros esse. Promisit etiam Anius filias suas eos nutrituras esse.

95.

Pherecydes ait, a Calchante porcam gravidam fuisse propositam, et de fetus numero quæstionem: Mopsum respondisse, tres catulos, et de his unam femellam: idque re comprobante, ægritudine animi exstinctum fuisse Calchantem.

96.

Pherecydes nutricem Orestis dicit Laodamiam. Hujus filium, ait, interfectum esse ab Ægistho, qui eum esse Orestem opinatus esset; Orestem vero furtim subductum tres annos natum fuisse, ut Herodorus in Pelopea.

97.

Asclepiades narrat Orestem a serpente morsum in Parrhasio obiisse. Secundum Pherecydem etiam tum persequuntur illum Furiæ. Is vero fugit in templum Dianæ atque supplex considit ad aram. Furiæ ad eum accedunt, sed arcet eas Diana. Quare etiam urbs hæc Oresteum ab Oreste vocatur.

98.

Neoptolemus postquam Hermionen, Menelai filiam, uxorem duxerat, Delphos profectus est de liberis oraculum consulturus; ex Hermione enim ei non nati erant. Atque quum videret in oraculi sede Delphos car-

Digitized by Google

ἀφαιρεῖται τὰ κρέα αὐτοὺς, ἑαυτὸν δὲ κτείνει μαχαίρᾳ. Ὁ δὲ τούτων ἱερεὺς κατορύσσει αὐτὸν ὑπὸ τὸν οὐδὸν τοῦ νεῷ. Ἑαυτὸν δὲ sqq. ita emendavit Leopardus (Emendatt. 20, 9): αὐτὸν δὲ κτείνει Μαχαιρεὺς, ὁ τούτων ἱερεὺς καὶ κατορ. —

99.

Tzetz. in Exegesi in Iliadem p. 38, 11: Πρίαμος ὁ Λαομέδοντος καὶ Λευκίππης υἱὸς, κατὰ Φερεκύδη τὸν Σύρον ἱστορικὸν, γήμας Ἑκάβην τὴν Δύμαντος, τοῦ Ἠϊονέως, πολλοὺς μὲν υἱοὺς, πολλὰς δὲ θυγατέρας ἐσχήκει. Pro τὸν Σύρον legendum est τὸν Λέριον. Addere liceat Schol. Ms. Eurip. Hecub. v. 3 apud Fulv. Ursinum in Virgil. Collect. Scriptt. Gr. illustr. p. 404: Ὁ Πρίαμος ὁ Λαομέδοντος γαμεῖ Ἑκάβην τὴν δάμαρτα τὴν Κισσέως τοῦ Πρωτέως.

100.

Eustath. ad Homer. Il. Ω, p. 1348, 18: Οἱ μὲν, τὸ Διὸς φασὶν κύριον· οἱ δὲ, τὸ ἀγαυός. Νικᾷ δὲ εἶναι Δίου ἐπίθετον τὸ ἀγαυός. Ἦν δὲ, φασὶν, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης, νόθος Πριάμου υἱὸς ὁ Δῖος.

101.

(8) Τυρὼ δὲ ἡ Σαλμωνέως θυγάτηρ καὶ Ἀλκιδίκης, παρὰ Κρηθεῖ τῷ Σαλμωνέως ἀδελφῷ τρεφομένη, ἔρωτα ἴσχει Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ· καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα φοιτῶσα, τούτοις ἀπωδύρετο. Ποσειδῶν δὲ εἰκασθεὶς Ἐνιπεῖ, συγκατεκλίθη αὐτῇ· ἡ δὲ γεννήσασα κρύφα διδύμους παῖδας ἐκτίθησιν. [2] Ἐκκειμένων δὲ τῶν βρεφῶν, παριόντων ἱπποφορβῶν, ἵππος μία προσαψαμένη τῇ χηλῇ θατέρου τῶν βρεφῶν, πελιόν τι τοῦ προσώπου μέρος ἐποίησεν. Ὁ δὲ ἱπποφορβὸς ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας ἀνελόμενος ἔθρεψε, καὶ τὸν μὲν πελιωθέντα Πελίαν ἐκάλεσε, τὸν δὲ ἕτερον

eo in loco sedem constituendam esse, ubi ab agrestibus animalibus hospitio exciperetur. Qui quum multum terrarum peragrasset, obvius factus est lupis, qui ovium partes devorabant; sed ubi illum conspexerant, quæ dispertiebantur relictis, in fugam sese dederunt. [3]Athamas vero ibi sedes sibi sumsit, et terram a se nominavit Athamantiam. Deinde Themisto, Hypsei filiam, duxit uxorem, ex eaque genuit Leuconem, Erythrum, Schœneum, Ptoum.

(3) Sisyphus, Æoli filius, condita Ephyra, cui nunc Corintho est nomen, Meropen, Atlantis filiam, sibi uxorem conjungit. Ex his natus est Glaucus, qui ex Eurymede suscepit Bellerophontem, a quo ignivoma Chimæra interfecta est. [2] Punitur vero Sisyphus apud inferos manibus capiteque sursum volvens saxum, quod, ubi montis verticem jam superaturum est, deintegro repulsum ad ima devolvitur. Hoc ei supplicium inflictum est propter Æginam, Asopi filiam, quod Jovem, qui furtim eam rapuerat, Asopo filiam vestiganti indicasse fertur.

(4) Deion, Phocidis (*Phthiotidis?*) rex, Diomeden Xuthi filiam ducit uxorem, quæ filiam ei parit Asteropeam, filios Ænetum, Actorem, Phylacum, Cephalum, qui Procrin, Erechthei filiam, in matrimonium sumit, ipsum vero rapit Aurora amore ejus inflammata.

(5) Perieres Messenen obtinens uxorem duxit Gorgophonen, Persei filiam, ex qua Aphareus, Leucippus, Tyndareus, præter hos Icarius filii nati sunt. Multi vero Perierem asserunt non Æolo ortum, sed Cynorta Amyclæ filio. Quare quæ de Perieris progenie traduntur, ubi ad Atlantis genus perventum erit, exponemus.

(6) Magnes, Æoli filius, uxorem ducit Naidem nympham, eique filii nati sunt Polydectes ac Dictys; qui in Seriphum insulam coloniam deduxerunt.

(7) Salmoneus primo quidem in Thessalia habitabat, post vero in Elidem profectus urbem ibi condidit. Qui quum insolenter sese gereret, seque Jovi adæquari vellet, suæ ipsius impietatis pœnas luit. Etenim se Jovem esse prædicabat, et quæ illi dedicari solebant, ea sibi sacra offerri jubebat. Atque coria indurata cum lebetibus æneis ex curru suspensa per humum verrens tonitrua se concitare, et ardentes faces in cœlum jaculans fulgurare se dictitabat. Sed Jupiter ipsum fulmine occidit, urbemque ab eo conditam, exstinctis civibus omnibus, solo exæquavit.

(8) Tyro, Salmonei ex Alcidice filia, quum apud Cretheum, Salmonei fratrem, aleretur, Enipei fluvii amore accensa est, et ad fluctus ejus semper accedens lamentabatur. Verum Neptunus assumta Enipei forma cum ea concubuit. Hæc autem geminos clanculum peperit eosque exposuit. [2]Pueris expositis et equariis pastoribus prætereuntibus, equarum una quum infantium alterum ungula tetigisset, faciei partem lividam reddidit. Tum equarius infantes ambos suscepit alendos, et cui livida erat facies, Peliam (quasi *Livium* dixeris), alterum Neleum appella-

Digitized by Google

Νηλέα. [2] Τελειωθέντες δὲ ἀνεγνώρισαν τὴν μητέρα, καὶ τὴν μητρυιὰν ἀπέκτειναν Σιδηρώ· κακουμένην γὰρ γνόντες ὑπ' αὐτῆς τὴν μητέρα, ὥρμησαν ἐπ' αὐτήν· ἡ δὲ φθάσασα, εἰς τὸ τῆς Ἥρας τέμενος κατέφυγε. Πελίας δὲ ἐπ' αὐτῶν τῶν βωμῶν αὐτὴν κατέσφαξε· καὶ καθόλου διετέλει τὴν Ἥραν ἀτιμάζων. (9) Ἐστασίασαν δὲ ὕστερον πρὸς ἀλλήλους. Καὶ Νηλεὺς μὲν ἐκπεσὼν, ἦκεν εἰς Μεσσήνην, καὶ Πύλον κτίζει· καὶ γαμεῖ Χλωρίδα τὴν Ἀμφίονος, ἐξ ἧς αὐτῷ γίνεται θυγάτηρ μὲν Πηρώ· ἄρρενες δὲ Ταῦρος καὶ Ἀστέριος, Πυλάων, Δηίμαχος, Εὐρύβιος, Ἐπίδαος, Ῥάδιος, Εὐρυμένης, Εὐαγόρας, Ἀλάστωρ, Νέστωρ, Περικλύμενος. [3] ὯΙ δὴ Ποσειδῶν δίδωσι μεταβάλλειν τὰς μορφάς. Καὶ μαχόμενος, ὅτε Ἡρακλῆς ἐξεπόρθει Πύλον, γινόμενος ὁτὲ μὲν λέων, ὁτὲ δὲ ὄφις, ὁτὲ δὲ μέλισσα, ὑφ' Ἡρακλέους μετὰ τῶν ἄλλων Νηλέως παίδων ἀπέθανεν. [3] Ἐσώθη δὲ Νέστωρ μόνος, ἐπειδὴ παρὰ Γερηνίοις ἐτρέφετο· ὃς γήμας Ἀναξιβίαν τὴν Κρατιέως, θυγατέρας μὲν Πεισιδίκην καὶ Πολυκάστην ἐγέννησε· παῖδας δὲ, Περσέα, Στρατίον, Ἄρητον, Ἐχέφρονα, Πεισίστρατον, Ἀντίλοχον, Θρασυμήδην.

(10) Πελίας δὲ περὶ Θεσσαλίαν κατῴκει, καὶ γήμας Ἀναξιβίαν τὴν Βίαντος, ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσι, Φιλομάχην τὴν Ἀμφίονος, ἐγέννησε παῖδα μὲν Ἄκαστον, θυγατέρας δὲ Πεισιδίκην, Πελόπειαν, Ἱπποθόην, Ἄλκηστιν.

(11) Κρηθεὺς δὲ κτίσας Ἰωλκὸν, γαμεῖ Τυρὼ τὴν Σαλμωνέως, [τὴν αὐτοῦ ἀδελφιδῆν,] ἐξ ἧς αὐτῷ γίνονται παῖδες, Αἴσων, Ἀμυθάων, Φέρης.

[2] Ἀμυθάων μὲν οὖν οἰκῶν Πύλον, Εἰδομένην γαμεῖ τὴν Φέρητος, καὶ γίνονται παῖδες αὐτῷ Βίας καὶ Μελάμπους. [3] Ὃς ἐπὶ τῶν χωρίων διατελῶν, οὔσης πρὸ τῆς οἰκήσεως αὐτοῦ δρυὸς, ἐν ᾗ φωλεὸς ὄφεων ὑπῆρχεν, ἀποκτεινάντων τῶν θεραπόντων τοὺς ὄφεις, τὰ μὲν ἑρπετὰ, ξύλα συμφορήσας, ἔκαυσε, τοὺς δὲ τῶν ὄφεων νεοσσοὺς ἔθρεψεν. Οἱ δὲ γενόμενοι τέλειοι, περιστάντες αὐτῷ κοιμωμένῳ τῶν ὤμων ἐξ ἑκατέρου, τὰς ἀκοὰς ταῖς γλώσσαις ἐξεκάθαιρον. Ὁ δὲ ἀναστὰς, καὶ γενόμενος περιδεὴς τῶν ὑπερπετομένων ὀρνέων τὰς φωνὰς συνίει· καὶ παρ' ἐκείνων μανθάνων, προὔλεγε τοῖς ἀνθρώποις τὰ μέλλοντα. Προσέλαβε δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ἱερῶν μαντικήν. Περὶ δὲ τὸν Ἀλφειὸν συντυχὼν Ἀπόλλωνι, τὸ λοιπὸν ἄριστος ἦν μάντις.

(12) Βίας δὲ ὁ Ἀμυθάονος ἐμνηστεύετο Πηρὼ τὴν Νηλέως· ὁ δὲ πολλῶν αὐτῷ μνηστευομένων τὴν θυγατέρα, δώσειν ἔφη τῷ τὰς Φυλάκου βόας κομίσαντι αὐτῷ. Αἳ δὲ ἦσαν ἐν Φυλάκῃ, καὶ κύων ἐφύλασσεν αὐτὰς, ὃν οὔτε ἄνθρωπος, οὔτε θηρίον πέλας ἐλθεῖν ἠδύνατο. [2] Ταύτας ἀδυνατῶν Βίας τὰς βόας κλέψαι, παρεκάλει τὸν ἀδελφὸν συλλάβεσθαι. Μελάμπους δὲ ὑπέσχετο, καὶ προεῖπεν, ὅτι φωραθήσεται κλέπτων, καὶ δεθεὶς ἐνιαυτὸν, οὕτω τὰς βόας λήψεται. [3] Μετὰ δὲ τὴν ὑπόσχεσιν εἰς Φυλάκην ἀπῆει· καὶ καθάπερ προεῖπε, φωραθεὶς ἐπὶ τῇ κλοπῇ, δεσμοῖς ἐν οἰκήματι

vit. [3] Qui quum ad virilem ætatem pervenissent, agnita matre, Sidero ejus novercam occidêre. Cognoverant enim matrem ab ea male habitam esse. Sed ubi impetum in eam fecerunt, cito in Junonis templum confugit, ubi Pelias ad ipsam aram eam jugulavit, nulla Junonis deæ ratione habita, quam etiam postea semper negligebat. (9) Deinde vero fratres inter se dissederunt. Et Neleus quidem Iolco expulsus in Messenen commigravit, ubi, Pylo urbe condita, Chloridem, Amphionis filiam, sibi copulavit, ex eaque filiam genuit Pero, filios vero Taurum, Asterium, Pylaonem, Deimachum, Eurybium, Epidaum, Rhadium, Eurymenem, Evagoram, Alastorem, Nestorem, Periclymenum, [3] cui Neptunus in varias sese formas transmutandi potestatem fecit. Itaque in pugna, quo tempore Pylum urbem Hercules diruit, modo in leonem, modo in serpentem, modo in apem conversus ab Hercule una cum ceteris Nelei filiis occisus est. [3] Solus autem Nestor, quippe qui apud Gerenios educaretur, servatus est incolumis. Is, ducta uxore Anaxibia, Cratiei (*Atrei ?*) filia, filias procreavit Pisidicen et Polycasten, filios vero Perseum, Stratium, Aretum, Echephronem, Pisistratum, Antilochum, Thrasymeden.

(10) Pelias vero Thessaliam incolebat, qui ducta Biantis filia Anaxibia, sive, ut quidam volunt, Philomache ex Amphione orta, filium genuit Acastum, filias Pisidicen, Pelopeam, Hippothoen, Alcestin.

(11) Cretheus, condita Iolco, Tyronem, Salmonei fratris filiam cepit uxorem, ex qua nascuntur ei filii Æson, Amythaon, Pheres.

[2] Ex his Amythaon, Pylum incolens, Idomenen Pheretis filiam sibi conjugio jungit, ex eaque liberi oriuntur Bias et Melampus; [3] qui quum ruri ageret atque ante ipsius domum quercus esset, in eaque serpentum latebra, ipsos quidem serpentes a ministris occisos congestis lignis concremavit, at serpentium pullos educavit. Qui quum ad justum corporis modum succrevissent, ipsum dormientem circumsistentes ex utroque humero illius aures linguis extergebant. Tandem e somno excitatus et serpentibus conspectis perterrefactus, supervolitantium avium voces intelligebat, et quæ ab iis futura edocebatur, mortalibus prædicebat. Cum auguriis extispicii quoque scientiam divinitus accepit; atque Apollini prope Alpheum obviam factus, omnino vaticinandi peritissimus evasit.

(12) Bias vero, Amythaonis filius, Peronem, Nelei filiam, uxorem postulavit. Hic autem, permultis filiam suam expetentibus, eam nulli, nisi qui Phylaci ad se boves abegisset, se traditurum dictitabat. Boves illæ Phylacæ a cane custodiebantur, ad quem neque mortalium quisquam, neque ferarum ulla prope accedere audebat. [2] Itaque Bias, quum non posset eas clam abducere, Melampodis fratris opem imploravit; quam ille se præstituram pollicitus est. Ac prædixit, se in furto deprehensum postquam per annum in vinculis detentus esset, tum demum boves habiturum. [3] Itaque ut promissum faceret, Phylacam versus contendit, atque, ut prædixerat, deprehensus in furto et

Digitized by Google

ἐφυλάττετο. [4] Λειπομένου δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ βραχέος χρόνου, τῶν κατὰ τὸ κρυφαῖον τῆς στέγης σκωλήκων ἀκούει, τοῦ μὲν ἐρωτῶντος, πόσον ἤδη μέρος τοῦ δοκοῦ διαβέβρωται, τῶν δὲ ἀποκριναμένων, λοιπὸν ἐλάχιστον εἶναι. Καὶ ταχέως ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰς ἕτερον οἴκημα μεταγαγεῖν· γενομένου δὲ τούτου, μετ' οὐ πολὺ συνέπεσε τὸ οἴκημα. [5] Θαυμάσας δὲ Φύλακος, καὶ μαθών, ὅτι ἐστὶ μάντις ἄριστος, λύσας παρεκάλεσεν εἰπεῖν, ὅπως αὐτοῦ τῷ παιδὶ Ἰφίκλῳ παῖδες γίνονται; Ὁ δὲ ὑπέσχετο ἐφ' ᾧ τὰς βόας λήψεται. Καὶ καταθύσας ταύρους δύο, καὶ μελίσας, τοὺς οἰωνοὺς προσεκαλέσατο· [6] παραγενομένου δὲ αἰγυπιοῦ, παρὰ τούτου μανθάνει δὴ, ὅτι Φύλακος ποτὲ κριοὺς τέμνων ἐπὶ τῶν αἰδοίων, παρὰ τῷ Ἰφίκλῳ τὴν μάχαιραν ἡμαγμένην ἔτι κατέθετο· δείσαντος δὲ τοῦ παιδὸς καὶ φυγόντος, αὖθις κατὰ τῆς ἱερᾶς δρυὸς αὐτὴν ἔπηξε, καὶ ταύτην ἀμφιτροχώσας ἐκάλυψεν ὁ φλοιός. [7] Ἔλεγεν οὖν, εὑρεθείσης τῆς μαχαίρας, εἰ ξύων τὸν ἰὸν ἐπὶ ἡμέρας δέκα Ἰφίκλῳ δῷ πιεῖν, παῖδα γεννήσειν. Ταῦτα μαθὼν παρ' αἰγυπιοῦ Μελάμπους, τὴν μὲν μάχαιραν εὗρε· τῷ δὲ Ἰφίκλῳ τὸν ἰὸν ξύσας ἐπὶ ἡμέρας δέκα δέδωκε πιεῖν, καὶ παῖς αὐτῷ Ποδάρκης ἐγένετο. [8] Τὰς δὲ βόας εἰς Πύλον ἤλασε, καὶ τῷ ἀδελφῷ τὴν Νηλέως θυγατέρα λαβὼν ἔδωκε. Καὶ μέχρι μέν τινος ἐν Μησσήνῃ κατῴκει· ὡς δὲ τὰς ἐν Ἄργει γυναῖκας ἐξέμηνε Διόνυσος, ἐπὶ μέρει τῆς βασιλείας ἰασάμενος αὐτὰς, ἐκεῖ μετὰ Βίαντος κατῴκησε.

(13) Βίαντος δὲ καὶ Πηροῦς Ταλαὸς, οὗ καὶ Λυσιμάχης τῆς Ἄβαντος τοῦ Μελάμποδος, Ἄδραστος, Παρθενοπαῖος, Πρώναξ, Μηκιστεὺς, Ἀριστόμαχος, Ἐριφύλη, ἣν Ἀμφιάραος γαμεῖ.

[2] Παρθενοπαίου δὲ Πρόμαχος ἐγένετο, ὃς μετὰ τῶν Ἐπιγόνων ἐπὶ Θήβας ἐστρατεύθη. Μηκιστέως δὲ Εὐρύαλος, ὃς ἦκεν εἰς Τροίαν. Πρώνακτος δὲ ἐγένετο Λυκοῦργος. Ἀδράστου δὲ καὶ Ἀμφιθέας τῆς Πρώνακτος, θυγατέρες μὲν Ἀργεία, Δηϊπύλη, Αἰγιάλεια, παῖδες δὲ Αἰγιαλεὺς, Κυάνιππος.

(14) Φέρης δὲ ὁ Κρηθέως, Φερὰς ἐν Θεσσαλίᾳ κτίσας, ἐγέννησεν Ἄδμητον καὶ Λυκοῦργον. Λυκοῦργος μὲν οὖν περὶ Νεμέαν κατῴκησε, γήμας δὲ Εὐρυδίκην, ὡς δὲ ἔνιοι φασὶν, Ἀμφιθέαν, ἐγέννησεν Ὀφέλτην κληθέντα Ἀρχέμορον. (15) Ἀδμήτου δὲ βασιλεύοντος τῶν Φερῶν, ἐθήτευσεν Ἀπόλλων αὐτῷ μνηστευομένῳ τὴν Πελίου θυγατέρα Ἄλκηστιν. Ἐκείνῳ δὲ δώσειν ἐπαγγειλαμένου Πελίου τὴν θυγατέρα τῷ καταζεύξαντι ἅρμα λεόντων καὶ κάπρων, Ἀπόλλων ζεύξας ἔδωκεν. Ὁ δὲ κομίσας πρὸς Πελίαν, Ἄλκηστιν λαμβάνει. Θύων δὲ ἐν τοῖς γάμοις, ἐξελάθετο Ἀρτέμιδι θῦσαι· διὰ τοῦτο, τὸν θάλαμον ἀνοίξας, εὗρε δρακόντων σπείραμα πεπληρωμένον. [2] Ἀπόλλων δὲ εἰπὼν ἐξιλάσκεσθαι τὴν θεὸν, ᾐτήσατο παρὰ Μοιρῶν, ἵνα, ὅταν Ἄδμητος μέλλῃ τελευτᾶν, ἀπολυθῇ τοῦ θανάτου, ἂν ἑκουσίως τις ὑπὲρ αὐτοῦ θνήσκειν ἕληται, πατὴρ ἢ μήτηρ ἢ

in vincula conjectus in domo quadam custodiebatur. [4] Quum vero paullulum ab anni spatio abesset, teredines audit in abdita parte tecti trabem corrodentes, quarum uni quantum e trabe derosum esset, percontanti ceteræ minimum jam superesse responderunt. Tum Melampus statim in alium carcerem se traduci jussit; quo vixdum facto, domicilium illud corruit. [5] Id admiratus Phylacus, ubi vatem illum optimum esse animadvertit, solutum vinculis ostendere rogavit, quomodo Iphiclus filius prolem haberet. Ille, si boves reciperet, se vaticinaturum pollicetur. Deinde mactatis duobus tauris, eorumque visceribus particulatim concisis, aves augurali arte advocavit. [6] Ad quem quum vultur advolasset, ex eo cognovit, Phylacum olim arietes exsecantem cultrum cruentum adhuc juxta Iphiclum posuisse; deinde vero, quum puer metu perculsus in fugam sese conjecisset, quercui Jovi sacræ impegisse, ubi cortice esset obductus. [7] Invento igitur cultro, si abrasam, inquit, ferri rubiginem per denos dies Iphiclo in vino potandam dederit, filium de se prolem esse geniturum. Quibus ex vulture cognitis, Melampus cultrum reperit, et abrasam ex illo rubiginem denos per dies bibendam dedit Iphiclo, qui jam Podarcen filium procreavit. [8] At Melampus boves Pylum perduxit, fratrique Peronem, Nelei filiam, consecutus in conjugium collocavit, et Messenæ aliquandiu mansit. Postea vero quam Bacchus Argivis mulieribus furorem injecit, pactus regni partem, eas vesania liberavit atque cum Biante fratre Argos commigravit.

(13) Biantis et Perûs filius fuit Talaus, cujus ex Lysimache, Abantis, Melampi, Adrastus, Parthenopæus, Pronax, Mecisteus, Aristomachus, Eriphyle, quæ nupsit Amphiarao.

[2] Parthenopæus filium habebat Promachum, qui cum Epigonis contra Thebas in bellum profectus est. Mecisteus genuit Euryalum, qui adversus Trojam navigavit. Ex Pronacte natus est Lycurgus. Adrastus ex Amphithea, Pronactis filia, filias Argiam, Deipylen, Ægialeam, filios autem Ægialeum et Cyanippum suscepit.

(14) Pheres, Crethei filius, qui Pheras in Thessalia condidit, Admetum genuit et Lycurgum. Hic circa Nemeam habitavit et ex Eurydice, vel ut alii narrant, ex Amphithea uxore filium procreavit Ophelten, cognomento Archemorum. (15) Admeto Pheris regnanti Apollo mercede conductus servivit, quo tempore ille Alcestin, Peliæ filiam, uxorem deposcebat. Pelia vero ei se filiam daturum esse prædicante qui leones et apros currui jungeret, fecit hoc Apollo, atque ille, curru ad regem producto, Alcestin in matrimonium accepit. Sed in nuptiarum sacris Dianæ sacrificare oblitus, quum thalamum aperiret, plenum reperit conspiratis serpentibus. [2] Apollo vero postquam ut numinis iram placaret eum admonuerat, a Parcis poposcit, ut, ubi Admetus in humanis esse desiturus esset, mortis periculum evaderet, si quis pro eo sive pater, sive mater, sive uxor mortem ultro subierit. Postea, ubi illi

Digitized by Google

γυνή. Ὡς δὲ ἦλθεν ἡ τοῦ θνήσκειν ἡμέρα, μήτε τοῦ πατρὸς μήτε τῆς μητρὸς ὑπὲρ αὐτοῦ θνήσκειν θελόντων, Ἄλκηστις ὑπεραπέθανε. Καὶ αὐτὴν πάλιν ἀνέπεμψεν ἡ Κόρη· ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσιν, Ἡρακλῆς μαχεσάμενος Ἅιδῃ.

(16) Αἴσονος δὲ τοῦ Κρηθέως καὶ Πολυμήδης τῆς Αὐτολύκου, Ἰάσων. Οὗτος ᾤκει ἐν Ἰωλκῷ, τῆς δὲ Ἰωλκοῦ Πελίας ἐβασίλευσε μετὰ Κρηθέα. [2] ὯΙ χρωμένῳ περὶ τῆς βασιλείας ἐθέσπισεν ὁ θεὸς, τὸν μονοσάνδαλον φυλάξασθαι. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἠγνόει τὸν χρησμὸν, αὖθις δὲ ὕστερον αὐτὸν ἔγνω. Τελῶν γὰρ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ Ποσειδῶνι θυσίαν, ἄλλους τε πολλοὺς ἐπὶ ταύτῃ, καὶ τὸν Ἰάσονα μετεπέμψατο. [3] Ὁ δὲ πόθῳ γεωργίας ἐν τοῖς χωρίοις διατελῶν, ἔσπευσεν ἐπὶ τὴν θυσίαν. Διαβαίνων δὲ ποταμὸν Ἄναυρον, ἐξῆλθε μονοσάνδαλος, τὸ ἕτερον ἀπολέσας ἐν τῷ ῥείθρῳ πέδιλον. [4] Θεασάμενος δὲ Πελίας αὐτὸν, καὶ τὸν χρησμὸν συμβαλὼν, ἠρώτα προσελθὼν, τί ἂν ἐποίησεν ἐξουσίαν ἔχων, εἰ λόγιον ἦν αὐτῷ, πρός τινος φονευθήσεσθαι τῶν πολιτῶν. Ὁ δὲ, εἴτε ἐπελθὸν ἄλλως, εἴτε διὰ μῆνιν Ἥρας, ἵν' ἔλθοι κακὸν Μήδεια Πελίᾳ (τὴν γὰρ Ἥραν οὐκ ἐτίμα), Τὸ χρυσόμαλλον δέρας, ἔφη, προστάττον ἂν φέρειν αὐτῷ. [5] Τοῦτο Πελίας ἀκούσας, εὐθὺς ἐπὶ τὸ δέρας ἐλθεῖν ἐκέλευσεν αὐτόν. Τοῦτο ἐν Κόλχοις ἦν ἐν Ἄρεος ἄλσει κρεμάμενον ἐκ δρυὸς, ἀφρουρεῖτο δὲ ὑπὸ δράκοντος ἀύπνου.

[6] Ἐπὶ τοῦτο πεμπόμενος Ἰάσων, Ἄργον παρεκάλεσε τὸν Φρίξου· κἀκεῖνος Ἀθηνᾶς ὑποθεμένης πεντηκόντορον νεῶν κατεσκεύασε τὴν προσαγορευθεῖσαν ἀπὸ τοῦ κατασκευάσαντος Ἀργώ· κατὰ δὲ τὴν πρῴραν ἐνήρμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆεν φηγοῦ τῆς Δωδωνίδος ξύλον. [7] Ὡς δὲ ἡ ναῦς κατεσκευάσθη, [καὶ] χρωμένῳ ὁ θεὸς αὐτῷ πλεῖν ἐπέτρεψε συναθροίσαντι τοὺς ἀρίστους τῆς Ἑλλάδος. [8] Οἱ δὲ συναθροισθέντες εἰσὶν οἵδε· Τίφυς Ἁγνίου, ὃς ἐκυβέρνα τὴν ναῦν, Ὀρφεὺς Οἰάγρου, Ζήτης καὶ Κάλαϊς Βορέου, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης Διὸς, Τελαμὼν καὶ Πηλεὺς Αἰακοῦ, Ἡρακλῆς Διὸς, Θησεὺς Αἰγέως, Ἴδας καὶ Λυγκεὺς Ἀφαρέως, Ἀμφιάραος Οἰκλέους, Καινεὺς Κορώνου, Παλαίμων Ἡφαίστου ἢ Αἰτωλοῦ, Κηφεὺς Ἀλεοῦ, Λαέρτης Ἀρκεισίου, Αὐτόλυκος Ἑρμοῦ, Ἀταλάντη Σχοινέως, Μενοίτιος Ἄκτορος, Ἄκτωρ Ἱππάσου, Ἄδμητος Φέρητος, Ἄκαστος Πελίου, Εὔρυτος Ἑρμοῦ, Μελέαγρος Οἰνέως, Ἀγκαῖος Λυκούργου, Εὔφημος Ποσειδῶνος, Ποίας Θαυμάκου, Βούτης Τελέοντος, Φάνος καὶ Στάφυλος Διονύσου, Ἐργῖνος Ποσειδῶνος, Περικλύμενος Νηλέως, Αὐγέας Ἡλίου, Ἶφικλος Θεστίου, Ἄργος Φρίξου, Εὐρύαλος Μηκιστέως, Πηνέλεως Ἱππάλμου, Λήϊτος Ἀλέκτορος, Ἴφιτος Ναυβόλου, Ἀσκάλαφος καὶ Ἰάλμενος Ἄρεος, Ἀστέριος Κομήτου, Πολύφημος Ἐλάτου.

(17) Οὗτοι ναυαρχοῦντος Ἰάσονος ἀναχθέντες προσίσχουσι Λήμνῳ. Ἔτυχε δὲ ἡ Λῆμνος ἀνδρῶν τότε οὖσα ἔρημος, βασιλευομένη δὲ ὑπὸ Ὑψιπύλης τῆς

moriendi dies advenerat, et neque pater neque mater pro filio mori vellent, Alcestis pro eo mortem perpessa est; quam deinde Proserpina, vel, ut quibusdam placet, Hercules, commissa cum Plutone pugna, ad superas auras reduxit.

(16) Iason autem Æsone, Crethei filio, et Polymede, Autolyci filia, natus Iolcum habitabat, ubi post Cretheum regnum tenebat Pelias. [2] Cui de regni fortuna sciscitanti respondit Apollo, ipsi ab eo, qui alterum pedem calceatum haberet, cavendum esse. Primum quidem responsum non intellexit, postea vero sensum ejus percepit. Nam quum in littore Neptuno sacra faceret, cum alios multos tum etiam Iasonem invitavit. [3] Is, quod rei rusticæ desiderio tenebatur, ruri agens, ad sacra properavit; sed Anaurum fluvium trajiciens amisso altero in amne calceo, uno tantum pede calceatus egressus est. [4] Quod ubi Pelias vidit, oraculum animo reputans, propius eum accedit rogatque: quidnam, si haberet potestatem, facturus esset, si ex oraculo prædictum foret, a civium aliquo mortem sibi illatum iri. Hic autem, sive quod hoc forte in mentem veniret, sive Junonis ira suggerente, ut Medeam in Pelei, qui deam negligebat, perniciem adduceret, « Vellus aureum ut ille afferret imperarem, » respondit. [5] Quo audito Pelias ipsum ad vellus repetendum statim proficisci jussit. Hoc vero Colchis erat in Martis luco e quercu suspensum, ubi draco insomnis id custodiebat.

[6] Ad hoc igitur reportandum Iason Argum arcessivit, filium Phrixi. Is Minervæ consilio quinquaginta remorum navem, a fabri nomine Argo appellatam, construxit; ad cujus proram vocale Minerva e fago Dodonæa lignum accommodavit. [7] Nave itaque confecta, Iasoni oraculum sciscitanti deus vela facere permisit, quum totius Græciæ optimos quosque congregasset; [8] quorum collectorum nomina hæc sunt: Tiphys, Hagniæ filius, cui navis gubernaculum delegatum fuit, Orpheus Œagri, Zetes et Calais Boreæ, Castor et Pollux Jovis, Telamon et Peleus Æaci, Hercules Jovis, Theseus Ægei, Idas et Lynceus Apharei, Amphiaraus Oiclis, Cæneus Coroni, Palæmon Vulcani vel Ætoli, Cepheus Aleæ, Laertes Arcisii, Autolycus Mercurii, Atalanta Schœnei, Menœtius Actoris, Actor Hippasi, Admetus Pheretis, Acastus Peliæ, Eurytus Mercurii, Meleager Œnei, Ancæus Lycurgi, Euphemus Neptuni, Pœas Thaumaci, Butes Teleontis, Phanus et Staphylus Dionysi, Erginus Neptuni, Periclymenus Nelei, Augeas Solis, Iphiclus Thestii, Argus Phrixi, Euryalus Mecistei, Peneleus Hippalmi, Leitus Alectoris, Iphitus Nauboli, Ascalaphus et Ialmenus Martis, Asterius Cometæ, Polyphemus Elati.

(17) Hi igitur navarcho Iasone evecti appellunt Lemnum. Quæ insula tum viris orbata, Hypsipyles, Thoantis filiæ, imperio regebatur. Causa rei fuit hæc: [9] Lemniæ mu-

Digitized by Google

Θόαντος δι' αἰτίαν τήνδε·[2] αἱ Λήμνιαι τὴν Ἀφροδίτην οὐκ ἐτίμων· ἡ δὲ αὐταῖς ἐμβάλλει δυσοσμίαν, καὶ διὰ τοῦτο οἱ γήμαντες αὐτὰς, ἐκ τῆς πλησίον Θράκης λαβόντες αἰχμαλωτίδας, συνευνάζοντο αὐταῖς. Ἀτιμαζόμεναι δὲ αἱ Λήμνιαι τούς τε πατέρας καὶ τοὺς ἄνδρας φονεύουσι· μόνη δὲ ἔσωσεν Ὑψιπύλη τὸν ἑαυτῆς πατέρα κρύψασα Θόαντα. Προσσχόντες οὖν τότε γυναικοκρατουμένῃ τῇ Λήμνῳ, μίσγονται ταῖς γυναιξίν· Ὑψιπύλη δὲ Ἰάσονι συνευνάζεται, καὶ γεννᾷ παῖδας, Εὔνηον καὶ Νεβροφόνον.

(18) Ἀπὸ Λήμνου δὲ προσίσχουσι Δολίοσι, ὧν ἐβασίλευε Κύζικος. Οὗτος αὐτοὺς ὑπεδέξατο φιλοφρόνως. Νυκτὸς ἀναχθέντες ἐντεῦθεν, καὶ περιπεσόντες ἀντιπνοίαις, ἀγνοοῦντες πάλιν τοῖς Δολίοσι προσίσχουσιν. Οἱ δὲ νομίζοντες Πελασγικὸν εἶναι στρατὸν (ἔτυχον γὰρ ὑπὸ Πελασγῶν συνεχῶς πολεμούμενοι), μάχην τῆς νυκτὸς συνάπτουσιν ἀγνοοῦντες πρὸς ἀγνοοῦντας.[2] Κτείναντες δὲ πολλοὺς οἱ Ἀργοναῦται, μεθ' ὧν καὶ Κύζικον, μεθ' ἡμέραν, ὡς ἔγνωσαν, ἀποδυρόμενοι τάς τε κόμας ἐκείραντο, καὶ τὸν Κύζικον πολυτελῶς ἔθαψαν. Καὶ μετὰ τὴν ταφὴν πλεύσαντες, Μυσίᾳ προσίσχουσιν.

(19) Ἐνταῦθα Ἡρακλέα καὶ Πολύφημον κατέλιπον.[2] Ὕλας γὰρ, ὁ Θειοδάμαντος παῖς, Ἡρακλέους δὲ ἐρώμενος, ἀποσταλεὶς ὑδρεύσασθαι, διὰ κάλλος ὑπὸ Νυμφῶν ἡρπάγη.[3] Πολύφημος δὲ ἀκούσας αὐτοῦ βοήσαντος, σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐδίωξεν, ὑπὸ ληστῶν ἄγεσθαι νομίζων, καὶ δηλοῖ συντυχόντι Ἡρακλεῖ.[4] Ζητούντων δὲ ἀμφοτέρων τὸν Ὕλαν, ἡ ναῦς ἀνέχθη. Καὶ Πολύφημος μὲν ἐν Μυσίᾳ κτίσας πόλιν, Κίου ἐβασίλευσεν, Ἡρακλῆς δὲ ὑπέστρεψεν εἰς Ἄργος.[5] Ἡρόδωρος δὲ αὐτὸν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν φησι πλεῦσαι τότε, ἀλλὰ παρ' Ὀμφάλῃ δουλεύειν.[6] Φερεκύδης δὲ αὐτὸν ἐν Ἀφέταις τῆς Θεσσαλίας ἀπολειφθῆναι λέγει, τῆς Ἀργοῦς φθεγξαμένης, μὴ δύνασθαι φέρειν τὸ τούτου βάρος.[7] Δημάρατος δὲ αὐτὸν εἰς Κόλχους πεπλευκότα παρέδωκε. Διονύσιος μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ ἡγεμόνα φησὶ τῶν Ἀργοναυτῶν γενέσθαι.

(20) Ἀπὸ δὲ Μυσίας ἀπῆλθον εἰς τὴν Βεβρύκων γῆν, ἧς ἐβασίλευσεν Ἄμυκος Ποσειδῶνος παῖς καὶ Βιθυνίδος. Γενναῖος δὲ ὢν οὗτος, τοὺς προσσχόντας ξένους ἠνάγκαζε πυκτεύειν, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνῄρει. Παραγενόμενος οὖν καὶ τότε ἐπὶ τὴν Ἀργὼ, τὸν ἄριστον αὐτῶν εἰς πυγμὴν προὐκαλεῖτο·[2] Πολυδεύκης δὲ ὑποσχόμενος πυκτεύσειν πρὸς αὐτὸν, πλήξας κατὰ τὸν αὐχένα ἀπέκτεινε. Τῶν δὲ Βεβρύκων ὁρμησάντων πρὸς αὐτὸν, ἁρπάσαντες οἱ ἀριστεῖς τὰ ὅπλα, πολλοὺς φεύγοντας φονεύουσιν αὐτῶν.

(21) Ἐντεῦθεν ἀναχθέντες, καταντῶσιν εἰς τὴν Θρᾴκης Σαλμυδησσόν. Ἔνθα ᾤκει Φινεὺς μάντις, τὰς ὄψεις πεπηρωμένος.[2] Τοῦτον οἱ μὲν τὸν Ἀγήνορος εἶναι λέγουσιν, οἱ δὲ Ποσειδῶνος υἱόν. Καὶ πηρωθῆναι φασὶν αὐτὸν, οἱ μὲν ὑπὸ θεῶν, ὅτι προὔλεγε τοῖς ἀνθρώποις τὰ μέλλοντα, οἱ δὲ, ὑπὸ Βορέου καὶ τῶν

lieres Venerem non honorabant. Hæc autem graveolentiam illis injecit; quare viri cum captivis, quas e Thracia Lemno proxima abduxerant, mulieribus concumbebant. Tum Lemniæ, quod a conjugibus spernerentur, et patres et maritos jugularunt; una tamen omnium Hypsipyle Thoantem patrem absconditum servavit. Jam vero Argonautæ in Lemnum, quæ tum a mulieribus tenebatur, appulsi cum illis rem habuerunt. Ac Hypsipyle ab Iasone compressa Euneum peperit et Nebrophonum.

(18) A Lemno deinde ad Doliones, quibus tunc Cyzicus imperabat, pervenerunt. Hic eos benignissime excepit. Nocte illinc avecti, reflantium ventorum impetu, nescii rursus ad Doliones appulerunt. Hi vero Pelasgorum hostium copias adesse putantes (continenter enim cum his bellum gerebant), pugnam per noctem conserunt ignari adversus ignaros.[2] Cæsis itaque Dolionum permultis inter eosque etiam Cyzico rege, Argonautæ ubi per diem rem cognoverunt, multis cum lacrimis ac detonso capillo Cyzicum magnifice sepeliverunt. Quo facto in naves ascenderunt, deveneruntque in Mysiam.

(19) Hic Herculem et Polyphemum reliquerunt.[2] Nam Hylas, Thiodamantis filius et Herculis amasius, aquatum missus, ob formæ præstantiam a Nymphis raptus est.[3] Quem quum clamantem audiisset Polyphemus, nudato ense persecutus est, a latronibus eum abduci putans, atque rem Herculi obviam facto indicavit.[4] Interea vero dum Hylan uterque perquirunt, navis in altum ducta fuit. Et Polyphemus quidem, condita in Mysia urbe Cio, regni sedem illic collocavit: verum Hercules Argos remeavit.[5] Hunc Herodorus omnino non cum Argonautis navigasse, sed apud Omphalen servitutem serviisse affirmat.[6] Pherecydes autem illum in Aphetis, Thessaliæ urbe, relictum esse refert, propterea quod Argo hujus herois pondus se perferre non posse dictitabat.[7] Verum Demaratus eum in Colchos usque navigasse tradidit. Quid? Dionysius (*Scytobrachion*) ipsum etiam ducem Argonautarum fuisse dicit.

(20) Inde a Mysia venerunt in Bebrycum terram, ubi Amycus, Neptuni ex Bithynide nympha filius, regnabat. Is, quum fortitudine polleret, qui in regnum suum venirent, secum cestibus contendere cogebat, atque ita interficiebat. Igitur tum quoque ad Argo navem veniens præstantissimum ad pugilatus certamen provocavit.[2] Verum Pollux cum eo se pugnaturum esse pollicitus percussa ejus cervice hominem interfecit. Deinde, quum Bebryces in Pollucem impetum facerent, viri fortissimi sumtis armis plerosque eorum in fugam actos obtruncarunt.

(21) Inde avecti veniunt Salmydessum quæ Thraciæ urbs est, ubi habitabat Phineus vates oculorum luce orbatus.[2] Hunc alii Agenoris filium ferunt, alii Neptuni; eumque excæcatum fuisse produnt alii a diis, quod futura mortalibus prædiceret, alii a Borea et Argonautis, quod a noverca indu.

Digitized by Google

Ἀργοναυτῶν, ὅτι, πεισθεὶς μητρυιᾷ, τοὺς ἰδίους ἐτύφλωσε παῖδας. Τινὲς δὲ ὑπὸ Ποσειδῶνος, ὅτι τοῖς Φρίξου παισὶ τὸν ἐκ Κόλχων εἰς τὴν Ἑλλάδα πλοῦν ἐμήνυσεν.[3] Ἐπεμψαν δὲ αὐτῷ καὶ τὰς Ἁρπυίας οἱ θεοί. Ἠτερωταὶ δὲ ἦσαν αὗται, καὶ, ἐπειδὰν τῷ Φινεῖ παρατίθετο τράπεζα, ἐξ οὐρανοῦ καθιπτάμεναι, τὰ μὲν πλείονα ἀνήρπαζον, ὀλίγα δὲ ὅσα ὀσμῆς ἀνάπλεα κατέλειπον, ὥστε μὴ δύνασθαι προσενέγκασθαι.[4] Βουλομένοις δὲ τοῖς Ἀργοναύταις τὰ περὶ τοῦ πλοῦ μαθεῖν, ὑποθήσεσθαι τὸν πλοῦν ἔφη, τῶν Ἁρπυιῶν αὐτὸν ἐὰν ἀπαλλάξωσιν. Οἱ δὲ παρέθεσαν αὐτῷ τράπεζαν ἐδεσμάτων, Ἅρπυιαι δὲ ἐξαίφνης σὺν βοῇ καταπτᾶσαι τὴν τροφὴν ἥρπαζον.[5] Θεασάμενοι δὲ οἱ Βορέου παῖδες, Ζήτης καὶ Κάλαϊς, ὄντες πτερωτοί, σπασάμενοι τὰ ξίφη, δι' ἀέρος ἐδίωκον.[6] Ἦν δὲ ταῖς Ἁρπυίαις χρεὼν τεθνάναι ὑπὸ τῶν Βορέου παίδων· τοῖς δὲ Βορέου παισὶ, τότε τελευτήσειν, ὅτε ἂν διώκοντες μὴ καταλάβωσι.[7] Διωκομένων δὲ τῶν Ἁρπυιῶν, ἡ μὲν κατὰ Πελοπόννησον εἰς τὸν Τίγρην ποταμὸν ἐμπίπτει, ὃς νῦν ἀπ' ἐκείνης Ἅρπυς καλεῖται. Ταύτην δὲ οἱ μὲν Νικοθόην, οἱ δὲ Ἀελλόπουν καλοῦσιν. Ἡ δὲ ἑτέρα, καλουμένη Ὠκυπέτη, ὡς δὲ ἔνιοι, Ὠκυθόη, Ἡσίοδος δὲ λέγει αὐτὴν Ὠκυπόδην, αὕτη κατὰ τὴν Προποντίδα φεύγουσα, μέχρις Ἐχινάδων ἦλθε νήσων, αἳ νῦν ἀπ' ἐκείνης Στροφάδες καλοῦνται· ἐστράφη γάρ, ὡς ἦλθεν ἐπὶ ταύτας, καὶ γενομένη κατὰ τὴν ἠϊόνα ὑπὸ καμάτου πίπτει σὺν τῷ διώκοντι.[8] Ἀπολλώνιος δὲ ἐν τοῖς Ἀργοναύταις ἕως Στροφάδων νήσων φησὶν αὐτὰς διωχθῆναι, καὶ μηδὲν παθεῖν, δούσας ὅρκον, τὸν Φινέα μηκέτι ἀδικῆσαι.

(22) Ἀπαλλαγεὶς δὲ τῶν Ἁρπυιῶν Φινεὺς, ἐμήνυσε τὸν πλοῦν τοῖς Ἀργοναύταις, καὶ περὶ τῶν Συμπληγάδων ὑπέθετο πετρῶν τῶν κατὰ θάλασσαν.[2] Ἦσαν δὲ ὑπερμεγέθεις αὗται· συγκρουόμεναι δὲ ἀλλήλαις ὑπὸ τῆς τῶν πνευμάτων βίας, τὸν διὰ θαλάσσης πόρον ἀπέκλειον. Ἐφέρετο δὲ πολλὴ μὲν ὑπ' αὐτῶν ὁμίχλη, πολὺς δὲ πάταγος· ἦν δὲ ἀδύνατον καὶ τοῖς πετεινοῖς δι' αὐτῶν ἐλθεῖν.[3] Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ἀφεῖναι πελειάδα διὰ τῶν πετρῶν, καὶ ταύτην ἐὰν μὲν ἴδωσι σωθεῖσαν, διαπλεῖν καταφρονοῦντας· ἐὰν δὲ ἀπολομένην, μὴ πλεῖν βιάζεσθαι.[4] Ταῦτα ἀνήγοντο ἀκούσαντες, καὶ, ὡς πλησίον ἦσαν τῶν πετρῶν, ἀφιᾶσιν ἐκ τῆς πρῴρας πελειάδα· τῆς δὲ ἱπταμένης, τὰ ἄκρα τῆς οὐρᾶς ἡ σύμπτωσις τῶν πετρῶν ἀπεθέρισεν.[5] Ἀναχωρούσας οὖν ἐπιτηρήσαντες τὰς πέτρας, μετ' εἰρεσίας ἐντόνου, συλλαβομένης Ἥρας, διῆλθον, τὰ ἄκρα τῶν ἀφλάστων τῆς νηὸς περικοπείσης. Αἱ μὲν οὖν Συμπληγάδες ἔκτοτε ἕστησαν· χρεὼν γὰρ ἦν αὐταῖς, νηὸς περαιωθείσης, στῆναι παντελῶς.

(23) Οἱ δὲ Ἀργοναῦται πρὸς Μαριανδυνοὺς παρεγένοντο· κἀκεῖ φιλοφρόνως ὁ βασιλεὺς ὑπεδέξατο Λύκος. Ἔνθα θνήσκει μὲν Ἴδμων ὁ μάντις, πλήξαντος αὐτὸν κάπρου· θνήσκει δὲ καὶ Τῖφυς, καὶ τὴν ναῦν Ἀγκαῖος ὑπισχνεῖται κυβερνᾶν.

ctus filios suos oculorum luce privasset. Nec desunt qui a Neptuno id factum dicant, propterea quod Phrixi filiis a Colchis in Græciam navigationem indicasset. [3] Ad hæc ei Harpyias dii miserunt, quæ alis instructæ, ubi mensa Phineo apponebatur, a cœlo devolitantes majorem ferculorum partem abripiebant, et pauca illa quæ relinquebant, tam gravi inficiebant odore, ut comedere ea non posset. [4]Argonautis igitur quæ ad navigationem suam spectarent discendi cupidis dixit hæc se præmoniturum, si ab Harpyiis se liberarent. Tum hi Phineo mensam apposuerunt et cibos; quo facto repente Harpyiæ cum clangore devolantes esculenta diripiunt. [5]Id ubi viderunt Boreæ filii, Zetes et Calais, alati, nudatis ensibus illas per aerem persequuntur. [6]Erat vero fatum Harpyiis a Boreæ filiis perire, quibus ipsis moriendum erat si quas insectarentur non caperent. [7] Quum itaque illæ agerentur, altera (in Peloponneso?) in Tigren fluvium decidit, qui nunc ab ea nominatur Harpys. Hanc alii Nicothoen, alii Aellopum dicunt. Altera, Ocypete, vel, ut nonnulli volunt, Ocythoe, vel secundum Hesiodum Ocypode, per Propontidem fugiens ad Echinadas (*Plotas?*) insulas usque pervasit, quæ nunc ab illa Strophades appellantur. Nam quum ad eas pervenisset, convertit se (quæ est στροφή) et volatu defessa simul cum persequente in littus se demisit. [8]Verum Apollonius in Argonauticis (2,284) usque ad Strophades insulas fugisse Harpyias refert, neque tamen mali quidquam passas, quod jurejurando nihil postea injuriarum se Phineo illaturas promisissent.

(22) Liberatus igitur Harpyiis Phineus Argonautis navigationem explanavit, et de Symplegadum discrimine eos admonuit. [2] Hæ ingentes erant in mari petræ, quæ ventorum impetu inter se collidentes maris transitum intercludebant. Multa ab iis nebula magnusque edebatur strepitus; ac ne avibus quidem per eas transvolare licebat. [3]Igitur præcepit Argonautis per medias petras mittere columbam, quam si incolumem pervolasse vidissent, eas trajicere ne dubitarent; si vero interiisset illa, jussit ne transire conarentur. [4]His acceptis, soluta nave discedunt, et ubi proxime ad scopulos venerant, de prora columbam dimittunt, cui in trajectu summam caudam concursus petrarum abstersit. [5]Observato igitur scopulorum recessu, acerrima remigantium contentione, Junone opitulante, extrema modo puppis parte mutilata, trajecere. Ab eo inde tempore Symplegades steterunt: in fatis enim erat eas, si navis trajecerit, omnino stare immobiles.

(23) Deinde Argonautæ ad Mariandynos pervenerunt, ubi Lycus rex benigne eos excepit. Hic Idmon vates ab apro percussus decessit. Moritur etiam Tiphys, cujus loco Ancæus navem se gubernaturum pollicetur.

Digitized by Google

[2] Παραπλεύσαντες δὲ Θερμώδοντα καὶ Καύκασον, ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν ἦλθον. Οὗτος τῆς Κολχικῆς ἐστι γῆς. [3] Καθορμισθείσης δὲ τῆς νηὸς, ἦκε καὶ πρὸς Αἰήτην Ἰάσων, καὶ τὰ ἐπιταγέντα ὑπὸ Πελίου λέγων, παρεκάλει δοῦναι τὸ δέρας αὐτῷ, [4] ὃ δώσειν ὑπέσχετο, ἐὰν τοὺς χαλκόποδας ταύρους μόνος καταζεύξῃ. Ἦσαν δὲ ἄγριοι παρ' αὐτῷ οὗτοι ταῦροι δύο, μεγέθει διαφέροντες, δῶρον Ἡφαίστου, οἱ χαλκοῦς μὲν εἶχον πόδας, πῦρ δὲ ἐκ στομάτων ἐφύσων. [5] Τούτους αὐτῷ ζεύξαντι ἐπετάσσετο σπείρειν δράκοντος ὀδόντας· εἶχε γὰρ λαβὼν παρ' Ἀθηνᾶς τοὺς ἡμίσεις, ὧν Κάδμος ἔσπειρεν ἐν Θήβαις. [6] Ἀποροῦντος δὲ τοῦ Ἰάσονος, πῶς ἂν δύναιτο τοὺς ταύρους καταζεῦξαι, Μήδεια αὐτοῦ ἔρωτα ἴσχει. [7] Ἦν δὲ αὕτη θυγάτηρ Αἰήτου καὶ Ἰδυίας τῆς Ὠκεανοῦ, φαρμακίς. [7] Δεδοικυῖα δὲ, μὴ πρὸς τῶν ταύρων διαφθαρῇ, κρύφα τοῦ πατρὸς συνεργήσειν αὐτῷ πρὸς τὴν κατάζευξιν τῶν ταύρων ἐπηγγείλατο, καὶ τὸ δέρας ἐγχειριεῖν, ἐὰν ὀμώσῃ αὐτὴν ἕξειν γυναῖκα, καὶ εἰς Ἑλλάδα σύμπλουν ἀγάγηται. [8] Ὀμόσαντος δὲ Ἰάσονος, φάρμακον δίδωσιν, ᾧ καταζευγνύναι μέλλοντα τοὺς ταύρους ἐκέλευσε χρῖσαι τήν τε ἀσπίδα καὶ τὸ δόρυ καὶ τὸ σῶμα· τούτῳ γὰρ χρισθέντα, ἔφη πρὸς μίαν ἡμέραν μήτε ἂν ὑπὸ πυρὸς ἀδικηθήσεσθαι, μήτε ὑπὸ σιδήρου. [9] Ἐδήλωσε δὲ αὐτῷ, σπειρομένων τῶν ὀδόντων, ἐκ γῆς ἄνδρας μέλλειν ἀναδύεσθαι ἐπ' αὐτὸν καθωπλισμένους, οὓς, ἔλεγεν, ἐπειδὰν ἀθρόους θεάσηται, βάλλῃ εἰς μέσον λίθους ἄπαθεν· ὅταν δὲ ὑπὲρ τούτου μάχωνται πρὸς ἀλλήλους, τότε κτείνειν αὐτούς. [10] Ἰάσων δὲ τοῦτο ἀκούσας, καὶ χρισάμενος τῷ φαρμάκῳ, παραγενόμενος εἰς τὸ τοῦ νεὼ ἄλσος, ἐμάστευε τοὺς ταύρους, καὶ σὺν πολλῷ πυρὶ ὁρμήσαντας αὐτοὺς κατέζευξε. [11] Σπείροντος δὲ αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας, ἀνέτελλον ἐκ τῆς γῆς ἄνδρες ἔνοπλοι· ὁ δὲ, ὅπου πλείονας ἑώρα, βάλλων ἀφανεῖς λίθους, πρὸς αὐτοὺς μαχομένους πρὸς ἀλλήλους προσιὼν, ἀνῄρει. [12] [Καὶ] καταζευγνυμένων τῶν ταύρων, οὐκ ἐδίδου τὸ δέρας Αἰήτης· ἐβούλετο δὲ τήν τε Ἀργὼ καταφλέξαι, καὶ κτεῖναι τοὺς ἐμπλέοντας. [13] Φθάσασα δὲ Μήδεια, τὸν Ἰάσονα νυκτὸς ἐπὶ τὸ δέρας ἤγαγε. Καὶ τὸν φυλάσσοντα δράκοντα κατακοιμίσασα τοῖς φαρμάκοις, μετὰ Ἰάσονος, ἔχουσα τὸ δέρας, ἐπὶ τὴν Ἀργὼ παρεγένετο. Συνείπετο δὲ αὐτῇ καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἄψυρτος. Οἱ δὲ νυκτὸς μετὰ τούτων ἀνήχθησαν.

(24) Αἰήτης δὲ ἐπιγνοὺς τὰ τῇ Μηδείᾳ τετολμημένα, ὥρμησε τὴν ναῦν διώκειν. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν πλησίον ὄντα Μήδεια, τὸν ἀδελφὸν φονεύει, καὶ μελίσασα κατὰ βυθοῦ ῥίπτει. [2] Συναθροίζων δὲ Αἰήτης τὰ τοῦ παιδὸς μέλη, τῆς διώξεως ὑστέρησε. Διόπερ ὑποστρέψας, καὶ τὰ σωθέντα τοῦ παιδὸς μέλη θάψας, τὸν τόπον προσηγόρευσε Τόμους. [3] Πολλοὺς δὲ τῶν Κόλχων ἐπὶ τὴν ζήτησιν τῆς Ἀργοῦς ἐξέπεμψεν, ἀπειλήσας, εἰ μὴ Μήδειαν ἄξουσιν, αὐτοὺς πείσεσθαι τὰ ἐκείνης. Οἱ δὲ διασχεθέντες ἄλλος ἀλλαχοῦ ζήτησιν ἐποιοῦντο.

[4] Τοῖς δὲ Ἀργοναύταις τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν ἤδη

[2] Tum Thermodontem et Caucasum prætervecti venere ad Phasin, qui fluvius est terræ Colchicæ. [3] Nave in portum delata, ad Æeten contendit Iason, et expositis quæ sibi a Pelia imperata essent, poposcit ab eo vellus aureum; [4] quod se daturum Æetes pollicitus est, si solus sub jugum misisset tauros æripedes. Erant duo, quos a Vulcano acceperat feritate sua et corporis magnitudine insignes; æreos pedes habebant atque flammas ore spirabant. [5] Hos postquam jugo junxisset, ut draconis dentes sereret imperavit. Æetes enim a Minerva acceperat dimidium eorum, quorum alterum partem Thebis severat Cadmus. [6] Dum vero nescit Iason quanam arte tauros subjugaret, Medea filius amore capitur. Hæc erat Æetæ filia ex Idyia Oceano genita, veneficiis et incantationibus insignis. [7] Quæ veritа ne Iason a tauris perderetur, clam patre sociam ipsi se fore ad eos jungendos, atque vellus quoque aureum daturam esse promisit, si jurejurando polliceretur se uxorem ipsam ducturum et secum in Græciam nave pervecturum esse. [8] Id postquam præstiturum se Iason juraverat, pharmacum dedit, quo, ubi tauros sub jugum mittere vellet, clypeum et hastam ac corpus inungere præcepit. Hoc enim delibutum per unum diem neque igne neque ferro lædi posse affirmavit. [9] Eadem prædixit Iasoni fore, ut e satis dentibus viri terra orirentur contra ipsum armati, quos simul ac frequentes videret, jussit ut eminus inter eos lapides conjiceret; deinde autem, quando ea de re pugnam inter se committerent, eos occideret. [10] Quibus anditis Iason pharmaco inunctus et templi lucum ingressus tauros quæsivit, eosque, quamvis multas flammas vomentes in eum irruerent, misit sub jugum. [11] Satis deinde dentibus armati e terra viri prosiluere. Iason ubi plures esse vidit, conjectis inter eos ex occulto lapidibus, pugnantes inter se adortus occidit. [12] At licet tauros domuisset, Æetes vellus non dedit, sed Argo navem incendere et qui ea venerant voluit interficere. [13] Quod quominus fieret impediens Medea Iasonem noctu duxit ad vellus, eoque, postquam draconem custodem veneno sopiverat, potita cum Iasone et Apsyrto fratre ad Argo navem sese contulit. Argonautæ vero cum hisce eadem nocte navem solverunt.

(24) Æetes, cognita Medeæ audacia, navem persequi properavit. Quem ubi Medea appropinquantem vidit, fratrem jugulat ac membra ejus articulatim concisa jacit in profundum. [2] Æetes membra filii colligens a persecutione detentus est. Quare reversus servatos pueri artus sepelivit, eumque locum nominavit Tomos. [3] Multos deinde Colchorum ad Argo navem perquirendam emisit, iisque, nisi Medeam captivam reducerent, quod illa subitura fuisset supplicium minatus est. Hi igitur alius alio diffusi Argo navem quærebant.

[4] At Argonautas Eridanum fluvium jam præternavigan-

Digitized by Google

παραπλέουσι μηνίσας Ζεὺς ὑπὲρ τοῦ φονευθέντος Ἀψύρτου χειμῶνα λάβρον ἐπιπέμψας ἐμβάλλει πλάνην. Καὶ αὐτῶν τὰς Ἀψυρτίδας νήσους παραπλεόντων ἡ ναῦς φθέγγεται, μὴ λήξειν τὴν ὀργὴν τοῦ Διὸς, ἐὰν μὴ πορευθέντες εἰς τὴν Αὐσονίαν, τὸν Ἀψύρτου φόνον καθαρθῶσιν ὑπὸ Κίρκης. [5] Οἱ δὲ παραπλεύσαντες τὰ Λιγύων καὶ Κελτῶν ἔθνη, καὶ διὰ τοῦ Σαρδονίου πελάγους κομισθέντες, παραμειψάμενοι Τυρρηνίαν, ἦλθον εἰς Αἰαίαν. [6] Ἐνθα Κίρκῃ ἱκέται γενόμενοι καθαίρονται.

(25) Παραπλεόντων δὲ Σειρῆνας αὐτῶν, Ὀρφεὺς τὴν ἐναντίαν μοῦσαν μελῳδῶν, τοὺς Ἀργοναύτας κατέσχε. Μόνος δὲ Βούτης ἐξενήξατο πρὸς αὐτὰς, ὃν ἁρπάσασα Ἀφροδίτη ἐν Λιλυβαίῳ κατῴκισε.

[2] Μετὰ δὲ τὰς Σειρῆνας τὴν ναῦν Χάρυβδις ἐξεδέχετο, καὶ Σκύλλα, καὶ Πέτραι Πλαγκταὶ, ὑπὲρ ὧν φλὸξ πολλὴ καὶ καπνὸς ἀναφερόμενος ἐωρᾶτο. Ἀλλὰ διὰ τούτων διεκόμισε τὴν ναῦν σὺν Νηρηΐσι Θέτις παρακληθεῖσα ὑπὸ Ἥρας.

[3] Παραμειψάμενοι δὲ Θρινακίαν νῆσον Ἡλίου βοῦς ἔχουσαν, εἰς τὴν Φαιάκων νῆσον Κέρκυραν ἦκον, ἧς βασιλεὺς ἦν Ἀλκίνοος.

[4] Τῶν δὲ Κόλχων τὴν ναῦν εὑρεῖν μὴ δυναμένων, οἱ μὲν τοῖς Κεραυνίοις ὄρεσι παρῴκησαν, οἱ δὲ εἰς τὴν Ἰλλυρίδα κομισθέντες, ἔκτισαν Ἀψυρτίδας νήσους· [5] ἔνιοι δὲ, πρὸς Φαίακας ἐλθόντες, τὴν Ἀργὼ κατέλαβον, καὶ τὴν Μήδειαν ἀπῄτουν παρὰ Ἀλκινόου. Ὁ δὲ εἶπεν, εἰ μὲν ἤδη συνελήλυθεν Ἰάσονι, (οὐ ?) δώσειν αὐτὴν ἐκείνῳ· εἰ δὲ ἔτι παρθένος ἐστὶ, τῷ πατρὶ ἀντιπέμψειν. Ἀρήτη δὲ ἡ Ἀλκινόου γυνὴ φθάσασα Μήδειαν Ἰάσονι συνέζευξεν. (26) Ὅθεν οἱ μὲν Κόλχοι μετὰ Φαιάκων κατῴκησαν, οἱ δὲ Ἀργοναῦται μετὰ τῆς Μηδείας ἀνήχθησαν. Πλέοντες δὲ νυκτὸς σφοδρῷ περιπίπτουσι χειμῶνι. [2] Ἀπόλλων δὲ στὰς ἐπὶ τὰς Μελαντίους δειρὰς, τοξεύσας τῷ βέλει εἰς τὴν θάλασσαν, κατήστραψεν. Οἱ δὲ πλησίον ἐθεάσαντο νῆσον, τῷ δὲ παρὰ προσδοκίαν ἀναφανῆναι, προσορμισθέντες, Ἀνάφην ἐκάλεσαν. [3] Ἱδρυσάμενοι δὲ βωμὸν Ἀπόλλωνος Αἰγλήτου, καὶ θυσιάσαντες ἐπ' εὐωχίαν ἐτράπησαν. Δοθεῖσαι δὲ ὑπὸ Ἀρήτης Μηδείᾳ δώδεκα θεράπαιναι, τοὺς ἀριστέας ἔσκωπτον μετὰ παιγνίας· ὅθεν ἔτι καὶ νῦν τῇ θυσίᾳ σύνηθές ἐστι σκώπτειν ταῖς γυναιξίν.

[4] Ἐντεῦθεν ἀναχθέντες κωλύονται Κρήτῃ προσίσχειν ὑπὸ Τάλω. Τοῦτον οἱ μὲν τοῦ χαλκοῦ γένους εἶναι λέγουσιν· οἱ δὲ, ὑπὸ Ἡφαίστου Μίνωϊ δοθῆναι. [4] Ὃς ἦν χαλκοῦς ἀνήρ. Οἱ δὲ Ταῦρον αὐτὸν λέγουσιν, εἶχε δὲ φλέβα μίαν ἀπὸ αὐχένος κατατείνουσαν ἄχρι σφυρῶν· κατὰ δὲ τὸ δέρμα τῆς φλεβὸς ἦλος διήρειστο χαλκοῦς. [5] Οὗτος ὁ Τάλως τρὶς ἑκάστης ἡμέρας τὴν νῆσον περιτροχάζων ἐτήρει. Διὸ καὶ τότε τὴν Ἀργὼ προσπλέουσαν θεωρῶν λίθοις ἔβαλλεν. Ἐξαπατηθεὶς δὲ ὑπὸ Μηδείας ἀπέθανεν, ὡς μέν ἔνιοι λέγουσι, διὰ

tes Jupiter ob Apsyrti cædem iratus, ingenti missa tempestate in errorem conjecit; quumque Apsyrtidas insulas præternavigarent, Argo dixit: Jovis iram non desituram esse, nisi in Ausoniam profectos Circe ab Apsyrti cæde expiaverit. [5] Igitur Ligurum Celtorumque gentes prætervecti et per Sardonium mare delati Tyrrheniam legentes venerunt in Æeam, ubi a Circe supplices lustrantur.

(25) Qui quum Sirenas præternavigarent, obtudit earum vocem suo cantu Orpheus, continuitque heroes ne propius accederent. Unus tantum Butes ad eas enatavit, quem tamen Venus ereptum, Lilybæum transtulit, ubi habitaret.

[2] Post Sirenes navem Charybdis excepit et Scylla et Planctæ petræ, super quibus multus cum fumo ignis emissus conspiciebatur. Sed per eas Thetis cum Nereidibus, Junonis monitu, incolumem navem traduxit.

[3] Prætervecti Thrinaciam insulam, quam tenent Solis boves, ad Corcyram, Phæacum insulam, appellunt, cujus rex erat Alcinous.

[4] Verum Colchi quum Argo navem nusquam invenirent, horum alii ad Ceraunos montes consederunt, alii ad Illyriæ oram delati insulas incoluerunt Apsyrtidas; [5] nonnulli ad Phæaces pervenientes, inventa tandem Argo, Medeam ab Alcinoo repetierunt. Sed hic respondit, si Medea jam congressa esset cum Iasone, se eam Æetæ non traditurum; sin adhuc virgo foret, patri remissurum esse. Verum enimvero Alcinoi conjux Arete Iasoni Medeam jam copulaverat. (26) Quare Colchi apud Phæacas sedes sibi constituerunt, Argonautæ vero cum Medea navem duxerunt in altum. At noctu navigantes in vehementem incidunt tempestatem. [2] Apollo autem in jugis stans Melantiis missa in mare sagitta fulguravit. Illi vero haud procul conspexerunt insulam, quam appulsi, quum præter opinionem apparuisset, nominarunt Anaphen; [3] et exstructa ibi Apollini Ægletæ ara, post peracta sacrificia ad epulationem sese converterunt. Duodecim autem quas Arete Medeæ dono dederat ancillæ dicteriis heroes cavillabantur. Hinc etiam nunc in his sacrificiis cavillandi mos mulieribus manet.

[4] Inde avecti in Cretam appellere prohibentur a Talo. Hunc nonnulli ærei hominum generis fuisse dicunt, secundum alios a Vulcano datus erat Minoi. (Vir erat æneus.) Sunt denique qui Taurum eum appellent. Habebat ille unam tantum venam a cervice ad talos descendentem, cujus cuti clavus æreus erat impactus. [5] Hic igitur Talus ter quotidie circum insulam currens eam tuebatur. Quocirca et tum Argo appropinquantem conspiciens lapidibus petivit. Sed deceptus a Medea occubuit, quæ eum veneficiis, ut nonnulli dicunt, ad insaniam redegit;

Digitized by Google

φαρμάκων αὐτῷ μανίαν Μηδείας ἐμβαλούσης· ὡς δέ τινες, ὑποσχομένης ποιήσειν ἀθάνατον αὐτόν, καὶ τὸν ἦλον ἐξελούσης, ἐκρυέντος τοῦ παντὸς ἰχῶρος, ἀποθανεῖν. Τινὲς δέ, αὐτὸν τοξευθέντα ὑπὸ Ποίαντος εἰς τὸ σφυρὸν τελευτῆσαι λέγουσι.

[6]Μίαν δὲ ἐνταῦθα νύκτα μείναντες, Αἰγίνῃ προσίσχουσιν ὑδρεύσασθαι θέλοντες, καὶ γίνεται περὶ τῆς ὑδρείας αὐτοῖς ἅμιλλα. Ἐκεῖθεν δὲ διὰ τῆς Εὐβοίας καὶ τῆς Λοκρίδος πλεύσαντες, εἰς Ἰωλκὸν ἦλθον, τὸν πάντα πλοῦν ἐν τέσσαρσι μησὶ τελειώσαντες.

(27) Πελίας δὲ, ἀπογνοὺς τὴν ὑποστροφὴν τῶν Ἀργοναυτῶν, τὸν Αἴσονα κτείνειν ἤθελεν· ὁ δὲ αἰτησάμενος ἑαυτὸν ἀνελεῖν, θυσίαν ἐπιτελῶν ἀδεῶς τοῦ ταύρου αἷμα σπασάμενος ἀπέθανεν. [2]Ἡ δὲ Ἰάσονος μήτηρ, ἐπαρασαμένη Πελίᾳ, νήπιον ἀπολιποῦσα παῖδα Πρόμαχον, ἑαυτὴν ἀνήρτησε· Πελίας δὲ καὶ τὸν καταλειφθέντα παῖδα ἀπέκτεινεν αὐτῆς. [3]Ὁ δὲ Ἰάσων κατελθών, τὸ μὲν δέρας ἔδωκε· περὶ ὧν δὲ ἠδικήθη μετελθεῖν ἐθέλων, καιρὸν ἐξεδέχετο. Καὶ τότε μὲν εἰς Ἰσθμὸν μετὰ τῶν ἀριστέων πλεύσας, ἀνέθηκε τὴν ναῦν Ποσειδῶνι. [4] Αὖθις δὲ Μήδειαν παρακαλεῖ ζητεῖν, ὅπως Πελίας αὐτῷ δίκας ὑποσχῇ. Ἡ δὲ εἰς τὰ βασίλεια τοῦ Πελίου παρελθοῦσα, πείθει τὰς θυγατέρας αὐτοῦ τὸν πατέρα κρεουργῆσαι καὶ καθεψῆσαι, διὰ φαρμάκων αὐτὸν ἐπαγγελλομένη ποιήσειν νέον· καὶ, τοῦ πιστεῦσαι χάριν, κριὸν μελίσασα καὶ καθεψήσασα ἐποίησεν ἄρνα. Αἱ δὲ πιστεύσασαι τὸν πατέρα κρεουργοῦσι καὶ καθεψοῦσιν. (28) Ἄκαστος δὲ μετὰ τῶν τὴν Ἰωλκὸν οἰκούντων τὸν πατέρα θάπτει, τὸν δὲ Ἰάσονα μετὰ τῆς Μηδείας τῆς Ἰωλκοῦ ἐκβάλλει.

[2]Οἱ δὲ ἦκον εἰς Κόρινθον, καὶ δέκα μὲν ἔτη διετέλουν εὐτυχοῦντες· αὖθις δὲ, τοῦ τῆς Κορίνθου βασιλέως Κρέοντος τὴν θυγατέρα Γλαύκην Ἰάσονι ἐγγυῶντος, παραπεμψάμενος Ἰάσων Μήδειαν, ἐγάμει. [3] Ἡ δὲ, οὕς τε ὤμοσεν Ἰάσων θεοὺς ἐπικαλεσαμένη, καὶ τὴν Ἰάσονος ἀχαριστίαν μεμψαμένη πολλάκις, τῇ μὲν γαμουμένῃ πέπλον μεμαγευμένον φαρμάκῳ ἔπεμψεν, ὃν ἀμφιεσαμένη, μετὰ τοῦ βοηθοῦντος πατρὸς, πυρὶ λάβρῳ καταφλέγει, τούς τε παῖδας, οὓς εἶχεν ἐξ Ἰάσονος, Μέρμερον καὶ Φέρητα, ἀπέκτεινε, καὶ λαβοῦσα παρὰ Ἡλίου ἅρμα πτηνῶν δρακόντων, ἐπὶ τούτου φεύγουσα ἦλθεν εἰς Ἀθήνας. [4]Λέγεται δὲ, ὅτι φεύγουσα τοὺς παῖδας νηπίους ἔτι ὄντας κατέλιπεν, ἱκέτας καθίσασα ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ἥρας τῆς Ἀκραίας, Κορίνθιοι δὲ αὐτοὺς ἀναστήσαντες κατετραυμάτισαν.

[5] Μήδεια δὲ ἦκεν εἰς Ἀθήνας, κἀκεῖ γαμηθεῖσα Αἰγεῖ, παῖδα γεννᾷ Μῆδον. Ἐπιβουλεύουσα δὲ ὕστερον Θησεῖ, φυγὰς [δὲ] Ἀθηνῶν μετὰ τοῦ παιδὸς ἐκβάλλεται. Ἀλλὰ οὗτος μὲν πολλῶν κρατήσας βαρβάρων, τὴν ὑφ' ἑαυτὸν χώραν ἅπασαν Μηδίαν ἐκάλεσε, καὶ στρατευόμενος ἐπὶ Ἰνδοὺς ἀπέθανε.

[6]Μήδεια δὲ εἰς Κόλχους ἦλθεν ἄγνωστος, καὶ καταλαβοῦσα Αἰήτην ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Περσοῦ τῆς βασιλείας ἐστερημένον, κτείνασα τοῦτον, τῷ πατρὶ τὴν βασιλείαν ἀποκατέστησεν.

secundum alios vero Medea se illum immortalem redditaram esse pollicita clavum ex humero extraxit, ideoque omni exhausto sanguine iste vitam finivit. Verum nonnulli eum a Pœante sagitta in calce vulneratum interiisse tradunt.

[6]Unam hic noctem morati aquatum appellunt Æginam, ubi de aquatione ipsos inter Argonautas erat certamen. Hinc inter Eubœam et Locridem navigantes, toto itinere quattuor mensibus confecto, Iolcum pervenerunt.

(27) Verum Pelias, quod Argonautarum reditum desperabat, occidere voluit Æsonem; qui postquam ut sibi ipse mortem consciscret Peliam rogaverat, immolati tauri sanguine hausto intrepide occubuit. [2] At Iasonis mater, Peliam exsecrata, relicto Promacho tenerrimæ ætatis puero, vitam suspendio finivit. Deinde Pelias etiam relictum ab ea filium jugulavit. [3]Interea rediit Iason ac vellus aureum Peliæ tradidit; ulciscendi autem quibus affectus erat injurias exspectabat occasionem. Jam vero cum principibus in Isthmum profectus Argo navem Neptuno consecravit. [4]Atque Medeam monet, ut rationem ineat, qua Pelias injurarium pœnas luat. Tum illa Peliæ regiam ingressa filiabus ejus persuadet, ut patrem in frusta concisum decoquant, se veneficiis juventutem ei restituturam esse pollicita. Idque ut facilius crederent, arietem dissectum elixatumque reddidit agnum. Illæ itaque credulæ patrem membratim concisum elixant. (28) Acastus autem cum Iolci incolis patrem sepelivit, Iasonemque et Medeam Iolco ejecit.

[2] Hi commigrarunt Corinthum, ubi decem annos fortunate transegerunt. Deinde vero Iason Glaucen, quam Creon, rex Corinthiorum, filiam ei desponderat, dimissa Medea, in matrimonium duxit. [3]Jam vero illa quos Iason deos jurasset obtestata ingratumque illius animum sæpe iterumque detestata, recens nuptæ peplum misit; quem veneno imbutum quum illa induit, una cum patre, auxilium ferente, flammarum vi concremavit. Medea insuper quos ex Iasone filios habebat Mermerum ac Pheretem trucidavit, et curru alatis juncto draconibus, quem a Sole acceperat, profugit Athenas. [4]Dicunt vero fugientem filios, infantes adhuc, supplices ad Acrææ Junonis aram constitutos reliquisse, eosque a Corinthiis ab ara abductos multisque confectos vulneribus esse necatos.

[5]Medea igitur venit Athenas, ubi Ægeo nupta filium peperit Medum. Postea quum Theseo struxisset insidias, in fugam acta Athenis ipsa cum filio ejicitur. Sed hic magnum apud barbaros imperium consecutus, subjectam sibi terram universam vocavit Mediam. Postremo contra Indos in bellum profectus occubuit.

[6]Sed Medea nulli suorum agnita ad Colchos venit; ubi quum Æeten a Persa fratre regia dignitate spoliatum invenisset, hoc interfecto, patri regnum restituit.

Digitized by Google

ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι.

(1) Ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῦ Δευκαλίωνος διεξεληλύθαμεν γένος, ἐχομένως λέγωμεν τὸ Ἰνάχου.

[2]Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος γίνεται παῖς Ἶναχος, ἀφ' οὗ ποταμὸς ἐν Ἄργει Ἶναχος καλεῖται. [3] Τούτου καὶ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ Φορωνεύς τε καὶ Αἰγιαλεὺς παῖδες ἐγένοντο. [4] Αἰγιαλέως μὲν οὖν, ἄπαιδος ἀποθανόντος, ἡ χώρα ἅπασα Αἰγιάλεια ἐκλήθη. [5] Φορωνεὺς δὲ ἁπάσης τῆς ὕστερον Πελοποννήσου προσαγορευθείσης ἀνασσεύων, ἐκ Τηλοδίκης Νύμφης Ἄπιν καὶ Νιόβην ἐγέννησεν. [6] Ἄπις μὲν οὖν εἰς τυραννίδα τὴν ἑαυτοῦ μεταστήσας δύναμιν, καὶ βίαιος ὢν τύραννος, ὀνομάσας ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν Πελοπόννησον Ἀπίαν, ὑπὸ Θελξίονος καὶ Τελχῖνος ἐπιβουλευθείς, ἄπαις ἀπέθανε, καὶ νομισθεὶς θεὸς ἐκλήθη Σάραπις.

[7] Νιόβης δὲ καὶ Διὸς, ἣ πρώτη γυναικὶ Ζεὺς θνητῇ ἐμίγη, παῖς Ἄργος ἐγένετο· ὡς δὲ Ἀκουσίλαός φησι, καὶ Πελασγὸς, ἀφ' οὗ κληθῆναι τοὺς τὴν Πελοπόννησον οἰκοῦντας Πελασγούς. Ἡσίοδος δὲ τὸν Πελασγὸν αὐτόχθονά φησιν εἶναι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου πάλιν ἐροῦμεν. (2) Ἄργος δὲ λαβὼν παρὰ Φορωνέως τὴν βασιλείαν, ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν Πελοπόννησον ἐκάλεσεν Ἄργος. Καὶ γήμας Εὐάδνην τὴν Στρυμόνος καὶ Νεαίρας, ἐτέκνωσεν Ἔκβασον, Πείραντα, Ἐπίδαυρον, Κρίασον, ὃς καὶ τὴν βασιλείαν παρέλαβεν.

[2]Ἐκβάσου δὲ Ἀγήνωρ γίνεται. Τούτου δὲ Ἄργος ὁ Πανόπτης λεγόμενος. [3] Εἶχε δὲ οὗτος ὀφθαλμοὺς μὲν ἐν παντὶ τῷ σώματι· ὑπερβάλλων δὲ δυνάμει, τὸν μὲν τὴν Ἀρκαδίαν λυμαινόμενον ταῦρον ἀνελὼν, τὴν τούτου δορὰν ἠμφιέσατο· [4] Σάτυρον δὲ, τοὺς Ἀρκάδας ἀδικοῦντα καὶ ἀφαιρούμενον τὰ βοσκήματα, ὑποστὰς ἀπέκτεινε. [5] Λέγεται δὲ, ὅτι καὶ τὴν Ταρτάρου καὶ Γῆς Ἔχιδναν, ἣ τοὺς παριόντας συνήρπαζεν, ἐπιτηρήσας κοιμωμένην ἀπέκτεινεν. [6] Ἐξεδίκησε δὲ καὶ τὸν Ἄπιδος φόνον τοὺς αἰτίους ἀποκτείνας.

(3) Ἄργου δὲ καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ παῖς Ἴασος· οὗ φασὶν Ἰὼ γενέσθαι· Κάστωρ δὲ, ὁ συγγράψας τὰ χρονικὰ [ἀγνοήματα], καὶ πολλοὶ τῶν τραγικῶν, Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσιν. Ἡσίοδος δὲ καὶ Ἀκουσίλαος Πειρῆνος αὐτήν φασιν εἶναι. [2] Ταύτην ἱερωσύνην τῆς Ἥρας ἔχουσαν Ζεὺς ἔφθειρε. Φωραθεὶς δὲ ὑφ' Ἥρας, τῆς μὲν κόρης ἁψάμενος εἰς βοῦν μετεμόρφωσε λευκὴν, αὐτὴν δὲ ἀπωμόσατο μὴ συνελθεῖν. Διό φησιν Ἡσίοδος, οὐκ ἐπισπᾶσθαι τὴν ἀπὸ τῶν θεῶν ὀργὴν τοὺς γινομένους ὅρκους ὑπὲρ ἔρωτος. [3]Ἥρα δὲ αἰτησαμένη παρὰ Διὸς τὴν βοῦν, φύλακα αὐτῆς κατέστησεν Ἄργον τὸν πανόπτην, ὃν Ἀσκληπιάδης μὲν Ἀρέστορος λέγει· Φερεκύδης δὲ, Ἰνάχου (leg. videtur Φερεκύδης μὲν Ἀρέστορος λέγει, Ἀσκληπιάδης δὲ Ἰνάχου)· Κέρκωψ δὲ, Ἄργου καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ θυγατρὸς· Ἀκουσίλαος δὲ γηγενῆ αὐτὸν λέγει. [4] Οὗτος ἐκ

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

(1) Postquam Deucalionis genus enarravimus, deinceps explicemus gentem Inachi.

[2] Oceani et Tethyis filius est Inachus, a quo in Argolide Inachus fluvius cognominatur. [3] Ex hoc et Melia Oceani Phoroneus et Ægialeus filii nati sunt. [4]Et ab Ægialeo quidem, quum nulla prole relicta decessisset, regio cui præfuerat universa dicta est Ægialea. [5] Phoroneus vero totius cui post Peloponneso nomen erat regionis imperio potitus, e Telodice nympha Apin et Nioben suscepit. [6]Quorum Apis, regno in tyrannidem commutato, violenter et tyrannice agens, Peloponneso suo de nomine Apia vocata, Thelxionis et Telchini insidiis appetitus sine liberis vitam finivit et relatus inter deos appellatus est Sarapis.

[7] Jovis et Niobæ, quam primam Jupiter mortalem mulierem amavit, filius est Argus; ut vero Acusilaus dicit, etiam Pelasgus, a quo Peloponnesum incolentes vocati essent Pelasgi. At Hesiodus Pelasgum indigenam fuisse refert. Sed de hoc infra dicemus. (2) Argus itaque Phoroneo in regno succedens, de se Peloponnesum nominavit Argos; et ducta Evadne Strymonis et Neæræ filia, procreavit Ecbasum, Pirantem, Epidaurum, Criasum, qui postea regnum suscepit.

[2]Ecbaso nascitur Agenor; ex hoc Argus quem Panopten dicunt. [3]Nam totum ejus corpus oculis erat consitum. Qui quum viribus præstaret, aprum Arcadiæ agros devastantem interemit, ejusque pelle corpus sibi contexit. [4]Satyrum quoque, qui multis Arcades malis afficiebat atque pecora abigebat, pugna adortus interfecit. [5]Dicitur etiam Echidnam, Tartari ex Terra filiam, quæ viatores corripiebat, dormientem speculatus occidisse. [6]Idem Apidis cædem sublatis interfectoribus ultus est.

(3) Argo et Ismena Æsopi filia natus est Iasus, e quo Io ortam esse ferunt. Verum Castor, qui de erroribus circa temporum notationes librum conscripsit, et multi tragicorum Io Inachi filiam esse perhibent; at Hesiodus et Acusilaus eam Pirenis natam dicunt. [2]Hanc Junonis sacerdotio fungentem Jupiter vitiavit; sed a Junone deprehensus puellam manus attactu in bovem albam commutavit, seque cum ea concubuisse abjuravit. Quare Hesiodus dicit amantum perjuria non excitare iram deorum. [3]Juno autem bovem a Jove depoposcit, acceptamque custodiendam dedit Argo Panoptæ, quem Asclepiades Arestoris, Pherecydes Inachi (*potius*: Pherecydes Arestoris, Asclepiades Inachi), Cercops Argi ex Ismena Asopi filia natum dicunt. Acusilaus denique eum terra ortum ait. [4]Hic olivæ,

Digitized by Google

τῆς ἐλαίας ἐδέσμευεν αὐτήν, ἥτις ἐν τῷ Μυκηναίων ὑπῆρχεν ἄλσει. Διὸς δὲ ἐπιτάξαντος Ἑρμῇ κλέψαι τὴν βοῦν, μηνύσαντος Ἱέρακος, ἐπειδὴ λαθεῖν οὐκ ἠδύνατο, λίθῳ βαλὼν ἀπέκτεινε τὸν Ἄργον, ὅθεν Ἀργειφόντης ἐκλήθη. [5] Ἥρα δὲ τῇ βοῒ οἶστρον ἐμβάλλει. Ἡ δὲ πρῶτον ἦκεν εἰς τὸν ἀπ' ἐκείνης Ἰόνιον κόλπον κληθέντα· ἔπειτα διὰ τῆς Ἰλλυρίδος πορευθεῖσα, καὶ τὸν Αἷμον ὑπερβαλοῦσα, διέβη τὸν τότε μὲν καλούμενον πόρον Θρᾴκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης Βόσπορον. [6] Ἐπελθοῦσα δὲ εἰς Σκυθίαν καὶ τὴν Κιμμερίδα γῆν, πολλὴν χέρσον πλανηθεῖσα, καὶ πολλὴν διανηξαμένη θάλασσαν Εὐρώπης τε καὶ Ἀσίας, τελευταῖον ἦκεν εἰς Αἴγυπτον· ὅπου τὴν ἀρχαίαν μορφὴν ἀπολαβοῦσα, γεννᾷ παρὰ τῷ Νείλῳ ποταμῷ Ἔπαφον παῖδα. [7] Τοῦτον δὲ Ἥρα δεῖται Κουρήτων ἀφανῆ ποιῆσαι· οἱ δὲ ἠφάνισαν αὐτόν. Καὶ Ζεὺς μὲν αἰσθόμενος κτείνει Κούρητας· Ἰὼ δὲ ἐπὶ ζήτησιν τοῦ παιδὸς ἐτράπετο. [8] Πλανωμένη δὲ κατὰ τὴν Συρίαν ἅπασαν (ἐκεῖ γὰρ ἐμηνύετο, ὡς τοῦ Βυβλίων βασιλέως γυνὴ ἐτιθήνει τὸν υἱόν), καὶ τὸν Ἔπαφον εὑροῦσα, εἰς Αἴγυπτον ἐλθοῦσα, ἐγαμήθη Τηλεγόνῳ τῷ βασιλεύοντι τότε Αἰγυπτίων. Ἱδρύσατο δὲ ἄγαλμα Δήμητρος, ἣν ἐκάλεσαν Ἶσιν Αἰγύπτιοι, καὶ τὴν Ἰὼ Ἶσιν ὁμοίως προσηγόρευσαν.

(4) Ἔπαφος δὲ βασιλεύων Αἰγυπτίων γαμεῖ Μέμφιν τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ ἀπὸ ταύτης κτίζει Μέμφιν πόλιν, καὶ τεκνοῖ θυγατέρα Λιβύην, ἀφ' ἧς ἡ χώρα Λιβύη ἐκλήθη.

[2] Λιβύης δὲ καὶ Ποσειδῶνος γίνονται παῖδες δίδυμοι, Ἀγήνωρ καὶ Βῆλος. [3] Ἀγήνωρ μὲν οὖν εἰς Φοινίκην ἀπαλλαγεὶς ἐβασίλευσε, κἀκεῖ [τῆς] μεγάλης ῥίζης ἐγένετο γενεάρχης· ὅθεν ὑπερθησόμεθα περὶ τούτου. [4] Βῆλος δὲ, ὑπομείνας ἐν Αἰγύπτῳ, βασιλεύει μὲν Αἰγύπτου· γαμεῖ δὲ Ἀγχινόην τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ αὐτῷ γίνονται παῖδες δίδυμοι, Αἴγυπτος καὶ Δαναός· ὡς δέ φησιν Εὐριπίδης, καὶ Κηφεὺς καὶ Φινεύς προσέτι.

[5] Δαναὸν μὲν οὖν Βῆλος ἐν Λιβύῃ κατῴκισεν, Αἴγυπτον δὲ ἐν Ἀραβίᾳ· ὃς καὶ καταστρεψάμενος τὴν Μελαμπόδων χώραν [ἀφ' ἑαυτοῦ] ὠνόμασεν Αἴγυπτον. [6] Γίνονται δὲ ἐκ πολλῶν γυναικῶν Αἰγύπτῳ μὲν παῖδες πεντήκοντα· θυγατέρες δὲ Δαναῷ πεντήκοντα. [7] Στασιασάντων δὲ αὐτῶν περὶ τῆς ἀρχῆς, ὕστερον Δαναὸς τοὺς Αἰγύπτου παῖδας δεδοικὼς, ὑποθεμένης Ἀθηνᾶς αὐτῷ, ναῦν κατεσκεύασε [πρῶτος τὴν κληθεῖσαν ὡς ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ πεντηκόντορον], καὶ τὰς θυγατέρας ἐνθέμενος ἔφυγε.

[8] Προσάγων δὲ Ῥόδῳ, τὸ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἱδρύσατο. Ἐντεῦθεν δὲ ἦκεν εἰς Ἄργος, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῷ παραδίδωσι Γελάνωρ ὁ τότε βασιλεύων. [Αὐτὸς δὲ κρατήσας τῆς χώρας ἀφ' ἑαυτοῦ τοὺς ἐνοικοῦντας Δαναοὺς ὠνόμασεν.] [9] Ἀνύδρου δὲ τῆς χώρας ὑπαρχούσης, ἐπειδὴ καὶ τὰς πηγὰς ἐξήρανε Ποσειδῶν, μηνίων Ἰνάχῳ, διότι τὴν χώραν Ἀθηνᾶς

quæ in Mycenarum erat luco, Ionem alligavit. Quum vero Jupiter Mercurio imperasset, ut bovem furtim abigeret, Mercurius autem propter Hieracis (accipitris) indicia hoc clam facere non posset, lapide percussum Argum necavit. Hinc itaque Argiphontes dictus est. [5] Verum Juno œstrum bovi immisit. Quo concitata Io primum venit ad appellatum ab illa sinum Ionium. Deinde per Illyriam progressa superato Hæmo, fretum trajecit, quod tunc appellabatur Thracium, nunc vero ab illa Bosporus dicitur. [6] Inde quum in Scythiam penetrasset et Cimmeriam, quumque per continentem multum deerrasset, multaque Europæ atque Asiæ maria tranasset, postremo in Ægyptum venit, ubi pristina forma recepta ad Nilum fluvium filium peperit Epaphum. [7] Hunc Juno ut Curetes e conspectu auferrent rogavit. Illi igitur puerum occultarunt. Quod ubi Jupiter rescivit, Curetas interemit. Io interim ad filium investigandum se convertit. [8] Quæ quum Syriam universam pervagata esset (ibi enim a Bybliorum regis uxore filium nutriri indicatum erat), Epapho invento, in Ægyptum remeavit atque Telegono nupsit, qui tunc temporis Ægyptiorum regnum administrabat. Consecravit vero signum Cereris, quam Isin vocarunt Ægyptii, qui Io quoque Isin cognominarunt.

(4) Epaphus autem Ægyptiis imperans Memphin Nili filiam duxit deque uxoris nomine conditam urbem Memphin nominavit; ex eaque filiam suscepit Libyam, quæ Libyæ terræ nomen dedit.

[2] Ex Libya et Neptuno gemini nati sunt Agenor et Belus. [3] Agenor in Phœniciam profectus ibi regni sedem constituit, ac magnæ sobolis auctor exstitit. Quare de eo in præsentia dicere supersedemus. [4] Belus in Ægypto manens regnum consequitur. Uxorem duxit Anchinoen Nili filiam, et nascuntur ei gemini Ægyptus et Danaus, sicut autem Euripides dicit, Cepheus præterea et Phineus.

[5] Danaum Belus in Libyam habitatum misit, Ægyptum in Arabiam, qui subjectam sibi Melampodum terram nominavit Ægyptum. [6] Nascuntur Ægypto ex pluribus conjugibus filii quinquaginta, totidemque Danao filiæ. [7] Patres quum de regno inter se contenderent, postea Danaus Ægypti filios timens Minervæ consilio navem fabricavit, qua filiabus impositis aufugit.

[8] Rhodum appulsus Minervæ Lindiæ signum consecravit. Hinc venit Argos, ubi Gelanor, tum temporis rex, regnum ei tradidit. [9] Sed regione illa aquarum inopia laborante, ex quo scilicet Neptunus iratus Inacho, quod eam Minervæ terram esse testatus esset, fontes

Digitized by Google

ἐμαρτύρησεν εἶναι, τὰς θυγατέρας ὑδρευσομένας ἔπεμψε. [10] Μία δὲ αὐτῶν Ἀμυμώνη ζητοῦσα ὕδωρ βίπτει βέλος ἐπὶ ἔλαφον, καὶ κοιμωμένου Σατύρου τυγχάνει· κἀκεῖνος περιαναστὰς ἐπεθύμει συγγενέσθαι· Ποσειδῶνος δὲ ἐπιφανέντος, ὁ Σάτυρος μὲν ἔφυγεν, Ἀμυμώνη δὲ τούτῳ συνευνάζεται, καὶ αὐτῇ Ποσειδῶν τὰς ἐν Λέρνῃ πηγὰς ἐμήνυσεν.

(5) Οἱ δὲ Αἰγύπτου παῖδες ἐλθόντες εἰς Ἄργος, τῆς τε ἔχθρας παύσασθαι παρεκάλουν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ γαμεῖν ἠξίουν. Δαναὸς δὲ, ἅμα μὲν ἀπιστῶν αὐτῶν τοῖς ἐπαγγέλμασιν, ἅμα δὲ καὶ μνησικακῶν περὶ φυγῆς, ὡμολόγει τοὺς γάμους, καὶ διεκλήρου τὰς κόρας. [2] Ὑπερμνήστραν μὲν οὖν τὴν πρεσβυτέραν ἐξεῖλον Λυγκεῖ, καὶ Γοργοφόνην Πρωτεῖ· οὗτοι γὰρ ἐκ βασιλίδος γυναικὸς Ἀργυφίης ἐγεγόνεισαν Αἰγύπτῳ. [3] Τῶν δὲ λοιπῶν ἔλαχον Βούσιρις μὲν καὶ Ἐγκέλαδος καὶ Λύκος καὶ Δαΐφρων τὰς Δαναῷ γεννηθείσας ἐξ Εὐρώπης Αὐτομάτην, Ἀμυμώνην, Ἀγαύην, Σκαιήν· αὗται δὲ ἐκ βασιλίδος ἐγένοντο Δαναῷ· [4] ἐκ δὲ Ἐλεφαντίδος, Γοργοφόνη καὶ Ὑπερμνήστρα. [Λυγκεὺς δὲ Καλύκην ἔλαχεν.] Ἴστρος δὲ Ἱπποδάμειαν, Χαλκώδων Ῥοδίαν, Ἀγήνωρ Κλεοπάτραν, Χαῖτος Ἀστερίαν, Διακορυστὴς Ἱπποδάμειαν, Ἄλκις Γλαύκην, Ἀλκμήνωρ Ἱππομέδουσαν, Ἱππόθοος Γόργην, Εὐχήνωρ Ἰφιμέδουσαν, Ἱππόλυτος Ῥόδην. Οὗτοι μὲν οἱ δέκα ἐξ Ἀραβίας γυναικὸς, αἱ δὲ παρθένοι ἐξ Ἁμαδρυάδων νυμφῶν, αἱ μὲν Ἀτλαντείης, αἱ δὲ ἐκ Φοίβης. [5] Ἀγαπτόλεμος δὲ ἔλαχε Πειρήνην, Κερκέστης δὲ Δώριον, Εὐρυδάμας Φάρτην, Αἴγιος Μνήστραν, Ἄργιος Εὐίππην, Ἀρχέλαος Ἀνεξιβίην, Μέναχος Νηλώ. Οἱ δὲ ἑπτὰ ἐκ Φοινίσσης γυναικὸς, αἱ δὲ παρθένοι ἐξ Αἰθιοπίδος. [6] Ἀκληρωτὶ δὲ ἔλαχον δι' ὁμωνυμίαν τὰς Μέμφιδος οἱ ἐκ Τυρίας, Κλειτὸς Κλειτὴν, Σθένελος Σθενέλην, Χρύσιππος Χρυσίππην. [7] Οἱ δὲ ἐκ Καλιάνδης [καὶ Νηΐδος Νύμφης] παῖδες δώδεκα ἐκληρώσαντο περὶ τῶν ἐκ Πολυξοῦς Νηΐδος· ἦσαν δὲ οἱ μὲν παῖδες, Εὐρύλοχος, Φάντης, Περισθένης, Ἕρμος, Δρύας, Ποταμὼν, Κισσεὺς, Λίξος, Ἴμβρος, Βρόμιος, Πολύκτωρ, Χθόνιος· αἱ δὲ κόραι Νύμφης Αὐτονόη, Θεανὼ, Ἠλέκτρα, Κλεοπάτρα, Εὐρυδίκη, Γλαυκίππη, Ἀνθήλεια, Κλεοδώρη, Εὐίππη, Εὐρωτὼ, Στύγνη καὶ Βρύκη. [8] Οἱ δὲ ἐκ Γοργόνων Αἰγύπτῳ γενόμενοι ἐκληρώσαντο περὶ τῶν ἐκ Πιερείας, καὶ λαγχάνει Περίφας μὲν Ἀκταίνη, Οἰνεὺς Ποδάρκην, Αἴγυπτος Διωξίππην, Μενάλκης δὲ Ἀδύτην, Λάμπος Ὠκυπέτην, Πυλάργην Ἰδμων. [9] Ὀκτὼ (οὗτοι ?) δὲ εἰσι νεώτατοι· Ἴδας Ἱπποδίκην, Δαίφρων Ἀδιάντην· αὗται δὲ ἐκ μητρὸς ἐγένοντο Ἕρσης· Πανδίων Καλλιδίκην, Ἄρβηλος Οἴμην, Ὑπέρβιος Κελαινὼ, Ἱπποκορυστὴς Ὑπερίπτην. Οὗτοι ἐξ Ἡφαιστίνης· αἱ δὲ ἐκ Κρινοῦς. [10] Ὡς δὲ ἐκληρώσαντο τοὺς γάμους, ἑστιάσας ἐγχειρίδια διαδίδωσι ταῖς θυγατράσιν. Αἱ δὲ κοιμωμένους τοὺς νυμφίους ἀπέκτειναν πλὴν Ὑπερμνήστρας. Αὕτη δὲ Λυγκέα διέσωσε, παρθένον αὐτὴν φυλάξαντα. Διὸ καθείρξας αὐτὴν Δα-

exsiccaverat, filias suas aquatum misit. [10] Harum una Amymone aquam quærens telum in cervum jacit, ac forte Satyrum dormientem ferit. Qua re expergefactus ille puellæ ineundæ capitur desiderio. At superveniente Neptuno, Satyrus fugit, Amymone autem cum Neptuno concubuit, qui Lernæos ei fontes indicavit.

(5) Ægypti filii Argos profecti, ut simultatem componerent hortati sunt atque ut Danai filiæ in matrimonium sibi darentur sollicitarunt. [2] Danaus quamvis diffidens eorum pollicitationibus, tum etiam exilii injuriam haud oblitus, nuptias pactus est et sorte puellas distribuit. Verum Hypermnestram natu maximam sorte exemtam Lynceo et Gorgophonen Proteo selegerunt: hi enim e regina conjuge Argyphia nati erant Ægypto. [3] Ex reliquis Busiris, Enceladus, Lycus, Daiphron sortiti sunt Automaten, Amymonen, Agaven, Scæam, quas ex Europa regina Danaus susceperat. [4] Ex Elephantide ortæ fuerunt Gorgophone et Hypermnestra. [Lynceus Calycen nactus est,] Ister Hippodamiam (?), Chalcodon Rhodiam, Agenor Cleopatram, Chætus Asteriam, Diocorystes Hippodamiam, Alcis Glaucen, Alcmenor Hippomedusam, Hippothous Gorgen, Euchenor Iphimedusam, Hippolytus Rhoden; hi decem ex Arabia uxore geniti sunt, sed puellæ ex Hamadryadibus nymphis, aliæ ex Atlantea, aliæ e Phœbe. [5] Agaptolemus sortitus est Pirenen, Cercestes Dorium, Eurydamas Pharten, Ægius Mnestram, Argius Evippen, Archelaus Anaxibiam, Menachus Nelo. Hi septem e Phœnissa conjuge, puellæ vero ex Æthiopide. [6] Tyria nati sine sorte duxerunt Memphidis filias propter similitudinem nominum, Clitus Cliten, Sthenelus Sthenelen, Chrysippus Chrysippen. [7] Qui ex Caliande filii duodecim orti erant, Polyxus Naidis nymphæ filias sorte acceperunt. Illorum nomina sunt: Eurylochus, Phantes, Peristhenes, Hermus, Dryas, Potamon, Cisseus, Lixus, Imbrus, Bromius, Polyctor, Chthonius. Ex nympha natæ: Autonoe, Theano, Electra, Cleopatra, Eurydice, Glaucippe, Anthelea, Cleodora, Evippe, Euroto, Stygne, Bryce. [8] Qui vero ex Gorgonibus Ægypto nati erant, duxerunt e Pieria susceptas, et Periphanti quidem obtigit Actæa, Œneo Podarce, Ægypto Dioxippe, Menalcæ Adyte, Lampo Ocypete, Pylarge Idmoni. [9] Hi autem sunt novissimi: Idas sortitus Hippodicen, Daiphron Adianten (hæ ex Herse matre natæ), Pandion Callidicen, Arbelus Œmen, Hyperbius Celæno, Hippocorystes Hyperipten. Hi ex Hephæstine, puellæ ex Crinone. [10] Itaque quum suas quisque nuptias sortitus esset, in convivio nuptiali pugiones Danaus filiabus distribuit, quibus illæ sponsos somno oppressos interfecerunt una excepta Hypermnestra. Hæc enim Lynceum, quod virginitate sua abstinuisset, incolumem servavit. Quam ob rem eam Danaus

Digitized by Google

ναὸς ἐφρούρει. [11] Αἱ δὲ ἄλλαι τῶν Δαναοῦ θυγατέρων τὰς μὲν κεφαλὰς τῶν νυμφίων ἐν τῇ Λέρνῃ κατώρυξαν, τὰ δὲ σώματα πρὸ τῆς πόλεως ἐκήδευσαν. Καὶ αὐτὰς ἐκάθηραν Ἀθηνᾶ τε καὶ Ἑρμῆς Διὸς κελεύσαντος. [12] Δαναὸς δὲ ὕστερον Ὑπερμνήστραν Λυγκεῖ συνῴκισε· τὰς λοιπὰς θυγατέρας εἰς γυμνικὸν ἀγῶνα τοῖς νικῶσιν ἔδωκεν.

[13] Ἀμυμώνη δὲ ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Ναύπλιον. Οὗτος μακρόβιος γενόμενος, πλέων τὴν θάλασσαν, τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐδυσφόρει (ἐπυρσοφόρει?). Συνέβη οὖν καὶ αὐτὸν τελευτῆσαι ἐκείνῳ τῷ θανάτῳ, ᾧπερ ἄλλων τελευτησάντων ἐδυσφόρει*. [14] Πρὶν δὲ τελευτῆσαι, ἔγημεν, ὡς μὲν οἱ τραγικοὶ λέγουσι, Κλυμένην τὴν Κατρέως· ὡς δὲ ὁ τοὺς Νόστους γράψας, Φιλύραν· ὡς δὲ Κέρκωψ, Ἡσιόνην· καὶ ἐγέννησε Παλαμήδην, Οἴακα, Ναυσιμέδοντα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

(1) Λυγκεὺς δὲ, μετὰ Δαναὸν Ἄργους δυναστεύων, ἐξ Ὑπερμνήστρας τεκνοῖ παῖδα Ἄβαντα. Τούτου δὲ καὶ Ὠκαλείας τῆς Μαντινέως δίδυμοι παῖδες ἐγένοντο Ἀκρίσιος καὶ Προῖτος.

[2] Οὗτοι καὶ κατὰ γαστρὸς μὲν ἔτι ὄντες ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους. Ὡς δὲ ἀνετράφησαν, περὶ τῆς βασιλείας ἐπολέμουν, καὶ πολεμοῦντες εὗρον ἀσπίδας πρῶτοι. Καὶ κρατήσας Ἀκρίσιος Προῖτον Ἄργους ἐξελαύνει. [3] Ὁ δὲ ἦκεν εἰς Λυκίαν πρὸς Ἰοβάτην· ὡς δὲ τινες φασὶ, πρὸς Ἀμφιάνακτα· καὶ γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα, ὡς μὲν Ὅμηρος, Ἄντειαν, ὡς δὲ οἱ τραγικοὶ, Σθενέβοιαν. Κατάγει δὲ αὐτὸν ὁ κηδεστὴς μετὰ στρατοῦ Λυκίων, καὶ καταλαμβάνει Τίρυνθα, ταύτην αὐτῷ Κυκλώπων τειχισάντων. [4] Μερισάμενοι δὲ τὴν Ἀργείαν ἅπασαν κατῴκουν. Καὶ Ἀκρίσιος μὲν Ἄργους βασιλεύει, Προῖτος δὲ Τίρυνθος. (2) Καὶ γίνεται Ἀκρισίῳ μὲν ἐξ Εὐρυδίκης τῆς Λακεδαίμονος Δανάη· Προίτῳ δὲ ἐκ Σθενεβοίας Λυσίππη καὶ Ἰφινόη καὶ Ἰφιάνασσα. [2] Αὗται δὲ, ὡς ἐτελειώθησαν, ἐμάνησαν· ὡς μὲν Ἡσίοδός φησιν, ὅτι τὰς Διονύσου τελετὰς οὐ κατεδέχοντο· ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, διότι τὸ τῆς Ἥρας ξόανον ἐξηυτέλισαν. [3] Γενόμεναι δὲ ἐμμανεῖς, ἐπλανῶντο τὴν Ἀργείαν ἅπασαν. Αὖθις δὲ τὴν Ἀρκαδίαν καὶ τὴν Πελοπόννησον διελθοῦσαι μετὰ ἀκοσμίας ἁπάσης, διὰ τῆς ἐρημίας ἐτρόχαζον.

[4] Μελάμπους δὲ ὁ Ἀμυθάονος καὶ Εἰδομένης τῆς Ἄβαντος, μάντις ὢν, καὶ τὴν διὰ φαρμάκων καὶ καθαρμῶν θεραπείαν πρῶτος εὑρηκὼς, ὑπισχνεῖται θεραπεύσειν τὰς παρθένους, εἰ λάβοι τὸ τρίτον μέρος τῆς δυναστείας. [5] Οὐκ ἐπιτρέποντος δὲ Προίτου θεραπεύειν ἐπὶ μισθοῖς τηλικούτοις, ἔτι μᾶλλον ἐμαίνοντο αἱ παρθένοι, καὶ προσέτι μετὰ τούτων αἱ λοιπαὶ γυναῖκες. Καὶ γὰρ αὗται τὰς οἰκίας ἀπολιποῦσαι, τοὺς ἰδίους ἀπώλλυον παῖδας, καὶ εἰς τὴν ἐρημίαν ἐφοίτων. [6] Προβαινούσης δὲ ἐπιπλεῖστον τῆς συμφορᾶς, inclusam jubet custodiri. [11] Reliquæ Danai filiæ capita sponsorum ad Lernam defoderunt, corpora vero ante urbem sepeliverunt, ipsasque Jovis jussu expiarunt Minerva et Mercurius. [12] Post Danaus Hypermnestram Lynceo elocavit, ceteras in gymnicum certamen productas dedit victoribus.

[13] Amymone ex Neptuno peperit Nauplium. Hic senex longævus, mare navigans eorum sortem qui in fluctibus perierunt moleste ferebat (*vel ex Kuhnii conjectura*: quoscunque in mari deprehenderat, ostensa face, naufragos perire fecit). Accidit autem ut ipse eodem mortis genere (quo alios obivisse dolebat) occumberet. [14] Verum antequam e vita decederet, Tragicorum testimonio Clymenen, Catrei; ut vero is dicit qui Reditus conscripsit, Philyram; secundum Cercopem denique Hesionen uxorem duxit; atque filios procreavit Palamedem, Œacem, Nausimedontem.

CAPUT II.

(1) Lynceus, qui post Danaum Argis dominabatur, ex Hypermnestra filium gignit Abantem: hujus et Ocaleæ Mantinei filiæ gemini fuerunt Acrisius ac Prœtus.

[2] Hi jam in utero inter se dissidere cœperunt; adulti autem de regno certabant, in quo bello primi clypeos Argolicos invenerunt. Acrisius victor Prœtum Argis exegit, [3] qui ad Iobatem in Lyciam venit, vel, ut alii, ad Amphianactem, cujus filiam duxit, Homero auctore, Anteam, ut vero Tragici, Sthenebœam. Hunc socer cum Lyciorum copiis reduxit ac Tirynthem occupavit, quam Cyclopes ei muris cinxerunt. [4] Deinde omnem Argivam terram inter se diviserunt, atque Acrisius Argis imperavit et Prœtus Tirynthe. (2) Acrisius ex Eurydice Lacedæmonis filia Danaen gignit; Prœtus vero ex Sthenebœa Lysippen, Iphinoen et Iphianassam; [2] quæ, ubi ad adultam ætatem pervenerant, in insaniam inciderunt, quod, ut Hesiodus ait, Dionysi mysteria non receperant; ut autem Acusilaus, quod ligneum Junonis simulacrum contemserant. [3] Sic itaque furore percitæ per omnem Argivorum terram deerrabant. Inde Arcadiam (et Peloponnesum) pervagantes sine ullo decore per deserta discurrebant.

[4] Melampus autem Amythaone et Idomene Abantis filia natus, qui vates erat atque potionibus et lustrationibus medendi rationem primus invenerat, se virginibus sanitatem restituturum pollicetur, si tertiam regni partem acciperet. [5] Prœtus quum tanti pretii medicinam recusaret, virgines vehementius insanuerunt, immo et reliquæ præterea mulieres. Nam relictis sedibus liberos suos trucidabant atque in deserta se recipiebant. [6] Qua calamitate in dies crescente, postulatam mercedem Prœtus

Digitized by Google

τοὺς αἰτηθέντας μισθοὺς ὁ Προῖτος ἐδίδου. Ὁ δὲ ὑπέσχετο θεραπεύσειν, ὅταν ἕτερον τοσοῦτον τῆς γῆς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ λάβῃ Βίας. Προῖτος δὲ εὐλαβηθείς, μὴ, βραδυνούσης τῆς θεραπείας, αἰτηθείη καὶ πλεῖον, θεραπεύειν συνεχώρησεν ἐπὶ τούτοις. [7] Μελάμπους δὲ παραλαβὼν τοὺς δυνατωτάτους τῶν νεανιῶν, μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ τινος ἐνθέου χορείας ἐκ τῶν ὀρῶν αὐτὰς ἐς Σικυῶνα συνεδίωξε. [8] Κατὰ δὲ τὸν διωγμὸν ἡ πρεσβυτάτη τῶν θυγατέρων Ἰφινόη μετήλλαξεν· ταῖς δὲ λοιπαῖς τυχούσαις καθαρμῶν σωφρονῆσαι συνέβη, καὶ ταύτας μὲν ἐξέδοτο Προῖτος Μελάμποδι καὶ Βίαντι, παῖδα δὲ ὕστερον ἐγέννησε Μεγαπένθην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

(1) Βελλεροφόντης δὲ ὁ Γλαύκου τοῦ Σισύφου, κτείνας ἀκουσίως ἀδελφὸν Δηλιάδην, ὡς δέ τινες φασι, Πειρῆνα, ἄλλοι δὲ, Ἀλκιμένην, πρὸς Προῖτον ἐλθὼν καθαίρεται. [2] Καὶ αὐτοῦ Σθενέβοιαν ἔρωτα ἴσχει, καὶ προσπέμπει λόγους περὶ συνουσίας. Τοῦ δὲ ἀπαρνουμένου, λέγει πρὸς Προῖτον, ὅτι Βελλεροφόντης αὐτῇ περὶ φθορᾶς προσέπεμψατο λόγους. [3] Προῖτος δὲ πιστεύσας, ἔδωκεν ἐπιστολὰς αὐτῷ πρὸν Ἰοβάτην κομίσειν, ἐν αἷς ἐνεγέγραπτο, Βελλεροφόντην ἀποκτεῖναι. [4] Ἰοβάτης δὲ ἐπιγνοὺς ἐπέταξεν αὐτῷ Χίμαιραν κτεῖναι, νομίζων αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θηρίου διαφθαρήσεσθαι. Ἦν γὰρ οὐ μόνον ἐνὶ, ἀλλὰ πολλοῖς οὐκ εὐάλωτον. [5] Εἶχε δὲ προτομὴν μὲν λέοντος, οὐρὰν δὲ δράκοντος, τρίτην δὲ κεφαλὴν μέσην αἰγὸς, δι' ἧς πῦρ ἀνίει. Καὶ τὴν χώραν διέφθειρε, καὶ τὰ βοσκήματα ἐλυμαίνετο· μία γὰρ φύσις τριῶν θηρίων εἶχε δύναμιν. [6] Λέγεται δὲ καὶ τὴν Χίμαιραν ταύτην τραφῆναι μὲν ὑπὸ Ἀμισωδάρου, καθάπερ εἴρηκε καὶ Ὅμηρος, γεννηθῆναι δὲ ἐκ Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης, καθὼς Ἡσίοδος ἱστορεῖ. (2) Ἀναβιβάσας οὖν ἑαυτὸν ὁ Βελλεροφόντης ἐπὶ τὸν Πήγασον, ὃν εἶχεν ἵππον ἐκ Μεδούσης πτηνὸν γεγεννημένον καὶ Ποσειδῶνος, ἀρθεὶς εἰς ὕψος, ἀπὸ τούτου κατετόξευσε τὴν Χίμαιραν. [2] Μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ἐπέταξεν αὐτῷ Σολύμοις μαχέσασθαι. Ὡς δὲ ἐτελεύτησε καὶ τοῦτον, Ἀμαζόσιν ἐπέταξεν ἀγωνίζεσθαι αὐτόν. Ὡς δὲ καὶ ταύτας ἀπέκτεινε, τοὺς νεότητι Λυκίων διαφέρειν δοκοῦντας ἐπιλέξας, ἐπέταξεν ἀποκτεῖναι λοχήσαντας. [3] Ὡς δὲ καὶ τούτους ἀπέκτεινε πάντας, θαυμάσας τὴν δύναμιν αὐτοῦ ὁ Ἰοβάτης, τά τε γράμματα ἔδειξε, καὶ παρ' αὐτῷ μένειν ἠξίωσε, δοὺς τὴν θυγατέρα Φιλονόην, καὶ θνήσκων τὴν βασιλείαν κατέλιπεν αὐτῷ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

(1) Ἀκρισίῳ δὲ περὶ παίδων γενέσεως ἀῤῥένων χρηστηριαζομένῳ ὁ θεὸς ἔφη, γενέσθαι παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς, ὃς αὐτὸν ἀποκτείνῃ. Δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον, τὴν Δανάην ἐφρούρει. [2] Ταύτην μὲν, ὡς ἔνιοι λέγουσιν,

concessit. Tum ille eas se curaturum promisit, si regni tantundem fratri suo Bianti daretur. Prœtus veritus ne, si filiarum curatio longius protraheretur, plura etiam peteret, ut ea conditione curarentur, consensit. [7] Itaque Melampus adhibitis validissimis adolescentibus cum vociferatione et divina quadam chorea e montanis virgines Sicyonem usque persecutus est; [8] quo in cursu Iphinoe natu maxima vitam cum morte commutavit; reliquæ lustrationibus sanæ menti redditæ sunt. Harum alteram Melampodi, Bianti alteram Prœtus in matrimonium collocavit, ac postea filium genuit Megapenthem.

CAPUT III.

(1) Bellerophon, Glauco Sisyphi filio natus, quum per imprudentiam Deliadem fratrem, vel, ut quidam ferunt, Pirenen vel, ut alii volunt, Alcimenem peremisset, ad Prœtum confugit, ab eoque expiatur. [2] Ejus Sthenebœa amore capta literas ad eum misit de concubitu. Illo vero recusante, Prœto dixit Bellerophontem de stupro ad se verba misisse. [3] Prœtus rei fidem habens dedit ei ad Iobaten epistolas, quibus Bellerophontem jussit interfici. [4] Iobates lectis literis, ut Chimæram occideret imperavit, a fera illum periturum esse arbitratus, quandoquidem ea non unius, sed ne multorum quidem viribus facile domari poterat. [5] Anteriorem enim partem habebat leonis, caudam draconis, in media denique parte tertium caput eminebat capræ ignivomens. Atque regionem vastabat pecoraque disperdebat: una enim trium belluarum viribus erat instructa. [6] Dicunt etiam hanc Chimæram ab Amisodaro, ut Homerus quoque ait, enutritam fuisse, natam vero Typhone et Echidna, quemadmodum Hesiodus narrat. (2) Conscenso igitur Pegaso, quem Medusa ac Neptuno satum et aligerum equum habebat Bellerophon, sublatus in altum, ex eo Chimæram sagittis confecit. [2] Post hoc certamen jussit eum Iobates contra Solymos pugnare. Ubi et hoc feliciter peregerat, misit eum ad debellandas Amazones. Ubi etiam has interfecerat, collectis qui robore inter Lycios excellere videbantur juvenibus imperavit ut ex insidiis eum interimerent. [3] Ubi vero etiam hos ad unum omnes Bellerophon occiderat, admiratus juvenis præstantiam Iobates literas ostendit et data Philonoe filia ut secum maneret rogavit, ac moriens regnum ei reliquit.

CAPUT IV.

(1) Acrisio de prole mascula oraculum sciscitanti deus respondit, puerum ex filia oriturum, qui ipsum interfecturus esset. Quod Acrisius pertimescens, æneo sub terra cubiculo constructo, inclusam Danaen custodiri jubet. [2] Hanc, ut nonnulli tradunt, vitiavit Prœtus; unde

Digitized by Google

ἔφθειρε Προῖτος· ὅθεν αὐτοῖς καὶ ἡ στάσις ἐκινήθη· ὡς δὲ ἔνιοι φασὶ, Ζεὺς μεταμορφωθεὶς εἰς χρυσὸν καὶ διὰ τῆς ὀροφῆς εἰς τοὺς Δανάης εἰσρυεὶς κόλπους, συνῆλθεν. [3] Αἰσθόμενος δὲ Ἀκρίσιος ὕστερον ἐξ αὐτῆς γεγεννημένον Περσέα, μὴ πιστεύσας ὑπὸ Διὸς ἐφθάρθαι, τὴν θυγατέρα μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς λάρναχα βαλὼν, ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν. Προσενεχθείσης δὲ τῆς λάρνακος Σερίφῳ, Δίκτυς ἄρας ἀνέτρεφε τοῦτον.

(2) Βασιλεύων δὲ τῆς Σερίφου Πολυδέκτης, ἀδελφὸς Δίκτυος, Δανάης ἐρασθεὶς, καὶ, ἡνδρωμένου Περσέως, μὴ δυνάμενος αὐτῆ συνελθεῖν, συνεκάλει τοὺς φίλους, μεθ' ὧν καὶ Περσέα, λέγων, ἔρανον συνάγειν ἐπὶ τοὺς Ἱπποδαμείας τῆς Οἰνομάου γάμους. [2] Τοῦ δὲ Περσέως εἰπόντος, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τῆς Γοργόνος οὐκ ἀντερεῖν, παρὰ μὲν τῶν λοιπῶν ἤτησεν ἵππους, παρὰ δὲ τοῦ Περσέως οὐ λαβὼν τοὺς ἵππους, ἐπέταξε τῆς Γοργόνος κομίζειν τὴν κεφαλήν. [3] Ὁ δὲ, Ἑρμοῦ καὶ Ἀθηνᾶς προκαθηγουμένων, ἐπὶ τὰς Φόρκου γίνεται θυγατέρας Ἐνυὼ, Πεφρηδὼ καὶ Δεινώ· [4] ἦσαν δὲ αὗται Κητοῦς τε καὶ Φόρκου, Γοργόνων ἀδελφαὶ, γραῖαι ἐκ γενετῆς. [5] Ἕνα τε ὀφθαλμὸν αἱ τρεῖς καὶ ἕνα ὀδόντα εἶχον, καὶ ταῦτα παρὰ μέρος ἠμείβον ἀλλήλαις. [6] Ὧν κυριεύσας ὁ Περσεὺς, ὡς ἀπήτουν, ἔφη δώσειν, ἂν ὑφηγήσωνται τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὰς Νύμφας φέρουσαν. [6] Αὗται δὲ αἱ Νύμφαι πτηνὰ εἶχον πέδιλα, καὶ τὴν κίβισιν, ἣν φασιν εἶναι πήραν. [Πίνδαρος δὲ καὶ Ἡσίοδος ἐν Ἀσπίδι ἐπὶ τοῦ Περσέως·

> Πᾶν δὲ μετάφρενον εἶχε κάρα δεινοῖο πελώρου
> Γοργοῦς, ἀμφὶ δέ μιν κίβισις θέε.

Εἴρηται δὲ παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ ἐσθῆτα καὶ τὴν τροφήν]. Εἶχον δὲ καὶ τὴν κυνῆν. [7] Ὑφηγησαμένων δὲ τῶν Φορκίδων, ἀποδοὺς τόν τε ὀδόντα καὶ τὸν ὀφθαλμὸν αὐταῖς, καὶ παραγενόμενος πρὸς τὰς Νύμφας, καὶ τυχὼν ὧν ἐσπούδαζε, τὴν μὲν κίβισιν περιεβάλετο, τὰ δὲ πέδιλα τοῖς σφυροῖς προσήρμοσε, τὴν δὲ κυνῆν τῇ κεφαλῇ ἐπέθετο. Ταύτην ἔχων, αὐτὸς μὲν οὓς ἤθελεν ἔβλεπεν, ὑπὸ ἄλλων δὲ οὐχ ἑωρᾶτο. [8] Λαβὼν δὲ καὶ παρὰ Ἑρμοῦ ἀδαμαντίνην ἅρπην, πετόμενος εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἦκε καὶ κατέλαβε τὰς Γοργόνας κοιμωμένας. [9] Ἦσαν δὲ αὗται Σθενὼ, Εὐρυάλη, Μέδουσα. Μόνη δὲ ἦν θνητὴ Μέδουσα· διὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν ταύτης κεφαλὴν Περσεὺς ἐπέμφθη. [10] Εἶχον δὲ αἱ Γοργόνες κεφαλὰς μὲν περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων, ὀδόντας δὲ μεγάλους ὡς συῶν, καὶ χεῖρας χαλκᾶς, καὶ πτέρυγας χρυσᾶς, δι' ὧν ἐπέτοντο· τοὺς δὲ ἰδόντας λίθους ἐποίουν. [11] Ἐπιστὰς οὖν αὐταῖς ὁ Περσεὺς κοιμωμέναις, κατευθυνούσης τὴν χεῖρα Ἀθηνᾶς, ἀπεστραμμένος καὶ βλέπων εἰς ἀσπίδα χαλκῆν, δι' ἧς τὴν εἰκόνα τῆς Γοργόνος ἔβλεπεν, ἐκαρατόμησεν αὐτήν. [12] Ἀποτμηθείσης δὲ τῆς κεφαλῆς, ἐκ τῆς Γοργόνος ἐξέθορε Πήγασος, πτηνὸς ἵππος, καὶ Χρυσάωρ ὁ Γηρυόνου πατήρ· τούτους δὲ ἐγέννησεν ἐκ Ποσειδῶνος. (3) Ὁ μὲν οὖν Περσεὺς ἐνθέμενος εἰς τὴν κίβισιν τὴν κεφαλὴν τῆς Μεδούσης, ὀπίσω πάλιν ἐχώρει· αἱ δὲ Γοργόνες ἐκ τῆς κοίτης

inter eos orta contentio est. Secundum alios, Jupiter in aureum imbrem conversus et per impluvium in Danaes sinum delapsus cum ea concubuit. [3] Sed postea ubi Perseum ex filia natum sensit Acrisius, non credens a Jove eam compressam esse, una cum filio in arca conclusam in mare dejecit. Arca in Seriphum delata, Dictys sublatum puerum educavit.

(2) Verum Polydectes rex Seriphi, frater Dictyis, Danaes amore captus, quum ea propter Perseum jamjam adultum potiri non posset, amicos convocavit cum iisque etiam Perseum, munera se coacturum dicens, quibus Hippodamiæ, Œnomai filiæ, nuptias sibi compararet. [2] Dictitante autem Perseo se ne Gorgonis quidem caput recusaturum esse, a ceteris quidem equos postulavit; quos vero Perseus equos attulit haud accepit, sed Gorgonis caput ut afferret mandavit. [3] Perseus igitur Mercurio ac Minerva ducibus Phorci filias adiit, Enyo, Pephredo, Dino. [4] Hæ Ceto et Phorco natæ Gorgonum sorores erant, vetulæ inde a natalibus, uno tres oculo et uno dente præditæ, quibus per vices inter se utebantur. [5] His potitus Perseus, reposcentibus se redditurum dixit, si quæ ad Nymphas duceret viam monstrarent. [6] Erant autem Nymphis illis alata talaria et cibisis, quam peram esse dicunt. [Pindarus et Hesiodus in Scuto ita de Perseo:

> Totum tergum occupavit caput horrendi monstri
> Gorgonis, circumdedit vero eum cibisis.

Sic dicta cibisis, quod ibi condantur indumentum et cibus.] Præterea Orci galeam habebant. [7] Restitutis itaque Phorcidibus dente et oculo quod viam monstrassent, ad Nymphas pervenit, a quibus quæ cupiebat adeptus cibisin humeris circumjecit, ac pedibus talaria accommodavit, galeam denique capiti imposuit. Qua tectus quoscunque vellet, aliis ipse non visus, videbat. [8] Deinde quum a Mercurio etiam adamantinam harpen accepisset, ad Oceanum devolavit, ubi Gorgones dormientes deprehendit. [9] Erant vero hæ: Stheno, Euryale, Medusa. Sola earum Medusa mortalis erat. Ad hujus itaque caput reportandum fuit emissus. [10] Habebant vero Gorgones capita squamosorum anguium spiris circumdata, magnos dentes sicut aprorum, ad hæc manus æreas et alas aureas, quibus volabant. Quoscunque autem ad se respicientes in saxa commutabant. [11] Has igitur Perseus dormientes adortus, dum ejus manus Minerva dirigeret, aversus oculisque in æreum clypeum defixis, in quo Gorgonis imaginem conspiciebat, Medusæ caput amputavit. [12] Quo resecto, Pegasus alatus ex Gorgone prosilivit et Chrysaor pater Geryonis; hos e Neptuno procreavit. (3) Igitur Perseus, reposito in peram capite Medusæ, recessit. At Gorgones e somno

Digitized by Google

ἀναστᾶσαι τὸν Περσέα ἐδίωκον, καὶ συνιδεῖν αὐτὸν οὐκ ἐδύναντο διὰ τὴν κυνῆν· ἀπεκρύπτετο γὰρ ὑπ' αὐτῆς.

[2] Παραγενόμενος δὲ εἰς Αἰθιοπίαν, ἧς ἐβασίλευε Κηφεὺς, εὗρε τὴν τούτου θυγατέρα Ἀνδρομέδαν παρακειμένην βορᾶν θαλασσίῳ κήτει. [3] Κασσιέπεια γὰρ ἡ Κηφέως γυνὴ Νηρηΐσιν ἤρισε περὶ κάλλους, καὶ πασῶν εἶναι κρείσσων ηὔχησεν. [4] Ὅθεν αἱ Νηρηΐδες ἐμήνισαν, καὶ Ποσειδῶν, αὐταῖς συνοργισθεὶς, πλημμύραν τε ἐπὶ τὴν χώραν ἔπεμψε καὶ κῆτος. [4] Ἄμμωνος δὲ χρήσαντος τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς συμφορᾶς, ἐὰν ἡ Κασσιεπείας θυγάτηρ Ἀνδρομέδα προτεθῇ τῷ κήτει βορὰ, τοῦτο ἀναγκασθεὶς ὁ Κηφεὺς ὑπὸ τῶν Αἰθιόπων ἔπραξε, καὶ προσέδησε τὴν θυγατέρα πέτρᾳ. [5] Ταύτην θεασάμενος ὁ Περσεὺς, καὶ ἐρασθεὶς, ἀναιρήσειν ὑπέσχετο Κηφεῖ τὸ κῆτος, εἰ μέλλει σωθεῖσαν αὐτὴν αὐτῷ δώσειν γυναῖκα. [5] Ἐπὶ τούτοις γενομένων ὅρκων, ὑποστὰς τὸ κῆτος ἔκτεινε, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἔλυσεν. [6] Ἐπιβουλεύοντος δὲ αὐτῷ Φινέως, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Κηφέως, ἐγγυώμενος πρῶτος τὴν Ἀνδρομέδαν, μαθὼν τὴν ἐπιβουλὴν, τὴν Γοργόνα δείξας, μετὰ τῶν συνεπιβουλευόντων αὐτὸν ἐλίθωσε παραχρῆμα.

[7] Παραγενόμενος δὲ εἰς Σέριφον, καὶ καταλαβὼν προσπεφευγυῖαν τοῖς βωμοῖς μετὰ τοῦ Δίκτυος τὴν μητέρα διὰ τὴν Πολυδέκτου βίαν, εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα, συγκαλέσαντος τοῦ Πολυδέκτου τοὺς φίλους, ἀπεστραμμένος τὴν κεφαλὴν Γοργόνος ἔδειξε· τῶν δὲ ἰδόντων, ὁποῖον ἕκαστος ἔτυχε σχῆμα ἔχων, ἀπελιθώθη. [8] Καταστήσας δὲ τῆς Σερίφου Δίκτυν βασιλέα, ἀπέδωκε τὰ μὲν πέδιλα καὶ τὴν κίβισιν καὶ τὴν κυνῆν Ἑρμῇ· τὴν δὲ κεφαλὴν τῆς Γοργόνος Ἀθηνᾷ. Ἑρμῆς μὲν οὖν τὰ προειρημένα πάλιν ἀπέδωκε ταῖς Νύμφαις· Ἀθηνᾶ δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἀσπίδι τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλὴν ἀνέθηκε. [9] Λέγεται δὲ ὑπ' ἐνίων, ὅτι δι' Ἀθηνᾶς ἡ Μέδουσα ἐκαρατομήθη. Φασὶ δὲ, ὅτι καὶ περὶ κάλλους ἠθέλησεν ἡ Γοργὼ αὐτῇ συγκριθῆναι.

(4) Περσεὺς δὲ μετὰ Δανάης καὶ Ἀνδρομέδας ἔσπευδεν εἰς Ἄργος, ἵνα Ἀκρίσιον θεάσηται. Ὁ δὲ δεδοικὼς τὸν χρησμὸν, ἀπολιπὼν Ἄργος, εἰς τὴν Πελασγιῶτιν ἐχώρησε γῆν. [2] Τευταμίου δὲ τοῦ Λαρισσαίων βασιλέως ἐπὶ κατοιχομένῳ τῷ πατρὶ διατιθέντος γυμνικὸν ἀγῶνα, παρεγένετο καὶ ὁ Περσεὺς, ἀγωνίσασθαι θέλων· ἀγωνιζόμενος δὲ πένταθλον, τὸν δίσκον ἐπὶ τὸν Ἀκρισίου πόδα βαλὼν, παραχρῆμα ἀπέκτεινεν αὐτόν. [3] Αἰσθόμενος δὲ τὸν χρησμὸν τετελεσμένον, τὸν μὲν Ἀκρίσιον ἔξω τῆς πόλεως ἔθαψεν· αἰσχυνόμενος δὲ εἰς Ἄργος ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὸν κλῆρον τοῦ δι' αὐτοῦ τετελευτηκότος, παραγενόμενος εἰς Τίρυνθα, πρὸς τὸν Προίτου παῖδα Μεγαπένθην ἠλλάξατο, τούτῳ τε τὸ Ἄργος ἐνεχείρισε. [4] Καὶ Μεγαπένθης μὲν ἐβασίλευσεν Ἀργείων, Περσεὺς δὲ Τίρυνθος, προστειχίσας Μίδειαν καὶ Μυκήνας. (5) Ἐγένοντο δὲ ἐξ Ἀνδρομέδας παῖδες αὐτῷ, πρὶν μὲν ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἑλλάδα, Πέρσης, ὃν παρὰ Κηφεῖ

excitatæ Perseum insectatæ sunt, sed videre ob Orci galeam non potuerunt; ea enim abscondebatur.

[2] Qui quum in Æthiopiam pervenisset, Cephei regis filiam Andromedam invenit in litore expositam, ut a ceto marino devoraretur. [3] Nam Cassiopea Cephei conjux de pulchritudine cum Nereidibus contenderat, se omnium formosissimam esse jactitans. Quamobrem succensuere Nereides, atque Neptunus una cum illis iratus, aquarum proluviem terræ immisit et cetum. [4] Verum Ammonis oraculo calamitatis deliberationem prædicente, si Cassiopeæ filia Andromeda ceto devoranda objiceretur, Cepheus ab Æthiopibus coactus scopulo filiam alligavit. [5] Quam conspicatus Perseus et illius amore captus, Cepheo se cetum interemturum pollicetur, si filiam periculo ereptam sibi in matrimonium daturus sit. Pactis itaque jurejurando confirmatis, Perseus monstrum aggressus occidit atque Andromedam solvit. [6] Deinde Phineum, Cephei fratrem, insidias sibi parantem, quod desponsa ante ipsi Andromeda esset, re cognita Perseus, cum conjuratis omnibus, Medusæ capite ostentato, in saxa repente convertit.

[7] Itaque Perseus reversus in Seriphum matremque ad aras cum Dictye ob Polydectis violentiam confugisse deprehendens, regiam ingressus est, ubi Polydecti, quum amicos convocasset, averso ore Gorgonis caput ostendit. Id quotquot adspexerunt, quo erat quisque statu, in saxa commutati sunt. [8] Tum Dictye Seriphi rege constituto, talaria et peram et galeam dedit Mercurio, verum Medusæ caput Minervæ. Et Mercurius quidem quas diximus res reddidit Nymphis, Minerva autem in medio clypeo Gorgonis caput apposuit. [9] Narratur etiam a nonnullis ab Minerva Medusæ caput præcisum fuisse, quoniam de pulchritudine Gorgo cum ipsa voluisset contendere.

(4) Deinde Perseus cum Danae et Andromeda properavit Argos, ut Acrisium viseret. Is oraculi metu, relicto Argo, in Pelasgiotidem terram commigraverat. [2] Interea Teutamia, Larissæorum rege, patri vita functo gymnicum certamen edituro, etiam Perseus decertaturus advenit; verum in quinquertii certamine disco Acrisii pedem feriit eumque illico interfecit. [3] Perseus oraculum expletum animadvertens Acrisium extra urbem sepelivit; ipse vero, quod Argos ad ejus hereditatem adeundam, qui sua opera occubuisset, reverti puderet, profectus Tirynthem ad Megapenthem Prœti filium, cum eo regnum commutavit eique Argos concessit. [4] Itaque Megapenthes Argivis imperavit, Tirynthi vero Perseus, qui Mideam et Mycenas admunivit. (5) Huic ex Andromeda nati sunt filii, antequam in Græciam venisset, Perses, quem apud

Digitized by Google

κατέλιπεν· ἀπὸ τούτου δὲ τοὺς Περσῶν βασιλέας λέγεται γενέσθαι· [2]ἐν Μυκήναις δὲ Ἀλκαῖος, καὶ Σθένελος, καὶ [a]Ἕλειος, Μήστωρ τε καὶ Ἠλεκτρύων, καὶ θυγάτηρ Γοργοφόνη, ἣν Περιήρης ἔγημεν.

[3]Ἐκ μὲν οὖν Ἀλκαίου καὶ Ἀστυδαμείας τῆς Πέλοπος, ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσι, Λαονόμης τῆς Γουνέως, ὡς δὲ ἄλλοι πάλιν Ἱπποννόμης τῆς Μενοικέως Ἀμφιτρύων ἐγένετο, καὶ θυγάτηρ Ἀναξώ.

[4]Ἐκ δὲ Μήστορος καὶ Λυσιδίκης τῆς Πέλοπος, Ἱπποθόη. Ταύτην ἁρπάσας Ποσειδῶν, καὶ κομίσας ἐπὶ τὰς Ἐχινάδας νήσους, μίγνυται, καὶ γεννᾷ Τάφιον, ὃς ὤκισε Τάφον, καὶ τοὺς λαοὺς Τηλεβόας ἐκάλεσεν, ὅτι τηλοῦ τῆς πατρίδος ἔβη.

[5]Ἐκ Ταφίου δὲ παῖς Πτερέλαος ἐγένετο. Τοῦτον ἀθάνατον ἐποίησε Ποσειδῶν, ἐν τῇ κεφαλῇ χρυσῆν ἐνθεὶς τρίχα. [6]Πτερελάῳ δὲ ἐγένοντο [θυγάτηρ Κομαιθὼ, καὶ ἄῤῥενες] παῖδες, Χρόμιος, Τύραννος, Ἀντίοχος, Χερσιδάμας, Μήστωρ, Εὐήρης.

[7]Ἠλεκτρύων δὲ, γήμας τὴν Ἀλκαίου θυγατέρα Ἀναξὼ, ἐγέννησε θυγατέρα μὲν Ἀλκμήνην, παῖδας δὲ [Στρατοβάτην,] Γοργοφόνον, Φιλονόμον, Κελαινέα, Ἀμφίμαχον, Λυσίνομον, Χειρίμαχον, Ἀνάκτορα, Ἀρχέλαον· μετὰ δὲ τούτους καὶ νόθον ἐκ Φρυγίας γυναικὸς Μιδέας Λικύμνιον.

[8]Σθενέλου δὲ καὶ Νικίππης τῆς Πέλοπος, Ἀλκινόη καὶ Μέδουσα, ὕστερον δὲ καὶ Εὐρυσθεὺς ἐγένετο, ὃς καὶ Μυκηνῶν ἐβασίλευσεν. [9]Ὅτε γὰρ Ἡρακλῆς ἔμελλε γεννᾶσθαι, Ζεὺς ἐν θεοῖς ἔφη, τὸν ἀπὸ Περσέως γεννηθησόμενον τότε βασιλεύειν Μυκηνῶν. [c]Ἥρα δὲ διὰ τὸν ζῆλον Εἰλείθυιαν ἔπεισε, τὸν μὲν Ἀλκμήνης τόκον ἐπισχεῖν, Εὐρυσθέα δὲ τὸν Σθενέλου παρεσκεύασε γεννηθῆναι ἑπταμηνιαῖον ὄντα.

(6) Ἠλεκτρύονος δὲ βασιλεύοντος Μυκηνῶν, μετὰ Ταφίου οἱ Πτερελάου παῖδες ἐλθόντες τὴν Μήστορος ἀρχὴν τοῦ μητροπάτορος ἀπῄτουν, καὶ, μὴ προσέχοντος Ἠλεκτρύονος ἀπήλαυνον τὰς βόας· ἀμυνομένων δὲ τῶν Ἠλεκτρύονος παίδων, ἐκ προκλήσεως ἀλλήλους ἀπέκτειναν. [2]Ἐσώθη δὲ τῶν Ἠλεκτρύονος παίδων Λικύμνιος ἔτι νέος ὑπάρχων· τῶν δὲ Πτερελάου, Εὐήρης, ὃς καὶ τὰς ναῦς ἐφύλασσε. Τῶν δὲ Ταφίων οἱ διαφυγόντες ἀπέπλευσαν τὰς ἐλαθείσας βόας ἐλόντες, καὶ παρέθεντο τῷ βασιλεῖ τῶν Ἠλείων Πολυξένῳ. Ἀμφιτρύων δὲ παρὰ Πολυξένου λυτρωσάμενος αὐτὰς ἤγαγεν εἰς Μυκήνας· ὁ δὲ Ἠλεκτρύων τὸν τῶν παίδων θάνατον βουλόμενος ἐκδικῆσαι, παραδοὺς τὴν βασιλείαν Ἀμφιτρύωνι καὶ τὴν θυγατέρα Ἀλκμήνην, ἐξορκίσας, ἵνα μέχρι τῆς ἐπανόδου παρθένον αὐτὴν φυλάξῃ, στρατεύειν ἐπὶ Τηλεβόας διενοεῖτο. [4]Ἀπολαμβάνοντος δὲ αὐτοῦ τὰς βόας, μιᾶς ἐκθορούσης, Ἀμφιτρύων ἐπ' αὐτὴν ἀφῆκεν, ὃ μετὰ χεῖρας εἶχε, ῥόπαλον, τὸ δὲ ἀποκρουσθὲν ἀπὸ τῶν κεράτων εἰς τὴν Ἠλεκτρύονος κεφαλὴν ἐλθὸν ἀπέκτεινεν αὐτόν. [5]Ὅθεν λαβὼν ταύτην τὴν πρόφασιν Σθένελος, παντὸς Ἄργους ἐξέβαλεν Ἀμφιτρύωνα, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Μυ-

Cepheum reliquit : ab hoc Persarum reges originem duxisse feruntur : [2] Mycenis autem Alcæus, Sthenelus, Heleus, Mestor, Electryo, ac filia Gorgophone, quam Perieres uxorem duxit.

[3] Ex Alcæo et Astydamia Pelopis, vel, ut nonnulli, ex Laonome Gunei, vel ut alii, ex Hipponome Menoecei, Amphitryo natus est et filia Anaxo.

[4] E Mestore et Lysidice, Pelopis, Hippothoe; quam rapuit Neptunus, et in Echinadas insulas translatam compressit, ex eaque genuit Taphium, qui in Taphum colonos deduxit, eosque, quod procul a patria abivisset, Teleboas appellavit.

[5] E Taphio filius natus est Pterelaus. Hunc Neptunus aureo crine illius capiti imposito fecit immortalem. [6] Pterelao, (filia Comætho, et) filii fuerunt Chromius, Tyrannus, Antiochus, Chersidamas, Mestor, Everes.

[7] Electryo ducta Anaxo Alcæi, filiam procreavit Alcmenen, filios vero (Stratobaten,) Gorgophonum, Philonomum, Celæneum, Amphimachum, Lysinomum, Chirimachum, Anactorem, Archelaum; ac post hosce spurium ex Midea Phrygia muliere Licymnium.

[8] Sthenelo et Nicippe, Pelopis, natæ sunt Alcinoe et Medusa, et postea Eurystheus, qui Mycenis imperavit. [9] Nam quo tempore Hercules pariendus erat, Jupiter inter deos dixit, qui e Persei prole jam oriturus esset, eum Mycenis regnaturum. Juno autem propter invidiam Ilithyiæ persuasit, ut Alcmenæ partum cohiberet, et hoc effecit, ut Eurystheus Stheneli filius septimo mense in lucem ederetur.

(6) Verum ad Electryonem, Mycenis imperantem, cum Taphio Pterelai filii venientes, Mestoris regnum, qui Taphio avus erat maternus, repetierunt, ac non obtemperante Electryone, boves ejus abegerunt. Quod quum impedire vellent Electryonis filii, ad certamen sese provocantes mutua cæde perierunt. [2] Servatus tamen est ex Electryonis natis, qui puer adhuc erat Licymnius, ex Pterelai vero Everes, qui naves custodiebat. Tum qui de Taphiis evaserant, navibus profecti sunt, postquam abacta secum armenta apud Polyxenum Eliensium regem deposuerant. Sed Amphitryo redemtas a Polyxeno boves Mycenas reduxit. [3] Interea autem Electryo filiorum cædem ulturus, regnum simul cum Alcmene filia Amphitryoni tradidit, jurejurando obstricto, ut ad reditum filiam virginem servaret, ipse contra Teleboas bellum molitus est. [4] Cui quum boves traderentur, earumque una e grege aufugeret, in eam Amphitryo quam manibus forte tenebat clavam conjecit, quæ vero de bovis cornibus repulsa et in Electryonis caput resiliens, eum vita privavit. [5] Sthenelus itaque hanc nactus occasionem e tota Argivorum terra Amphitryonem exegit, atque ipse Mycenarum et Tirynthis imperio potitus est. Mideam

Digitized by Google

κηνῶν καὶ τῆς Τίρυνθος αὐτὸς κατέσχε· τὴν δὲ Μίδεαν, μεταπεμψάμενος τοὺς Πέλοπος παῖδας Ἀτρέα καὶ Θυέστην, παρέθετο τούτοις.

6 Ἀμφιτρύων δέ, σὺν Ἀλκμήνῃ καὶ Λικυμνίῳ παραγενόμενος ἐπὶ Θήβας, ὑπὸ Κρέοντος ἠγνίσθη, καὶ δίδωσι τὴν ἀδελφὴν Περιμήδην 7 Λικυμνίῳ. Λεγούσης δὲ Ἀλκμήνης, γαμηθήσεσθαι τῷ τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς ἐκδικήσαντι τὸν θάνατον, ὑποσχόμενος ἐπὶ Τηλεβόας στρατεύει Ἀμφιτρύων καὶ παρεκάλει συλλαβέσθαι Κρέοντα. 8 Ὁ δὲ ἔφη στρατεύσειν, ἐὰν πρότερον ἐκεῖνος τὴν Καδμείαν τῆς ἀλώπεκος ἀπαλλάξῃ. Ἔφθειρε γὰρ τὴν Καδμείαν ἀλώπηξ θηρίον. Ὑποστάντος δὲ, ὅμως εἱμαρμένον ἦν, αὐτὴν μηδέ τινα καταλαβεῖν. (7) Ἀδικουμένης δὲ τῆς χώρας, ἕνα τῶν ἀστῶν παῖδα οἱ Θηβαῖοι κατὰ μῆνα προετίθεσαν αὐτῇ, πολλοὺς ἁρπαζούσῃ, τοῦτο εἰ μὴ γένοιτο. 2 Ἀπαλλαγεὶς οὖν Ἀμφιτρύων εἰς Ἀθήνας πρὸς Κέφαλον τὸν Δηϊονέως, συνέπειθεν, ἐπὶ μέρει τῶν ἀπὸ Τηλεβοῶν λαφύρων, ἄγειν ἐπὶ τὴν θήραν τὸν κύνα, ὃν Πρόκρις ἤγαγεν ἐκ Κρήτης παρὰ Μίνωος λαβοῦσα· ἦν δὲ καὶ τούτῳ πεπρωμένον, πᾶν, ὅ τι ἂν διώκῃ, λαμβάνειν. Διωκομένης οὖν ὑπὸ τοῦ κυνὸς τῆς ἀλώπεκος, Ζεὺς ἀμφοτέρους λίθους ἐποίησεν. 3 Ἀμφιτρύων δὲ ἔχων ἐκ μὲν Θορικοῦ τῆς Ἀττικῆς Κέφαλον συμμαχοῦντα, ἐκ δὲ Φωκέων Πανοπέα, ἐκ δὲ Ἕλους τῆς Ἀργείας Ἔλειον τὸν Περσέως, ἐκ δὲ Θηβῶν Κρέοντα, τὰς τῶν Ταφίων νήσους ἐπόρθει. 4 Ἀχρι μὲν οὖν ζῇ Πτερέλαος, οὐκ ἐδύνατο τὴν Τάφον ἑλεῖν· ὡς δὲ ἡ Πτερελάου θυγάτηρ Κομαιθὼ, ἐρασθεῖσα Ἀμφιτρύωνος, τὴν χρυσῆν τρίχα τοῦ πατρὸς ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐξείλετο, Πτερελάου τελευτήσαντος, ἐχειρώσατο τὰς νήσους ἁπάσας. 5 Τὴν μὲν οὖν Κομαιθὼ κτείνας Ἀμφιτρύων, καὶ τὴν λείαν ἔχων, εἰς Θήβας ἔπλει, καὶ τὰς νήσους Ἐλείῳ καὶ Κεφάλῳ δίδωσι. Κἀκεῖνοι πόλεις αὐτῶν ἐπωνύμους κτίσαντες κατῴκησαν.

(8) Πρὸ τοῦ δὲ Ἀμφιτρύωνα παραγενέσθαι εἰς Θήβας, Ζεὺς διὰ νυκτὸς ἐλθὼν, καὶ τὴν μίαν τριπλασιάσας νύκτα, ὁμοιος Ἀμφιτρύωνι γενόμενος, Ἀλκμήνῃ συνευνάσθη, καὶ τὰ γενόμενα παρὰ Τηλεβοῶν διηγήσατο. 2 Ἀμφιτρύων δὲ παραγενόμενος, ὡς οὐχ ἑώρα φιλοφρονουμένην πρὸς αὐτὸν τὴν γυναῖκα, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν· εἰπούσης δὲ, ὅτι τῇ προτέρᾳ νυκτὶ παραγενόμενος αὐτῇ συγκεκοίμηται, μανθάνει παρὰ Τειρεσίου τὴν γενομένην τοῦ Διὸς συνουσίαν.

3 Ἀλκμήνη δὲ δύο ἐγέννησε παῖδας, Διὶ μὲν Ἡρακλέα, μιᾷ νυκτὶ πρεσβύτερον, Ἀμφιτρύωνι δὲ Ἰφικλέα. 4 Τοῦ δὲ παιδὸς ὄντος ὀκταμηνιαίου, δύο δράκοντας ὑπερμεγέθεις Ἥρα ἐπὶ τὴν εὐνὴν ἔπεμψε, διαφθαρῆναι τὸ βρέφος θέλουσα. Ἐπιβοωμένης δὲ Ἀλκμήνης Ἀμφιτρύωνα, Ἡρακλῆς διαναστὰς ἀγχων ἑκατέραις ταῖς χερσὶν αὐτοὺς διέφθειρε. 5 Φερεκύδης δέ φησιν, Ἀμφιτρύωνα, βουλόμενον μαθεῖν, ὁπότερος ἦν τῶν παίδων ἐκείνου, τοὺς δράκοντας εἰς τὴν εὐνὴν ἐμβαλεῖν, καὶ, τοῦ μὲν Ἰφικλέους φυγόντος, τοῦ δὲ

vero quos accessiverat, Pelopis filiis Atreo et Thyestæ tradidit.

6 Amphitryo cum Alcmene et Licymnio Thebas profectus a Creonte expiatus est, ac Perimeden sororem collocavit Licymnio. 7 Alcmena ei se nupturam professa, qui fratrum suorum interitum ulcisceretur, id pollicitus Amphitryo contra Teleboas expeditionem paravit, et Creontem ad belli societatem advocavit. 8 Qui socium se fore inquit, si prius ille Cadmeam a vulpe liberaverit. Nam Cadmeam devastabat fera vulpes, quam licet adortus esset aliquis, fato tamen cautum erat, ut a nullo unquam mortalium caperetur. (7) Dum regio infestabatur, unum ex urbanis puerum singulis mensibus vulpi proposuerunt, quæ, nisi hoc factum esset, pro uno plures raptura erat. 2 Igitur Amphitryo Athenas profectus Cephalo Deionei filio, Teleboicorum spoliorum parte promissa, persuasit, ut in venationem adduceret canem, quem Procris a Minoe acceptum e Creta adduxerat. Huic enim fato concessum erat, ut quamcunque insectaretur feram caperet. Insequente itaque cane vulpem, Jupiter utrumque in lapides convertit. 3 Amphitryo autem e Thorico in Attica Cephalum belli socium habens, e Phocensibus Panopeum, ex Heli Argivorum urbe Heleum Persei, e Thebis Creontem, Taphiorum insulas vastabat. 4 Sed dum Pterelaus vivebat, Taphum capere non potuit. Quum autem Comætho Pterelai filia, Amphitryonis amore capta, aureum de patris capite capillum prosecuisset, Pterelai morte insecuta, omnes insulas in suam redegit potestatem. 5 Deinde interfecta Comætho, Amphitryo cum spoliis Thebas renavigavit, atque insulas Heleo et Cephalo tradidit, qui ibi conditas sibi cognomines urbes incoluerunt.

(8) Prius autem quam Amphitryo Thebas rediisset, Jupiter per noctem ad Alcmenam accessit, cum qua, trinoctio facto et assumta Amphitryonis forma, concubuit, quæque adversus Teleboas gesta essent omnia narravit. 2 Amphitryo redux quum a conjuge se negligentius excipi videret, caussam rei quæsivit. Cui quum Alcmena responderet eum jam priori nocte affuisse et secum concubuisse, a Tiresia Jovis cum uxore concubitum rescivit.

3 Alcmena duos peperit filios, Jovi quidem Herculem una nocte majorem, Amphitryoni autem Iphiclem. 4 Hercule octo menses nato, duos dracones insitatæ magnitudinis Juno infantem perditura in lectum ejus immisit. Alcmena Amphitryonis opem implorante, Hercules in pedes erectus utraque manu constrictos suffocavit. 5 Ceterum Pherecydes ait Amphitryonem, quum scire vellet uter puerorum ipsius esset filius, serpentes illos in cunas

Digitized by Google

Ἡρακλέους ὑποστάντος, μαθεῖν, ὡς Ἰφικλῆς ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται.

(9) Ἐδιδάχθη δὲ Ἡρακλῆς ἁρματηλατεῖν μὲν ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος, παλαίειν δὲ ὑπὸ Αὐτολύκου, τοξεύειν δὲ ὑπὸ Εὐρύτου, ὁπλομαχεῖν δὲ ὑπὸ Κάστορος, κιθαρῳδεῖν δὲ ὑπὸ Λίνου. [2] Οὗτος δὲ ἦν ἀδελφὸς Ὀρφέως, ἀφικόμενος δὲ εἰς Θήβας, καὶ Θηβαῖος γενόμενος, ὑπὸ Ἡρακλέους τῇ κιθάρᾳ πληγεὶς ἀπέθανεν. Ἐπιπλήξαντα γὰρ αὐτὸν ὀργισθεὶς ἀπέκτεινε. Δίκην δὲ ἐπαγόντων τινῶν αὐτῷ φόνου, παρανέγνω νόμον Ῥαδαμάνθυος λέγοντος, ὃς ἂν ἀμύνηται τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντα, ἀθῷον εἶναι· καὶ οὕτως ἀπελύθη. [3] Δείσας δὲ Ἀμφιτρύων, μὴ πάλιν τι ποιήσῃ τοιοῦτον, ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὰ βουφόρβια, κἀκεῖ τρεφόμενος μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ πάντων διήνεγκεν. [4] Ἦν δὲ καὶ θεωρηθεὶς φανερὸς ὅτι Διὸς παῖς ἦν. Τετραπηχυαῖον μὲν γὰρ εἶχε τὸ σῶμα, πυρὸς δὲ ἐξ ὀμμάτων ἔλαμπεν αἴγλην· οὐκ ἠστόχει δὲ οὔτε τοξεύων, οὔτε ἀκοντίζων.

[5] Ἐν δὲ τοῖς βουκολίοις ὑπάρχων ὀκτωκαιδεκαέτης, τὸν Κιθαιρώνειον ἀνεῖλε λέοντα. Οὗτος ὁρμώμενος ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος τὰς Ἀμφιτρύωνος ἔφθειρε βόας καὶ τὰς Θεστίου. Βασιλεὺς δὲ ἦν οὗτος Θεσπιῶν. (10) Πρὸς ὃν ἀφίκετο Ἡρακλῆς, ἐλεῖν βουλόμενος τὸν λέοντα. Ὁ δὲ αὐτὸν ἐξένισε πεντήκοντα ἡμέρας, καὶ ἐπὶ τὴν θήραν ἐξιόντι νυκτὸς ἑκάστης μίαν συνεύναζε θυγατέρα. Πεντήκοντα δὲ αὐτῷ ἦσαν ἐκ Μεγαμήδης γεγεννημέναι τῆς Ἀραίου. Ἐσπούδαζε γὰρ πάσας ἐξ Ἡρακλέους τεκνοποιήσασθαι. [2] Ἡρακλῆς δέ, μίαν νομίζων εἶναι τὴν ἀεὶ συνευναζομένην, συνῆλθε πάσαις. Καὶ χειρωσάμενος τὸν λέοντα, τὴν μὲν δορὰν ἠμφιέσατο, τῷ χάσματι δὲ ἐρχήσατο κόρυθι.

(11) Ἀνακάμπτοντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τῆς θήρας συνήντησαν κήρυκες παρὰ Ἐργίνου πεμφθέντες, ἵνα παρὰ Θηβαίων τὸν δασμὸν λάβωσιν. [2] Ἐτέλουν δὲ Θηβαῖοι τὸν δασμὸν Ἐργίνῳ δι' αἰτίαν τήνδε· Κλύμενον τὸν Μινυῶν βασιλέα λίθῳ βαλὼν Μενοικέως ἡνίοχος, ὄνομα Περιήρης, ἐν Ὀγχηστῷ, Ποσειδῶνος τεμένει, τιτρώσκει· ὁ δὲ κομισθεὶς εἰς Ὀρχομενὸν ἡμιθνής, ἐπισκήπτει τελευτῶν Ἐργίνῳ τῷ παιδὶ ἐκδικῆσαι τὸν θάνατον αὐτοῦ. [3] Στρατευσάμενος δὲ Ἐργῖνος ἐπὶ Θήβας, κτείνας οὐκ ὀλίγους, ἐσπείσατο μεθ' ὅρκων, ὅπως πέμπωσιν αὐτῷ Θηβαῖοι δασμὸν, ἐπὶ εἴκοσιν ἔτη, κατὰ ἔτος ἑκατὸν βόας. [4] Ἐπὶ τοῦτον τὸν δασμὸν τοὺς κήρυκας εἰς Θήβας ἀπιόντας, συντυχὼν, Ἡρακλῆς ἐλωβήσατο· ἀποταμὼν γὰρ αὐτῶν τὰ ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας, καὶ διὰ σχοινίων τὰς χεῖρας δήσας ἐκ τῶν τραχήλων, ἔφη τοῦτον Ἐργίνῳ καὶ Μινύαις δασμὸν κομίζειν. Ἐφ' οἷς ἀγανακτῶν ἐστράτευσεν ἐπὶ Θήβας. [5] Ἡρακλῆς δὲ, λαβὼν ὅπλα παρ' Ἀθηνᾶς καὶ πολεμαρχῶν, Ἐργῖνον μὲν ἔκτεινε, τοὺς δὲ Μινύας ἐτρέψατο, καὶ τὸν δασμὸν διπλοῦν ἠνάγκασε Θηβαίοις φέρειν. Συνέβη δὲ κατὰ τὴν μάχην Ἀμφιτρύωνα γενναίως μαχόμενον τελευτῆσαι. [6] Λαμβάνει δὲ Ἡρακλῆς παρὰ Κρέοντος ἀριστεῖον τὴν πρεσβυ-

injecisse, atque Iphicle fugiente, Hercule vero eos sustinente, Iphiclem ex se genitum cognovisse.

(9) Hercules currus regere doctus est ab Amphitryone, luctari ab Autolyco, sagittari ab Euryto, armis dimicare a Castore, citharam pulsare a Lino; [2] qui Orphei frater, quum Thebas venisset et in Thebanorum civium numerum esset receptus, ab Hercule cithara perculsus periit. Nam quoniam ab eo castigatus esset, Hercules eum ira abreptus interfecit. Quem quum quidam cædis reum agerent, legem recitavit Rhadamanthi, qui eum, qui injustis manibus injuriam inferre conantem repulerit, insontem esse dixit. Atque ita absolutus est [3] Veritus autem Amphitryo ne quid iterum ejusmodi faceret, misit eum ad armenta. Hic educatus corporis magnitudine roboreque omnes antecellebat, [4] et ipso adspectu apparuit Jovis eum filium esse. Nam quattuor cubitûm erat altitudine, igneumque ex oculis splendorem effundebat, nec a scopo aberrabat, sive sagittas sive jacula mitteret.

[5] Inter armenta annum agens decimum octavum, leonem Cithæroneum interfecit, qui e Cithærone irruens Amphitryonis boves dilacerabat et Thestii. Hic rex erat Thespiensium; (10) ad quem leonis occidendi caussa sese contulit Hercules. Ille eum per quinquaginta dies hospitio excepit, atque venatum eunti singulis noctibus unam e filiabus comprimendam supposuit. Habebat vero quinquaginta e Megamede, Arnæi filia, susceptas. Quas omnes ex Hercule nepotes sibi parere cupiebat. [2] Hercules cum una eademque semper se concumbere ratus, congressus est cum omnibus. Interfecto demum leone, pellem ejus sibi induit, rictum galeæ loco habuit.

(11) Redeunti a venatione obviam facti sunt legati ab Ergino missi, qui tributum a Thebanis exigerent. [2] Solvebant enim Thebani Ergino tributum hanc ob caussam: Clymenum, Minyarum regem, lapidis ictu Menœcei auriga, Perieres nomine, in Onchestio Neptuni luco vulneraverat. Qui semianimis Orchomenum delatus, ubi moriturus erat, Ergino filio mortis suæ ultionem mandavit. [3] Erginus igitur cum exercitu contra Thebas profectus, non paucis occisis, pacem jurejurando stabilitam Thebanis dedit ea lege, ut ad viginti annos centum boves quotannis tributi nomine mitterent. [4] Ad hoc tributum repetendum legatos Thebas pergentes Hercules, obviam factus, ignominia affecit: desectis enim auribus et naribus, manibusque ad collum funiculis religatis, hoc eos jussit Ergino et Minyis ferre tributum. Quare indignatus Erginus Thebis bellum intulit. [5] At Hercules, acceptis a Minerva armis, bello præfectus Erginum interfecit, ac Minyas in fugam vertit, eosque coegit, ut duplex tributum Thebanis penderent. Quo prælio Amphitryo strenue pugnans vitam finivit. [6] Hercules vero a Creonte fortitudinis præmium accepit Megaram, filiam natu maximam;

Digitized by Google

τάτην θυγατέρα Μέγαραν· ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγένοντο τρεῖς, Θηρίμαχος, Κρεοντιάδης, Δηϊκόων. 7 Τὴν δὲ νεωτέραν θυγατέρα Κρέων Ἰφίκλῳ δίδωσιν, ἤδη παῖδα Ἰόλαον ἔχοντι ἐξ Αὐτομεδούσης τῆς Ἀλκάθου. 8 Ἔγημε δὲ καὶ Ἀλκμήνην μετὰ τὸν Ἀμφιτρύωνος θάνατον Διὸς παῖς Ῥαδάμανθυς, κατῴκει δὲ ἐν Ὠχαλείᾳ τῆς Βοιωτίας πεφευγώς.

9 Προμαθὼν δὲ παρ' Εὐρύτου τὴν τοξικὴν Ἡρακλῆς, ἔλαβε παρὰ Ἑρμοῦ μὲν ξίφος, παρ' Ἀπόλλωνος δὲ τόξα, παρὰ Ἡφαίστου θώρακα χρυσοῦν, παρὰ δὲ Ἀθηνᾶς πέπλον· ῥόπαλον μὲν γὰρ αὐτὸς ἔτεμεν ἐκ Νεμέας.

(12) Μετὰ δὲ τὴν πρὸς Μινύας αὐτῷ μάχην συνέβη κατὰ ζῆλον Ἥρας μανῆναι, καὶ τοὺς τε ἰδίους παῖδας, οὓς ἐκ Μεγάρας εἶχεν, εἰς πῦρ ἐμβαλεῖν, καὶ τῶν Ἰφίκλου δύο· διὸ καταδικάσας ἑαυτοῦ φυγὴν, καθαίρεται μὲν ὑπὸ Θεστίου· 2 παραγενόμενος δὲ εἰς Δελφοὺς, πυνθάνεται τοῦ θεοῦ, ποῦ κατοικήσει. Ἡ δὲ Πυθία τότε πρῶτον Ἡρακλέα αὐτὸν προσηγόρευσε· τὸ δὲ πρῶτον Ἀλκείδης προσηγορεύετο. Κατοικεῖν δὲ αὐτὸν εἶπεν ἐν Τίρυνθι, Εὐρυσθεῖ λατρεύοντα ἔτη δώδεκα, καὶ τοὺς ἐπιτασσομένους ἄθλους δώδεκα ἐπιτελεῖν, καὶ οὕτως, ἔφη, τῶν ἄθλων συντελεσθέντων, ἀθάνατον αὐτὸν ἔσεσθαι.

ex qua filii ei nati sunt tres, Therimachus, Creontiades, Deicoon. 7 Juniorem filiam Creon dedit Iphiclo, qui jam Iolaum filium ex Automedusa, Alcathi, susceperat. 8 Alcmenam vero post Amphitryonis mortem duxit Jovis filius Rhadamanthus, qui in exilium actus Ocaleæ in Bœotia sedem sibi sumserat.

9 Hercules sagittandi artem ab Euryto edoctus, a Mercurio ensem accepit, ab Apolline arcum, a Vulcano thoracem aureum, ab Athena peplum. Nam clavam ipse sibi in Nemeæ silva exciderat.

(12) Post pugnam contra Minyas accidit ei, ut Junonis ira in furorem incideret, et suos ipse filios ex Megara procreatos una cum duobus Iphicli filiis in ignem conjiceret. Qua de caussa quum se ipse exilio multasset, lustratur a Thestio. 2 Deinde Delphos profectus deum sciscitatur, ubinam sibi habitandum esset. Tum primo eum Pythia Herculem appellavit; antea enim Alcides nominabatur. Jussit vero eum Tirynthem habitatum abire, ibique Eurystheo per duodecim annos servire et impositos duodecim labores perficere; atque sic demum, dixit, post peractos labores eum immortalem fore.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

(1) Τοῦτο ἀκούσας ὁ Ἡρακλῆς, εἰς Τίρυνθα ἦλθε, καὶ τὸ προσταττόμενον ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐτέλει. Πρῶτον μὲν οὖν ἐπέταξεν αὐτῷ, τοῦ Νεμέου λέοντος τὴν δορὰν κομίζειν. Τοῦτο δὲ ζῷον ἦν ἄτρωτον, ἐκ Τυφῶνος γεγεννημένον. 2 Πορευόμενος οὖν ἐπὶ τὸν λέοντα, ἦλθεν εἰς Κλεωνὰς, καὶ ξενίζεται παρὰ ἀνδρὶ χερνήτῃ Μολόρχῳ· καὶ θύειν ἱερεῖον θέλοντι εἰς ἡμέραν ἔφη τηρεῖν τριακοστὴν, καὶ, ἂν μὲν ἀπὸ τῆς θήρας σῶος ἐπανέλθῃ, Διὶ Σωτῆρι θύειν, ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, τότε ὡς ἥρωι ἐναγίζειν. 3 Εἰς δὲ τὴν Νεμέαν ἀφικόμενος, καὶ τὸν λέοντα μαστεύσας ἐτόξευσε πρῶτον· ὡς δὲ ἐμάνθανεν ἄτρωτον ὄντα, ἀνατεινάμενος τὸ ῥόπαλον ἐδίωκε. 4 Συμφυγόντος δὲ εἰς ἀμφίστομον σπήλαιον αὐτοῦ, τὴν ἑτέραν ἀπῳκοδόμησεν εἴσοδον, διὰ δὲ τῆς ἑτέρας ἐπεισῆλθε τῷ θηρίῳ, καὶ περιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ, κατέσχεν ἄγχων, ἕως ἔπνιξε· καὶ θέμενος ἐπὶ τῶν ὤμων, ἐκόμιζεν εἰς Μυκήνας. 5 Καταλαβὼν δὲ τὸν Μόλορχον ἐν τῇ τελευταίᾳ τῶν ἡμερῶν ὡς νεκρῷ μέλλοντα τὸ ἱερεῖον ἐναγίζειν, Σωτῆρι θύσας Διΐ, ἦγεν εἰς Μυκήνας τὸν λέοντα. 6 Εὐρυσθεὺς δὲ, καταλαβὼν αὐτοῦ τὴν ἀνδρίαν, ἀπείπατο λοιπὸν αὐτῷ εἰς τὴν πόλιν εἰσιέναι, δεικνύειν δὲ πρὸ τῶν πυλῶν ἐκέλευε τοὺς ἄθλους. 7 Φασὶ δὲ, ὅτι δείσας καὶ πίθον αὐτῷ χαλκοῦν εἰσκρυβῆναι ὑπὸ γῆς κατεσκεύασε, καὶ πέμπων κήρυκα Κοπρέα, Πέλοπος τοῦ Ἠλείου, ἐπέταττε τοὺς ἄθλους. Οὗτος δὲ Ἴφιτον κτείνας, φυγὼν εἰς Μυκήνας, καὶ τυχὼν παρ' Εὐρυσθέως καθαρσίων, ἐκεῖ κατῴκει.

CAPUT V.

(1) Quo audito Hercules Tirynthem profectus, quidquid ab Eurystheo jubebatur peregit. Primum itaque illum Nemei leonis pellem afferre jussit. Id vero animal Typhone genitum invulnerabile erat. 2 Hercules contendens in leonem Cleonas venit, ubi Molorchus, vir qui manibus suis victum sibi quærebat, ipsum hospitio excepit. Cui hostiam mactare volenti, ad diem trigesimum eam servare dixit; et, si a venatione incolumis reverteretur, Jovi Servatori eam sacrificaret, si vero occubuisset, sibi tamquam heroi inferias ageret. 3 Ubi in Nemeam pervenit, investigatum leonem primo sagittis impetivit. Deinde ubi nullis eum posse vulneribus occidi cognovit, protenta clava feram persequebatur; 4 quæ quum in speluncam ancipitem confugisset, ejus alterum ostium obstruxit, ac per alterum leonem aggressus circumjecta collo manu eo usque tenuit constrictum, donec eum suffocaret. Tum humeris impositum asportans contendit Mycenas. 5 Ubi vero extrema sui reditus die Molorchum ut mortuo sibi inferias acturum deprehendit, ipse Jovi Servatori sacra fecit, et deinde leonem tulit Mycenas. 6 Eurystheus autem, cognita ejus fortitudine, vetuit eum postea urbem ingredi, sed ante portas jussit res a se gestas ostendere. 7 Dicitur etiam metu perculsus dolium sibi æneum, quo se absconderet, sub terra construxisse, atque per Copreum præconem, Pelopis Eliensis filium, labores ei imperasse. Hic post interfectum Iphitum Mycenas exulaverat, ibique ab Eurystheo lustratus habitabat.

Digitized by Google

(2) Δεύτερον δὲ ἆθλον ἐπέταξεν αὐτῷ τὴν Λερναίαν ὕδραν κτεῖναι· αὕτη δὲ ἐν τῷ τῆς Λέρνης ἕλει ἐκτραφεῖσα, ἐξέβαινεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ τά τε βοσκήματα καὶ τὴν χώραν διέφθειρεν. [2] Εἶχε δὲ ἡ ὕδρα ὑπερμέγεθες σῶμα, κεφαλὰς ἔχον ἐννέα, τὰς μὲν ὀκτὼ θνητὰς, τὴν δὲ μέσην ἀθάνατον. [3] Ἐπιβὰς οὖν ἅρματος, ἡνιοχοῦντος Ἰολάου, παρεγένετο εἰς τὴν Λέρνην. Καὶ τοὺς μὲν ἵππους ἔστησε, τὴν δὲ ὕδραν εὑρὼν ἔν τινι λόφῳ παρὰ τὰς πηγὰς τῆς Ἀμυμώνης, ὅπου ὁ φωλεὸς αὐτῆς ὑπῆρχε, βαλὼν βέλεσι πεπυρωμένοις ἠνάγκασεν ἐξελθεῖν. [4] Ἐκβαίνουσαν δὲ αὐτὴν κρατήσας κατεῖχεν. Ἡ δὲ θατέρῳ τῶν ποδῶν ἠνείχετο περιπλακεῖσα. Τῷ ῥοπάλῳ δὲ τὰς κεφαλὰς κόπτων, οὐδὲν ἀνύειν ἐδύνατο· μιᾶς γὰρ κοπτομένης κεφαλῆς, δύο ἀνεφύοντο. [5] Ἐπεβοήθει δὲ καρκίνος τῇ ὕδρᾳ ὑπερμεγέθης, δάκνων τὸν πόδα. Διὸ τοῦτον ἀποκτείνας ἐπεκαλέσατο καὶ αὐτὸς βοηθὸν τὸν Ἰόλαον, ὃς, μέρος τι καταπρήσας τῆς ἐγγὺς ὕλης, τοῖς δαλοῖς ἐπικαίων τὰς ἀνατολὰς τῶν (ἀναφυομένων) κεφαλῶν, ἐκώλυεν ἀνιέναι. [6] Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τῶν ἀναφυομένων κεφαλῶν περιγενόμενος, τὴν ἀθάνατον ἀποκόψας κατώρυξε, καὶ βαρεῖαν ἐπέθηκε πέτραν, παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν φέρουσαν διὰ Λέρνης εἰς Ἐλεοῦντα· τὸ δὲ σῶμα τῆς ὕδρας ἀνασχίσας, τῇ χολῇ τοὺς ὀϊστοὺς ἔβαψεν· [7] Εὐρυσθεὺς δὲ ἔφη, μὴ δεῖν καταριθμῆσαι ἐν τοῖς δώδεκα τὸν ἆθλον· οὐ γὰρ μόνος, ἀλλὰ καὶ μετὰ Ἰολάου, τῆς ὕδρας περιεγένετο.

(3) Τρίτον ἆθλον ἐπέταξεν αὐτῷ, τὴν Κερυνῖτιν ἔλαφον εἰς Μυκήνας ἔμπνουν ἐνεγκεῖν. Ἦν δὲ ἡ ἔλαφος ἐν Οἰνόῃ χρυσάκερως, Ἀρτέμιδος ἱερά· διὸ καὶ βουλόμενος αὐτὴν Ἡρακλῆς μήτε ἀνελεῖν μήτε τρῶσαι, συνεδίωξεν ὅλον ἐνιαυτόν. [2] Ἐπεὶ δὲ κάμνον τὸ θηρίον τῇ διώξει συνέφυγεν εἰς ὄρος τὸ λεγόμενον Ἀρτεμίσιον, κἀκεῖθεν ἐπὶ ποταμὸν Λάδωνα, καὶ τοῦτον διαβαίνειν μέλλουσαν τοξεύσας συνέλαβε, καὶ θέμενος ἐπὶ τῶν ὤμων διὰ τῆς Ἀρκαδίας ἠπείγετο. [3] Μετὰ Ἀπόλλωνος δὲ Ἄρτεμις συντυχοῦσα ἁφῃρεῖτο, καὶ τὸ ἱερὸν ζῷον αὐτῆς κτείναντα κατεμέμφετο. Ὁ δὲ, ὑποτιμησάμενος τὴν ἀνάγκην, καὶ τὸν αἴτιον εἰπὼν Εὐρυσθέα γεγονέναι, πραΰνας τὴν ὀργὴν τῆς θεοῦ, τὸ θηρίον ἐκόμισεν ἔμπνουν εἰς Μυκήνας.

(4) Τέταρτον ἆθλον ἐπέταξεν αὐτῷ τὸν Ἐρυμάνθιον κάπρον ζῶντα κομίζειν. Τοῦτο δὲ τὸ θηρίον ἠδίκει τὴν Ψωφῖδα, ὁρμώμενον ἐξ ὄρους, ὃ καλοῦσιν Ἐρύμανθον. [2] Διερχόμενος οὖν Φολόην ἐπιξενοῦται Κενταύρῳ Φόλῳ, Σιληνοῦ καὶ Νύμφης Μελίας παιδί· οὗτος Ἡρακλεῖ μὲν ὀπτὰ παρεῖχε τὰ κρέα, αὐτὸς δὲ ὠμοῖς ἐχρῆτο· [3] αἰτοῦντος δὲ οἶνον Ἡρακλέους, ἔφη δεδοικέναι τὸν κοινὸν τῶν Κενταύρων ἀνοῖξαι πίθον· θαῤῥεῖν δὲ παρακελευσάμενος Ἡρακλῆς, αὐτὸν ἤνοιξε, [4] καὶ μετ' οὐ πολὺ διὰ τῆς ὀσμῆς αἰσθόμενοι παρῆσαν οἱ Κένταυροι πέτραις ὡπλισμένοι καὶ ἐλάταις ἐπὶ τὸ τοῦ Φόλου σπήλαιον. Τοὺς μὲν οὖν πρώτους τολμήσαντας εἴσω παρελθεῖν Ἄγχιον καὶ Ἄγριον Ἡρα-

(2) Secundum Herculi laborem hydram Lernæam occidendam imperavit. Hæc in Lernæ palude enutrita, inde in campos exibat, et pecora et agros perdebat. [2] Corpus habebat miræ magnitudinis, novem capitibus munitum, quorum octo mortalia, medium vero immortale. [3] Hercules igitur curru vectus, aurigante Iolao, venit ad Lernam. Sistit ibi equos, atque hydram nactus in monte quodam ad fontem Amymones, ubi ejus latebræ erant, ignitis sagittis missis eam e specu exegit. [4] Egressam deinde corripuit et detinuit. Ea vero alteri pedum circumplicita hærebat. Nec clava capita percutiens quidquam perficere potuit: nam uno contuso, duo subnascebantur. [5] Præterea cancer vasti corporis mordendo Herculis pedem hydræ opitulabatur. Quocirca, interfecto cancro, ipse quoque auxilio advocavit Iolaum; qui quum partem proximæ silvæ accendisset, torribus radices capitum exurendo, quominus alia suborirentur prohibuit. [6] Hunc in modum renascentibus capitibus superatis, immortale illud decussum defodit, et magni ponderis superimposuit lapidem ad viam, quæ per Lernam ducit Eleuntem. Dissecto autem hydræ corpore, bile ejus sagittas tinxit. [7] At Eurystheus hunc laborem duodecim illis adnumerandum esse negavit, quod Hercules non solus, sed Iolai opera usus hydram superasset.

(3) Tertium laborem imposuit hunc, ut cervam Cerynitin Mycenas vivam afferret. Erat hæc cerva ad Œnoen auratis cornibus insignis et consecrata Dianæ. Qua de caussa quum Hercules eam nec interficere nec vulnerare vellet, per totum annum insecutus est. [2] Ubi vero fera persecutione fatigata in Artemisium quem dicunt montem confugit, inde vero ad Ladonem fluvium, hunc transgressuram sagitta vulnerans cepit, eaque humeris imposita, per Arcadiam tetendit. [3] Sed cum Apolline Diana obviam facta cervam voluit eripere, eumque quod sacrum sibi animal interfecturus fuisset, objurgavit. Is vero necessitatem facinori prætendens, reique auctorem Eurystheum esse dicens, placata deæ ira, feram vivam adhuc tulit Mycenas.

(4) Quartum laborem imperavit hunc, ut aprum Erymanthium vivum apportaret. Hæc fera ab Erymantho monte prorumpens Psophidem devastabat. [2] Hercules igitur per Pholoen iter faciens a Pholo Centauro, Sileni et Meliæ nymphæ filio, hospitio excipitur. Is hospiti tostas carnes apposuit, ipse crudis vesci maluit. [3] Poscenti vero vinum Herculi vereri se dixit commune Centaurorum dolium aperire. Sed Hercules eum bono animo esse jubens dolium aperuit. [4] Nec multo post Centauri, quum vini odore de hac re certiores facti essent, saxis armati et abietibus ad Pholi antrum adcucurrere. E quibus Anchium et Agrium, qui primi antrum ingredi ausi erant,

Digitized by Google

κλῆς ἐτρέψατο βαλὼν δαλοῖς· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐτόξευσε διώκων ἄχρι τῆς Μαλέας. [5] Ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Χείρωνα συνέφυγον, ὃς, ἐξελαθεὶς ὑπὸ Λαπιθῶν ὄρους Πηλίου, παρὰ Μαλέαν κατῴκησε. Τούτῳ περιπεπτωκότας τοὺς Κενταύρους τοξεύων ἵησι βέλος, τὸ δὲ ἐνεχθὲν Ἐλάτου διὰ τοῦ βραχίονος, τῷ γόνατι Χείρωνος ἐμπήγνυται. [6] Ἀνιαθεὶς δὲ Ἡρακλῆς, προσδραμὼν τό τε βέλος ἐξείλκυσε, καὶ, δόντος Χείρωνος, φάρμακον ἐπέθηκεν. Ἀνίατον δὲ ἔχων τὸ ἕλκος εἰς τὸ σπήλαιον ἀπαλλάσσεται· κἀκεῖ τελευτῆσαι βουλόμενος καὶ μὴ δυνάμενος, ἐπείπερ ἀθάνατος ἦν, ἀντιδόντος δὲ Διὶ Προμηθέως τὸν ἀντ' αὐτοῦ τεθνηξόμενον ἀθάνατον, οὕτως ἀπέθανε. [7] Οἱ λοιποὶ δὲ τῶν Κενταύρων φεύγουσιν ἄλλος ἀλλαχῆ. Καί τινες μὲν παρεγένοντο εἰς ὄρος Μαλέαν, Εὐρυτίων δὲ εἰς Φολόην (Ὤλενον?), Νέσσος δὲ ἐπὶ ποταμὸν Εὔηνον, τοὺς δὲ λοιποὺς ὑποδεξάμενος Ποσειδῶν εἰς Ἐλευσῖνα (Λευκωσίαν?) ὄρει κατεκάλυψεν. [8] Ἐπανελθὼν δὲ εἰς Φολόην Ἡρακλῆς, καὶ Φόλον τελευτῶντα θεασάμενος (leg. ἐθεάσατο) μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν· ἑλκύσας γὰρ ἐκ νεκροῦ τὸ βέλος, ἐθαύμαζεν, εἰ τοὺς τηλικούτους τὸ μικρὸν διέφθειρε· τὸ δὲ τῆς χειρὸς ὀλισθῆσαν ἦλθεν ἐπὶ τὸν πόδα, καὶ παραχρῆμα ἀπέκτεινεν αὐτόν. [9] Θάψας δὲ Φόλον Ἡρακλῆς, ἐπὶ τὴν τοῦ κάπρου θήραν παραγίνεται, καὶ, διώξας αὐτὸν ἔκ τινος λόχμης μετὰ κραυγῆς εἰς χιόνα πολλήν, παρειμένον ἐμβροχίσας ἐκόμισεν εἰς Μυκήνας.

(5) Πέμπτον μὲν ἐπέταξεν αὐτῷ ἆθλον, τῶν Αὐγείου βοσκημάτων ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μόνον ἐκφορῆσαι τὴν ὄνθον. [2] Ἦν δὲ Αὐγέας βασιλεὺς Ἤλιδος, ὡς μέν τινες εἶπον, παῖς Ἡλίου, ὡς δέ τινες, Ποσειδῶνος, ὡς δὲ ἔνιοι, Φόρβαντος· πολλὰς δὲ εἶχε βοσκημάτων ποίμνας. [2] Τούτῳ προσελθὼν Ἡρακλῆς, οὐ δηλώσας τὴν Εὐρυσθέως ἐπιταγήν, ἔφασκε μιᾷ ἡμέρᾳ τὴν ὄνθον ἐκφορήσειν, εἰ δώσει τὴν δεκάτην αὐτῷ τῶν βοσκημάτων. [3] Αὐγέας δὲ ἀπιστῶν ὑπισχνεῖται. Μαρτυρούμενος δὲ Ἡρακλῆς τὸν Αὐγέου παῖδα Φυλέα, τῆς τε αὐλῆς τὸ θεμέλιον διεῖλε, καὶ τὸν Ἀλφειὸν ποταμὸν καὶ τὸν Πηνειὸν σύνεγγυς ῥέοντας παροχετεύσας ἐπήγαγεν, ἔκρουν δι' ἄλλης ἐξόδου ποιήσας. [4] Μαθὼν δὲ Αὐγέας, ὅτι κατ' ἐπιταγὴν Εὐρυσθέως τοῦτο ἐπιτετέλεσται, τὸν μισθὸν οὐκ ἀπεδίδου, προσέτι δὲ ἠρνεῖτο καὶ μισθὸν ὑποσχέσθαι δώσειν, καὶ κρίνεσθαι περὶ τούτου ἕτοιμος ἔλεγεν εἶναι. [5] Καθεζομένων δὲ τῶν δικαστῶν, κληθεὶς ὁ Φυλεὺς ὑπὸ Ἡρακλέους τοῦ πατρὸς κατεμαρτύρησεν, εἰπὼν, ὁμολογῆσαι μισθὸν δώσειν αὐτῷ. Ὀργισθεὶς δὲ Αὐγέας, πρὶν τὴν ψῆφον ἐνεχθῆναι, τόν τε Φυλέα καὶ τὸν Ἡρακλέα βαδίζειν ἐξ Ἤλιδος ἐκέλευσε. [6] Φυλεὺς μὲν οὖν εἰς Δουλίχιον ἦλθε, κἀκεῖ κατῴκει· Ἡρακλῆς δὲ εἰς Ὤλενον πρὸς Δεξαμενὸν ἦκε, [κἀκεῖ κατῴκει,] καὶ κατέλαβε τοῦτον μέλλοντα δι' ἀνάγκην μνηστεύειν Εὐρυτίωνι Κενταύρῳ Μνησιμάχην τὴν θυγατέρα· ὑφ' οὗ παρακληθεὶς βοηθεῖν ἐλθόντα ἐπὶ τὴν νύμφην Εὐρυτίωνα

Hercules torribus petens in fugam vertit; reliquos sagittis persecutus est usque ad Maleam. [5] Inde ad Chironem confugerunt, qui a Lapithis Pelio monte expulsus ad Maleam consederat. Hercules circumfusos ei Centauros sagittans telum emisit, quod delatum per Elati brachium in Chironis genu infixum est. [6] Tum cruciatus Hercules accurrit, atque telum extraxit, datumque a Chirone remedium vulneri imposuit. Ille vero insanabili vulnere sauciatus in cavernam se recepit, ibique quum vita excedere vellet, nec tamen per immortalitatem posset, Prometheus Jovi eum dedit, qui immortalis pro ipso mori vellet, et sic demum ille vitam finivit. [7] Reliqua Centaurorum multitudo alii alio diffugerunt. Et nonnulli quidem in Maleam (Homolen?) montem sese receperunt, Eurytion vero Pholoen (Olenum?), Nessus ad Evenum fluvium; ceteros Neptunus excipiens ad Eleusin (in Leucosia, una ex Sirenarum insulis?) injecto monte occuluit. [8] Regressus Pholoen Hercules inter alios multos etiam Pholum morientem conspexit. Etenim telum ex mortuo aliquo extractum contemplatus, miratus est quomodo tantos viros tantula sagitta potuisset occidere; hæc autem e manu elapsa in ipsius pedem decidit et illico eum interfecit. [9] Postquam igitur Pholum sepeliverat, Hercules ad apri venationem contendit, quem e fruteto multo cum clamore in altam nivem egit, atque sic defessum illaqueans pertulit Mycenas.

(5) Quintum laborem imperavit, ut Augeæ pecorum fimum uno die solus exportaret. Augeas rex erat Elidis, Helii filius, vel, ut nonnulli dicunt, Neptuni, secundum alios, Phorbantis; ac multos habebat greges pecorum. [2] Ad hunc veniens Hercules, nulla de Eurysthei mandato mentione facta, uno die se fimum omnem exportaturum pollicitus est, si decimam pecorum ipsi donaret. [3] Augeas rem fieri posse non credens, se illi postulata concessurum promittit. Antestatus vero Hercules Phyleum Augeæ filium, aulæ murum diremit, et Alpheum et Peneum, in vicinia præterfluentes amnes, per canalem derivatos immisit et per alium alveum ut defluerent effecit. [4] Sed Augeas ubi hoc ex Eurysthei imperio confectum esse accepit, non modo pactam mercedem solvere nolebat, sed etiam quidquam se promisisse negabat, eaque de re judicium se subiturum esse ultro dictitabat. [5] Considentibus igitur judicibus, Phyleus ab Hercule citatus in patrem testimonium dixit, eum mercedem Herculi pollicitum esse confirmans. Proinde Augeas ira inflammatus, antequam judicum suffragiis sententia ferretur, Phyleum et Herculem Elide excedere jussit. [6] Phyleus igitur Dulichium commigravit ibique consedit. Hercules autem Olenum ad Dexamenum abiit, (et ibidem habitavit). Hunc necessitate compulsum ut Eurytioni Centauro Mnesimachen filiam in matrimonium daret deprehendit; a quo ut sibi opem ferret exoratus Hercules Eurytionem, qui ad sponsam ducendam venerat, intere-

Digitized by Google

ἀπέκτεινεν. [7] Εὐρυσθεὺς δὲ οὐδὲ τοῦτον ἐν τοῖς δώδεκα προσεδέξατο ἆθλον, λέγων, ἐπὶ μισθῷ πεπραχέναι.

(6) [1] Ἕκτον ἐπέταξεν ἆθλον αὐτῷ τὰς Στυμφαλίδας ὄρνιθας ἐκδιῶξαι. [2] Ἦν δὲ ἐν Στυμφάλῳ πόλει τῆς Ἀρκαδίας Στυμφαλὶς λεγομένη λίμνη, πολλῇ συνήρεφὴς ὕλῃ. Εἰς ταύτην ὄρνεις συνέφυγον ἄπλετοι, τὴν ἀπὸ τῶν λύκων ἁρπαγὴν δεδοικυῖαι. [2] Ἀμηχανοῦντος οὖν Ἡρακλέους, πῶς ἐκ τῆς ὕλης τὰς ὄρνιθας ἐκβάλῃ, χάλκεα κρόταλα δίδωσιν αὐτῷ Ἀθηνᾶ παρὰ Ἡφαίστου λαβοῦσα. [3] Ταῦτα κρούων ἐπί τινος ὄρους τῇ λίμνῃ παρακειμένου τὰς ὄρνιθας ἐφόβει· αἱ δὲ τὸν δοῦπον οὐχ ὑπομένουσαι, μετὰ δέους ἀνίπταντο, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον Ἡρακλῆς ἐτόξευσεν αὐτάς.

(7) [1] Ἕβδομον ἐπέταξεν ἆθλον τὸν Κρῆτα ἀγαγεῖν ταῦρον. Τοῦτον Ἀκουσίλαος μὲν εἶναί φησι τὸν διαπορθμεύσαντα Εὐρώπην Διί. [2] Τινὲς δὲ τὸν ὑπὸ Ποσειδῶνος ἀναδοθέντα ἐκ θαλάσσης, ὅτε καταθύσειν Ποσειδῶνι Μίνως εἶπε τὸ φανὲν ἐκ τῆς θαλάσσης. Καί φασι, θεασάμενον αὐτὸν τοῦ ταύρου τὸ κάλλος, τοῦτον μὲν εἰς τὰ βουκόλια ἀποπέμψαι, θῦσαι δὲ ἄλλον Ποσειδῶνι· ἐφ' οἷς ὀργισθέντα τὸν θεὸν ἀγριῶσαι τὸν ταῦρον. [3] Ἐπὶ τοῦτον παραγενόμενος εἰς Κρήτην Ἡρακλῆς, ἐπειδὴ λαβεῖν ἠξίου, Μίνως εἶπεν αὐτῷ, λαμβάνειν διαγωνισαμένῳ. Καὶ λαβὼν πρὸς Εὐρυσθέα διακομίσας ἔδειξε, καὶ τὸ λοιπὸν εἴασεν ἄνετον· [4] ὁ δὲ πλανηθεὶς Σπάρτην τε καὶ Ἀρκαδίαν ἅπασαν, καὶ διαβὰς τὸν Ἰσθμὸν εἰς Μαραθῶνα τῆς Ἀττικῆς ἀφικόμενος, τοὺς ἐγχωρίους διελυμαίνετο.

(8) [1] Ὄγδοον ἆθλον ἐπέταξεν αὐτῷ τὰς Διομήδους τοῦ Θρᾳκὸς ἵππους εἰς Μυκήνας κομίζειν. Ἦν δὲ οὗτος Ἄρεος καὶ Κυρήνης, βασιλεὺς Βιστόνων ἔθνους Θρᾳκίου καὶ μαχιμωτάτου· εἶχε δὲ ἀνθρωποφάγους ἵππους. [2] Πλεύσας οὖν μετὰ τῶν ἑκουσίως συνεπομένων, βιασάμενος τοὺς ἐπὶ ταῖς φάτναις τῶν ἵππων ὑπάρχοντας, ἤγαγεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. [3] Τῶν δὲ Βιστόνων σὺν ὅπλοις ἐπιβοηθούντων, τὰς μὲν ἵππους παρέδωκεν Ἀβδήρῳ φυλάσσειν· οὗτος δὲ ἦν Ἑρμοῦ παῖς, Λοκρὸς ἐξ Ὀπούντος, Ἡρακλέους ἐρώμενος, ὃν αἱ ἵπποι διέφθειραν ἐπισπασάμεναι. [4] Πρὸς δὲ τοὺς Βίστονας διαγωνισάμενος, καὶ Διομήδην ἀποκτείνας, τοὺς λοιποὺς ἠνάγκαζε φεύγειν, καὶ κτίσας πόλιν Ἄβδηρον παρὰ τὸν τάφον τοῦ διαφθαρέντος Ἀβδήρου, τὰς ἵππους κομίσας Εὐρυσθεῖ ἔδωκε· μεθέντος δὲ αὐτὰς Εὐρυσθέως, εἰς τὸ λεγόμενον ὄρος Ὄλυμπον ἐλθοῦσαι πρὸς τῶν θηρίων ἀπώλοντο.

(9) [1] Ἔννατον ἆθλον Ἡρακλεῖ ἐπέταξε, ζωστῆρα κομίζειν τὸν Ἱππολύτης. Αὕτη δὲ ἐβασίλευεν Ἀμαζόνων, αἳ κατῴκουν περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν, ἔθνος μέγα τὰ κατὰ πόλεμον· ἤσκουν γὰρ ἀνδρίαν. Καὶ εἴ ποτε μιγεῖσαι γεννήσειαν, τὰ θήλεα ἔτρεφον, καὶ τοὺς μὲν δεξιοὺς μαστοὺς ἐξέθλιβον, ἵνα μὴ κωλύωνται ἀκοντίζειν, τοὺς δὲ ἀριστεροὺς εἴων, ἵνα τρέφοιεν. [2] Εἶχε δὲ Ἱππολύθη τὸν Ἄρεος ζωστῆρα,

mit. [7] Sed Eurystheus neque hunc inter duodecim admisit laborem, quippe quem mercede fecisset.

(6) Sextum ei laborem imperavit, ut Stymphalidas aves fugaret. Erat in Stymphalo Arcadiæ urbe Stymphalis palus multis opaca arboribus. Huc innumera avium multitudo, pertimescentes ne lupi prædam sibi raperent, fuga se receperant. [2] Ambigenti itaque Herculi quamam ratione aves e silva dispelleret, Minerva ænea crepitacula dedit a Vulcano ipsi donata. [3] Hæc ille pulsans in monte quodam paludi adjacente pavore aves perculit; quæ sonitum istum haud sustinentes præ metu evolarunt, atque hunc in modum Hercules sagittis eas transfixit.

(7) Septimum laborem imposuit, ut taurum Cretensem adduceret. Hunc Acusilaus eundem esse refert, qui Europam Jovi transfretaverit. [2] Contra alii dicunt eum a Neptuno e mari emissum, quo tempore Minos id se Neptuno immolaturum dixit, quod e mari apparuerit. Atque aiunt admiratum ipsum tauri speciem ad armenta eum dimisisse, ejusque loco alium Neptuno sacrificasse. Quam ob rem iratum numen taurum efferasse. [3] Contra hunc igitur Hercules in Cretam profectus, quum peteret ut capere liceret taurum, Minos permisit ipsi ut caperet eum, si perdomaret. Quem ubi subegerat, ad Eurystheum perlatum ostendit, post autem liberum dimisit. [4] Tum ille Spartam peragravit et Arcadiam universam, ac trajecto Isthmo, ad Marathonem venit, ubi regionem illam incolentibus magna intulit detrimenta.

(8) Octavum laborem ei imperavit, ut Diomedis Thracis equas Mycenas adduceret. Is, Martis e Cyrene filius, rex erat Bistonum, Thraciæ gentis bellicosissimæ. Idem equas habebat humanis vescentes carnibus. [2] Hercules igitur nave profectus cum volonum manu, vi superatis qui equarum præsepibus præerant, ipsas ad mare abegit. [3] Bistonibus vero cum armis ad opem ferendam accurrentibus, equas Abdero tradidit custodiendas. Hic Mercurii filius erat, Locrus ex Opunte, Herculis amasius, qui ab equabus discerptus periit. [4] Interea Hercules manum cum Bistonibus conseruit, et interfecto Diomede reliquos fuga salutem quærere coegit. Deinde Abdero urbe ad Abderi peremti sepulcrum condita, abactas equas Eurystheo tradidit. A quo dimissæ in Olympo monte a feris dilaniatæ sunt.

(9) Nonum laborem Herculi imperavit ut Hippolytæ balteum afferret. Hæc erat Amazonum regina, quæ ad Thermodontem fluvium habitabant, gens bello gerendo præstantissima; nam bellicæ strenuitati operam navabant. Ac si quando ex virorum concubitu peperissent, femineos tantum partus educabant. Eædem dexteras mammas elidebant, ne jaculis mittendis impedimento forent, lævas autem, quibus infantes alerent, servabant intactas. [2] Hippolyte vero Martis balteum habebat, insigne principatus.

Digitized by Google

ύμβολον τοῦ πρωτεύειν ἁπασῶν. Ἐπὶ τοῦτον τὸν ζωστῆρα Ἡρακλῆς ἐπέμπετο, λαβεῖν αὐτὸν ἐπιθυμούσης τῆς Εὐρυσθέως θυγατρὸς Ἀδμήτης.

[3] Παραλαβὼν οὖν ἐθελοντὰς συμμάχους, ἐν μιᾷ νηὶ ἔπλει, καὶ προσίσχει νήσῳ Πάρῳ, ἣν κατῴκουν οἱ Μίνωος υἱοὶ Εὐρυμέδων, Χρύσης, Νηφαλίων, Φιλόλαος. Ἀπὸ πάντων * δὲ δύο τῶν ἐν νηὶ συνέβη τελευτῆσαι ὑπὸ τῶν Μίνωος υἱῶν. [4] Ὑπὲρ ὧν ἀγανακτῶν Ἡρακλῆς, τούτους μὲν παραχρῆμα ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς κατακλείσας ἐπολιόρκει, ἕως ἐπιπρεσβευσάμενοι παρεκάλουν ἀντὶ τῶν ἀναιρεθέντων δύο λαβεῖν, οὓς ἂν αὐτὸς θελήσειεν. [5] Ὁ δὲ λύσας τὴν πολιορκίαν, καὶ τοὺς Ἀνδρόγεω τοῦ Μίνωος υἱοὺς ἀνελόμενος Ἀγκαῖον καὶ Σθένελον, ἦκεν εἰς Μυσίαν πρὸς Λύκον τὸν Δασκύλου, [6] καὶ ξενισθεὶς ὑπὸ *** (suppl. videtur ὑπ' αὐτοῦ, τούτου τε καὶ) τοῦ Βεβρύκων βασιλέως συμβαλόντων, βοηθῶν Λύκῳ πολλοὺς ἀπέκτεινε, μεθ' ὧν καὶ τὸν βασιλέα Μυγδόνα ἀδελφὸν Ἀμύκου. Καὶ τὴν Βεβρύκων πόλιν ἀποτεμόμενος γῆν ἔδωκε Λύκῳ. Ὁ δὲ πᾶσαν ἐκείνην ἐκάλεσεν Ἡράκλειαν.

[7] Καταπλεύσαντος δὲ εἰς τὸν ἐν Θεμισκύρᾳ λιμένα, παραγενομένης ὡς αὐτὸν Ἱππολύτης, καὶ, τίνος ἥκοι χάριν, πυθομένης, καὶ δώσειν τὸν ζωστῆρα ὑπισχνουμένης, Ἥρα μιᾷ τῶν Ἀμαζόνων εἰκασθεῖσα τὸ πλῆθος ἐπεφοίτα, λέγουσα· Τὴν βασιλίδα ἁφαρπάζουσιν οἱ προσελθόντες ξένοι. Αἱ δὲ μεθ' ὅπλων ἐπὶ τὴν ναῦν κατέθεον σὺν ἵπποις. [8] Ὡς δὲ εἶδεν αὐτὰς καθωπλισμένας Ἡρακλῆς, νομίσας ἐκ δόλου τοῦτο γενέσθαι, τὴν μὲν Ἱππολύτην κτείνας, τὸν ζωστῆρα ἀφαιρεῖται· πρὸς δὲ τὰς λοιπὰς ἀγωνισάμενος ἀποπλεῖ, καὶ προσίσχει Τροίᾳ.

[9] Συνεβεβήκει δὲ τότε κατὰ μῆνιν Ἀπόλλωνος καὶ Ποσειδῶνος ἀτυχεῖν τὴν πόλιν. Ἀπόλλων γὰρ καὶ Ποσειδῶν, τὴν Λαομέδοντος ὕβριν πειράσαι θέλοντες, εἰκασθέντες ἀνθρώποις, ὑπέσχοντο ἐπὶ μισθῷ τειχιεῖν τὸ Πέργαμον. Τοῖς δὲ τειχίσασι τὸν μισθὸν οὐκ ἀπεδίδου. [10] Διὰ τοῦτο Ἀπόλλων μὲν λοιμὸν ἔπεμψε, Ποσειδῶν δὲ κῆτος ἀναφερόμενον ὑπὸ πλημμυρίδος, ὃ τοὺς ἐν τῷ πεδίῳ συνήρπαζεν ἀνθρώπους. [11] Χρησμῶν δὲ λεγόντων, ἀπαλλαγὴν ἔσεσθαι τῶν συμφορῶν, ἐὰν προθῇ Λαομέδων Ἡσιόνην τὴν θυγατέρα αὐτοῦ βορὰν κήτει, ὁ δὲ προὔθηκε ταῖς πλησίον τῆς θαλάσσης πέτραις προσαρτήσας. [12] Ταύτην ἰδὼν ἀκειμένην Ἡρακλῆς, ὑπέσχετο σώσειν αὐτὴν, εἰ τὰς ἵππους παρὰ Λαομέδοντος λήψεται, ἃς Ζεὺς ποινὴν τῆς Γανυμήδους ἁρπαγῆς ἔδωκε. Δώσειν δὲ Λαομέδοντος εἰπόντος, κτείνας τὸ κῆτος Ἡσιόνην ἔσωσε. Μὴ βουλομένου δὲ τὸν μισθὸν ἀποδοῦναι, πολεμήσειν Τροίαν ἀπειλήσας ἀνήχθη, καὶ πρσίσχει Αἴνῳ.

[13] Ἔνθα ξενίζεται ὑπὸ Πόλτυος. Ἀποπλέων δὲ, ἐπὶ τῆς ἠϊόνος τῆς Αἰνίας Σαρπηδόνα, Ποσειδῶνος μὲν υἱὸν, ἀδελφὸν δὲ Πόλτυος, ὑβριστὴν ὄντα, τοξεύσας ἀπέκτεινε. Καὶ παραγενόμενος εἰς Θάσον, καὶ χειρωσάμενος τοὺς ἐνοικοῦντας Θρᾷκας, ἔδωκε τοῖς Ἀνδρό-

Ad hunc igitur balteum apportandum Hercules emissus est, quum Admeta Eurysthei filia eum concupisceret.

[3] Assumtis itaque sociis voluntariis, una nave avectus appellit Parum insulam, quam Minois filii incolebant Eurymedon, Chryses, Nephalion, Philolaus. Eorum vero qui in nave erant, accidit ut duo a Minois filiis interficerentur. [4] De quorum cæde indignatus Hercules hos quidem statim occidit, ac reliquos intra oppidum inclusos obsidione premebat, donec per legatos ab Hercule precibus peterent, ut pro duobus necatis alios duos, quos ipse vellet, sibi sumeret. [5] Tum ille, soluta obsidione, postquam Androgei, Minois, filios elegerat Ancæum et Sthenelum, in Mysiam venit ad Lycum Dascyli natum, [6] a quo hospitio exceptus, quum ille ac Bebrycum rex pugna confligerent, Lyco auxiliatus multos occidit, inter eosque etiam Mygdonem regem, fratrem Amyci; atque magnam terræ partem Bebrycum civitati ademtam dedit Lyco. Hic totam illam regionem appellavit Heracleam.

[7] Inde Hercules Themiscyræ portum ingressus est. Ad quem quum veniret Hippolyte, et adventus causam percontata balteum se daturam esse polliceretur, Juno, Amazonum uni assimilata, multitudinem adiens nuntiavit reginam rapi ab advenis. Tum illæ, captis sumtis, ad navem equis vectæ decurrunt. [8] Hercules ut armatas conspexit, rem dolo geri ratus, necata Hippolyte balteum aufert, et reliquis pugna devictis, nave avectus appellit Trojam.

[9] Accidit vero ut tum temporis per Apollinis et Neptuni iram civitas calamitate premeretur. Apollo enim et Neptunus, ut Laomedontis perfidiam experirentur, mortalibus assimilati, pacta mercede Pergamum se muro cincturos esse polliciti erant. Sed muro exstructo mercedem non solvit. [10] Propterea Apollo pestem immisit, Neptunus exæstuante mari in terram belluam ejecit, quæ mortales in campis corripiebat. [11] Vaticinantibus oraculis malorum finem fore, si Laomedon Hesionen filiam ceto devorandam exposuerit, proximis mari saxis alligatam proposuit. [12] Hanc ita expositam ut vidit Hercules, se servaturum eam promisit, si equas a Laomedonte acciperet, quas Jupiter rapti Ganymedis pretium dederat. Quod quum Laomedon polliceretur, Hercules cetum interemit et Hesionen liberavit. Illo vero mercedem recusante bellum Trojæ minatus abiit et deinde appulit Ænum.

[13] Ibi a Poltye hospitio excipitur. Ubi autem nave profecturus erat, in litore Æniensi Sarpedonem Neptuni filium, fratrem Poltyis, propter insolentiam sagitta confixum occidit. Inde quum ad Thasum venisset, subactis Thracibus, insulam Androgei filiis habitandam concessit

Digitized by Google

γεω παισὶ κατοικεῖν.[14] Ἐκ Θάσου δὲ ὁρμηθεὶς ἐπὶ Τορώνην, Πολύγονον καὶ Τηλέγονον, τοὺς Πρωτέως τοῦ Ποσειδῶνος υἱοὺς, παλαίειν προκαλουμένους, κατὰ τὴν πάλην ἀπέκτεινε. [15] Κομίσας δὲ τὸν ζωστῆρα εἰς Μυκήνας, ἔδωκεν Εὐρυσθεῖ.

(10) Δέκατον δὲ ἐπετάγη ἆθλον, τὰς Γηρυόνου βόας ἐξ Ἐρυθείας κομίζειν. Ἐρύθεια δὲ ἦν Ὠκεανοῦ πλησίον κειμένη νῆσος, ἣ νῦν Γάδειρα καλεῖται. [2] Ταύτην κατῴκει Γηρυόνης, Χρυσάορος καὶ Καλλιῤῥόης τῆς Ὠκεανοῦ, τριῶν ἔχων ἀνδρῶν συμφυὲς σῶμα, συνηγμένον εἰς ἓν κατὰ τὴν γαστέρα, ἐσχισμένον τε εἰς τρεῖς ἀπὸ λαγόνων τε καὶ μηρῶν. [3] Εἶχε δὲ φοινικᾶς βόας, ὧν ἦν βουκόλος Εὐρυτίων· φύλαξ δὲ Ὄρθρος ὁ κύων δικέφαλος ἐξ Ἐχίδνης καὶ Τυφῶνος γεγεννημένος.

[4] Πορευόμενος οὖν ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βόας, διὰ τῆς Εὐρώπης, ἄγρια πολλὰ παρελθὼν (παρελὼν ?), Λιβύην ἐπέβαινε· καὶ παρελθὼν Ταρτησὸν, ἔστησε σημεῖα τῆς πορείας ἐπὶ τῶν ὁρῶν Εὐρώπης καὶ Λιβύης ἀντιστοίχους δύο στήλας. [5] Θερμαινόμενος δὲ ὑπὸ Ἡλίου κατὰ τὴν πορείαν, τὸ τόξον ἐπὶ τὸν θεὸν ἐνέτεινεν. Ὁ δὲ τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ θαυμάσας, χρύσεον ἔδωκε δέπας, ἐν ᾧ τὸν Ὠκεανὸν διεπέρασε. Καὶ παραγενόμενος εἰς Ἐρύθειαν, ἐν ὄρει Ἄβαντι αὐλίζεται. [6] Αἰσθόμενος δὲ ὁ κύων ἐπ' αὐτὸν ὥρμα· ὁ δὲ καὶ τοῦτον τῷ ῥοπάλῳ παίει, καὶ τὸν βουκόλον Εὐρυτίωνα τῷ κυνὶ βοηθοῦντα ἀπέκτεινε. [7] Μενοίτης δὲ ἐκεῖ τὰς Ἅιδου βόας βόσκων, Γηρυόνῃ τὸ γεγονὸς ἀπήγγειλεν. Ὁ δὲ καταλαβὼν Ἡρακλέα παρὰ ποταμὸν Ἀνθεμοῦντα, τὰς βόας ἀπάγοντα, συστησάμενος μάχην τοξευθεὶς, ἀπέθανεν. [8] Ἡρακλῆς δὲ ἐνθέμενος τὰς βόας εἰς τὸ δέπας, καὶ διαπλεύσας εἰς Ταρτησὸν, Ἡλίῳ πάλιν ἀπέδωκε τὸ δέπας.

[9] Διελθὼν δὲ Ἀβδηρίαν εἰς Λιγύην ἦλθεν, ἐν ᾗ τὰς βόας ἁφῃροῦντο Ἀλεβίων τε καὶ Δέρκυνος οἱ Ποσειδῶνος υἱοὶ, οὓς κτείνας διὰ Τυῤῥηνίας ἦει· [10] Ἀπὸ Ῥηγίου δὲ εἷς ἀποῤῥήγνυσι ταῦρος, καὶ ταχέως εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπεσὼν, καὶ διανηξάμενος εἰς Σικελίαν, καὶ τὴν πλησίον χώραν διελθὼν, τὴν ἀπ' ἐκείνου κληθεῖσαν Ἰταλίαν (Τυῤῥηνοὶ γὰρ ἰταλὸν τὸν ταῦρον ἐκάλεσαν), ἦλθεν εἰς πεδίον Ἔρυκος, ὃς ἐβασίλευεν Ἐλύμων. [11] Ἔρυξ δὲ ἦν Ποσειδῶνος παῖς, ὃς τὸν ταῦρον ταῖς ἰδίαις συγκατέμιξεν ἀγέλαις. Παραθέμενος οὖν τὰς βόας Ἡρακλῆς Ἡφαίστῳ, ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ζήτησιν ἠπείγετο· εὑρὼν δὲ ἐν ταῖς τοῦ Ἔρυκος ἀγέλαις, ἀπαιτεῖ, καὶ λέγοντος, οὐ δώσειν, εἰ μὴ παλαίσας αὐτοῦ περιγένηται, τρὶς περιγενόμενος κατὰ τὴν πάλην, ἀπέκτεινε, καὶ τὸν ταῦρον λαβὼν, μετὰ τῶν ἄλλων ἐπὶ τὸν Ἰόνιον ἤλαυνε πόντον.

[12] Ὡς δὲ ἦλθεν ἐπὶ τοὺς μυχοὺς τοῦ πόντου, ταῖς βουσὶν οἶστρον ἐνέβαλεν ἡ Ἥρα, καὶ σχίζονται κατὰ τὰς τῆς Θρᾴκης ὑπωρείας· ὁ δὲ διώξας, τὰς μὲν συλλαβὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἦγεν· αἱ δὲ ἀπολειφθεῖσαι τὸ λοιπὸν ἦσαν ἄγριαι. [13] Μόλις δὲ τῶν βοῶν συνελ-

[14] E Thaso Toronen profectus Polygonum et Telegonum Proteo Neptuni filio ortos, qui ad luctandum eum provocaverant, in luctæ certamine interfecit. [15] Apportatum vero Mycenas balteum tradidit Eurystheo.

(10) Decimus ei labor impositus est hic, ut Geryonis boves ex Erythia abigeret. Erythia insula erat prope ad Oceanum sita, quæ nunc Gadira vocatur. [2] Hanc habitabat Geryon, Chrysaoris ex Callirrhoe Oceani filia, trium virorum conflato præditus corpore, quod in ventris regione unum erat et conjunctum, sed inde ab ilibus femoribusque tripliciter divisum. [3] Habebat ille boves puniceas, quarum bubulcus Eurytion, custos vero Orthrus canis biceps Echidna et Typhone natus.

[4] Igitur ad Geryonis boves contendens per Europam (Cretam?), ubi multas feras occidit, in Libyam venit. Inde Tartessum profectus itineris sui monumenta in Europæ et Libyæ montibus posuit duas oppositas sibi columnas. [5] Ubi in itinere Solis radiis urebatur, arcum in deum contendit. Hic ejus audaciam miratus aureum dedit poculum, in quo Oceanum trajecit. Postquam in Erythiam venerat, in Abante monte pernoctavit. [6] Id sentiens canis in eum irruit. Ille vero et hunc clava percussit, et Eurytionem bubulcum cani opem ferentem necavit. [7] Menœtes autem, qui ibi Plutonis boves pascebat, rem Geryoni nuntiavit. Hic Herculem ad Anthemuntem fluvium boves abigentem deprehendens, commissa pugna, sagitta perfossus periit. [8] Hercules vero cum armentis poculo impositis trajecit Tartessum et Soli poculum reddidit.

[9] Transgressus inde Abderiam in Liguriam venit, ubi boves ei eripere voluerunt Alebion et Dercynus, Neptuni filii; quibus peremtis, iter fecit per Tyrrheniam. [10] A Rhegio autem taurus unus agmen deserit, et percursa regione finitima, quæ ab illo Italia nominata est (Tyrrheni enim *italum* dicebant taurum), repente in mare desiluit, et in Siciliam natando trajiciens venit in campum Erycis, qui rex erat Elymorum. [11] Eryx, Neptuni filius, hunc taurum suis armentis aggregavit. Commendatis itaque bobus Vulcano, Hercules taurum quæsiturus processit; quem quum invenisset inter Erycis armenta, ab eo poposcit. Illum autem, qui taurum se redditurum negabat nisi ipsum luctando superaverit, ter lucta postratum interfecit, et recuperatum taurum cum reliquis ad Ionium mare perduxit.

[12] Ut vero ad intima sinus Adriatici pervenerat, bobus œstrum Juno immisit, quæ ideo disperguntur in montana Thraciæ. Eas Hercules insecutus partem ad Hellespontum captam abduxit: quæ relictæ sunt postea evaserunt agrestes. [13] Sed vix tandem bobus collectis, Strymonem accu-

Digitized by Google

βουσῶν, Στρυμόνα μεμψάμενος τὸν ποταμὸν, πάλαι τὸ ῥεῖθρον πλωτὸν ὄν, ἐμπλήσας πέτρας, ἄπλωτον ἐποίησε, καὶ τὰς βόας Εὐρυσθεῖ κομίσας δέδωκε. Ὁ δὲ αὐτὰς κατέθυσεν Ἥρᾳ.

(11) Τελεσθέντων δὲ τῶν ἄθλων ἐνιαυτῷ καὶ ἔτεσιν ὀκτὼ, μὴ προσδεξάμενος Εὐρυσθεὺς τόν τε τῶν τοῦ Αὐγίου βοσκημάτων, καὶ τὸν τῆς Ὕδρας, ἑνδέκατον ἐπέταξεν ἆθλον παρ' Ἑσπερίδων χρύσεα μῆλα κομίζειν.

[2] Ταῦτα δὲ ἦν, οὐχ, ὥς τινες εἶπον, ἐν Λιβύῃ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Ἄτλαντος ἐν Ὑπερβορέοις· ἃ Διὶ γήμαντι Ἥρα ἐδωρήσατο. Ἐφύλασσε δὲ αὐτὰ δράκων ἀθάνατος, Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης, κεφαλὰς ἔχων ἑκατόν· ἐχρῆτο δὲ φωναῖς παντοίαις καὶ ποικίλαις. Μετὰ τούτου δὲ Ἑσπερίδες ἐφύλαττον, Αἴγλη, Ἐρύθεια, Ἑστία, Ἐρέθουσα.

[3] Πορευόμενος οὖν ἐπὶ ποταμὸν Ἐχέδωρον ἦλθε. Κύκνος δὲ, Ἄρεος καὶ Πυρήνης, εἰς μονομαχίαν αὐτὸν προὐκαλεῖτο. Ἄρεος δὲ τοῦτον ἐκδικοῦντος, καὶ συνιστάντος μονομαχίαν, βληθεὶς κεραυνὸς μέσος ἀμφοτέρων διαλύει τὴν μάχην. [4] Βαδίζων δὲ δι' Ἰλλυρίων, καὶ σπεύδων ἐπὶ ποταμὸν Ἠριδανὸν, ἦλθε πρὸς Νύμφας Διὸς καὶ Θέμιδος. [5] Αὗται μηνύουσιν αὐτῷ Νηρέα. Συλλαβὼν δὲ αὐτὸν κοιμώμενον καὶ παντοίας ἐναλλάσσοντα μορφὰς, ἔδησε· καὶ οὐκ ἔλυσε, πρὶν ἢ μαθεῖν παρ' αὐτοῦ, ποῦ τυγχάνοιεν τὰ μῆλα, καὶ αἱ Ἑσπερίδες. Μαθὼν δὲ, Λιβύην διεξῄει. [6] Ταύτης ἐβασίλευε παῖς Ποσειδῶνος Ἀνταῖος, ὃς τοὺς ξένους ἀναγκάζων παλαίειν ἀνῄρει. Τούτῳ δὲ παλαίειν ἀναγκαζόμενος Ἡρακλῆς, ἁράμενος ἅμμασι μετέωρον κλάσας ἀπέκτεινε. Ψαύοντα γὰρ γῆς, ἰσχυρότερον συνέβαινε γίνεσθαι. Διὸ καὶ Γῆς τινὲς ἔφασαν τοῦτον εἶναι παῖδα.

[7] Μετὰ Λιβύην δὲ Αἴγυπτον διεξῄει. Ταύτης ἐβασίλευε Βούσιρις Ποσειδῶνος παῖς καὶ Λυσιανάσσης τῆς Ἐπάφου. Οὗτος τοὺς ξένους ἔθυεν ἐπὶ βωμῷ Διὸς, κατά τι λόγιον. [8] Ἐννέα γὰρ ἔτη ἀφορία τὴν Αἴγυπτον κατέλαβε. Φράσιος δὲ ἐλθὼν ἐκ Κύπρου, μάντις τὴν ἐπιστήμην, ἔφη τὴν ἀφορίαν παύσασθαι, ἐὰν ξένον ἄνδρα τῷ Διὶ σφάξωσι κατ' ἔνος. Βούσιρις δὲ ἐκεῖνον πρῶτον σφάξας τὸν μάντιν, τοὺς κατιόντας ξένους ἔσφαζε. [9] Συλληφθεὶς οὖν καὶ Ἡρακλῆς, τοῖς βωμοῖς προσεφέρετο, τὰ δὲ δεσμὰ διαῤῥήξας, τόν τε Βούσιριν καὶ τὸν ἐκείνου παῖδα Ἀμφιδάμαντα ἀπέκτεινε, [καὶ τὸν κήρυκα Χάλβην].

[10] Διεξιὼν δὲ Ἀσίαν, Θερμυδραῒς, Λινδίων λιμένι, προσίσχει. Καὶ βοηλάτου τινὸς λύσας τὸν ἕτερον τῶν ταύρων ἀπὸ τῆς ἁμάξης, εὐωχεῖτο θύσας. Ὁ δὲ βοηλάτης βοηθεῖν ἑαυτῷ μὴ δυνάμενος, στὰς ἐπί τινος ὄρους κατηρᾶτο. Διὸ καὶ νῦν, ἐπειδὰν θύωσιν Ἡρακλεῖ, μετὰ καταρῶν τοῦτο πράττουσι.

[11] Παρὼν δὲ Ἀραβίαν, Ἡμαθίωνα κτείνει παῖδα Τιθωνοῦ. Καὶ διὰ τῆς Λιβύης πορευθεὶς ἐπὶ τὴν ἔξω θάλασσαν, καταπλεῖ· οὗ τὸ δέπας καταλαμβάνει. [12] Καὶ περαιωθεὶς ἐπὶ τὴν ἤπειρον τὴν ἀντικρὺ, κατετόξευσανς, navigabile ante flumen, alveo lapidibus oppleto, innavigabile fecit: ac traductas boves Eurystheo tradidit, qui sacrificavit eas Junoni.

(11) Peractis his laboribus unius mensis et octo annorum spatio, Eurystheus neque illum armentorum Augeæ, neque illum hydræ admittens, undecimum laborem imposuit, ut ab Hesperidibus aurea mala apportaret.

[2] Hæc vero non, ut quorundam est sententia, in Libya erant, sed apud Atlantem in terra Hyperboreorum; quæ Jovi in nuptiis suis Juno donaverat. Custodiebat ea draco immortalis, Typhonis et Echidnæ natus, centiceps, qui variis et multigenis vocibus utebatur. Una cum hoc custodiebant Hesperides, Ægle, Erythia, Hestia (Hesperia?) Erethusa.

[3] Profectus igitur Hercules ad Echedorum fluvium venit, ubi Cycnus Martis e Pirene filius ad singulare certamen eum provocavit. Hunc dum Mars tuetur et singulare certamen adjuvat, fulmen medium inter utrumque a cœlo demissum pugnam dirimit. [4] Iter deinde per Illyriam faciens ac properans ad Eridanum fluvium, venit ad Nymphas Jove natas et Themide. [5] Hæ indicant ei Nereum. Quem dormientem comprehendit et quamvis omnigenas formas alternantem devinxit, nec prius dimisit quam didicisset ab eo ubinam mala essent et Hesperides. Quod edoctus percurrit Libyam. [6] Hujus rex erat Neptuni filius Antæus, qui advenas luctari secum coactos interimebat. Cum eo igitur luctari jussus Hercules in altum sublato loris nodosis ossa confregit, atque ita necavit. Nam ubi terram contigit, robustior semper surrexit. Quare sunt qui eum Terræ filium dicant.

[7] Post Libyam Ægyptum peragravit. Hujus rex erat Busiris, Neptuni filius ex Lysianassa Epaphi. Is ex oraculo quodam advenas in Jovis ara immolabat. [8] Etenim novem per annos Ægyptus agrorum sterilitate laboraverat Tum Phrasius vates e Cypro adveniens agrorum sterilitatem desituram esse pronuntiavit, si virum hospitem quotannis Jovi mactaverint. Busiris itaque vatem illum primum immolavit et advenas deinceps jugulare solebat. [9] Comprehensus igitur etiam Hercules ad aras trahebatur. At diruptis vinculis et Busirin et ejus filium Amphidamantem necavit (et Chalben præconem).

[10] Itinere per Asiam facto, in Thermydras Lindiorum portum appulit, ac bubulci cujuspiam alterum taurum de plaustro solutum et mactatum comedit. Tum bubulcus quum defendere se non posset, in monte quodam consistens cepit exsecrari. Quocirca etiamnum, ubi Herculi sacra faciunt, cum exsecrationibus id peragunt.

[11] Hinc profectus in Arabiam Emathionem occidit filium Tithoni. Et per Libyam pergens ad mare exterius, ubi a Sole scyphum accepit, navigationem fecit. [12] Transvectus in continentem ex adverso sitam, in Caucaso monte aqui-

Digitized by Google

σεν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου τὸν ἐσθίοντα τὸ τοῦ Προμηθέως ἧπαρ αἰετὸν, ὄντα Ἐχίδνης καὶ Τυφῶνος· καὶ τὸν Προμηθέα διέλυσε, δεσμὸν ἑλόμενον τὸν τῆς ἐλαίας, καὶ παρέσχε τῷ Διὶ Χείρωνα θνήσκειν ἀθάνατον ἀντ' αὐτοῦ θέλοντα.

[13] Ὡς δὲ ἦκεν εἰς Ὑπερβορέους πρὸς Ἄτλαντα, εἰπόντος Προμηθέως τῷ Ἡρακλεῖ, αὐτὸν ἐπὶ τὰ μῆλα μὴ πορεύεσθαι, διαδεξάμενον δὲ Ἄτλαντος τὸν πόλον, ἀποστέλλειν ἐκεῖνον, πεισθεὶς [δὲ] διεδέξατο. [14] Ἄτλας δὲ, δρεψάμενος παρ' Ἑσπερίδων τρία μῆλα, ἦκε πρὸς Ἡρακλέα. Καὶ μὴ βουλόμενος τὸν πόλον ἔχειν, ** καὶ σπείραν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς θέλειν ποιήσασθαι. (Lacuna suppleri potest ex Sch. Ap. Rh. 2, 396. Τὰ μὲν μῆλα αὐτός φησιν ἀποίσειν Εὐρυσθεῖ, τὸν δὲ οὐρανὸν ἐκέλευσεν ἐκεῖνον ἔχειν ἀντ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὑποσχόμενος δόλῳ ἀντεπέθηκεν αὐτὸν τῷ Ἄτλαντι, κατὰ τὴν τοῦ Προμηθέως ὑποθήκην· κελεύει γὰρ, ὥσπερ ἐκεῖνος ὑπέθετο, τὸν Ἄτλαντα δέξασθαι τὸν οὐρανὸν, ἕως οὗ σπείραν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ποιήσεται.) [15] Τοῦτο ἀκούσας Ἄτλας, ἐπὶ γῆς καταθεὶς τὰ μῆλα, τὸν πόλον διεδέξατο. Καὶ οὕτως ἀνελόμενος αὐτὰ, Ἡρακλῆς ἀπηλλάττετο. [16] Ἔνιοι δέ φασιν, οὐ παρὰ Ἄτλαντος αὐτὰ λαβεῖν, ἀλλὰ αὐτὸν δρέψασθαι τὰ μῆλα, κτείναντα τὸν φρουροῦντα ὄφιν. [17] Κομίσας δὲ τὰ μῆλα Εὐρυσθεῖ ἔδωκεν· ὁ δὲ λαβὼν, Ἡρακλεῖ ἐδωρήσατο. Παρ' οὗ λαβοῦσα Ἀθηνᾶ, πάλιν αὐτὰ ἀπεκόμισεν· ὅσιον γὰρ οὐκ ἦν αὐτὰ τεθῆναί που.

(12) Δωδέκατον ἆθλον ἐπετάγη, Κέρβερον ἐξ Ἅιδου κομίζειν. Εἶχε δὲ οὗτος τρεῖς μὲν κυνῶν κεφαλὰς, τὴν δὲ οὐρὰν δράκοντος, κατὰ δὲ τοῦ νώτου παντοίων εἶχεν ὄφεων κεφαλάς. [2] Μέλλων οὖν ἐπὶ τοῦτον ἀπιέναι, ἦλθε πρὸς Εὔμολπον εἰς Ἐλευσῖνα, βουλόμενος μυηθῆναι. Ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. Ἐπειδήπερ * θετὸς Πυλίου παῖς γενόμενος ἐμυεῖτο, [3] μὴ δυνάμενος δὲ ἰδεῖν τὰ μυστήρια, ἐπείπερ οὐκ ἦν ἡγνισμένος τὸν Κενταύρων φόνον, ἁγνισθεὶς ὑπὸ Εὐμόλπου τότε ἐμυήθη. Καὶ παραγενόμενος ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς, οὗ τῆς Ἅιδου καταβάσεως τὸ στόμιόν ἐστι, διὰ τούτου κατῆλθε.

[4] Ὀπηνίκα δὲ εἶδον αὐτὸν αἱ ψυχαὶ, χωρὶς Μελεάγρου καὶ Μεδούσης τῆς Γοργόνος ἔφυγον. Ἐπὶ δὲ τὴν Γοργόνα τὸ ξίφος, ὡς ζῶσαν, ἕλκει, καὶ παρὰ Ἑρμοῦ μανθάνει, ὅτι κενὸν εἴδωλόν ἐστι. [5] Πλησίον δὲ τῶν Ἅιδου πυλῶν γενόμενος, Θησέα εὗρε, καὶ Πειρίθουν τὸν Περσεφόνης μνηστευόμενον γάμον, καὶ διὰ τοῦτο δεθέντα. Θεασάμενοι δὲ Ἡρακλέα, τὰς χεῖρας ὤρεγον, ὡς ἀναστησόμενοι διὰ τῆς ἐκείνου βίας. [6] Ὁ δὲ Θησέα μὲν, λαβόμενος τῆς χειρὸς, ἤγειρε· Πειρίθουν δὲ ἀναστῆσαι βουλόμενος, τῆς γῆς κινουμένης, ἀφῆκεν. Ἀπεκύλισε δὲ καὶ τὸν Ἀσκαλάφου πέτρον. [7] Βουλόμενος δὲ αἷμα ταῖς ψυχαῖς παρασχέσθαι, μίαν τῶν Ἅιδου βοῶν ἀπέσφαξεν. Ὁ δὲ νέμων αὐτὰς Μενοίτης ὁ Κευθωνύμου προκαλεσάμενος εἰς πάλην Ἡρακλέα,

lam Typhonis et Echidnæ natam Promethei jecur depascentem sagittis confixit; atque solvit Prometheum, qui vinculi loco coronam olivæ sumsit et Jovi Chironem præbuit, qui immortalis pro illo mori volebat.

[13] Ubi vero in Hyperboreorum terram ad Atlantem pervenit Hercules, monente Prometheo, ne ipse ad mala proficisceretur, sed Atlantis polum in suos humeros suscipiens illum pro se mitteret, persuasus polum pro Atlante suscepit. [14] Atlas, decerptis in Hesperidum hortis tribus malis, redit ad Herculem. Quum vero cœlum recipere nollet, (se ipsum ait poma Eurystheo apportaturum esse, atque Herculem pro se jussit sustinere cœlum. Quod se facturum Hercules pollicitus dolo quodam a Prometheo suggesto cœlum in Atlantem reposuit. Jussit enim ex Promethei consilio Atlantem cœlum in se recipere, dum ipse culcitam capiti imposuisset). [15] Quod ubi audivit Atlas, depositis humi pomis, cœlum recepit; atque ita poma Hercules sustulit et discessit. [16] Nonnulli vero dicunt non ab Atlante eum hæc poma accepisse, sed ipsum, cæso dracone custode, ea decerpsisse. [17] Quæ deportata tradidit Eurystheo. Hic accepta donavit Herculi, ab Hercule Minerva accepit eaque reportavit; nefas enim erat ea aliquo transponi.

(12) Duodecimus labor ei impositus est, ut Cerberum ex orco abduceret. Is tria canum capita, caudam draconis, in dorso vero omnigenorum capita habebat serpentum. [2] Ad hunc igitur descensurus Eleusinem venit ad Eumolpum, ut ab eo Cereris sacris initiaretur. At vero externis ad ea sacra tunc admitti non licebat. Itaque adoptivus Pylii filius factus initia consecuturus erat, [3] sed quum mysteria non posset spectare, propterea quod a Centaurorum cæde nondum lustratus erat, ab Eumolpo expiatus, tum demum initiatus est. Deinde profectus ad Tænarum Lacedæmoniæ promontorium, ubi ad inferos descensus ostium patet, per hunc in Orcum penetravit.

[4] Quem ubi conspexerunt umbræ, præter Meleagrum et Medusam Gorgonem omnes diffugere. In Gorgonem gladium ut in vivam stringit, sed a Mercurio discit vanum esse spectrum. [5] Mox ubi ad Orci portas esset, Theseum repperit et Pirithoum Proserpinæ nuptias ambientem et propterea vinctum. Qui Herculem conspicati manus porrigebant, ut illius viribus surrecturi. [6] Ille vero Theseum quidem manu prehensum excitavit; Pirithoum autem erecturus, quum terra moveretur, dimisit. Revolvit etiam Ascalaphi saxum. [7] Atque sanguinem animis præbiturus unam ex Plutonis bobus mactavit. Sed qui eas pascebat Menœtes Ceuthonymi filius, quum ad luctam Herculem pro-

Digitized by Google

ινηφθεὶς μέσον, καὶ τὰς πλευρὰς κατεάξας, ὑπὸ Περσεφόνης παρητήθη.

[8] Αἰτοῦντος δὲ αὐτοῦ Πλούτωνα τὸν Κέρβερον, ἐπέταξεν ὁ Πλούτων ἄγειν χωρὶς ὧν εἶχεν ὅπλων κρατοῦντα. Ὁ δέ, εὑρὼν αὐτὸν ἐπὶ ταῖς πύλαις τοῦ Ἀχέροντος, τῷ τε θώρακι συμπεφραγμένος, καὶ τῇ λεοντῇ συσκεπασθείς, καὶ περιβαλὼν τῇ κεφαλῇ τὰς χεῖρας, οὐκ ἀνῆκε, καίπερ δακνόμενος ὑπὸ τοῦ κατὰ τὴν οὐρὰν δράκοντος· κρατῶν δὲ ἐκ τοῦ τραχήλου, καὶ ἄγχων, τὸ θηρίον ἔπεισε. [9] Συλλαβὼν οὖν αὐτὸν, ἦκε διὰ Τροιζῆνος ποιησάμενος τὴν ἀνάβασιν. Ἀσκάλαφον μὲν οὖν Δημήτηρ ἐποίησεν ὦτον. Ἡρακλῆς δὲ Εὐρυσθεῖ δείξας τὸν Κέρβερον πάλιν ἐκόμισεν εἰς Ἅιδου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ′.

(1) Μετὰ δὲ τοὺς ἄθλους Ἡρακλῆς ἀφικόμενος εἰς Θήβας Μέγαραν μὲν ἔδωκεν Ἰολάῳ· αὐτὸς δὲ γῆμαι θέλων, ἐπυνθάνετο Εὔρυτον Οἰχαλίας δυνάστην ἆθλον προτιθέναι τὸν Ἴολης τῆς θυγατρὸς γάμον τῷ νικήσαντι τοξικῇ αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας αὐτῷ ὑπάρχοντας. [2] Ἀφικόμενος οὖν εἰς Οἰχαλίαν, καὶ τῇ τοξικῇ κρείττων αὐτῶν γενόμενος, οὐκ ἔτυχε τοῦ γάμου, Ἴφιτου μὲν τοῦ πρεσβυτέρου τῶν παίδων λέγοντος διδόναι τῷ Ἡρακλεῖ τὴν Ἰόλην, Εὐρύτου δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἀπαγορευόντων καὶ δεδοικέναι λεγόντων, μὴ τεκνοποιησάμενος τὰ γενησόμενα πάλιν ἀποκτείνῃ.

(2) Μετ' οὐ πολὺ δὲ κλαπεισῶν ἐξ Εὐβοίας ὑπὸ Αὐτολύκου βοῶν, Εὔρυτος μὲν ἐνόμιζεν ὑφ' Ἡρακλέους γεγονέναι τοῦτο. Ἴφιτος δὲ ἀπιστῶν ἀφικνεῖται πρὸς Ἡρακλέα, καὶ συντυχὼν ἥκοντι ἐκ Φερῶν αὐτῷ, σεσωκότι τὴν ἀποθανοῦσαν Ἄλκηστιν Ἀδμήτῳ, παρακαλεῖ συζητῆσαι τὰς βόας. [2] Ἡρακλῆς δὲ ὑπισχνεῖται καὶ ξενίζει μὲν αὐτόν· μανεὶς δὲ αὖθις ἀπὸ τῶν Τιρυνθίων ἔρριψεν αὐτὸν τειχῶν. [3] Καθαρθῆναι δὲ θέλων τὸν φόνον, ἀφικνεῖται πρὸς Νηλέα. Πυλίων ἦν οὗτος δυνάστης. [4] Ἀπωσαμένου δὲ Νηλέως αὐτὸν διὰ τὴν πρὸς Εὔρυτον φιλίαν, εἰς Ἀμύκλας παραγενόμενος, ὑπὸ Δηϊφόβου τοῦ Ἱππολύτου καθαίρεται. [5] Κατασχεθεὶς δὲ δεινῇ νόσῳ διὰ τὸν Ἴφιτου φόνον, εἰς Δελφοὺς παραγενόμενος, ἀπαλλαγὴν ἐπυνθάνετο τῆς νόσου. [6] Μὴ χρησμῳδούσης δὲ αὐτῷ τῆς Πυθίας, τόν τε ναὸν συλᾶν ἤθελε, καὶ τὸν τρίποδα βαστάσας, κατασκευάζει μαντεῖον ἴδιον. [7] Μαχομένου δὲ αὐτῷ Ἀπόλλωνος, ὁ Ζεὺς ἔῃσι μέσον αὐτῶν κεραυνόν. Καὶ τοῦτον διαλυθέντων τὸν τρόπον, λαμβάνει χρησμὸν Ἡρακλῆς, ὃς ἔλεγεν ἀπαλλαγὴν αὐτῷ τῆς νόσου ἔσεσθαι πραθέντι καὶ τρία ἔτη λατρεύσαντι, καὶ δόντι ποινὴν τοῦ φόνου τὴν τιμὴν Εὐρύτῳ.

(3) Τοῦ δὲ χρησμοῦ δοθέντος, Ἑρμῆς Ἡρακλέα πιπράσκει· καὶ αὐτὸν ὠνεῖται Ὀμφάλη Ἰαρδάνου, βασιλεύουσα Λυδῶν, ἣ τὴν ἡγεμονίαν τελευτῶν ὁ γήμας Τμῶλος κατέλιπε. Τὴν μὲν οὖν τιμὴν κομισθεῖσαν Εὔρυτος οὐ προσεδέξατο. [2] Ἡρακλῆς δὲ Ὀμφάλῃ δουλεύων, τοὺς μὲν παρὰ τὴν Ἔφεσον Κέρκωπας συλ-

vocasset, medius ab eo prehensus, perfractis costis, Proserpinæ deprecatione a morte servatus est.

[8] Quum autem Cerberum a Plutone deposceret, permisit ei Pluto ut abduceret eum, si armis quæ haberet non usus domaret. Hercules igitur deprehendens illum ante Acherontis portas, thorace munitus et leonis pelle contectus, circumjectis illius capiti manibus, haud remisit, quamvis draconis, qui in cauda erat, morsibus impeteretur: sed collum constringens et præfocans belluam parere coegit. [9] Captum itaque Cerberum abduxit per Trœzenem regressus. (Ascalaphum Ceres in bubonem mutavit.) Hercules Eurystheo monstratum Cerberum ad inferos reduxit.

CAPUT VI.

(1) Peractis his laboribus, Hercules Thebas reversus Megaram elocavit Iolao, ipse vero uxorem ducturus, Eurytum Œchaliæ imperantem certaminis præmium Iolæ filiæ nuptias proposuisse audivit ei, qui sagittandi peritia ipsum et filios suos vicerit. [2] Igitur profectus Œchaliam, quum sagittandi arte præstantior illis exstitisset, nuptias non consecutus est. Iphitus quidem filiorum maximus Iolen Herculi concedendam esse censebat, at Eurytus et ceteri filii recusabant, timendum esse dicentes, ne si liberos ex ea susciperet, hos quoque necaret

(2) Non multo post bobus ex Eubœa ab Autolyco furto abactis, Eurytus id ab Hercule factum esse putavit. Quod tamen non credens Iphitus ad Herculem contendit, eique obviam factus Pheris redeunti, ubi Alcestin jam mortuam Admeto reddiderat, ut secum boves investigaret, invitavit. [2] Hercules id pollicetur atque hospitio eum excipit, sed denuo furore percitus de Tirynthiorum mœnibus dejecit. [3] A qua cæde expiari cupiens venit ad Neleum. Is rex erat Pyliorum. [4] Repudiatus autem ab eo propter suam cum Euryto amicitiam, Amyclas profectus a Deiphobo, Hippolyti filio, lustratus est. [5] Verum gravi propter Iphiti cædem morbo correptus Delphos adiit, ac de morbi medela sciscitatus est. [6] Cui quum Pythia nihil responderet, templum spoliare molitus est, et ablato tripode, proprium sibi oraculum instituere voluit. [7] Quapropter quum Apollo cum eo pugnaret, Jupiter medium inter hos fulmen demisit; ac hunc in modum pugna eorum diremta, Hercules accepit oraculum, quod morbi finem fore dixit, si venditus triennium servitutem serviisset et pretium cædis pœnam solvisset Eurylo.

(3) Quo oraculo dato, Mercurius Herculem vendit, eumque mercatur Omphale Iardani filia, regina Lydorum, cui Tmolus conjux moriens regnum reliquerat. Sed Eurytus allatum sibi pretium non admisit. [2] Interim Hercules Omphalæ serviens captos qui prope Ephesum erant Cercopes

Digitized by Google

λαβὼν ἔδησε· [3] Συλέα δὲ ἐν Αὐλίδι τοὺς παριόντας ξένους σκάπτειν ἀναγκάζοντα, σὺν ταῖς ῥίζαις τὰς ἀμπέλους σκάψας, μετὰ τῆς θυγατρὸς Ξενοδίκης ἀπέκτεινε. [4] Καὶ προσσχὼν νήσῳ Δολίχῃ, τὸ Ἰκάρου σῶμα ἰδὼν τοῖς αἰγιαλοῖς προσφερόμενον, ἔθαψε, καὶ τὴν νῆσον ἀντὶ Δολίχης Ἰκαρίαν ἐκάλεσεν. Ἀντὶ τούτου Δαίδαλος ἐν Πίσῃ εἰκόνα παραπλησίαν κατεσκεύασεν Ἡρακλεῖ· ἣν νυκτὸς ἀγνοήσας Ἡρακλῆς, λίθῳ βαλὼν, ὡς ἔμπνουν ἔπληξε. [5] Καθ' ὃν δὲ χρόνον ἐλάτρευε παρ' Ὀμφάλῃ, λέγεται τὸν ἐπὶ Κόλχους πλοῦν γενέσθαι, καὶ τὴν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου θήραν, καὶ Θησέα παραγενόμενον, ἐκ Τροιζῆνος (εἰς) τὸν Ἰσθμὸν καθᾶραι.

(4) Μετὰ δὲ τὴν λατρείαν ἀπαλλαγεὶς τῆς νόσου ἐπὶ Ἴλιον ἔπλει, πεντηκοντόροις ὀκτωκαίδεκα, συναθροίσας στρατὸν ἀνδρῶν ἀρίστων ἑκουσίως θελόντων στρατεύεσθαι. Καταπλεύσας δὲ εἰς Ἴλιον, τὴν μὲν τῶν νεῶν φυλακὴν Οἰκλεῖ κατέλιπεν· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἀριστέων ὥρμα ἐπὶ τὴν πόλιν. [2] Παραγενόμενος δὲ ἐπὶ τὰς ναῦς σὺν τῷ πλήθει Λαομέδων, Οἰκλέα μὲν ἀπέκτεινε μαχόμενον· ἀπελαθεὶς δὲ, ὑπὸ τῶν μετὰ Ἡρακλέους ἐπολιορκεῖτο. [3] Τῆς δὲ πολιορκίας ἐνεστώσης, ῥήξας τὸ τεῖχος, Τελαμὼν πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν· καὶ μετὰ τοῦτον Ἡρακλῆς. Ὡς δὲ ἐθεάσατο Τελαμῶνα πρῶτον εἰσεληλυθότα, σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐπ' αὐτὸν ἦει, μηδένα θέλων ἑαυτοῦ κρείττονα νομίζεσθαι. [4] Συνιδὼν τοῦτο Τελαμὼν, πλησίον λίθους κειμένους συνήθροιζε. Τοῦ δὲ ἐρομένου, τί πράττοι, βωμὸν εἶπεν Ἡρακλέους κατασκευάζειν Καλλινίκου. [5] Ὁ δὲ, ἐπαινέσας, ὡς εἶλε τὴν πόλιν, κατατοξεύσας Λαομέδοντα καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, χωρὶς Ποδάρκου, Τελαμῶνι ἀριστεῖον Ἡσιόνην τὴν Λαομέδοντος θυγατέρα δίδωσι. [6] Καὶ ταύτῃ συγχωρεῖ τῶν αἰχμαλώτων, ὃν ἥθελεν ἄγεσθαι. Τῆς δὲ αἱρουμένης τὸν ἀδελφὸν Ποδάρκην, ἔφη δεῖν πρῶτον αὐτὸν δοῦλον γενέσθαι, καὶ τότε, τί ποτε δοῦσαν ἀντ' αὐτοῦ, λαβεῖν αὐτόν. Ἡ δὲ, πιπρασκομένου, τὴν καλύπτραν ἀφελομένη τῆς κεφαλῆς ἀντέδωκεν· ὅθεν Ποδάρκης Πρίαμος ἐκλήθη.

devinxit; Syleum [3] vero, qui in Aulide (Lydiæ?) peregrinos prætereuntes terram fodere cogebat, defossis cum radice vitibus, una cum Xenodice filia interfecit. [4] Idem ad Dolichen insulam delatus, ac videns Icari corpus in litore ejectum, sepulturæ dedit, ab eoque Dolichen insulam mutato nomine Icariam vocavit. Cujus beneficii causa Dædalus Pisæ similem Herculi confecit imaginem, quam noctu ignorans Hercules, vivam esse opinatus, lapide percussit. [5] Quo tempore apud Omphalen serviebat, fuisse dicunt in Colchos navigationem et venationem apri Calydonii, ac Theseum Trœzene profectum Isthmum purgasse latronibus.

(4) Post servitutem morbo liberatus cum duodeviginti navibus quinquaginta remis instructis, collecto fortissimorum virorum voluntarie cum eo in bellum proficiscentium exercitu, navigavit contra Ilium. Ibi quum appulisset, navium custodiam reliquit Oicli, ipse vero cum ceteris principibus contendit ad urbem. [2] Laomedon interea, facto cum multitudine in classem impetu, Oiclem quidem pugnantem interfecit, sed repulsus, ab Herculis sociis intra urbem cœpit obsideri. [3] Quumque obsidio urgeretur, Telamon, dirupta muri parte, primus urbem ingressus est, et post eum Hercules. Qui ubi Telamonem primum intrasse vidit, stricto eum gladio aggreditur, neminem voluit se haberi fortiorem. [4] Id quum Telamon animadvertisset, adjacentes prope lapides collegit, atque Herculi quidnam faceret interroganti aram se respondit Herculi exstruere Callinico. [5] Tum is Telamoni collaudato, postquam urbem ceperat Laomedontemque cum filiis ejus præter Podarcen sagittis interfecerat, Hesionen, Laomedontis filiam, virtutis præmium dedit, [6] et huic quem vellet captivorum abducendum concessit. Quæ quum sibi Podarcen fratrem delegisset, Hercules illum prius in servitutem redigendum ait, atque sic eum, dato quodcunque vellet redemptionis pretio, se recepturam esse. Illa igitur pro vendito fratre demptum e capite flammeum dedit. Hic Podarces Priamus est vocatus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

(1) Πλέοντος δὲ ἀπὸ Τροίας Ἡρακλέους, Ἥρα χαλεποὺς ἔπεμψε χειμῶνας· ἐφ' οἷς ἀγανακτήσας Ζεὺς, ἐκρέμασεν αὐτὴν ἐξ Ὀλύμπου. Προσέπλει δὲ Ἡρακλῆς τῇ Κῷ· καὶ νομίσαντες αὐτὸν οἱ Κῶοι λῃστρικὸν ἄγειν στόλον, βάλλοντες λίθοις προσπλεῖν ἐκώλυον. [2] Ὁ δὲ βιασάμενος, τὴν νύκτα (νῆσον ?) εἷλε, καὶ τὸν βασιλέα Εὐρύπυλον, Ἀστυπαλαίας παῖδα καὶ Ποσειδῶνος, ἔκτεινε. Ἐτρώθη δὲ κατὰ τὴν μάχην Ἡρακλῆς ὑπὸ Χαλκώδοντος, καὶ, Διὸς ἐξαρπάσαντος αὐτὸν, οὐδὲν ἔπαθε.

[3] Πορθήσας δὲ Κῶ, ἦκε δι' Ἀθηνᾶς εἰς Φλέγραν, καὶ μετὰ θεῶν κατεπολέμησε Γίγαντας.

CAPUT VII.

(1) Herculi a Troja classem reducenti Juno vehementem immisit tempestatem. Quam ob rem Jupiter indignatus eam ex Olympo suspendit. Hercules interea navigavit ad Con. Coi piraticam eum classem agere existimantes, jactis lapidibus appellere prohibebant. [2] Is autem vi adhibita noctu insulam cepit, regemque Eurypylum Astypalææ, et Neptuni filium, interemit. Sed et Hercules in pugna a Chalcodonte vulneratus est, at a Jove ereptus mali nihil pertulit.

[3] Co devastata, a Minerva advocatus venit Phlegram, ubi cum diis Gigantes debellavit.

Digitized by Google

(2) Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἐπ' Αὐγέαν ἐστρατεύετο, συναθροίσας Ἀρκαδικὸν στρατὸν, καὶ παραλαβὼν ἐθελοντὰς τῶν [ἀστῶν] ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀριστέων. [2] Αὐγέας δὲ τὸν ἀφ' Ἡρακλέους πόλεμον ἀκούων, κατέστησεν Ἠλείων στρατηγοὺς Εὔρυτον καὶ Κτέατον συμφυεῖς, οἳ δυνάμει τοὺς τότε ἀνθρώπους ὑπερέβαλλον. Παῖδες δὲ ἦσαν Μολιόνης καὶ Ἄκτορος, ἐλέγοντο δὲ Ποσειδῶνος· Ἄκτωρ δὲ ἀδελφὸς ἦν Αὐγέου. [3] Συνέβη δὲ Ἡρακλεῖ, κατὰ τὴν στρατείαν νοσῆσαι. Διὰ τοῦτο καὶ σπονδὰς πρὸς τοὺς Μολιονίδας ἐποιήσατο. Οἱ δὲ, ὕστερον ἐπιγνόντες αὐτὸν νοσοῦντα, ἐπιτίθενται τῷ στρατεύματι, καὶ κτείνουσι πολλούς. [4] Τότε μὲν οὖν ἀνεχώρησεν Ἡρακλῆς· αὖθις δὲ, τῆς τρίτης Ἰσθμιάδος τελουμένης, Ἠλείων τοὺς Μολιονίδας πεμψάντων συνθύτας, ἐν Κλεωναῖς ἐνεδρεύσας, τούτους Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε, καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ τὴν Ἦλιν εἷλε τὴν πόλιν. [5] Καὶ κτείνας μετὰ τῶν παίδων Αὐγέαν, κατήγαγε Φυλέα, καὶ τούτῳ τὴν βασιλείαν ἔδωκεν. [6] Ἔθηκε δὲ καὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα· Πέλοπός τε βωμὸν ἱδρύσατο, καὶ θεῶν δώδεκα βωμοὺς ἑξῆς (ἕξ?) ἐδείματο.

(3) Μετὰ δὲ τὴν Ἤλιδος ἅλωσιν, ἐστράτευσεν ἐπὶ Πύλον, καὶ τὴν πόλιν ἑλὼν, Περικλύμενον κτείνει τὸν ἀλκιμώτατον τῶν Νηλέως παίδων, ὃς μεταβάλλων τὰς μορφὰς ἐμάχετο. Τὸν δὲ Νηλέα καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, χωρὶς Νέστορος, ἀπέκτεινε. Οὗτος δὲ νέος ὢν παρὰ Γερηνίοις ἐτρέφετο. Κατὰ δὲ τὴν μάχην καὶ Ἅιδην ἔτρωσε Πυλίοις βοηθοῦντα.

[7] Ἑλὼν δὲ τὴν Πύλον, ἐστράτευεν ἐπὶ Λακεδαίμονα, μετελθεῖν τοὺς Ἱπποκόωντος παῖδας θέλων. Ὠργίζετο μὲν γὰρ αὐτοῖς, καὶ διότι Νηλεῖ συνεμάχησαν, μᾶλλον δὲ ὠργίσθη, ὅτι τὸν Λικυμνίου παῖδα ἀπέκτειναν. [8] Θεωμένου γὰρ αὐτοῦ τὰ Ἱπποκόωντος βασίλεια, ἐξοραμῶν κύων τῶν Μολοττικῶν ἐπ' αὐτὸν ἐφέρετο· ὁ δὲ, βαλὼν λίθον, ἐπέτυχε τοῦ κυνός. Ἐκτροχάσαντες δὲ οἱ Ἱπποκοωντίδαι, καὶ τύπτοντες αὐτὸν τοῖς σκυτάλοις, ἀπέκτειναν. Τὸν δὲ τούτου θάνατον ἐκδικῶν, στρατείαν ἐπὶ Λακεδαιμονίαν συνήθροιζε. [9] Καὶ παραγενόμενος εἰς Ἀρκαδίαν, ἠξίου καὶ Κηφέα μετὰ τῶν παίδων, ὧν εἶχεν, εἴκοσι, συμμαχεῖν. Δεδιὼς δὲ Κηφεὺς, μὴ, καταλιπόντος αὐτοῦ Τέγεαν, Ἀργεῖοι ἐπιστρατεύσωνται, τὴν στρατείαν ἠρνεῖτο. Ἡρακλῆς δὲ παρ' Ἀθηνᾶς λαβὼν ἐν ὑδρίᾳ χαλκῇ βόστρυχον Γοργόνος, Στερόπῃ (Ἀερόπῃ?) τῇ Κηφέως θυγατρὶ δίδωσιν, εἰπὼν, ἐὰν ἐπίῃ στρατὸς, τρὶς ἀνασχούσης ἐκ τῶν τειχῶν τὸν βόστρυχον καὶ μὴ προϊδούσης, τροπὴν τῶν πολεμίων ἔσεσθαι. [10] Τούτου γενομένου, Κηφεὺς μετὰ τῶν παίδων ἐστράτευε. Καὶ κατὰ τὴν μάχην αὐτός τε καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ τελευτῶσι· καὶ πρὸς τούτοις Ἴφικλος ὁ τοῦ Ἡρακλέους ἀδελφός. Ἡρακλῆς δὲ κτείνας τὸν Ἱπποκόωντα καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, χειρωσάμενος τὴν πόλιν, Τυνδάρεω καταγαγὼν, τὴν βασιλείαν παρέδωκε τούτῳ.

(4) Παριὼν δὲ Τέγεαν Ἡρακλῆς, τὴν Αὔγην Ἀλεοῦ

(2) Nec multo post, collecto Arcadum exercitu et assumptis ex (urbibus) Græciæ volonibus fortissimis, contra Augeam suscepit expeditionem. [2] Augeas ab Hercule bellum sibi parari audiens Eleorum duces constituit Eurytum et Cteatum, qui in unum corpus concreti viribus omnes tunc temporis mortales superabant. Filii erant Moliones et Actoris, licet Neptuni esse dicerentur. Actor frater erat Augeæ. [3] Accidit autem ut inter expeditionem Hercules in morbum incideret. Quam ob caussam cum Molionidis inducias fecit. Hi vero quum postea Herculem morbo laborare rescivissent, ejus copias insidiis aggrediuntur et multos trucidant. [4] Tunc igitur Hercules recessit; postea vero, ubi tertium ab eo tempore ludi Isthmici celebrabantur, missos ab Eleis ad sacra facienda Molionidas ad Cleonas ex insidiis interemit et ductis contra Elin copiis urbem cepit; [5] occisoque cum filiis Augea reduxit Phyleum, eique regnum tradidit. [6] Præterea etiam ludos Olympicos instituit, ac Pelopis aram consecravit, nec non aras duodecim deorum ex ordine dedicavit.

(3) Post Elidem captam adversus Pylum profectus est, atque urbe potitus Periclymenum interfecit, Nelei filiorum fortissimum, qui inter pugnandum in varias formas se transmutabat. Neleum quoque ceterosque ejus filios, excepto Nestore, necavit. Hic enim puer adhuc apud Gerenios educabatur. In eadem pugna etiam Plutonem Pyliis opitulantem vulneravit.

[7] Expugnata Pylo, profectus est contra Lacedæmonem, Hippocoontis filios puniturus; quibus, quod Neleo suppetias tulissent, magis autem, quod Licymnii filium occidissent, succensebat. [8] Hoc enim Hippocoontis regiam contemplante, Molossici generis canis in eum erupit: puer lapide canem feriit. Tum Hippocoontidæ accurrentes fustibus eum necarunt. Hujus igitur necem ulturus exercitum in Lacedæmonem comparavit: [9] atque in Arcadiam progressus Cepheum quoque cum viginti quos habebat filiis belli socium esse voluit. At Cepheus, veritus ne relictam a se Tegeam Argivi bello invaderent, expeditionem detrectabat. Tum Hercules acceptum a Minerva in urna ænea Gorgonis cincinnum Steropæ (Aeropæ?) Cephei filiæ dedit, verbis addens: si exercitu aggrediente ter de muris cincinnum averso vultu ostentaret, hostes in fugam se conversuros esse. [10] Quo facto Cepheus cum filiis expeditionem secutus est. Atque in pugna et ipse et filii occubuere, præterea etiam Iphiclus frater Herculis. Hic autem, cæso Hippocoonte et ejus filiis, urbe potitus Tyndareum reduxit eique regnum tradidit.

(4) Per Tegeam iter faciens Hercules Augen Alei filiam

Digitized by Google

θυγατέρα οὖσαν ἀγνοῶν ἔφθειρεν. Ἡ δὲ, τεκοῦσα κρύφα τὸ βρέφος, κατέθετο ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς. Λοιμῷ δὲ τῆς χώρας φθειρομένης, Ἀλεὸς εἰσελθὼν καὶ ἐρευνήσας εἰς τὸ τέμενος, τὰς τῆς θυγατρὸς ὠδῖνας εὗρε. Τὸ μὲν οὖν βρέφος εἰς τὸ Παρθένιον ὄρος ἐξέθετο. [2]Καὶ τοῦτο μὲν κατὰ θεῶν τινα πρόνοιαν ἐσώθη. Θηλὴν μὲν γὰρ ἀρτιτόκος ἔλαφος ὑπέσχεν αὐτῷ· ποιμένες δὲ ἀνελόμενοι τὸ βρέφος, Τήλεφον ἐκάλεσαν αὐτόν. [3]Αὔγην δὲ ἔδωκε Ναυπλίῳ τῷ Ποσειδῶνος ὑπερόριον ἀπεμπολῆσαι. Ὁ δὲ Τεύθραντι τῷ Τευθρανίας ἔδωκεν αὐτὴν δυνάστῃ· κἀκεῖνος γυναῖκα ἐποιήσατο.

(5) Ἡρακλῆς δὲ παραγενόμενος εἰς Καλυδῶνα, τὴν Οἰνέως θυγατέρα Δηϊάνειραν ἐμνηστεύσατο. Καὶ διαπαλαίσας ὑπὲρ τῶν γάμων αὐτῆς πρὸς Ἀχελῶον, ἀπεικασθέντα ταύρῳ, περιέκλασε τὸ ἕτερον τῶν κεράτων. Καὶ τὴν μὲν Δηϊάνειραν γαμεῖ· τὸ δὲ κέρας Ἀχελῶος λαμβάνει, δοὺς ἀντὶ τούτου τὸ τῆς Ἀμαλθείας. [2] Ἀμάλθεια δὲ ἦν Αἱμονίου θυγάτηρ, ἣ κέρας εἶχε ταύρου. Τοῦτο δὲ, ὡς Φερεκύδης λέγει, δύναμιν εἶχε τοιαύτην, ὥστε βρωτὸν ἢ ποτὸν, ὅπερ εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄπονον.

(6) Στρατεύει δὲ Ἡρακλῆς μετὰ Καλυδωνίων ἐπὶ Θεσπρωτούς. Καὶ πόλιν ἑλὼν Ἔφυραν, ἧς ἐβασίλευε Φύλας, Ἀστυόχῃ τῇ τούτου θυγατρὶ συνελθὼν, πατὴρ Τληπολέμου γίνεται. [2]Διατελῶν δὲ παρ' αὐτοῖς, πέμψας πρὸς Θέστιον, ἑπτὰ μὲν κατέχειν ἔλεγε παῖδας, τρεῖς δὲ εἰς Θήβας ἀποστέλλειν, τοὺς δὲ λοιποὺς τεσσαράκοντα πέμπειν εἰς Σαρδὼ τὴν νῆσον ἐπ' ἀποικίαν.

[3] Γενομένων δὲ τούτων, εὐωχούμενος παρὰ Οἰνεῖ, κονδύλῳ πλήξας ἀπέκτεινεν Ἀρχιτέλους παῖδα Εὔνομον κατὰ χειρῶν διδόντα· συγγενὴς δὲ Οἰνέως οὗτος. [4]Ἀλλ' ὁ μὲν πατὴρ τοῦ παιδὸς, ἀκουσίως γεγενημένου τοῦ συμβεβηκότος, συνεγνωμόνει· Ἡρακλῆς δὲ, κατὰ τὸν νόμον, τὴν φυγὴν ὑπομένειν ἤθελε, καὶ διέγνω πρὸς Κήϋκα εἰς Τραχῖνα ἀπιέναι. [5]Ἄγων δὲ Δηϊάνειραν, ἐπὶ ποταμὸν Εὔηνον ἦκεν, ἐν ᾧ καθεζόμενος Νέσσος ὁ Κένταυρος τοὺς παριόντας διεπόρθμευε μισθοῦ, λέγων παρὰ θεῶν τὴν πορθμείαν εἰληφέναι διὰ δικαιοσύνην. [6] Αὐτὸς μὲν οὖν Ἡρακλῆς τὸν ποταμὸν διέβη· Δηϊάνειραν δὲ, μισθὸν αἰτηθεὶς, ἐπέτρεψε Νέσσῳ διακομίζειν. Ὁ δὲ διαπορθμεύων αὐτὴν ἐπεχείρει βιάζεσθαι. Τῆς δὲ ἀνακραγούσης αἰσθόμενος ὁ Ἡρακλῆς, ἐξελθόντα Νέσσον ἐτόξευσεν εἰς τὴν καρδίαν. [7]Ὁ δὲ μέλλων τελευτᾷν, προσκαλεσάμενος Δηϊάνειραν εἶπεν, εἰ θέλοι φίλτρον πρὸς Ἡρακλέα ἔχειν, τόν τε γόνον, ὃν ἀφῆκε κατὰ τῆς γῆς, καὶ τὸ ῥυὲν ἐκ τοῦ τραύματος τῆς ἀκίδος αἷμα, συμμῖξαι. Ἡ δὲ ποιήσασα τοῦτο, ἐφύλαττε παρ' ἑαυτῇ.

(7) Διεξιὼν δὲ Ἡρακλῆς τὴν Δρυόπων χώραν, ἀπορῶν τροφῆς, ἀπαντήσαντος Θειοδάμαντος βοηλατοῦντος, τὸν ἕτερον τῶν ταύρων λύσας, εὐωχήσατο. [2]Ὡς δὲ ἦκεν εἰς Τραχῖνα πρὸς Κήϋκα, ὑποδεχθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, Δρύοπας κατεπολέμησεν.

haud agnitam vitiavit. Quæ quem clam peperit puerum in Minervæ sacrario deposuit. Peste autem per ea loca stragem edente, Aleus templum ingressus et singula rimatus filiæ partum invenit. Infantem igitur in Parthenium montem jussit exponi. [2]Sed divina quadam providentia servatus est. Nam cerva, quæ nuperrime pepererat, illi ubera præbuit: pastores autem sublatum puerum Telephum vocarunt. [3]Augen Aleus Nauplio, Neptuni filio, extra fines vendendam dedit. Hic Teuthranti, Teuthraniæ regi, eam tradidit, qui uxorem duxit.

(5) Hercules Calydonem profectus Deianiram Œnei filiam in matrimonium poposcit: ac luctatus de nuptiis ejus cum Acheloo in taurum transformato alterum ei cornu perfregit. Itaque Deianiram duxit, cornu autem Acheloo restituit, qui hujus loco Amaltheæ cornu dedit. [2]Amalthea Hæmonii filia erat tauri cornu prædita; quod, ut Pherecydes testatur, eam habebat virtutem, ut quidquid cibi vel potus quispiam expeteret, sine labore ullo suppeditaret.

(6) Deinde Hercules cum Calydoniis contra Thesprotos in bellum exit; et capta Ephyra urbe, cujus rex erat Phylas, cum Astyoche illius filia congressus, pater fit Tlepolemi. [3]Dum vero apud Calydonios versabatur, ad Thestium misit, eumque jussit septem suorum filiorum retinere, tres ablegare Thebas, reliquos quadraginta colonos mittere in Sardiniam.

[3]Quibus factis, quum apud Œneum in convivio esset, pugno percussum Eunomum, Architelis filium, aquam manibus infundentem occidit. Hic Œneo propinquus erat. [4] Sed pater pueri, quod id ab imprudente factum esset, veniam dedit. Hercules autem, ut lex jubebat, exilium sustinere voluit, atque Trachinem ad Ceycem sese conferre decrevit. [5]Itaque cum Deianira ad Evenum fluvium pervenit, in cujus ripis considens Nessus Centaurus viatores mercede trajiciebat; quod naulum a diis sibi justitiæ præmium concessum esse dicebat. [6]Hercules igitur ipse quidem amnem permeavit, Deianiram vero portorium pactus Nesso commisit transferendam. Hic autem in trajecta vim ei afferre intendit. Quam clamantem audiens Hercules, egredientem Nessum in corde sagitta percussit. [7]Is moriturus Deianiræ advocatæ, si philtrum in Herculem vellet habere, jussit, ut quod ipse semen in terram effudisset cum sanguine ex sagittæ vulnere defluente commisceret. Quod quum illa fecisset, penes se servavit.

(7) Hercules Dryopum terram peragrans et cibi inopia laborans, Thiodamante cum plaustro duobus bobus juncto occurrente, alterum eorum solvit et deinde devoravit. [2]Ut vero Trachinem venit ad Ceycem, hospitio ab eo exceptus Dryopas debellavit.

Digitized by Google

[3] Αὖθις δὲ ἐκεῖθεν ὁρμηθεὶς, Αἰγιμίῳ βασιλεῖ Δωριέων συνεμάχησε. Λαπίθαι γὰρ περὶ γῆς ὅρων ἐπολέμουν αὐτῷ, Κορώνου στρατηγοῦντος. Ὁ δὲ, πολιορκούμενος, ἐπεκαλέσατο τὸν Ἡρακλέα βοηθὸν ἐπὶ μέρει τῆς γῆς. Βοηθήσας δὲ Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε Κόρωνον μετὰ καὶ ἄλλων, καὶ τὴν γῆν ἅπασαν παρέδωκεν ἐλευθέραν αὐτῷ.

[4] Ἀπέκτεινε δὲ καὶ Λαογόραν, μετὰ τῶν τέκνων, βασιλέα Δρυόπων, ἐν Ἀπόλλωνος τεμένει δαινύμενον, ὑβριστὴν ὄντα, καὶ Λαπιθῶν σύμμαχον. [5] Παριόντα δὲ Ἴτωνον εἰς μονομαχίαν προεκαλέσατο αὐτὸν Κύκνος Ἄρεος καὶ Πελοπίας. Συστὰς δὲ καὶ τοῦτον ἀπέκτεινεν. [6] Ὡς δὲ εἰς Ὀρμένιον ἦκεν, Ἀμύντωρ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς μεθ' ὅπλων οὐκ εἴα διέρχεσθαι. Κωλυόμενος δὲ παριέναι, καὶ τοῦτον ἀπέκτεινεν.

[7] Ἀφικόμενος δὲ εἰς Τραχῖνα, στρατείαν ἐπ' Οἰχαλίαν συνήθροιζεν, Εὔρυτον τιμωρήσασθαι θέλων. Συμμαχούντων δὲ αὐτῷ Ἀρκάδων καὶ Μηλιέων τῶν ἐκ Τραχῖνος, καὶ Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, κτείνας μετὰ τῶν παίδων Εὔρυτον, αἱρεῖ τὴν πόλιν. [8] Καὶ θάψας τῶν σὺν αὐτῷ στρασευσαμένων τοὺς ἀποθανόντας, Ἵππασόν τε τὸν Κήϋκος, καὶ Ἀργεῖον καὶ Μέλανα τοὺς Λικυμνίου παῖδας, καὶ λαφυραγωγήσας τὴν πόλιν, ἦγεν Ἰόλην αἰχμάλωτον. [9] Καὶ προσορμισθεὶς Κηναίῳ τῆς Εὐβοίας, ἐπ' ἀκρωτηρίῳ Διὸς Κηναίου βωμὸν ἱδρύσατο. [10] Μέλλων δὲ ἱερουργεῖν, εἰς Τραχῖνα (Λίχαν) τὸν κήρυκα ἔπεμψε, λαμπρὰν ἐσθῆτα οἴσοντα. Παρὰ δὲ τούτου τὰ περὶ τὴν Ἰόλην Δηϊάνειρα πυθομένη, καὶ δείσασα μὴ ἐκείνην μᾶλλον ἀγαπήσῃ, νομίσασα ταῖς ἀληθείαις φίλτρον εἶναι τὸ ῥυὲν αἷμα Νέσσου, τούτῳ τὸν χιτῶνα ἔχρισεν. Ἐνδὺς δὲ Ἡρακλῆς ἔθυεν. [11] Ὡς δὲ θερμανθέντος τοῦ χιτῶνος ὁ τῆς ὕδρας ἰὸς τὸν χρῶτα ἔσηπε, τὸν μὲν Λίχαν τοῖν ποδοῖν ἁράμενος, [ἀπὸ τῆς Βοιωτίας εἰς τὴν Εὐβοϊκὴν θάλασσαν] κατηκόντισεν, τὸν δὲ χιτῶνα ἀπέσπα προσπεφυκότα τῷ σώματι· συναπεσπῶντο δὲ αἱ σάρκες αὐτῷ. [12] Τοιαύτῃ δὲ συμφορᾷ κατασχεθεὶς, εἰς Τραχῖνα ἐπὶ νεὼς κομίζεται. Δηϊάνειρα δὲ αἰσθομένη τὸ γεγονὸς, ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. [13] Ἡρακλῆς δὲ ἐντειλάμενος Ὕλλῳ, ὃς ἐκ Δηϊανείρας ἦν αὐτῷ παῖς πρεσβύτερος, Ἰόλην ἀνδρωθέντα γῆμαι, παραγενόμενος εἰς Οἴτην ὄρος (ἔστι δὲ τοῦτο Τραχινίων), ἐκεῖ πυρὰν ποιήσας, ἐκέλευεν, ἐπιβάντος, ὑφάπτειν. [14] Μηδενὸς δὲ τοῦτο πράττειν ἐθέλοντος, Ποίας, παριὼν κατὰ ζήτησιν ποιμνίων, ὑφῆψε. Τούτῳ καὶ τὰ τόξα ἐδωρήσατο Ἡρακλῆς. [15] Καιομένης δὲ τῆς πυρᾶς, λέγεται νέφος ὑποστὰν μετὰ βροντῆς αὐτὸν εἰς οὐρανὸν ἀναπέμψαι. Ἐκεῖθεν δὲ τυχὼν ἀθανασίας, καὶ διαλλαγεὶς Ἥρᾳ, τὴν ἐκείνης θυγατέρα Ἥβην ἔγημεν, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες Ἀλεξιάρης καὶ Ἀνίκητος ἐγένοντο.

(8) Ἦσαν δὲ παῖδες αὐτῷ, ἐκ μὲν τῶν Θεσπίου θυγατέρων, Πρόκριδος μὲν, Ἀντιλέων καὶ Ἱππεύς· ἡ πρεσβυτάτη γὰρ διδύμους ἐγέννησε. Πανόπτης δὲ Θρεψίππας· Λύσης, Εὐμήδης· * Κρέων· [2] Ἐπιλαΐδος,

[3] Hinc rursus profectus Ægimio Doriensium regi belli socius fuit. Lapithæ enim de terræ finibus cum eo belligerabant duce Corono. Ille vero obsidione pressus Herculem, promissa regni parte, auxilio advocavit. Opitulatus igitur Hercules Coronum cum aliis interemit, atque terram universam liberam Ægimio restituit.

[4] Laogoram quoque, Dryopum regem, in Apollinis luco epulantem, ut virum insolentem et Lapitharum socium, cum filiis occidit. [5] Deinde per Itonum iter facientem in singulare certamen provocavit Cycnus, Martis filius et Pelopiæ. Congressus igitur hunc quoque interfecit. [6] Ut autem Ormenium venit, rex Amyntor cum armis eum transire vetuit. Quum ita a transitu prohiberetur, hunc quoque occidit.

[7] Quum Trachinem venisset, ut in Eurytum animadverteret, contra Œchaliam collegit exercitum. Igitur accitis sociis Arcadibus et ex Trachine Meliensibus, nec non Locris Epicnemidiis, interfecto una cum filiis Euryto, urbem expugnavit. [8] Sepultis deinde commilitonibus, qui in pugna perierant, Hippaso Ceycis, et Argio et Melane Licymnii filiis, ac direpta urbe, Iolen captivam abduxit, [9] et in Cenæum Eubœæ promontorium appulsus, Jovis Cenæi aram consecravit. [10] Sacra vero paraturus Trachinem misit Licham præconem, qui splendidam sibi vestem afferret. A quo ubi quæ de Iole acciderant Deianira percepit, veritа ne illam magis amaret, effuso Nessi sanguine, quod verum esse philtrum arbitrabatur, tunicam perunxit. Qua indutus Hercules sacrificavit. [11] Sed quum tunica incaluisset, hydræ venenum cutem putrefecit. Tum Licham pedibus correptum (a Bœotia in Euboicum mare) jaculatus est; tunicam vero, quæ corpori inhærescebat, detrahens carnes simul avulsit. [12] Tanta igitur calamitate Hercules laborans, nave vehitur Trachinem. Deianira, re comperta, suspendio vitam finivit. [13] Hercules, postquam Hyllo, ex Deianira filiorum natu maximo, commendaverat, ut, ubi ad virilem ætatem pervenisset, Iolen uxorem duceret, in Œtam Trachiniorum montem profectus, constructo ibi rogo, ubi conscendisset eum, ignem subjici jussit. [14] Quod quum facere nemo vellet, Pœas, qui amissas greges quærens præteribat, ignem subjecit. Quem propterea Hercules arcu donavit. [15] Ardente autem pyra, nubes subiens cum tonitru eum in cœlum sustulisse dicitur. Inde immortalitatem adeptus et reconciliatus cum Junone, Heben filiam ejus duxit, ex qua Alexiarem et Anicetum filios suscepit.

(8) Erant vero ei filii ex Thespii filiabus hi: e Procride Antileon et Hippeus; ea enim natu maxima geminos pepererat; ex Panope Threpsippas, e Lyse Eumedes, ex * Creon, [2] ex Epilaide Astyanax, e Certhe Iobes, ex Eurybia

Digitized by Google

Ἀστυάναξ· Κέρθης δὲ, Ἰόβης· Εὐρυβίας, Πολύλαος· Πατροῦς, Ἀρχέμαχος· Μελίνης, Λαομέδων, Κλυτίππης, Εὐρύκαπυς· Εὐρύπυλος, Εὐβώτης· Ἀγλαΐης, Ἀντιάδης· [3]Ὀνήσιππος, Χρυσηΐδος· Ὀρείης, Λανομένης (Λαομένης?)· Τέλης, Λυσιδίκης· Ἐντεδίδης, Μενιππίδης· Ἀνθίππης, Ἱππόδρομος· Τελευταγόρας, Εὐρύκης· Πύλος (Πύλης?), [7]Ἵππωτος (Ἱππότας?)· [4]Εὐβοίας, Ὄλυμπος· Νίκης, Νικόδρομος· Ἀργέλης, Κλεόλαος· Ἐξόλης, Ἐρύθρας· Ξανθίδος, Ὁμόλιππος· Στρατονίκης, Ἄτρομος· Κελευστάνωρ, Ἰφιδος· Λαοθόης, Ἀντίδος· Ἀντιόπης, Ἀλόπιος· [5]Ἀστυβίης, Κλαμήτιδος (Καλαμήτιδος?)· Φυληΐδος, Τίγασις· Αἰσχρηΐδος, Λευκώνης· Ἀνθείας**· Εὐρυπύλης, Ἀρχέδικος· Δυνάστης, Ἔρατος (Ἐρατοῦς?)· Ἀσωπίδης, Μέντωρ· Ἠώνης, Ἀμήστριος· Τιφύσης, Λυγκεὺς· Ἁλοκράτης, Ὀλυμπούσης· [6]Ἑλικωνίδος, Φαλίας· Ἡσυχείης, Οἰστρέβλης· Τερψικράτης, Εὐρύωψ· Ἐλευχείας, Βουλεύς· Ἀντίμαχος, Νικίππης· Πάτροκλος, Ηυρίππης· [7]Νῆφος, Πραξιθέας· Λυσίππης, Ἐράσιππος· Λυκοῦργος**· Λύκιος, Τοξικράτης· Βουκόλος, Μάρσης· Λεύκιππος, Εὐρυτέλης· Ἱπποκράτης, Ἱππόζυγος. Οὗτοι μὲν ἐκ τῶν Θεσπίου θυγατέρων. [8]Ἐκ δὲ τῶν ἄλλων, Δηϊανείρας μὲν τῆς Οἰνέως, [9]Ὕλλος, Κτήσιππος, Γληνὸς, Ὀνείτης. [9]Ἐκ Μεγάρας δὲ τῆς Κρέοντος, Θηρίμαχος, Δηϊκόων, Κρεοντιάδης, Δηΐων. [10]Ἐξ Ὀμφάλης δὲ, Ἀγέλαος· ὅθεν καὶ τὸ Κροίσου γένος· [11]Χαλκιόπης τῆς Εὐρυπύλου, Θετταλός· Ἐπικάστης τῆς Αὐγέου, Θεστάλος· Παρθενόπης τῆς Στυμφάλου, Εὐήρης· [12]Αὔγης τῆς Ἀλεοῦ, Τήλεφος· Ἀστυόχης τῆς Φύλαντος, Τληπόλεμος· Ἀστυδαμείας τῆς Ἀμύντορος, Κτήσιππος· Αὐτονόης τῆς Πειρέως, Παλαίμων.

Polylaus, e Patro Archemachus, e Meline Laomedon, e Clytippe Eurycapys, Eurypylus ex Eubote, ex Aglaia Antiades, [3]Onesippus e Chryseide, ex Orea Lanomenes (Laomenes?), Teles e Lysidice, ex Entedide Menippides, ex Anthippe Hippodromus, Teleutagoras ex Euryce, Pylus ex Hippote (ex Pyle Hippotas?), [4]ex Eubœa Olympus, e Nice Nicodromus, ex Argela Cleolaus, ex Exole Erythras, e Xanthide Homolippus, e Stratonice Atromus, Celeustanor ex Iphide, Laothoes ex Antide, (ex Laothoe Antiphus?) ex Antiope Alopius, [5]Astybies e Calametide, e Phyleide Tigasis, ex Æschreide Leucones, ex Anthea **, ex Eurypyle Archedicus, e Dynaste Eratus (Dynastes ex Erato?), ex Asopide Mentor, ex Eone Amestrius, e Tiphyse Lynceus, Halocrates ex Olympusa, [6]ex Heliconide Phalias, ex Hesychia Œstrebles, e Terpsicrate Euryops, ex Eleuchea Buleus, Antimachus e Nicippe, Patroclus e Pyrippe, [7]Nephus e Praxithea, e Lysippe Erasippus, ex ** Lycurgus, Lycius ex Toxicrate, Bucolus e Marse, Leucippus ex Eurytele, ex Hippocrate Hippozygus. Hi sunt ex Thespiadibus orti; [8]ex aliis vero sequentes: ex Deianira, Œnei filia, Hyllus, Ctesippus, Glenus, Onites. [9]E Megara, Creontis filia, Therimachus, Deicoon, Creontiades, Deion. [10]Ex Omphale Agelaus, unde etiam Crœsi genus; [11]ex Chalciope, Eurypyli, Thessalus; ex Epicaste, Augeæ, Thestalus; ex Parthenope, Stymphali, Everes; [12]ex Auge, Alei, Telephus; ex Astyoche, Phylantis, Tlepolemus; ex Astydamia, Amyntoris, Ctesippus; ex Autonoe, Pirei, Palæmon.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

(1) Μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεοὺς, οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα, πρὸς Κήϋκα παρεγένοντο. Ὡς δὲ, ἐκείνους ἐκδιδόναι λέγοντος Εὐρυσθέως, καὶ πόλεμον ἀπειλοῦντος, ἐδεδοίκεσαν, Τραχῖνα καταλιπόντες, διὰ τῆς Ἑλλάδος ἔφυγον. [2]Διωκόμενοι δὲ, ἦλθον εἰς Ἀθήνας, καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν, ἠξίουν βοηθεῖσθαι. [3]Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἐκδιδόντες αὐτοὺς, πρὸς τὸν Εὐρυσθέα πόλεμον ὑπέστησαν. Καὶ τοὺς μὲν παῖδας αὐτοῦ Ἀλέξανδρον, Ἰφιμέδοντα, Εὐρύβιον, Μέντορα, Περιμήδην, ἀπέκτειναν· [4]αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα φεύγοντα ἐφ' ἅρματος, καὶ πέτρας ἤδη παριππεύοντα Σκειρωνίδας, κτείνει διώξας [5]Ὕλλος. Καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, Ἀλκμήνῃ δίδωσιν· ἡ δὲ κερκίσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτοῦ.

(2) Ἀπολομένου δὲ Εὐρυσθέως ἐπὶ Πελοπόννησον ἦλθον οἱ Ἡρακλεῖδαι, καὶ πάσας εἷλον τὰς πόλεις. [2*]Ἐνιαυτοῦ δὲ αὐτοῖς ἐν τῇ καθόδῳ γενομένης φθορᾶς, πᾶσαν Πελοπόννησον κατέσχε. Καὶ ταύτην γενέσθαι χρησμὸς διὰ τοὺς Ἡρακλείδας ἐδήλου· πρὸ γὰρ τοῦ

CAPUT VIII.

(1) Relato inter deos Hercule, filii ejus Eurystheum fugientes ad Ceycem se receperunt. Eurystheo autem eos repetente ac bellum minitante, metuentes, relicta Trachine per Græciam fugerunt; [2]et dum Eurystheus eos persequebatur, concesserunt Athenas, ubi considentes ad aram Misericordiæ opem implorabant. [3]Athenienses vero non dediderunt eos, sed adversus Eurystheum bellum sustinuerunt, atque filios ejus Alexandrum, Iphimedontem, Eurybium, Mentorem, Perimeden necarunt; [4]ipsum denique Eurystheum in curru fugientem, quum jam petras Scironides præterveheretur, insecutus Hyllus interfecit, et recisum ejus caput Alcmenæ dedit, quæ illi radiis textoriis oculos effodit.

(2) Itaque interfecto Eurystheo in Peloponnesum Heraclidæ rediere omnesque urbes expugnarunt. [2*]Quoniam autem intra annum quo redierant, universam Peloponnesum pestis invaserat, eamque accidisse oraculum dixerat, quod Heraclidæ prius, quam fas esset, rediissent: relicta rursus

Digitized by Google

δέοντος αὐτοὺς κατελθεῖν. Ὅθεν ἀπολιπόντες Πελοπόννησον, ἀνεχώρησαν εἰς Μαραθῶνα, κἀκεῖ κατῴκουν. [3] Τληπόλεμος οὖν, κτείνας οὐχ ἑκὼν Λικύμνιον (τῇ βακτηρίᾳ γὰρ αὐτοῦ θεραπεύοντα πλήσσοντος ὑπέδραμε), πρὶν ἐξελθεῖν αὐτὸν (αὐτοὺς?) ἐκ Πελοποννήσου· φεύγων οὖν μετ' οὐκ ὀλίγων, ἦκεν εἰς Ῥόδον, κἀκεῖ κατῴκει.

[4] Ὕλλος δὲ τὴν μὲν Ἰόλην κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐντολὴν ἔγημε· τὴν δὲ κάθοδον ἐζήτει τοῖς Ἡρακλείδαις κατεργάσασθαι. Διὸ παραγενόμενος εἰς Δελφούς, ἐπυνθάνετο, πῶς ἂν κατέλθοιεν. Ὁ δὲ θεὸς ἔφησε, περιμείναντας τὸν τρίτον καρπὸν κατέρχεσθαι. [5] Νομίσας δὲ Ὕλλος τρίτον καρπὸν λέγεσθαι τὴν τριετίαν, τοσοῦτον περιμείνας χρόνον σὺν τῷ στρατῷ κατῆει **** τοῦ Ἡρακλέους ἐπὶ Πελοπόννησον, Τισαμενοῦ τοῦ Ὀρέστου βασιλεύοντος Πελοποννησίων. Καὶ γενομένης πάλιν μάχης, νικῶσι Πελοποννήσιοι, καὶ Ἀριστόμαχος θνήσκει.

[6] Ἐπεὶ δὲ ἠνδρώθησαν οἱ [Κλεολάου] παῖδες, ἐχρῶντο περὶ καθόδου. Τοῦ θεοῦ δὲ εἰπόντος, ὅ τι καὶ τὸ πρότερον, Τήμενος ᾐτιᾶτο λέγων, τούτῳ πεισθέντα ἀτυχῆσαι. [7] Ὁ δὲ θεὸς ἀνεῖπε, τῶν ἀτυχημάτων αὐτοὺς αἰτίους εἶναι· τοὺς γὰρ χρησμοὺς οὐ συμβάλλειν· λέγειν γὰρ οὐ γῆς, ἀλλὰ γενεᾶς καρπὸν τρίτον, καὶ στενυγρὰν τὴν εὐρυγάστορα, δεξιὰν κατὰ τὸν τὸν Ἰσθμὸν ἔχοντα τὴν θάλασσαν. [8] Ταῦτα Τήμενος ἀκούσας, ἡτοίμαζε τὸν στρατὸν, καὶ νεῶς ἐπήξατο τῆς Λοκρίδος ἔνθα νῦν ἀπ' ἐκείνου ὁ τόπος Ναύπακτος λέγεται. [9] Ἐκεῖ δὲ ὄντος τοῦ στρατεύματος, Ἀριστόδημος κεραυνωθεὶς ἀπέθανε, παῖδας καταλιπὼν ἐξ Ἀργείας τῆς Αὐτεσίωνος διδύμους, Εὐρυσθένη καὶ Πρόκλεα. (3) Συνέβη δὲ καὶ τὸν στρατὸν ἐν Ναυπάκτῳ συμφορᾷ περιπεσεῖν. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς μάντις χρησμοὺς λέγων καὶ ἐνθεάζων, ὃν ἐνόμισαν μάγον εἶναι, ἐπὶ λύμῃ τοῦ στρατοῦ πρὸς Πελοποννησίων ἀπεσταλμένον. [2] Τοῦτον βαλὼν ἀκοντίῳ Ἱππότης, ὁ Φύλαντος τοῦ Ἀντίοχου τοῦ Ἡρακλέους, τυχὼν ἀπέκτεινεν. Οὕτω δὲ γενομένου τούτου, τὸ μὲν ναυτικὸν, διαφθαρεισῶν τῶν νεῶν, ἀπώλετο· τὸ δὲ πεζὸν ἠτύχησε λιμῷ, καὶ διελύθη τὸ στράτευμα. [3] Χρωμένου δὲ περὶ τῆς συμφορᾶς Τημένου, καὶ τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ μάντεως γενέσθαι ταῦτα λέγοντος, καὶ κελεύοντος φυγαδεῦσαι δέκα ἔτη τὸν ἀνελόντα, καὶ χρήσασθαι ἡγεμόνι τῷ τριοφθάλμῳ, τὸν μὲν Ἱππότην ἐφυγάδευσαν, τὸν δὲ τριόφθαλμον ἐζήτουν. [4] Καὶ περιτυγχάνουσιν Ὀξύλῳ τῷ Ἀνδραίμονος, ἐφ' ἵππου καθημένῳ μονοφθάλμῳ· τὸν γὰρ ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἐκκέκοπτο τόξῳ· ἐπὶ φόνῳ γὰρ οὗτος φυγὼν εἰς Ἦλιν, [καὶ] ἐκεῖθεν εἰς Αἰτωλίαν, ἐνιαυτοῦ [δὲ] διελθόντος, ἐπανήρχετο. [5] Συμβαλόντες οὖν τὸν χρησμὸν, τοῦτον ἡγεμόνα ποιοῦνται. Καὶ συμβαλόντες τοῖς πολεμίοις, καὶ τῷ πεζῷ καὶ τῷ ναυτικῷ προτεροῦσι στρατῷ, καὶ Τισαμενὸν κτείνουσι τὸν Ὀρέστου. Θνήσκουσι δὲ συμμαχοῦντες αὐτοῖς οἱ Λιγμίου παῖδες, Πάμφυλος καὶ Δύμας.

Peloponneso, Marathonem recesserunt ibique habitarunt. [2] Ante vero quam ex Peloponneso recessissent, Tlepolemus Licymnium imprudens occidit. (Nam quum Tlepolemus servum baculo percutere vellet, Licymnius interveniens vulnus recepit.) Exulans igitur cum haud exigua manu Rhodum venit, ibique sedem sibi constituit.

[4] Hyllus ex patris imperio Iolen duxit atque Heraclidarum reditum studebat efficere. Quare Delphos profectus sciscitatus est, quanam ratione reverti possent. Cui deus respondit, si tertium fructum exspectarent, redituros esse. [5] Hyllus tertium fructum triennium dici arbitratus, id temporis quum exspectasset, cum exercitu rediit. *(*Desunt plura.*) ** Herculis in Peloponnesum, regnante ibi Tisameno filio Orestis. Ac nova pugna commissa vincunt Peloponnesii et Aristomachus occumbit.

[6] Ubi vero Aristomachi filii ad virilem ætatem pervenerant, de reditu oraculum consuluerunt. Deo idem quod antea respondente, Temenus expostulavit, huic se fidem habentes rem gessisse infeliciter. [7] Contra deus respondit ipsos calamitatum suarum auctores fuisse, quod oracula non recte intellexissent. Non enim terræ se, sed generationis tertium fructum indicare, et angustias latioris alvei mare significare, quod a dextra esset per Isthmum ingredienti Peloponnesum. [8] Quæ quum audiisset Temenus, exercitum paravit et naves compegit in Locridis loco, qui nunc ab hac re Naupactus vocatur. [9] Dum ibi exercitus esset, Aristodemus, relictis ex Argia Autesionis filia geminis, Eurysthene et Procle, fulmine ictus occubuit. (3) Accidit vero ut etiam exercitus, qui Naupacti erat, in magnam calamitatem incideret. Illis enim apparuit vates oracula fundens et numine plenus, quem magum esse putabant in exercitus perniciem a Peloponnesiis delegatum. [2] Hunc Hippotes Phylantis, Antiochi, Herculis, jaculo percussum interfecit. Quo facto, classis disjectis navibus interiit, ac pedestres copiæ fame consumtæ, totusque exercitus dissolutus est. [3] Temeno de calamitate oraculum sciscitante, deus propter vatis cædem hoc accidisse respondit, jussitque per decennium interfectorem exulare, ipsi autem trioculo duce uterentur. Quare Hippoten exilio multarunt; quærentes vero trioculum, [4] obviam fiunt Oxylo, Andræmonis, equum insidenti unoculum, nam alter ei oculorum sagitta excussus erat. Is cædis patratæ caussa in Elidem exulatum abierat, jam vero, anno circumacto, in Ætoliam revertebatur. [5] Hunc igitur ab oracula significari arbitrantes exercitusd ucem constituunt. Atque cum hostibus pugna congressi terra marique superiores discedunt, et Tisamenum Orestis filium interficiunt. Occumbunt autem ex sociis eorum Ægimii filii Pamphylus et Dymas.

Digitized by Google

(4) Ἐπειδὴ ἐκράτησαν Πελοποννήσου, τρεῖς ἱδρύσαντο βωμοὺς πατρῴου Διὸς, καὶ ἐπὶ τούτων ἔθυσαν, καὶ ἐκληροῦντο τὰς πόλεις. Πρώτη μὲν οὖν λῆξις, Ἄργος· δευτέρα Λακεδαίμων, τρίτη δὲ Μεσσήνη. Κομισάντων δὲ ὑδρίαν ὕδατος, ἔδοξε ψῆφον βαλεῖν ἕκαστον. [2] Τήμενος οὖν καὶ οἱ Ἀριστοδήμου παῖδες, Προκλῆς καὶ Εὐρυσθένης, ἔβαλον λίθους· Κρεσφόντης δὲ, βουλόμενος Μεσσήνην λαχεῖν, γῆς ἐνέβαλε βῶλον. Ταύτης δὲ διαλυθείσης, ἔδει τοὺς δύο κλήρους ἀναφανῆναι. [3] Ἐλυσθείσης δὲ πρώτης μὲν τῆς Τημένου, δευτέρας δὲ τῆς τῶν Ἀριστοδήμου παίδων, Μεσσήνην ἔλαβε Κρεσφόντης. (5) Ἐπὶ δὲ τοῖς βωμοῖς, οἷς ἔθυσαν, εὗρον σημεῖα κείμενα, οἱ μὲν λαχόντες Ἄργος, [ἐπὶ τὸν ἴδιον,] φρῦνον· οἱ δὲ Λακεδαίμονα λαχόντες, δράκοντα· οἱ δὲ Μεσσήνην, ἀλώπεκα. [2] Περὶ δὲ τῶν σημείων ἔλεγον οἱ μάντεις, τοῖς μὲν τὸν φρύνον καταλαβοῦσιν ἐπὶ τῆς πόλεως μένειν ἄμεινον· μὴ γὰρ ἔχειν ἀλκὴν πορευόμενον τὸ θηρίον· τοὺς δὲ δράκοντα καταλαβόντας, δεινοὺς ἐπιόντας ἔλεγον ἔσεσθαι· τοὺς δὲ τὴν ἀλώπεκα, δολίους.

[3] Τήμενος μὲν οὖν, παραπεμπόμενος τοὺς παῖδας Ἀγέλαον καὶ Εὐρύπυλον καὶ Καλλίαν, τῇ θυγατρὶ προσανεῖχεν Ὑρνηθοῖ, καὶ τῷ ταύτης ἀνδρὶ Δηϊφόντῃ· [4] ὅθεν οἱ παῖδες πείθουσι Τιτᾶνας (τινὰς vel Τιτανίους?) ἐπὶ μισθῷ τὸν πατέρα αὐτῶν φονεῦσαι. Γενομένου δὲ τοῦ φόνου, τὴν βασιλείαν ὁ στρατὸς ἔχειν ἐδικαίωσεν Ὑρνηθοῖ καὶ Δηϊφόντῃ. [5] Κρεσφόντης δὲ οὐ πολὺν Μεσσήνης βασιλεύσας χρόνον, μετὰ δύο παίδων φονευθεὶς ἀπέθανε. [6] Πολυφόντης δὲ ἐβασίλευσεν, αὐτῶν τῶν Ἡρακλειδῶν ὑπάρχων· καὶ τὴν τοῦ φονευθέντος γυναῖκα ἄκουσαν Μερόπην ἔλαβεν. Ἀνῃρέθη δὲ καὶ οὗτος. [7] Τρίτον γὰρ ἔχουσα παῖδα Μερόπη καλούμενον Αἴπυτον, ἔδωκε τῷ ἑαυτῆς πατρὶ τρέφειν. Οὗτος ἀνδρωθεὶς καὶ κρύφα κατελθὼν, ἔκτεινε Πολυφόντην καὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀπέλαβεν.

ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

(1) Ἐπεὶ δὲ τὸ Ἰνάχειον διερχόμενοι γένος, τοὺς ἀπὸ Βήλου μέχρι τῶν Ἡρακλειδῶν δεδηλώκαμεν, ἐχομένως λέγωμεν καὶ τὰ περὶ Ἀγήνορος. [2] Ὡς γὰρ ἡμῖν λέλεκται, δύο Λιβύη ἐγέννησε παῖδας ἐκ Ποσειδῶνος, Βῆλον καὶ Ἀγήνορα. [3] Βῆλος μὲν οὖν βασιλεύων Αἰγυπτίων τοὺς προειρημένους ἐγέννησεν· Ἀγήνωρ δὲ [παραγενόμενος εἰς τὴν Εὐρώπην,] γαμεῖ Τηλέφασσαν καὶ τεκνοῖ θυγατέρα μὲν Εὐρώπην, παῖδας δὲ Κάδμον καὶ Φοίνικα καὶ Κίλικα. Τινὲς δὲ Εὐρώπην οὐκ Ἀγήνορος ἀλλὰ Φοίνικος λέγουσι. [4] Ταύτης Ζεὺς ἐρασθείς, [πίπτει διὰ τῆς θαλάσσης Ῥόδου ἀποπλέων (ῥόδου vel κρόκου ἀποπνέων?)] ταῦρος, [ὃς] χειροήθης γενόμενος, ἐπιβιβασθεῖσαν διὰ τῆς θαλάσσης ἐκόμισεν εἰς Κρήτην. [5] Ἡ δὲ, ἐκεῖ συνευνασθέντος αὐτῇ Διὸς, ἐγέννησε Μίνωα,

(4) Postquam itaque Peloponneso potiti erant, tres consecrarunt aras Jovi patrio, in iisque sacra fecerunt et urbes sortiti sunt. Prima igitur sors Argos, altera Lacedæmon, tertia Messene. Allata deinde urna aquæ plena, placuit ut in eam sortem quisque conjiceret. [2] Tum Temenus et Aristodemi filii, Procles et Eurysthenes lapides, injecerunt, Cresphontes autem Messenen sortito habere volens, terræ glebam injecit. Qua dissoluta priores duas sortes ante prodire necesse erat. [3] Itaque quum prima sors educeretur Temeni, secunda filiorum Aristodemi, Messenen obtinuit Cresphontes. (5) Porro in aris, in quibus sacrificaverant, hæc invenere signa: quibus Argos obtigerat, rubetam; quibus Lacedæmon, serpentem; quibus Messene, vulpem. [2] De quibus signis vates dixerunt: qui rubetam nacti essent, eos consultius manere in urbe, istud enim animal in itinere nullas vires habere; qui vero serpentem reperissent, formidabiles fore, si aggrederentur; qui denique vulpem accepissent, astutos fore.

[3] Temenus igitur posthabitis Agelao, Eurypylo et Callia filiis, omni studio ferebatur in Hyrnetho filiam inque hujus maritum Deiphontem. [4] Quare filii viros quosdam ad patrem interimendum mercede inducunt. Commissa igitur cæde, regnum exercitus adjudicavit Hyrnetho et Deiphontæ. [5] Cresphontes autem non ita multo post susceptum Messenes imperium duobus cum filiis occisus est. [6] Regno deinde potitus est Polyphontes, qui et ipse ex Heraclidis erat, atque interfecti regis uxorem Meropen invitam sumsit in matrimonium. At hic quoque e medio sublatus est. [7] Nam quum tertium Merope filium Æpytum nomine haberet, eum suo ipsius patri educandum tradiderat. Qui adulta ætate in patriam clam reversus Polyphontem peremit et paternum regnum recuperavit.

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

(1) Postquam Inachi genus exponentes Beli progeniem usque ad Heraclidas explicavimus, Agenoris quoque posteritatem deinceps enarremus. [2] Libya enim, sicut antea diximus, duos Neptuno peperit filios, Belum et Agenorem. [3] Et Belus quidem, rex Ægyptiorum, filios habuit de quibus in antecedentibus locuti sumus; Agenor autem (in Europam profectus) uxorem ducit Telephassam, ex qua filiam tollit Europam, filios vero Cadmum, Phœnicem, Cilicem. Sunt tamen qui Europam non Agenoris esse, sed Phœnicis filiam dicant. [4] Hujus amore captus Jupiter in taurum commutatus (a Rhodo profectus per mare trajecit in Phœniciam, ubi in litore humi procubuit (?).) Atque quum mitem se præberet, puellam in dorsum suscepit eamque per mare transtulit in Cretam. [5] Hic illa cum Jove congressa Minoem peperit et Sarpedonem et Rhadamanthum.

Digitized by Google

Σαρπηδόνα, Ῥαδάμανθυν. Καθ' Ὅμηρον δὲ Σαρπηδὼν ἐκ Διὸς καὶ Λαοδαμείας τῆς Βελλεροφόντου. [6] Ἀφανοῦς δὲ Εὐρώπης γενομένης, ὁ πατὴρ αὐτῆς Ἀγήνωρ ἐπὶ ζήτησιν ἐξέπεμψε τοὺς παῖδας, εἰπὼν μὴ πρότερον ἀναστρέφειν πρὶν ἂν ἐξεύρωσιν Εὐρώπην. [7] Συνεξῆλθε δὲ ἐπὶ τὴν ζήτησιν αὐτῆς Τηλέφασσα ἡ μήτηρ, καὶ Θάσος ὁ Ποσειδῶνος· ὡς δὲ Φερεκύδης φησί, Κίλικος. [8] Ὡς δὲ πᾶσαν ποιούμενοι ζήτησιν εὑρεῖν ἦσαν Εὐρώπην ἀδύνατοι, τὴν εἰς οἶκον ἀνακομιδὴν ἀπογνόντες, ἄλλος ἀλλαχοῦ κατῴκισαν, Φοῖνιξ μὲν Φοινίκην, Κίλιξ δὲ, Φοινίκης πλησίον, καὶ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἑαυτοῦ κειμένην χώραν, ποταμῷ σύνεγγυς Πυράμῳ, Κιλικίαν ἐκάλεσε· Κάδμος δὲ καὶ Τηλέφασσα ἐν Θράκῃ κατῴκησαν. Ὁμοίως δὲ καὶ Θάσος ἐν Θράκῃ κτίσας πόλιν, Θάσον, κατῴκησεν.

(2) Εὐρώπην δὲ γήμας Ἀστερίων ὁ Κρητῶν δυνάστης, τοὺς ἐκ ταύτης παῖδας ἔτρεφεν. [2] Οἱ δὲ, ὡς ἐτελειώθησαν, πρὸς ἀλλήλους ἐστασίασαν· ἴσχουσι γὰρ ἔρωτα παιδὸς, ὃς ἐκαλεῖτο Μίλητος· Ἀπόλλωνος δὲ ἦν καὶ Ἀρείας τῆς Κλεόχου. Τοῦ δὲ παιδὸς πρὸς Σαρπηδόνα μᾶλλον οἰκείως ἐχόντος, πολεμήσας Μίνως ἐπροτέρησεν. [3] Οἱ δὲ φεύγουσι, καὶ Μίλητος μὲν, Καρίᾳ προσσχὼν, ἐκεῖ πόλιν ἀφ' ἑαυτοῦ ἔκτισε Μίλητον· Σαρπηδὼν δὲ, συμμαχήσας Κίλικι, πρὸς Λυκίους ἔχοντι πόλεμον, ἐπὶ μέρει τῆς χώρας, Λυκίας ἐβασίλευσε. [4] Καὶ αὐτῷ δίδωσι Ζεὺς ἐπὶ τρεῖς γενεὰς ζῆν. Ἔνιοι δὲ αὐτὸν ἐρασθῆναι λέγουσιν Ἀτυμνίου, τοῦ Διὸς καὶ Κασσιεπείας, καὶ διὰ τοῦτον στασιάσαι. [5] Ῥαδάμανθυς δὲ, τοῖς νησιώταις νομοθετῶν, αὖθις φυγὼν εἰς Βοιωτίαν, Ἀλκμήνην γαμεῖ. Καὶ μεταλλάξας, ἐν Ἅιδου μετὰ Μίνωος δικάζει. [6] Μίνως δὲ, Κρήτην κατοικῶν, ἔγραψε νόμους. Καὶ γήμας Πασιφάην τὴν Ἡλίου καὶ Περσηΐδος, ὡς δὲ Ἀσκληπιάδης φησὶ, Κρήτην τὴν Ἀστερίου θυγατέρα, παῖδας μὲν ἐτέκνωσε, Κατρέα, Δευκαλίωνα, Γλαῦκον, Ἀνδρόγεων· θυγατέρας δὲ Ἀκάλλην, Ξενοδίκην, Ἀριάδνην, Φαίδραν. Ἐκ Παρείας δὲ Νύμφης Εὐρυμέδοντα, Νηφαλίωνα, Χρύσην, Φιλόλαον· ἐκ δὲ Δεξιθέας, Εὐξάνθιον.

(3) Ἀστερίωνος δὲ ἄπαιδος ἀποθανόντος, Μίνως βασιλεύειν θέλων Κρήτης ἐκωλύετο. Φήσας δὲ παρὰ θεῶν τὴν βασιλείαν εἰληφέναι, χάριν τοῦ πιστευθῆναι, ἔφη, ὅ τι ἂν εὔξηται, γενέσθαι. [2] Καὶ Ποσειδῶνι θύων, ηὔξατο ταῦρον ἀναφανῆναι ἐκ τῶν βυθῶν, ὑποσχόμενος καταθύσειν τὸν φανέντα. Τοῦ δὲ Ποσειδῶνος ταῦρον ἀνέντος αὐτῷ διαπρεπῆ, τὴν βασιλείαν παρέλαβε. Τὸν δὲ ταῦρον εἰς τὰ βουκόλια πέμψας, ἔθυσεν ἕτερον. Θαλασσοκρατήσας δὲ πρῶτος πασῶν τῶν νήσων σχεδὸν ὑπῆρξεν. (4) Ὀργισθεὶς δὲ αὐτῷ Ποσειδῶν, ὅτι μὴ κατέθυσε τὸν ταῦρον, τοῦτον μὲν ἐξηγρίωσε, Πασιφάην δὲ ἐλθεῖν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοῦ παρεσκεύασεν. [2] Ἡ δὲ, ἐρασθεῖσα τοῦ ταύρου, συνεργὸν λαμβάνει Δαίδαλον, ὃς ἦν ἀρχιτέκτων, πεφευγὼς ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ φόνῳ. Οὗτος ξυλίνην βοῦν ἐπὶ τροχῶν κατασκευάσας, καὶ ταύτην λαβὼν καὶ κοιλάνας ἔσωθεν, ἐκδείρας τε

At Homeri testimonio Sarpedon ex Jove et Laodamia Bellerophontis filia natus est. [6] Quum vero Europa nusquam appareret, Agenor pater ad eam quærendam misit filios, ne ante redirent jubens quam sororem invenissent. [7] Cum his simul ad filiam investigandam profecta est Telephassa mater et Thasus Neptuno natus vel, ut Pherecydes ait, Cilice. [8] Verum quum omnibus pervestigatis Europam nusquam possent reperire, desperato ad suos reditu, alius alio commigrarunt. Et Phœnix quidem nomen dedit Phœniciæ, Cilix vero omnem quam Phœniciæ finitimam ad Pyramum fluvium regionem subjecit, nominavit Ciliciam. Cadmus et Telephassa in Thracia consederunt. Item etiam Thasus ad Thraciam Thaso urbe condita sedem sibi constituit.

(2) Europam vero in matrimonium duxit rex Cretensium Asterion, ejusque ex Jove liberos educavit. [2] Qui quum ad virilem pervenissent ætatem, mutuam inter se discordiam exercuerunt. Deperibant enim puerum quendam Miletum, Apollini natum ex Aria Cleochi filia. Hic quum in Sarpedonis benevolentiam et amorem magis inclinaret, conflato inter fratres bello, Minos superior discessit. [3] Illi in fugam sese converterunt, ac Miletus quidem in Cariam appulsus, ibi urbem condidit ab ipso Miletum nominatam. Verum Sarpedon Cilici adversus Lycios bellum gerenti, pacta mercedis loco regionis parte, opitulatus in Lycia regnum sibi comparavit. [4] Eidem Jupiter ad tres ætates vitam concessit. Sunt etiam qui illum Atymnii, Jovis ex Cassiopea filii, amore inflammatum et propter hunc inter fratres dissidium ortum esse tradant. [5] Rhadamanthus autem legibus insulanis latis secundo fugiens in Bœotiam sese contulit, ubi Alcmenam duxit uxorem. Demum vita defunctus cum Minoe judex sedet apud inferos. [6] At Minos, in Creta habitans, Cretensibus leges tulit et ducta Pasiphae Solis ac Perseidis, sive, ut Asclepiades ait, Creta Asterii, filios genuit Catreum, Deucalionem, Glaucum, Androgeum; filias vero Acallen, Xenodicen, Ariadnen, Phædram. Porro ex Paria nympha Eurymedontem, Nephalionem, Chrysen, Philolaum; ex Dexithea denique Euxanthium.

(3) Postquam Asterion nullis relictis liberis e vita decesserat, Minos quominus Cretæ regnum susciperet prohibebatur. Sed regnum a diis sibi destinatum esse professus, ut fidem rei faceret, pronuntiat eventurum esse quodcunque a diis expetiverit. [2] Instituto igitur sacro, ad Neptunum preces facit, ut taurum ex profundo emitteret, oblatumque immolaturum se pollicetur. A Neptuno itaque tauro eximiæ formæ emisso, regnum accepit. Sed bovem illum ad armenta deduci jubet, ejusque loco mactat alium. Idem primus maris imperio potitus omnibus fere insulis præfuit. (4) At iratus illi Neptunus, quod taurum illum non immolasset, huic furorem injecit et Pasiphaen ejus desiderio incendit. [2] Hæc igitur tauri amore capta adjutorem sibi Dædalum assumit architectum, qui cædis reus Athenis aufugerat. Is ligneam vaccam concavam intrinsecus construxit, eamque rotis impositam atque

Digitized by Google

βοῦν, τὴν δορὰν περιέρραψε, καὶ θεὶς ἐν ᾧπερ εἴθιστο ὁ ταῦρος λειμῶνι βόσκεσθαι, τὴν Πασιφάην ἐνεβίβασεν. Ἐλθὼν δὲ ὁ ταῦρος, ὡς ἀληθινῇ βοΐ συνῆλθεν. [3]Ἡ δὲ Ἀστέριον ἐγέννησε τὸν κληθέντα Μινώταυρον. Οὗτος εἶχε ταύρου πρόσωπον, τὰ δὲ λοιπὰ ἀνδρός· Μίνως δὲ ἐν τῷ λαβυρίνθῳ κατά τινας χρησμοὺς κατακλείσας αὐτὸν ἐφύλαττεν· [4]Ἦν δὲ ὁ λαβύρινθος ὃν Δαίδαλος κατεσκεύασεν, οἴκημα καμπαῖς πολυπλόκοις πλανῶν τὴν ἔξοδον. [5]Τὰ μὲν οὖν περὶ Μινωταύρου καὶ Ἀνδρόγεω καὶ Φαίδρας καὶ Ἀριάδνης ἐν τοῖς περὶ Θησέως ὕστερον ἐροῦμεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

(1) Κατρέως δὲ τοῦ Μίνωος Ἀερόπη καὶ Κλυμένη καὶ Ἀπημοσύνη, καὶ Ἀλθημένης υἱός, γίνονται. [2]Χρωμένῳ δὲ Κατρεῖ περὶ καταστροφῆς τοῦ βίου, ὁ θεὸς ἔφη, ὑπὸ ἑνὸς τῶν παίδων τεθνήξεσθαι. [3]Κατρεὺς μὲν οὖν ἀπεκρύβετο τοὺς χρησμούς, Ἀλθημένης δὲ ἀκούσας, καὶ δείσας μὴ φονεὺς γένηται τοῦ πατρὸς, ἅρας ἐκ Κρήτης μετὰ τῆς ἀδελφῆς Ἀπημοσύνης, προσίσχει τινὶ τόπῳ τῆς Ῥόδου, καὶ κατασχὼν Κρητηνίαν ὠνόμασεν. [4]Ἀναβὰς δὲ ἐπὶ τὸ Ἀταβύριον καλούμενον ὄρος, ἐθεάσατο τὰς πέριξ νήσους. Κατιδὼν δὲ καὶ Κρήτην, καὶ τῶν πατρώων ὑπομνησθεὶς θεῶν, ἱδρύετο βωμὸν Ἀταβυρίου Διός. [5]Μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτόχειρ ἐγένετο. Ἑρμῆς γὰρ αὐτῆς ἐρασθείς, ὡς φεύγουσαν αὐτὴν καταλαβεῖν οὐκ ἠδύνατο (περιῆν γὰρ αὐτοῦ τῷ τάχει τῶν ποδῶν) κατὰ τῆς ὁδοῦ βύρσας ὑπέστρωσε νεοδάρτας· ἐφ' ἃς ὀλισθήσασα, [ἡνίκα ἀπὸ τῆς Κρήτης ἐπανήει,] φθείρεται, καὶ τῷ ἀδελφῷ μηνύει τὸ γεγονός. Ὁ δὲ, σκῆψιν νομίσας εἶναι τὸν θεὸν, λὰξ ἐνθορὼν ἀπέκτεινεν. (2) Ἀερόπην δὲ καὶ Κλυμένην Κατρεὺς Ναυπλίῳ δίδωσιν εἰς ἀλλοδαπὰς ἠπείρους ἀπεμπολῆσαι. Τούτων Ἀερόπην μὲν ἔγημε Πλεισθένης, καὶ παῖδας Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον ἔτεκε. Κλυμένην δὲ γαμεῖ Ναύπλιος, καὶ τέκνων πατὴρ γίνεται Οἴακος καὶ Παλαμήδους.

[3]Κατρεὺς δὲ ὕστερον γήρᾳ κατεχόμενος, ἐπόθει τὴν βασιλείαν Ἀλθημένει τῷ παιδὶ παραδοῦναι, καὶ διὰ τοῦτο ἦλθεν εἰς Ῥόδον. [4]Ἀποβὰς δὲ τῆς νεὼς σὺν τοῖς ἥρωσι κατά τινα τῆς νήσου τόπον ἔρημον, ἠλαύνετο ὑπὸ τῶν βουκόλων, λῃστὰς ἐμβεβληκέναι δοκούντων. [5]Καὶ μὴ δυναμένων ἀκοῦσαι λέγοντος αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν διὰ τὴν κραυγὴν τῶν κυνῶν, ἀλλὰ βαλλόντων κἀκεῖνον, παραγενόμενος Ἀλθημένης, ἀκοντίσας ἀπέκτεινεν ἀγνοῶν Κατρέα. Μαθὼν δὲ ὕστερον τὸ γεγονὸς, εὐξάμενος, ὑπὸ χάσματος ἐκρύβη.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

(1) Δευκαλίωνι δὲ ἐγένοντο Ἰδομενεύς τε καὶ Κρήτη καὶ νόθος καὶ Μόλος.

[2]Γλαῦκος δέ, ἔτι νήπιος ὑπάρχων, μυῖαν διώκων εἰς μέλιτος πίθον πεσὼν ἀπέθανεν. Ἀφανοῦς δὲ ὄντος αὐτοῦ, Μίνως πολλὴν ζήτησιν ποιησάμενος, περὶ τῆς

bovis pelle recens excoriatæ circumsutam, intromissa Pasiphae, in prato, ubi taurus depascere consueverat, locavit. Ad quam taurus accurrens, velut naturalem vaccam inivit. [3] Ac Pasiphae Asterium peperit cognomento Minotaurum, qui vultum habebat taurinum, cetera membra corporis humani. Hunc Minos oraculis quibusdam monitus in Labyrintho conclusum jussit custodiri. [4] Labyrinthus vero a Dædalo exstructum domicilium erat, quod ob multiplices viarum ambages exitum difficilem reddebat et incertum. [5]Sed quæ de Minotauro et Androgeo, deque Phædra et Ariadna narrantur, postea, ubi de Theseo agetur, explicabimus.

CAPUT II.

(1) Catreo Minois filio natæ sunt filiæ Aerope, Clymene, Apemosyne, filius Althemenes. [2]Sciscitanti de vitæ exitu Catreo deus respondit ab uno filiorum sibi moriendum esse. [3] Catreus igitur oraculum celabat; audivit tamen Althemenes, qui veritus ne foret patris interfector, relicta Creta cum Apemosyne sorore in Rhodi insulæ locum quendam appulit, eumque occupatum nominavit Creteniam. [4] Hic quum ab Atabyrio monte circumjacentes insulas spectaret, inter easque Cretam quoque conspiceret, patriorum deorum recordatus aram exstruxit Jovi Atabyrio. [5] Verum non multo post suam ipse sororem interemit. Nam Mercurius ejus amore correptus, quod fugientem assequi non poterat (quippe quæ illum pedum pernicitate superaret), recentibus tergoribus viam substravit, in quibus delapsa [quum e Creta redibat,] vitiata est. Rem indicat fratri. Is vero dei nomen culpæ prætextum esse arbitratus calcibus impetitam occidit. (2) Aeropen et Clymenen Catreus tradidit Nauplio qui in longinquas terras abductas venderet. [3] Harum Aeropen uxorem duxit Plisthenes, ex eaque Agamemnonem et Menelaum procreavit. Clymenen in matrimonium sumsit Nauplius, cui filii nati sunt Oiax et Palamedes.

[3]Postea Catreus senio confectus Althemeni filio regnum tradere cupiebat, et propterea profectus est in Rhodum. [4]Jam vero ubi e nave cum heroibus in desertum quendam insulæ locum descenderat, a bubulcis, latrones ingruisse ratis, arcebatur. [5]Et quum quæ res esset dicentem propter canum latratum non possent audire, sed jactis lapidibus eum persequerentur, Althemenes superveniens contorto telo ignarus patrem interfecit. Qui ubi scelus patratum cognovit, deos precatus, terræ hiatu absconditus est.

CAPUT III.

(1) Deucalionis liberi erant Idomeneus et Crete et nothus (*Æthon?*) et Molus.

[2] Glaucus, infans adhuc, muscam insequens in dolium melle plenum delapsus periit. Quo e conspectu sublato, Minos postquam multum eum quæsive-

Digitized by Google

εὑρήσεως ἐμαντεύετο. [3]Κούρητες δὲ εἶπον αὐτῷ, τριχρώματον ἐν ταῖς ἀγέλαις ἔχειν βοῦν, τὸν δὲ τὴν ταύτης θέαν ἄριστα εἰκάσαι δυνηθέντα, καὶ ζῶντα τὸν παῖδα ἀποδώσειν. [4] Συγκληθέντων δὲ τῶν μάντεων, Πολύϊδος, ὁ Κοιρανοῦ, τὴν χρόαν τῆς βοὸς εἴκασε βάτου καρπῷ· καὶ, ζητεῖν τὸν παῖδα ἀναγκασθείς, διά τινος μαντείας ἀνεῦρε. [5] Λέγοντος δὲ Μίνωος, ὅτι δεῖ καὶ ζῶντα ἀπολαβεῖν αὐτὸν, ἀπεκλείσθη σὺν τῷ νεκρῷ. [6]Ἐν ἀμηχανίᾳ δὲ πολλῇ τυγχάνων, εἶδε δράκοντα ἐπὶ τὸν νεκρὸν ἰόντα· τοῦτον βαλὼν λίθῳ ἀπέκτεινε, δείσας μὴ ἂν αὐτὸς τελευτήσῃ, εἰ τούτῳ συμπάθοι. [6']Ερχεται δὲ ἕτερος δράκων, καὶ θεασάμενος νεκρὸν τὸν πρῶτον, ἄπεισιν, εἶτα ὑποστρέφει ποίαν κομίζων, καὶ ταύτην ἐπιτίθησιν ἐπὶ πᾶν τὸ τοῦ ἑτέρου σῶμα· ἐπιτεθείσης δὲ τῆς ποίας, ἀνέστη. [7] Θεασάμενος δὲ Πολύϊδος καὶ θαυμάσας, τὴν αὐτὴν ποίαν προσενεγκὼν τῷ τοῦ Γλαύκου σώματι, ἀνέστησεν. (2) Ἀπολαβὼν δὲ Μίνως τὸν παῖδα, οὐδ' οὕτως εἰς Ἄργος ἀπιέναι τὸν Πολύϊδον εἶα, πρὶν ἢ τὴν μαντείαν διδάξαι τὸν Γλαῦκον· ἀναγκασθεὶς δὲ ὁ Πολύϊδος διδάσκει. [2]Καὶ ἐπεὶ δὴ ἀπέπλει, κελεύει τὸν Γλαῦκον εἰς τὸ στομα ἐπιπτύσαι· καὶ τοῦτο ποιήσας Γλαῦκος τὴν μαντείαν ἐπελάθετο. [3] Τὰ μὲν οὖν περὶ τῶν τῆς Εὐρώπης ἀπογόνων μέχρι τοῦδέ μοι λελέχθω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

(1) Κάδμος δὲ, ἀποθανοῦσαν θάψας Τηλέφασσαν, ὑπὸ Θρᾳκῶν ξενισθεὶς, ἦλθεν εἰς Δελφοὺς περὶ τῆς Εὐρώπης πυνθανόμενος. Ὁ δὲ θεὸς εἶπε, περὶ μὲν Εὐρώπης μὴ πολυπραγμονεῖν, χρῆσθαι δὲ καθοδηγῷ βοΐ, καὶ πόλιν κτίζειν ἔνθα ἂν αὐτὴ πέσῃ καμοῦσα. [2]Τοιοῦτον λαβὼν χρησμὸν, διὰ Φωκέων ἐπορεύετο. Εἶτα βοῒ συντυχὼν ἐν τοῖς Πελάγοντος βουκολίοις, ταύτῃ κατόπισθεν εἵπετο. Ἡ δὲ, διεξιοῦσα Βοιωτίαν, ἐκλίθη, πόλις ἔνθα νῦν εἰσὶ Θῆβαι. [3] Βουλόμενος δὲ Ἀθηνᾷ καταθῦσαι τὴν βοῦν, πέμπει τινὰ τῶν μεθ' ἑαυτοῦ ληψόμενον ἀπὸ τῆς Ἀρείας κρήνης ὕδωρ· φρουρῶν δὲ τὴν κρήνην δράκων, ὃν ἐξ Ἄρεος εἶπον τινὲς γεγονέναι, τοὺς πλείονας τῶν πεμφθέντων διέφθειρεν. [4]Ἀγαναχτήσας δὲ Κάδμος, κτείνει τὸν δράκοντα· καὶ, τῆς Ἀθηνᾶς ὑποθεμένης, τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ σπείρει· τούτων δὲ σπαρέντων, ἀνέτειλαν ἐκ γῆς ἄνδρες ἔνοπλοι, οὓς ἐκάλεσαν Σπαρτούς. [5]Οὗτοι δὲ ἀπέκτειναν ἀλλήλους, οἱ μὲν, εἰς ἔριν ἀκούσιον ἐλθόντες, οἱ δὲ, ἀλλήλους ἀγνοοῦντες. [6] Φερεκύδης δέ φησιν, ὅτι Κάδμος, ἰδὼν ἐκ γῆς ἀναφυομένους ἄνδρας ἐνόπλους, ἐπ' αὐτοὺς ἔβαλε λίθους· οἱ δὲ, ὑπ' ἀλλήλων νομίζοντες βάλλεσθαι, εἰς μάχην κατέστησαν. [7]Περιεσώθησαν δὲ πέντε· Ἐχίων, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Ὑπερήνωρ, Πέλωρ. (2) Κάδμος δὲ, ἀνθ' ὧν ἔκτεινεν, αἰδιον ἐνιαυτὸν ἐθήτευσεν Ἄρει· ἦν δὲ ὁ ἐνιαυτὸς τότε ὀκτὼ ἔτη.

[2]Μετὰ δὲ τὴν θητείαν Ἀθηνᾶ αὐτῷ βασιλείαν κα-

rat, de inveniendi ratione consuluit oracului. [3] Curetes ei dixerunt tricolorem esse inter armenta ejus bovem; jam qui conjectando assequi possit, cuinam rei bovis hujus species optime queat comparari, eum quoque ad inveniendum puerum vitæque restituendum fore idoneum. [4]Convocatis igitur vatibus, Polyidus, Cœrani filius, bovem triplicis coloris cum moro rubi comparavit, et puerum vestigare coactus, vaticinandi arte quadam adjutus eum reperit. [5] At Minos vivum sibi puerum reddendum esse dictitans eum cum mortuo inclusit. Quum itaque in summa consilii inopia versaretur, draconem vidit ad mortuum accedentem. Hunc lapide percussum occidit, veritus, ne, si ei parceret, ipse moreretur. [6]Deinde vero alter draco advenit, ac priorem exstinctum conspicatus abit; mox herbam ferens redit, eaque toti alterius corpori imposita, hunc in vitam revocat. [7] Id quum Polyidus miratus vidisset, eandem herbam Glauci corpori admovens mortuum suscitavit. (2) Sed Minos ne post recuperatum quidem filium Argos redire Polyidum permisit nisi antea vaticinandi artem Glaucum docuerit. Polyidus coactus artem edocuit; [2]et ubi nave in patriam profecturus erat, Glaucum jussit in os sibi inspuere. Quo facto Glaucus vaticinandi artem oblitus est. [3] Hactenus igitur de Europæ posteritate.

CAPUT IV.

(1). Cadmus a Thracibus hospitio exceptus, postquam Telephassam vita defunctam sepeliverat, Delphos contendit de Europa deum sciscitaturus. Jussit Apollo, ne de Europa curiose quæreret, sed bove utens viæ duce urbem conderet ubi illa defessa procubitura foret. [2]Quo accepto responso per Phocidem iter faciebat. Mox bovi inter Pelagontis armenta obviam factus, pone eam sequebatur. Hæc vero Bœotiam percurrens humi procubuit, ubi nunc exstant Thebæ. [3]Deinde bovem illam Minervæ mactaturus e suis quendam misit, qui ex Martis fonte hauriret aquam. Sed draco fonti custos appositus, quem Marte satum nonnulli perhibuere, ex aquaturis plerosque absumsit. [4]Quare indignatus Cadmus draconem interemit, ac Minervæ consilio dentes ejus humo condidit. Quibus satis, armati e terra viri exorti sunt, quos nominarunt Spartos. [5]Horum alteri inviti rixam ineuntes, alteri ignari inter se congressi mutua cæde occumbunt. [6] Verum Pherecydes dicit Cadmum armatos viros e terra exorientes conspicientem lapidibus eos petivisse; sed hos, vicissim a se percuti existimantes, inter se iniisse pugnam. [7]Superfuerunt autem quinque, Echion, Udæus, Chthonius, Hyperenor, Pelor. (2) Cadmus vero pro commissa cæde per annum magnum, quod tum octo annis constabat, Marti servivit.

[2]Post peractum servitii tempus Minerva regnum ei in-

Digitized by Google

τεσκεύασε, Ζεὺς ἔδωκεν αὐτῷ γυναῖκα Ἁρμονίαν, Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος θυγατέρα, καὶ πάντες θεοί, καταλιπόντες τὸν οὐρανὸν, ἐν τῇ Καδμείᾳ τὸν γάμον εὐωχούμενοι ἀνύμνησαν. [2] Ἔδωκε δὲ αὐτῇ Κάδμος πέπλον, καὶ τὸν Ἡφαιστότευκτον ὅρμον, ὃν ὑπὸ Ἡφαίστου λέγουσί τινες δοθῆναι Κάδμῳ, Φερεκύδης θὲ ὑπὸ Εὐρώπης· ὃν παρὰ Διὸς αὐτὴν λαβεῖν. [3] Γίνονται δὲ Κάδμῳ θυγατέρες μὲν Αὐτονόη, Ἰνὼ, Σεμέλη, Ἀγαυὴ, παῖς δὲ Πολύδωρος. Ἰνὼ μὲν οὖν Ἀθάμας ἔγημεν· Αὐτονόην δὲ Ἀρισταῖος· Ἀγαυὴν, Ἐχίων.

(3) Σεμέλης δὲ Ζεὺς ἐρασθεὶς, Ἥρας κρύφα συνευνάζεται. Ἡ δὲ, ἐξαπατηθεῖσα ὑπὸ Ἥρας, κατανεύσαντος αὐτῇ Διὸς πᾶν τὸ αἰτηθὲν ποιήσειν, αἰτεῖται τοιοῦτον αὐτὸν ἐλθεῖν, οἷος ἦλθε μνηστευόμενος Ἥραν. [2] Ζεὺς δὲ, μὴ δυνάμενος ἀνανεῦσαι, παραγίνεται εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς ἐφ' ἅρματος, ἀστραπαῖς ὁμοῦ καὶ βρονταῖς, καὶ κεραυνὸν ἵησιν. [3] Σεμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλιποῦσης, ἐξαμηνιαῖον βρέφος ἐξαμβλωθὲν ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάσας, ἐνέῤῥαψε τῷ μηρῷ. [4] Ἀποθανούσης δὲ Σεμέλης, αἱ λοιπαὶ Κάδμου θυγατέρες διήνεγκαν λόγον, συνευνῆσθαι θνητῷ τινι Σεμέλην, καὶ καταψεύσασθαι Διὸς, καὶ διὰ τοῦτο ἐκεραυνώθη. [5] Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τὸν καθήκοντα, Διόνυσον γεννᾷ Ζεὺς λύσας τὰ ῥάμματα, καὶ δίδωσιν Ἑρμῇ. Ὁ δὲ κομίζει πρὸς Ἰνὼ καὶ Ἀθάμαντα, καὶ πείθει τρέφειν ὡς κόρην.

[6] Ἀγανακτήσασα δὲ Ἥρα, μανίαν αὐτοῖς ἐνέβαλε. Καὶ Ἀθάμας μὲν, τὸν πρεσβύτερον παῖδα Λέαρχον ὡς ἔλαφον θηρεύσας ἀπέκτεινεν· Ἰνὼ δὲ, τὸν Μελικέρτην εἰς πεπυρωμένον λέβητα ῥίψασα, εἶτα βαστάσασα, μετὰ νεκροῦ τοῦ παιδὸς ἥλατο κατὰ βυθῶν· [7] καὶ Λευκοθέα μὲν αὐτὴ καλεῖται, Παλαίμων δὲ ὁ παῖς, οὕτως ὀνομασθέντες ὑπὸ τῶν πλεόντων· τοῖς χειμαζομένοις γὰρ βοηθοῦσιν. [8] Ἐτέθη δὲ ἐπὶ Μελικέρτῃ ἀγὼν τῶν Ἰσθμίων, Σισύφου θέντος.

[9] Διόνυσον δὲ Ζεὺς εἰς ἔριφον ἀλλάξας τὸν Ἥρας θυμὸν ἔκλεψε· καὶ λαβὼν αὐτὸν Ἑρμῆς πρὸς Νύμφας ἐκόμισεν ἐν Νύσῃ τῆς Ἀσίας κατοικούσας, ἃς ὕστερον Ζεὺς καταστερίσας ὠνόμασεν Ὑάδας.

(4) Αὐτονόης δὲ καὶ Ἀρισταίου παῖς Ἀκταίων ἐγένετο, ὃς τραφεὶς παρὰ Χείρωνι κυνηγὸς ἐδιδάχθη, καὶ ὕστερον κατεβρώθη ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν. [2] Καὶ τοῦτον ἐτελεύτησε τὸν τρόπον, ὡς μὲν οὖν Ἀκουσίλαος λέγει, μηνίσαντος τοῦ Διὸς, ὅτι ἐμνηστεύσατο Σεμέλην· [3] ὡς δὲ οἱ πλείονες, ὅτι τὴν Ἄρτεμιν λουομένην εἶδε· καί φασι τὴν θεὸν παραχρῆμα αὐτοῦ τὴν μορφὴν εἰς ἔλαφον ἀλλάξαι, καὶ τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ πεντήκοντα κυσὶν ἐμβαλεῖν λύσσαν, ὑφ' ὧν κατὰ ἄγνοιαν ἐβρώθη. [4] Ἀπολομένου δὲ Ἀκταίονος, οἱ κύνες ἐπιζητοῦντες τὸν δεσπότην, κατωρύοντο, καὶ ζήτησιν ποιούμενοι, παρεγένοντο ἐπὶ τὸ τοῦ Χείρωνος ἄντρον· ὃς εἴδωλον κατεσκεύασεν Ἀκταίονος, ᾧ καὶ τὴν λύπην αὐτῶν ἔπαυσε.

struxit. Jupiter Harmoniam, Veneris et Martis filiam, uxorem dedit, atque omnes dii, relicto cœlo, in Cadmea convivio excepti nuptias celebrarunt. [2] Dedit ei Cadmus peplum et monile a Vulcano fabricatum, quod, ut nonnulli dicunt, ab ipso Vulcano acceperat, secundum Pherecydem vero ab Europa, cui Jupiter id donaverat. [3] Nascuntur Cadmo filiæ Autonoe, Ino, Semele, Agave, filius vero Polydorus. Ino Athamanti nupsit, Autonoe Aristæo, Agave Echioni.

(3) Cum Semele Jupiter, ejus amore captus, clam Junone concumbit. Hæc autem ab Junone decepta, Jove quidquid deposceret sese facturum pollicente, ex eo petit, ut talis ad se accedat, qualis venerit Junonis nuptias ambiens. [2] Quod quum Jupiter abnuere non posset, curru vectus tonans et fulminans ejus thalamum ingreditur. [3] Quare Semele metu exstincta semestrem partum edidit, quem Jupiter e medio abreptum igne femori insuit. [4] Semele exstincta, reliquæ Cadmi filiæ sermonibus divulgant eam cum mortalium quodam concubuisse, et ab Jove se compressam mentitam, eamque ob rem fulminatam esse. [5] Congruo deinde tempore Jupiter, solutis filis, Dionysum parit eumque tradit Mercurio. Hic ad Ino et Athamantem puerum defert, iisque suadet ut tamquam puellam educent.

[6] Quod iniquo animo ferens Juno iis furorem injecit. Et Athamas quidem majorem natu filium Learchum, velut cervum venatus, interfecit; Ino vero Melicertem in lebetem fervente aqua plenum conjecit, atque deinde mortuum secum asportans prosiluit in profunda. [7] Et ipsa quidem Leucotheæ, puer vero Palæmonis a navigatoribus nomen acceperunt: nam tempestate vexatis opem ferunt. [8] In Melicertæ denique honorem Isthmia Sisypho auctore instituta sunt.

[9] Dionysum vero in hœdum transformatum Jupiter Junonis iræ subduxit, ac Mercurius transtulit eum ad Nymphas, quæ Nysam in Asia incolebant, quæque postea a Jove inter sidera collocatæ nominabantur Hyades.

(4) Autonoes et Aristæi filius fuit Actæon, qui a Chirone educatus et venationem edoctus postea a suis ipsius canibus in Cithærone devoratus est. [2] Atque hunc in modum finivit, secundum Acusilaum, Jovis irâ, quod Semeles nuptias ambiisset; [3] secundum plerosque autem, quod Dianam se lavantem conspexisset; tum enim deam dicunt extemplo eum in cervum commutasse, atque quinquaginta qui eum sequebantur canibus rabiem injecisse, ab iisque ignaris dominum esse discerptum. [4] Postquam Actæon perierat, canes herum cum ululatu vestigantes ad Chironis antrum devenerunt, qui Actæonis simulacrum effinxit, quo canibus objecto effecit ut mœrorem deponerent.

Digitized by Google

* *

Τὰ ὀνόματα τῶν Ἀκταίονος κυνῶν. Ἐξ ὧν οὗτοι***

Δὴ νῦν καλὸν σῶμα περισταδὸν, ἠύτε θῆρες,
τοῦδε δάσαντο κύνες κρατεροί· πέλας Ἄρκυα πρώτη.
... μετὰ ταύτην, ἄλκιμα τέκνα,
Λυγκεὺς καὶ Βάνος πόδας ἀνετὸς, ἠδ' Ἀμάρυνθος.
Καὶ τοὺς ὀνομαστὶ διήνεγκεν, ὡς κατέλεξε.
[Καὶ τότε Ἀκταίων ἔθανεν Διὸς ἐννεσίῃσι.]
Πρῶτοι γὰρ μέλαν αἷμα πίον σφετέροιο ἄνακτος
Σπαρτός τ' ὢν, Ἀργός τε, Βορῆς τ' αἰψηροκέλευθος.
[Τοῦ δ' Ἀκταίωνος πρῶτοι φάγον, αἷμα δ' ἔλαψαν·]
Τοὺς δὲ μέτ' ἄλλοι πάντες ἐπέσσυθεν ἐμμεμαῶτες.
(Ἀργαλέων ὀδυνῶν ἄκος ἔμμεναι ἀνθρώποισιν.)

* * * * * * * * * * * * * * * * * *

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

(1) Διόνυσος δὲ εὑρετὴς ἀμπέλου γενόμενος, Ἥρας μανίαν αὐτῷ ἐμβαλούσης, περιπλανᾶται Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίαν. [2]Καὶ τὸ μὲν πρῶτον Πρωτεὺς αὐτὸν ὑποδέχεται βασιλεὺς Αἰγυπτίων. [3] Αὖθις δὲ εἰς Κύβελα τῆς Φρυγίας ἀφικνεῖται· κἀκεῖ καθαρθεὶς ὑπὸ Ῥέας, καὶ τὰς τελετὰς ἐκμαθὼν, καὶ λαβὼν παρ' ἐκείνης τὴν στολὴν, ἐπὶ Ἰνδοὺς διὰ τῆς Θρᾴκης ἠπείγετο. [4]Λυκοῦργος δὲ, παῖς Δρύαντος, Ἠδωνῶν βασιλεύων, οἳ Στρυμόνα ποταμὸν παροικοῦσι, πρῶτος ὑβρίσας ἐξέβαλεν αὐτόν. [5]Καὶ Διόνυσος μὲν εἰς θάλασσαν πρὸς Θέτιν τὴν Νηρέως κατέφυγε· Βάκχαι δὲ ἐγένοντο αἰχμάλωτοι καὶ τὸ συνεπόμενον Σατύρων πλῆθος αὐτῷ. [6] Αὖθις δὲ αἱ Βάκχαι ἐλύθησαν ἐξαίφνης· Λυκούργῳ δὲ μανίαν ἐποίησε Διόνυσος. Ὁ δὲ, μεμηνὼς, Δρύαντα τὸν παῖδα, ἀμπέλου νομίζων κλῆμα κόπτειν, πελέκει πλήξας, ἀπέκτεινε, καὶ ἀκρωτηριάσας αὐτὸν, ἐσωφρόνησε. [7]Τῆς δὲ γῆς ἀκάρπου μενούσης, ἔχρησεν ὁ θεὸς, καρποφορήσειν αὐτὴν, ἂν θανατωθῇ Λυκοῦργος. Ἠδωνοὶ δὲ ἀκούσαντες, εἰς τὸ Παγγαῖον αὐτὸν ἀπαγαγόντες ὄρος, ἔδησαν, κἀκεῖ κατὰ Διονύσου βούλησιν ὑπὸ ἵππων διαφθαρεὶς ἀπέθανε.

(2) Διελθὼν δὲ Θρᾴκην, καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν, στήλας ἐκεῖ στήσας, ἦκεν εἰς Θήβας· καὶ τὰς γυναῖκας ἠνάγκασε καταλιπούσας τὰς οἰκίας βακχεύειν ἐν τῷ Κιθαιρῶνι. [2]Πενθεὺς δὲ, γεννηθεὶς ἐξ Ἀγαυῆς Ἐχίονι, παρὰ Κάδμου εἰληφὼς τὴν βασιλείαν, διεκώλυε ταῦτα γίνεσθαι. Καὶ παραγενόμενος εἰς Κιθαιρῶνα τῶν Βακχῶν κατάσκοπος, ὑπὸ τῆς μητρὸς Ἀγαυῆς κατὰ μανίαν ἐμελεΐσθη. Ἐνόμισε γὰρ αὐτὸν θηρίον εἶναι. [3]Δείξας δὲ Θηβαίοις ὅτι θεός ἐστιν, ἦκεν εἰς Ἄργος· κἀκεῖ πάλιν οὐ τιμώντων αὐτὸν, ἐξέμηνε τὰς γυναῖκας. Αἱ δὲ, ἐν τοῖς ὄρεσι τοὺς ἐπιμαστιδίους ἔχουσαι παῖδας, τὰς σάρκας αὐτῶν ἐσιτοῦντο. (3) Βουλόμενος δὲ ἀπὸ τῆς Ἰκαρίας εἰς Νάξον διακομισθῆναι, Τυῤῥηνῶν ληστρικὴν ἐμισθώσατο τριήρη. Οἱ δὲ, αὐτὸν ἐνθέμενοι, Νάξον μὲν παρέπλευσαν, ἠπείγοντο δὲ εἰς Ἀσίαν ἀπεμπολήσοντες. [2] Ὁ δὲ τὸν μὲν ἱστὸν καὶ τὰς κώπας ἐποίησεν ὄφεις, τὸ δὲ σκάφος ἔπλησε κισσοῦ

* * * * * * * * * * * * * * * * * *

Nomina canum Actæonis : ***

Jam pulcrum ejus corpus circumstantes in modum ferarum
dilacerarunt canes validi. Ac Arcya prima
... post hanc, fortis proles,
Lynceus et Banus pedibus celer, atque Amarynthus.
Et hos nominatim protulit in enumeratione :
[Ac tum Actæon occubuit Jovis numine.]
Primi enim nigrum sanguinem biberunt domini sui.
Spartus Argusque Boresque celeriter viam conficiens.
[Hi primi ederunt membra Actæonis et sanguinem lam-
Post hos vero reliqui omnes prompte irruerunt. [berunt]
(Sævorum dolorum remedium esse hominibus.)

* * * * * * * * * * * * * * * * * *

CAPUT V.

(1) Bacchus, vitis inventor, furore a Junone injecto percitus Ægyptum pererrat et Syriam. [2]Ac primum quidem Proteus, rex Ægyptiorum, hospitio eum excepit. [3]Deinde ad Cybelum Phrygiæ montem pervenit; ibique a Rhea sanæ menti restitutus et cæremonias edoctus, accepta ab illa stola, ad Indos (?) per Thraciam contendit. [4]Lycurgus vero Dryantis filius, rex Edonorum qui Strymonem fluvium accolunt, eum contumelia affectum ejecit. [5] Tum Bacchus in mare ad Thetidem Nerei filiam confugit; Bacchæ autem et quæ eum comitabatur Satyrorum turba captivæ in vincula conjectæ sunt. [6]Mox vero Bacchæ repente sunt liberatæ; Lycurgo enim Bacchus furorem injecit. Tum ille amentia præceps Dryantem filium, vitis palmitem se ratus amputare, securi percussum occidit; sed postquam corporis extremitates ei præciderat, resipuit. [7]Deinde ubi terra nullas suppeditabat fruges, deus vaticinatus est, tum agros fertilitatem recuperaturos, quum Lycurgus morte multatus fuerit. Quo accepto oraculo Edones illum in Pangæum montem abductum in vincula conjecerunt, ibique ex Bacchi voto equis dilaniatus occubuit.

(2) Bacchus vero post Thraciam (atque Indiam) universam peragratam, positis ibi stelis, venit Thebas, ubi mulieres, relictis domibus, furore bacchico in Cithærone discursitare coegit. [2] Pentheus autem, Agaves et Echionis filius, qui Cadmo in regno successerat, hæc ab illis fieri voluit prohibere; sed quum in Cithæronem Bacchas speculaturus sese contulisset, ab Agave matre, per furorem eum feram esse arbitrata, membratim discerptus est. [3]Deinde Bacchus, postquam se deum esse Thebanis demonstraverat, profectus est Argos; ubi quum eodem modo negligeretur, mulieribus injecit insaniam. Hæ itaque in montibus lactentium, quos secum extulerant, filiorum carnibus vescebantur. (3) Post quum ab Icaria in Naxum transvehi cuperet, prædatoriam Tyrrhenorum triremem mercede conduxit. Sed Tyrrheni, deo in nave imposito, Naxi litora præterlegunt atque vela faciunt in Asiam, ubi deum venditur erant. [2] Tum Bacchus malum remosque in serpentes vertit atque navem hedera tibiarumque sonitu

Digitized by Google

καὶ βοῆς αὐλῶν· οἱ δὲ, ἐμμανεῖς γενόμενοι, κατὰ τῆς θαλάττης ἔφυγον καὶ ἐγένοντο δελφῖνες. [3]Ὡς δὲ μαθόντες αὐτὸν θεὸν ἄνθρωποι ἐτίμων· ὁ δὲ ἀναγαγὼν ἐξ Ἅιδου τὴν μητέρα, καὶ προσαγορεύσας Θυώνην, μετ' αὐτῆς εἰς οὐρανὸν ἀνῆλθεν.

(4) Ὁ δὲ Κάδμος μετὰ Ἁρμονίας Θήβας ἐκλιπὼν, πρὸς Ἐγχελεας παραγίνεται. Τούτοις δὲ ὑπὸ Ἰλλυριῶν πολεμουμένοις ὁ θεὸς ἔχρησεν, Ἰλλυριῶν κρατήσειν, ἐὰν ἡγεμόνα Κάδμον καὶ Ἁρμονίαν ἔχωσιν. Οἱ δὲ πεισθέντες ποιοῦνται κατὰ Ἰλλυριῶν ἡγεμόνας τούτους, καὶ κρατοῦσι. Καὶ βασιλεύει Κάδμος Ἰλλυριῶν, καὶ παῖς Ἰλλύριος αὐτῷ γίνεται. [2]Αὖθις δὲ μετὰ Ἁρμονίας εἰς δράκοντα μεταβαλὼν, εἰς Ἠλύσιον πεδίον ὑπὸ Διὸς ἐξεπέμφθησαν.

(5) Πολύδωρος δὲ, Θηβῶν βασιλεὺς γενόμενος, Νυκτηΐδα γαμεῖ, Νυκτέως τοῦ Χθονίου θυγατέρα, καὶ γεννᾷ Λάβδακον. Οὗτος ἀπώλετο μετὰ Πενθέα, ἐκείνῳ φρονῶν παραπλήσια. [2]Καταλιπόντος δὲ Λαβδάκου παῖδα ἐνιαυσιαῖον Λάϊον, τὴν ἀρχὴν ἀφεῖλετο Λύκος, ἕως οὗτος ἦν παῖς, ἀδελφὸς ὢν Νυκτέως. [3]Ἀμφότεροι δὲ ἀπὸ Εὐβοίας φυγόντες, ἐπεὶ Φλεγύαν ἀπέκτειναν τὸν Ἄρεος καὶ Δωτίδος τῆς Βοιβηΐδος, Ὑρίαν κατῴκουν, καὶ, διὰ τὴν πρὸς Πενθέα οἰκειότητα, ἐγεγόνεισαν πολῖται. [4]Αἱρεθεὶς οὖν Λύκος πολέμαρχος ὑπὸ Θηβαίων, ἐπετίθετο τῇ δυναστείᾳ, καὶ βασιλεύσας ἔτη εἴκοσι, φονευθεὶς ὑπὸ Ζήθου καὶ Ἀμφίονος θνήσκει δι' αἰτίαν τήνδε· [5]Ἀντιόπη θυγάτηρ ἦν Νυκτέως· ταύτῃ Ζεὺς συνῆλθεν. Ἡ δὲ, ὡς ἔγκυος ἐγένετο, τοῦ πατρὸς ἀπειλοῦντος, εἰς Σικυῶνα ἀποδιδράσκει πρὸς Ἐπωπέα καὶ τούτῳ γαμεῖται. [6]Νυκτεὺς δὲ ἀθυμήσας ἑαυτὸν φονεύει, δοὺς ἐντολὴν Λύκῳ παρὰ Ἐπωπέως καὶ παρὰ Ἀντιόπης λαβεῖν δίκας. [7]Ὁ δὲ στρατευσάμενος Σικυῶνα χειροῦται· καὶ τὸν μὲν Ἐπωπέα κτείνει, τὴν δὲ Ἀντιόπην ἤγαγεν αἰχμάλωτον. [8]Ἡ δὲ ἀγομένη δύο γεννᾷ παῖδας ἐν Ἐλευθεραῖς τῆς Βοιωτίας, οὓς ἐκκειμένους εὑρὼν βουκόλος ἀνατρέφει, καὶ τὸν μὲν καλεῖ Ζῆθον, τὸν δὲ Ἀμφίονα. Ζῆθος μὲν οὖν ἐπεμελεῖτο βουφορβίων, Ἀμφίων δὲ κιθαρῳδίαν ἤσκει, δόντος αὐτῷ λύραν Ἑρμοῦ. [9]Ἀντιόπην δὲ ἠκιζετο Λύκος καθείρξας, καὶ ἡ τούτου γυνὴ Δίρκη· λαθοῦσα δέ ποτε, τῶν δεσμῶν αὐτομάτως λυθέντων, ἦκεν ἐπὶ τῶν παίδων ἔπαυλιν, δεχθῆναι πρὸς αὐτῶν θέλουσα. [10]Οἱ δὲ, ἀναγνωρισάμενοι τὴν μητέρα, τὸν μὲν Λύκον κτείνουσι, τὴν δὲ Δίρκην δήσαντες ἐκ ταύρου θανοῦσαν ῥίπτουσιν εἰς κρήνην τὴν ἀπ' ἐκείνης καλουμένην Δίρκην. [11]Παραλαβόντες δὲ τὴν δυναστείαν, τὴν μὲν πόλιν ἐτείχισαν, ἐπακολουθησάντων τῇ Ἀμφίονος λύρᾳ τῶν λίθων· Λάϊον δὲ ἐξέβαλον. [12]Ὁ δὲ, ἐν Πελοποννήσῳ διατελῶν, ἐπιξενοῦται Πέλοπι, καὶ τούτου παῖδα Χρύσιππον, ἁρματοδρομεῖν διδάσκων, ἐρασθεὶς ἀναρπάζει.

(6) Γαμεῖ δὲ Ζῆθος μὲν Θήβην, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Θῆβαι· Ἀμφίων δὲ Νιόβην τὴν Ταντάλου, ἣ γεννᾷ παῖδας μὲν ἑπτὰ, Σίπυλον, Μίνυτον, Ἴσμηνον, Δα-

replevit. Verum nautæ furore acti in mare præcipites desilierunt et in delphinos transmutati sunt. [3] Itaque quum divinitatem ejus cognovissent homines, divinis honoribus eum colebant. Hic deinde cum matre, quam ab inferis reductam nominavit Thyonen, in cœlum conscendit.

(4) Interea Cadmus cum Harmonia, relictis Thebis, venit ad Enchelenses. Quibus, quum ab Illyriis bello vexarentur, a deo responsum fuit se Illyriorum fore victores, si duces haberent Cadmum et Harmoniam. Igitur oraculi fidem secuti eos adversus Illyrios duces eligunt et superiores prœlio discedunt. Sic itaque Cadmus Illyriorum regnum adipiscitur, eique filius nascitur Illyrius. [2] Postremo cum Harmonia in draconem mutatus, in Elysium campum a Jove abducti sunt.

(5) Polydorus Thebarum regno præfectus Nycteidem, Nyctei, Chthonii, filiam, uxorem ducit, ex eaque gignit Labdacum. Hic post Pentheum, quod eodem fere quo ille erat animo, periit. [2] Quum vero Labdacus Laium anniculum filium reliquisset, per ejus puerilem ætatem regnum sibi arripuit Lycus, frater Nyctei. [3] Horum uterque propter cædem Phlegyæ, ex Marte et Dotide Bœbeide nati, ab Eubœa exulatum abierunt Hyriam, deinde ob necessitudinem, quæ cum Pentheo iis intercessit, inter cives Thebanos sunt recepti. [4] Lycus igitur belli dux a Thebanis delectus summa rerum potitus est, et post regnum viginti annorum a Zetho et Amphione interemtus diem obiit supremum. Caussa rei fuit hæc: [5] Nycteus filiam habebat Antiopam; cum hac Jupiter congressus est. Ubi vero gravida esset, patre pœnam minitante, Sicyonem fugit ad Epopeum eique nupsit. [6] Nycteus interim mœrore confectus, postquam Lycum in Epopeum et Antiopam animadvertere jusserat, sibi ipse mortem conscivit. [7] Lycus vero in bellum profectus Sicyonem cepit et Epopeum interemit et Antiopam captivam abduxit. [8] Hæc dum iter fecit in Eleutheris Bœotiæ urbe geminos peperit, quos expositos bubulcus invenit ac educavit, eorumque alterum nominavit Zethum, alterum Amphionem. Zethus rei pecuariæ studio se dabat, Amphion a Mercurio lyra donatus citharœdicam exercebat. [9] Antiopam vero inclusam Lycus et Dirce conjux contumeliose tractabant. Sed vinculis quondam ultro solutis, furtim ad filiorum domicilium, ut ab iis exciperetur, contendit. [10] Qui matre agnita Lycum occidunt, ac Dircen crinibus ad taurum religatam necant, atque mortuam in fontem, qui ab ea Dirce nominatus est, conjiciunt. [11] Occupato deinde imperio urbem, subsecutis Amphionis lyram lapidibus, muro cinxerunt Laiumque fugarunt. [12] Hic quum in Peloponneso versaretur a Pelope hospitio exceptus, filium ejus Chrysippum, quem curulis artis exercendæ rationem edocebat, amore incensus rapuit.

(6) Zethus uxorem ducit Theben, a qua Thebarum urbs cognominata est; Amphion vero Niobam Tantali, quæ septem ei parit filios: Sipylum, Minytum, Ismenum,

Digitized by Google

μασίχθονα, Ἀγήνορα, Φαίδιμον, Τάνταλον· θυγατέρας δὲ τὰς ἴσας, Ἠθοδαΐαν, ἤ, ὥς τινες, Νέαιραν, Κλεοδόξην, Ἀστυόχην, Φθίαν, Πελοπίαν, Ἀστυκράτειαν, Ὠγυγίαν. [2] Ἡσίοδος δὲ δέκα μὲν υἱοὺς, δέκα δὲ θυγατέρας· Ἡρόδωρος δὲ δύο μὲν ἄρρενας, τρεῖς δὲ θηλείας· Ὅμηρος δὲ ἓξ μὲν υἱοὺς, ἓξ δὲ θυγατέρας φησὶ γενέσθαι. [3] Εὔτεκνος δὲ οὖσα Νιόβη, τῆς Λητοῦς εὐτεκνωτέρα εἶπεν ὑπάρχειν. Λητὼ δὲ ἀγανακτήσασα, τήν τε Ἄρτεμιν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα κατ' αὐτῶν παρώξυνε. [4] Καὶ τὰς μὲν θηλείας ἐπὶ τῆς οἰκίας κατετόξευσεν Ἄρτεμις· τοὺς δὲ ἄρρενας κοινῇ πάντας ἐν Κιθαιρῶνι Ἀπόλλων κυνηγετοῦντας ἀπέκτεινεν. [5] Ἐσώθη δὲ τῶν μὲν ἀρρένων Ἀμφίων· τῶν δὲ θηλειῶν Χλῶρις ἡ πρεσβυτέρα, ἣ Νηλεὺς συνῴκησε. Κατὰ δὲ Τελέσιλλαν ἐσώθησαν Ἀμύκλας καὶ Μελίβοια. Ἐτοξεύθη δὲ ὑπ' αὐτῶν καὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων. [6] Αὐτὴ δὲ Νιόβη Θήβας ἀπολιποῦσα πρὸς τὸν πατέρα Τάνταλον ἦκεν εἰς Σίπυλον· κἀκεῖ Διὶ εὐξαμένη, τὴν μορφὴν εἰς λίθον μετέβαλε· καὶ χεῖται δάκρυα νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τοῦ λίθου.

(7) Μετὰ δὲ τὴν Ἀμφίονος τελευτὴν Λάϊος τὴν βασιλείαν παρέλαβε· καὶ γήμας θυγατέρα Μενοικέως, ἣν ἔνιοι μὲν Ἰοκάστην, ἔνιοι δὲ Ἐπικάστην λέγουσι, [2] χρήσαντος τοῦ θεοῦ μὴ γεννᾶν, τὸν γεννηθέντα γὰρ πατροκτόνον ἔσεσθαι· ὁ δὲ οἰνωθεὶς συνῆλθε τῇ γυναικὶ, καὶ τὸ γεννηθὲν ἐκθεῖναι δίδωσι νομεῖ, περόναις διατρήσας τὰ σφυρά. [3] Ἀλλ' οὗτος μὲν ἐξέθηκεν εἰς Κιθαιρῶνα· Πολύβου δὲ βουκόλοι τοῦ Κορινθίων βασιλέως τὸ βρέφος εὑρόντες, πρὸς τὴν αὐτοῦ γυναῖκα Περίβοιαν ἤνεγκαν. Ἡ δὲ ἀνελοῦσα ὑποβάλλεται, καὶ θεραπεύσασα τὰ σφυρὰ, Οἰδίπουν καλεῖ, τοῦτο θεμένη τὸ ὄνομα διὰ τὸ τοὺς πόδας ἀνοιδῆσαι. [4] Τελειωθεὶς δὲ ὁ παῖς, καὶ διαφέρων τῶν ἡλίκων ἐν ῥώμῃ, διὰ φθόνον ὠνειδίζετο ὑπόβλητος. [5] Ὁ δὲ, πυνθανόμενος παρὰ τῆς Περιβοίας, μαθεῖν οὐκ ἐδύνατο· ἀφικόμενος δὲ εἰς Δελφοὺς περὶ τῶν ἰδίων ἐπυνθάνετο γονέων. [6] Ὁ δὲ θεὸς εἶπεν αὐτῷ, εἰς τὴν πατρίδα μὴ πορεύεσθαι· τὸν μὲν γὰρ πατέρα φονεύσειν, τῇ δὲ μητρὶ μιγήσεσθαι. Τοῦτο ἀκούσας, καὶ νομίζων ἐξ ὧν ἐλέγετο γεγεννῆσθαι, Κόρινθον μὲν ἀπέλιπεν. [7] Ἐφ' ἅρματος δὲ διὰ τῆς Φωκίδος φερόμενος, συντυγχάνει κατά τινα στενὴν ὁδὸν ἐφ' ἅρματος ὀχουμένῳ Λαΐῳ καὶ Πολυφόντῃ· κῆρυξ δὲ οὗτος ἦν Λαΐου· καὶ κελεύσαντος ἐκχωρεῖν, καὶ δι' ἀπείθειαν καὶ ἀναβολὴν κτείναντος τῶν ἵππων τὸν ἕτερον, ἀγανακτήσας Οἰδίπους καὶ Πολυφόντην καὶ Λάϊον ἀπέκτεινε, καὶ παρεγένετο εἰς Θήβας.

(8) Λάϊον μὲν οὖν θάπτει βασιλεὺς Πλαταιέων Δαμασίστρατος· τὴν δὲ βασιλείαν Κρέων ὁ Μενοικέως παραλαμβάνει.

[2] Τούτου δὲ βασιλεύοντος οὐ μικρὰ συμφορὰ κατέσχε Θήβας. [3] Ἐπεμψε γὰρ Ἥρα Σφίγγα, ἣ μητρὸς μὲν Ἐχίδνης ἦν, πατρὸς δὲ Τυφῶνος· [3] εἶχε δὲ πρόσωπον μὲν γυναικὸς, στῆθος δὲ καὶ βάσιν καὶ οὐρὰν

Damasichthonem, Agenorem, Phædimum, Tantalum, totidemque filias, Ethodaiam sive, ut alii volunt, Neæram, Cleodoxam, Astyochen, Phthiam, Pelopiam, Astycrateam, Ogygiam. [2] At Hesiodus decem filios totidemque filias, Herodorus vero duos mares et tres feminas, Homerus denique sex filios et sex item filias ei fuisse referunt. [3] Quare Niobe tot liberis aucta Latona se fecundiorem esse jactavit. Quod ægre ferens Latona Dianam et Apollinem in ipsos irritavit. [4] Atque feminas quidem domi sagittis interfecit Diana, mares vero ad unum omnes in Cithærone venantes Apollo occidit. [5] Servatus tamen est e filiis Amphion et e filiabus Chloris natu maxima, quam Neleus duxit uxorem. Verum Telesillæ testimonio Amyclas et Melibœa fuerunt superstites, contra Zethus et Amphion deorum sagittis transfixi perierunt. [6] Ipsa vero Niobe, Thebis relictis ad Tantalum patrem venit in Sipylum, ibique Jovem precata in saxum commutata est, atque lacrimæ noctu et interdiu de lapide defluunt.

(7) Post Amphionem vita defunctum Laius regnum suscepit. Hic, ducta Menœcei filia, quam nonnulli Iocastam, alii Epicastam nominant, [2] oraculo monitus est, ne filios gigneret, quod qui nasceretur patricida futurus esset. Nihilominus autem per ebrietatem cum uxore concubuit, atque ex ea natum infantem, talis ejus fibula trajectis, pastori dedit exponendum. [3] At hic quidem puerum in Cithærone monte exposuit; Polybi vero Corinthiorum regis bubulci repertum infantem ad Peribœam illius uxorem tulerunt; quæ assumtum puerum velut proprium sibi supponit, eumque, curatis pedibus, propter eorum tumorem nominat Œdipum. [4] Adulto puero et robore æqualibus antecellente ob invidiam contumeliose supposititius appellabatur. [5] Qui quum ex Peribœa id quæreret, nec certius aliquid posset comperire, Delphos profectus de parentibus suis sciscitatus est. [6] Dixit ei deus, ne in patriam rediret, quippe qui patri cædem illaturus et rem habiturus esset cum matre. Quibus auditis, putans se ex iis qui dicebantur parentibus natum esse, Corinthum non est reversus. [7] Sed dum curru vehitur per Phocidem, obviam factus est Laio vehiculo eunti, et Polyphontæ illius præconi. Quo jubente ut de via cederet, atque, quum dicto non audiens cunctaretur, equorum jugalium alterum occidente, Œdipus iracundia percitus et Polyphontem et Laium interfecit, et deinde pervenit Thebas.

(8) Laium Platæensium rex Damasistratus sepeliendum curavit; regiam vero dignitatem Creon Menœcei filius suscepit.

[2] Hoc regnante non mediocris clades Thebas occupavit. Juno enim Sphingem misit, cujus mater erat Echidna, pater autem Typhon. [3] Habebat illa faciem quidem mulieris, verum pectus et pedes caudamque leonis, alas deni-

Digitized by Google

λέοντος καὶ πτέρυγας ὄρνιθος. [4]Μαθοῦσα δὲ αἴνιγμα παρὰ Μουσῶν, ἐπὶ τὸ Φίκειον ὄρος ἐκαθέζετο, καὶ τοῦτο προὔτεινε Θηβαίοις. [5]Ἦν δὲ τὸ αἴνιγμα· τί ἐστιν, ὃ μίαν ἔχον φωνὴν, τετράπουν καὶ δίπουν καὶ τρίπουν γίνεται; [6]Χρησμοῦ δὲ Θηβαίοις ὑπάρχοντος, τηνικαῦτα ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς Σφιγγὸς, ἡνίκα ἂν τὸ αἴνιγμα λύσωσι, (καὶ) συνιόντες εἰς αὐτὸ πολλάκις, ἐζήτει (ἐζήτουν?) τί τὸ λεγόμενόν ἐστιν. [7]Ἐπεὶ δὲ μὴ εὕρισκον, ἁρπάσασα ἕνα, κατεβίβρωσκε. [8]Πολλῶν δὲ ἀπολλυμένων, καὶ τὸ τελευταῖον Αἵμονος τοῦ Κρέοντος, κηρύσσει Κρέων τῷ τὸ αἴνιγμα λύσοντι καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν Λαΐου δώσειν γυναῖκα. [7]Οἰδίπους δὲ ἀκούσας ἔλυσεν, εἰπὼν τὸ αἴνιγμα τὸ ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς λεγόμενον, ἄνθρωπον εἶναι· γεννᾶσθαι γὰρ τετράπουν βρέφος τοῖς τέτταρσιν ὀχούμενον κώλοις· τελειούμενον δὲ τὸν ἄνθρωπον δίπουν· γηρῶντα δὲ τρίτην προσλαμβάνειν βάσιν τὸ βάκτρον. [8]Ἡ μὲν οὖν Σφιγξ ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἑαυτὴν ἔρριψεν· Οἰδίπους δὲ καὶ τὴν βασιλείαν παρέλαβε καὶ τὴν μητέρα ἔγημεν ἀγνοῶν· καὶ παῖδας ἐτέκνωσεν ἐξ αὐτῆς Πολυνείκη καὶ Ἐτεοκλέα, θυγατέρας δὲ Ἰσμήνην καὶ Ἀντιγόνην. Εἰσὶ δέ, οἳ γεννηθῆναι τὰ τέκνα φασὶν ἐξ Εὐρυγανείας τῆς Τευθραντος.

(9) Φανέντων δὲ ὕστερον τῶν λανθανόντων, Ἰοκάστη μὲν ἐξ ἀγχόνης ἑαυτὴν ἀνήρτησεν· Οἰδίπους δὲ τὰς ὄψεις τυφλώσας ἐκ Θηβῶν ἠλαύνετο, ἀρὰς τοῖς παισὶ θέμενος, οἳ, τῆς πόλεως αὐτὸν ἐκβαλλόμενον θεωροῦντες, οὐκ ἐπήμυναν. [2]Παραγενόμενος δὲ σὺν Ἀντιγόνῃ τῆς Ἀττικῆς εἰς Κολωνὸν, ἔνθα τὸ τῶν Εὐμενίδων ἐστὶ τέμενος, καθίζει ἱκέτης, προσδεχθεὶς ὑπὸ Θησέως· καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέθανεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

(1) Ἐτεοκλῆς δὲ καὶ Πολυνείκης περὶ τῆς βασιλείας συντίθενται πρὸς ἀλλήλους, καὶ αὐτοῖς δοκεῖ τὸν ἕτερον παρ' ἐνιαυτὸν ἄρχειν. [2]Τινὲς μὲν οὖν λέγουσι, πρῶτον ἄρξαντος Πολυνείκους, παραδοῦναι μετ' ἐνιαυτὸν τὴν βασιλείαν Ἐτεοκλεῖ· τινὲς δὲ, πρῶτον Ἐτεοκλέους ἄρξαντος, μὴ βούλεσθαι παραδοῦναι τὴν βασιλείαν. [3] Φυγαδευθεὶς οὖν Πολυνείκης ἐκ Θηβῶν ἦκεν εἰς Ἄργος, τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἔχων. [4]Ἐβασίλευε δὲ Ἄργους Ἄδραστος ὁ Ταλαοῦ· καὶ τοῖς τούτου βασιλείοις νύκτωρ προσπελάζει, καὶ συνάπτει μάχην Τυδεῖ τῷ Οἰνέως φεύγοντι Καλυδῶνα. [5]Γενομένης δὲ ἐξαίφνης βοῆς, ἐπιφανεὶς Ἄδραστος διέλυσεν αὐτούς· καὶ μάντεώς τινος ὑπομνησθεὶς λέγοντος αὐτῷ, κάπρῳ καὶ λέοντι συζεῦξαι τὰς θυγατέρας, ἀμφοτέρους εἵλετο νυμφίους· εἶχον γὰρ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ὁ μὲν κάπρου προτομὴν, ὁ δὲ λέοντος. [6]Γαμεῖ δὲ Δηΐπυλην μὲν Τυδεὺς, Ἀργείην δὲ Πολυνείκης· καὶ αὐτοὺς Ἄδραστος ἀμφοτέρους εἰς τὰς πατρίδας ὑπέσχετο κατάξειν. [7] Καὶ πρῶτον ἐπὶ Θήβας ἔσπευδε στρατεύεσθαι, καὶ τοὺς ἀριστέας συνήθροιζεν.

(2) Ἀμφιάραος δὲ ὁ Ὀϊκλέους, μάντις ὢν, καὶ

que avis. [4]Quæ quum a Musis ænigma didicisset, in Phicio monte consedit atque istud proponebat Thebanis. Fuit autem ænigma hocce: Quidnam esset illud quod unam vocem habens, quattuor et duobus et tribus pedibus incederet. [5] Jam vero quum Thebanis oraculo renuntiatum esset, tunc se a Sphinge liberatum iri, quum ænigma solverint, subinde in montem illum convenientes quærebant, quidnam dictum illud significaret. Quod quum non reperirent, unum semper Sphinx abripuit abreptumque devoravit. [6]Multis hunc in modum interfectis, inter eosque postremo Hæmone, Creontis filio, Creon ænigma soluturo et regnum et Laii uxorem se traditurum præconis voce jubet enuntiari. [7] Quod ubi ad Œdipi aures pervenerat, ænigma solvit. Etenim quod a Sphinge propositum esset, hominem significare ait; nasci enim quadrupedem infantem, qui quattuor ingrederetur membris, adultum vero esse bipedem, senescentem denique tertium pedem assumere baculum. [8]Sphinx igitur (ex arce) se præcipitem dedit, Œdipus autem regnum accepit et matrem ignarus duxit uxorem; ex eaque filios genuit Polynicem et Eteoclem, filias Ismenen et Antigonen. Sunt tamen qui hosce liberos ex Eurygania Teuthrantis filia natos esse tradant.

(9) Postea vero ubi quæ latuerant in lucem prodiere, Iocasta suspendio se necavit, Œdipus autem, effossis sibi oculis, Thebis ejectus est, filios devovens, quod ex urbe expelli parentem spectantes eum ab injuria non defenderent. [2] Profugit igitur cum Antigone in Colonum Atticæ, ubi in Eumenidum luco supplex consedit, et a Theseo exceptus non ita multo post e vita migravit.

CAPUT VI.

(1) Eteocles vero et Polynices de regno gerendo inter se paciscuntur et placet iis, ut vicibus per annum regnum administrent. [2]Nonnulli igitur Polynicem primum regnasse dicunt, deinde post annum regnum tradidisse Eteocli. Alii Eteoclem primum regnantem non voluisse ajunt fratri regnum tradere. [3]Polynices itaque Thebis fugatus, monile et peplum secum exportans venit Argos. [4]Rex ibi erat Adrastus, Talai filius. Ad cujus regiam nocte accedens Polynices cum Tydeo, Œnei filio, qui tum Calydone Argos confugiebat, manum conserit. [5]Orto vero subito clamore, supervenit Adrastus, eorumque pugnam diremit. Idem vatis recordatus ut apro et leoni filias in conjugium daret jubentis, ambos illis sponsos designavit. Nam in clypeis alter apri, leonis alter effigiem gestabant. [6]Deipylen itaque Tydeus, Argiam Polynices uxorem duxit; atque Adrastus utrumque in patriam suam se reducturum pollicitus est. [7]Et primum quidem contra Thebas paravit expeditionem, ad quam præstantissimos viros convocavit.

(2) Amphiaraus autem Oiclis filius vaticinandi peritis-

Digitized by Google

προειδὼς, ὅτι δεῖ πάντας τοὺς στρατευσαμένους χωρὶς Ἀδράστου τελευτῆσαι, αὐτός τε ὤκνει στρατεύεσθαι, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀπέτρεπε. [2]Πολυνείκης δὲ ἀφικόμενος πρὸς Ἴφιν τὸν Ἀλέκτορος, ἠξίου μαθεῖν, πῶς ἂν Ἀμφιάραος ἀναγκασθείη στρατεύεσθαι· ὁ δὲ εἶπεν, εἰ λάβοι τὸν ὅρμον Ἐριφύλη. [3]Ἀμφιάραος μὲν οὖν ἀπεῖπεν Ἐριφύλῃ παρὰ Πολυνείκους δῶρα λαμβάνειν· Πολυνείκης δὲ δοὺς αὐτῇ τὸν ὅρμον, ἠξίου τὸν Ἀμφιάραον πεῖσαι στρατεύειν· ἦν γὰρ ἐπὶ ταύτης. [4]Γενομένης γὰρ αὐτῆς * πρὸς Ἄδραστον, διαλυσάμενος ὤμοσε, περὶ ὧν Ἄδραστος διαφέρηται, διακρίνειν Ἐριφύλην συγχωρῆσαι. [5]Ὅτε οὖν ἐπὶ Θήβας ἔδει στρατεύειν, Ἀδράστου μὲν παρακαλοῦντος, Ἀμφιαράου δὲ ἀποτρέποντος, Ἐριφύλη τὸν ὅρμον λαβοῦσα, ἔπεισε τὸν Ἄδραστον (ἄνδρα?) στρατεύειν. [6]Ἀμφιάραος δὲ ἀνάγκην ἔχων στρατεύεσθαι, τοῖς παισὶν ἐντολὰς ἔδωκε τελειωθεῖσι τήν τε μητέρα κτείνειν, καὶ ἐπὶ Θήβας στρατεύειν.

(3) Ἄδραστος δὲ συναθροίσας, σὺν ἡγεμόσιν ἑπτὰ πολεμεῖν ἔσπευδε Θήβας. [2]Οἱ δὲ ἡγεμόνες ἦσαν οἵδε· Ἄδραστος Ταλαοῦ, Ἀμφιάραος Οἰκλέους, Καπανεὺς Ἱππονόου, Ἱππομέδων Ἀριστομάχου· οἱ δὲ λέγουσι, Ταλαοῦ. Οὗτοι μὲν ἐξ Ἄργους. [3]Πολυνείκης Οἰδίποδος ἐκ Θηβῶν· Τυδεὺς Οἰνέως, Αἰτωλός· Παρθενοπαῖος Μελανίωνος, Ἀρκάς. [4]Τινὲς δὲ Τυδέα μὲν καὶ Πολυνείκην οὐ καταριθμοῦσι· συγκαταλέγουσι δὲ τοῖς ἑπτὰ Ἐτέοκλον Ἴφιος, καὶ Μηκιστέα.

(4) Παραγενόμενοι δὲ εἰς Νεμέαν, ἧς ἐβασίλευε Λυκοῦργος, ἐζήτουν ὕδωρ. Καὶ αὐτοῖς ἡγήσατο τῆς ἐπὶ κρήνην ὁδοῦ Ὑψιπύλη, ἥτις νήπιον παῖδα ὄντα Ὀφέλτην [ἀπολιποῦσα, ὄν] ἔτρεφεν, Εὐρυδίκης ὄντα καὶ Λυκούργου. [2]Αἰσθόμεναι γὰρ αἱ Λήμνιαι ὕστερον Θόαντα σεσωσμένον, ἐκεῖνον μὲν ἔκτειναν, τὴν δὲ Ὑψιπύλην ἀπημπόλησαν· διὸ πραθεῖσα ἐλάτρευε παρὰ Λυκούργῳ. [3]Δεικνυούσης δὲ τὴν κρήνην, ὁ παῖς ἀπολειφθεὶς ὑπὸ δράκοντος διαφθείρεται. [4]Τὸν μὲν οὖν δράκοντα ἐπιφανέντες οἱ μετὰ Ἀδράστου κτείνουσι, τὸν δὲ παῖδα θάπτουσιν· Ἀμφιάραος δὲ εἶπεν, ἐκείνοις τὸ σημεῖον τὰ μέλλοντα προμαντεύεσθαι. Τὸν δὲ παῖδα Ἀρχέμορον ἐκάλεσαν. [5]Οἱ δὲ ἔθεσαν ἐπ' αὐτῷ τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα. Καὶ ἵππῳ μὲν ἐνίκησεν Ἄδραστος· σταδίῳ δὲ Ἐτέοκλος· πυγμῇ Τυδεύς· ἅρματι (ἅλματι?) καὶ δίσκῳ Ἀμφιάραος· ἀκοντίῳ Λαόδοκος· πάλῃ Πολυνείκης· τόξῳ Παρθενοπαῖος.

(5) Ὡς δὲ ἦλθον εἰς τὸν Κιθαιρῶνα, πέμπουσι Τυδέα προεροῦντα Ἐτεοκλεῖ, τὴν βασιλείαν παραχωρεῖν Πολυνείκει, καθὰ συνέθεντο· μὴ προσέχοντος δὲ Ἐτεοκλέους, διάπειραν τῶν Θηβαίων Τυδεὺς ποιούμενος, καθ' ἕνα προκαλούμενος, πάντων περιεγένετο· [2]οἱ δὲ πεντήκοντα ἄνδρας ὁπλίσαντες ἀπιόντα ἐνήδρευσαν αὐτόν. Πάντας δὲ αὐτοὺς χωρὶς Μαίονος ἀπέκτεινε· κἄπειτα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθεν.

(6) Ἀργεῖοι δὲ καθοπλισθέντες προσῆσαν τοῖς τείχεσι· καὶ, πυλῶν ἑπτὰ οὐσῶν, Ἄδραστος μὲν παρὰ

sinius, quod omnes in eo bello præter unum Adrastum perituros esse prævidebat, et ipse expeditionem detrectabat et reliquos dehortabatur. [2]Polynices vero ad Iphin Alectoris filium contendit, ab eoque petiit, ut qua posset ratione Amphiaraum ad belli societatem cogere demonstraret. Huic ille respondit, si torquem aureum Eriphyle acciperet. [3] Amphiaraus ergo, ne quid a Polynice muneris caperet, Eriphylæ interdixit. Verum Polynices eam monili donatam rogavit, ut virum suum ad expeditionem suscipiendam induceret. Erat enim hoc in ejus potestate positum. [4]Nam Amphiaraus quæ fuit ei cum Adrasto dissensionem componens, quidquid inter eos litis ac discordiæ foret, ad Eriphyles judicium se relaturum jurejurando confirmaverat. [5]Quo igitur tempore contra Thebas proficiscendum erat, Adrasto exhortante, Amphiarao contra detrectante, Eriphyle monili corrupta maritum ad ineundam expeditionem adduxit. [6]Tum Amphiaraus ad militiam coactus filiis dedit mandatum, ut adulti matrem occiderent atque contra Thebas in bellum proficiscerentur.

(3) Adrastus igitur, collecto exercitu, cum septem ducibus Thebas bello aggredi properavit. [2]Duces vero fuerunt: Adrastus Talai, Amphiaraus Oiclis, Capaneus Hipponoi, Hippomedon Aristomachi sive, ut aliis placet, Talai. Hi Argivi fuerunt. [3]Polynices Œdipodis, Thebanus; Tydeus Œnei, Ætolus; Parthenopæus Milanionis, Arcas. [4]Sunt tamen qui Tydeum et Polynicem non connumerent, sed inter septem illos recensent Eteoclum, Iphios filium, et Mecisteum.

(4) Qui ubi ad Nemeam, cujus rex erat Lycurgus, pervenerant, aquam quærentibus ad fontem viæ dux fuit Hypsipyle, quæ nutriebat Ophelten infantem, Eurydices filium et Lycurgi. [2]Nam quum Lemniæ mulieres ab ea Thoantem patrem servatum fuisse comperissent, illum quidem necarunt, at Hypsipylen in servitutem vendiderunt. Quocirca venundata apud Lycurgum serviebat. [3]Ea dum fontem monstrat, relictus puer a serpente occiditur. [4]Serpentem igitur Adrastus cum sociis superveniens interemit ac puerum sepelivit. Amphiaraus vero dixit hoc sibi prodigio quæ eventura essent prænuntiari. Quare puerum vocarunt Archemorum, [5]in ejusque honorem Nemeæ certamen instituerunt, in quo Adrastus vicit equo, cursu Eteoclus, pugilatu Tydeus, curru (*saltu?*) et disco Amphiaraus, jaculo Laodocus, lucta Polynices, arcu Parthenopæus.

(5) Deinde quum ad Cithæronem pervenere, Tydeum legatum mittunt, qui Eteoclem juberet ex constituto regnum cedere Polynici. Eteocle non obtemperante, Tydeus de Thebanis periculum facturus singulos ad certamen provocavit, iisque omnibus superior discessit. [2]Illi vero quinquaginta viros armatos collocarunt, qui redeuntem ex insidiis aggrederentur. Eos tamen omnes, uno excepto Mæone, interfecit, atque deinde rediit ad exercitum.

(6) Jam vero Argivi sumtis armis, ad muros accesserunt, et quum septem essent portæ, Adrastus ad Homo-

Digitized by Google

τὰς Ὁμολωΐδας πύλας ἔστη· Καπανεὺς δὲ παρὰ τὰς Ὠγυγίας· Ἀμφιάραος δὲ παρὰ τὰς Προιτίδας· Ἱππομέδων δὲ παρὰ τὰς Ὀχνηίδας (Νηΐτας?)· Πολυνείκης δὲ παρὰ τὰς Ὑψίστας· Παρθενοπαῖος δὲ παρὰ τὰς Ἠλέκτρας· Τυδεὺς δὲ παρὰ τὰς Κρηνίδας. [2]Καθώπλισε δὲ καὶ Ἐτεοκλῆς Θηβαίους, καὶ καταστήσας ἡγεμόνας ἴσους ἴσοις ἔταξε, καὶ, πῶς ἂν περιγένοιντο τῶν πολεμίων, ἐμαντεύετο.

(7) [1]Ἦν δὲ παρὰ Θηβαίοις μάντις Τειρεσίας Εὐήρους καὶ Χαρικλοῦς νύμφης, ἀπὸ γένους Οὐδαίου τοῦ Σπαρτοῦ, γενόμενος τυφλὸς τὰς ὁράσεις. [2]Οὗ περὶ τῆς πηρώσεως καὶ μαντικῆς λέγονται λόγοι διάφοροι. Ἄλλοι μὲν γὰρ αὐτὸν ὑπὸ θεῶν φασὶ τυφλωθῆναι, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις, ἃ κρύπτειν ἤθελον, ἐμήνυε· [3]Φερεκύδης δὲ, ὑπὸ Ἀθηνᾶς αὐτὸν τυφλωθῆναι. Οὖσαν γὰρ τὴν Χαρικλὼ προσφιλῆ τῇ Ἀθηνᾷ... γυμνὴν ἐπὶ πάντα ἰδεῖν· τὴν δὲ, ταῖς χερσὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καταλαβομένην, πηρὸν ποιῆσαι· [4]Χαρικλοῦς δὲ δεομένης ἀποκαταστῆσαι πάλιν τὰς ὁράσεις, μὴ δυναμένην τοῦτο ποιῆσαι, τὰς ἀκοὰς διακαθάρασαν πᾶσαν ὀρνίθων φωνὴν ποιῆσαι συνιέναι, καὶ σκῆπτρον αὐτῷ δωρήσασθαι κυάνεον, ὃ φέρων ὁμοίως τοῖς βλέπουσιν ἐβάδιζεν. [5]Ἡσίοδος δέ φησιν, ὅτι θεασάμενος περὶ Κυλλήνην ὄφεις συνουσιάζοντας, καὶ τούτους τρώσας, ἐγένετο ἐξ ἀνδρὸς γυνή· πάλιν δὲ τοὺς αὐτοὺς ὄφεις παρατηρήσας συνουσιάζοντας, ἐγένετο ἀνήρ. [6]Διόπερ Ἥρα καὶ Ζεὺς ἀμφισβητοῦντες, πότερον τὰς γυναῖκας ἢ τοὺς ἄνδρας ἥδεσθαι μᾶλλον ἐν ταῖς συνουσίαις συμβαίνοι, τοῦτον ἀνέκρινον. Ὁ δὲ ἔφη, δεκαεννέα μοιρῶν περὶ τὰς συνουσίας οὐσῶν, τὰς μὲν ἐννέα ἄνδρας ἥδεσθαι, τὰς δὲ δέκα γυναῖκας. [7]Ὅθεν Ἥρα μὲν αὐτὸν ἐτύφλωσε, Ζεὺς δὲ μαντικὴν αὐτῷ ἔδωκε. [Τὸ ὑπὸ Τειρεσίου λεχθὲν πρὸς Δία καὶ Ἥραν·

Οἵην μὲν μοίρην δέκα μοιρῶν τέρπεται ἀνήρ,
τὰς δὲ δέκ' (ἐννέα δ' ?) ἐμπίμπλησι γυνὴ τέρπουσα νόημα.]

Ἐγένετο δὲ καὶ πολυχρόνιος.

[8]Οὗτος οὖν Θηβαίοις μαντευόμενος εἶπε νικήσειν, ἐὰν Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος Ἄρει σφάγιον αὐτὸν ἐπιδιδῷ. Τοῦτο ἀκούσας Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος, ἑαυτὸν πρὸ τῶν πυλῶν ἔσφαξε. [9]Μάχης δὲ γενομένης, οἱ Καδμεῖοι μέχρι τῶν τειχῶν συνεδιώχθησαν. Καὶ Καπανεὺς ἁρπάσας κλίμακα, ἐπὶ τὰ τείχη δι' αὐτῆς ἀνῆει· καὶ Ζεὺς αὐτὸν κεραυνοῖ. (8) Τούτου δὲ γενομένου, τρόπαιον (τροπὴ ?) τῶν Ἀργείων γίνεται. Ὡς δὲ ἀπώλλυντο πολλοὶ, δόξαν ἑκατέροις τοῖς στρατεύμασιν, Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης περὶ τῆς βασιλείας μονομαχοῦσι, καὶ κτείνουσιν ἀλλήλους. [2]Καρτερᾶς δὲ πάλιν γενομένης μάχης, οἱ Ἀστακοῦ παῖδες ἠρίστευσαν. Ἴσμαρος μὲν γὰρ Ἱππομέδοντα ἀπέκτεινε· Λεάδης δὲ Ἐτέοκλον· Ἀμφίδικος δὲ Παρθενοπαῖον· ὡς δὲ Εὐριπίδης φησὶ, Παρθενοπαῖον ὁ Ποσειδῶνος παῖς Περικλύμενος ἀπέκτεινε. [3] Μελάνιππος δὲ ὁ λοιπὸς τῶν παίδων [εἰς τὴν γαστέρα] Τυδέα τιτρώσκει. Ἡμιθνῆ-

loidem portam collocatus est, Capaneus ad Ogygiam, Amphiaraus ad Prœtidem, Hippomedon ad Neitam, Polynices ad Hypsistam, Parthenopæus ad Electridem, Tydeus ad Crenidem. [2] Interea Eteocles quoque Thebanos armis instruxit, atque constitutis totidem ducibus, quomodo posset hostes superare, vaticinantium consilio conquisivit.

(7) Erat apud Thebanos Tiresias vates, Everis et Chariclûs nymphæ filius, ab Udæi Sparti genere oriundus, oculorum luce orbatus. [2] Cujus de cæcitate ac vaticinandi peritia variæ sunt historiæ. Namque alii eum deorum ira excæcatum esse dicunt, quia mortalibus quæ celare volebant, evulgasset. [3]Pherecydes autem a Minerva eum luminibus privatum narrat. Nam quum Chariclo Minervæ esset amica,..... illum nudam per omnia deam vidisse, hanc vero manibus attingentem illius oculos cæcum reddidisse. [4]At Chariclo Minervam orasse, ut filio suo oculos restitueret. Quod quum dea efficere non posset, expurgatis illius auribus, omnem avium vocem intelligendi tribuisse facultatem, eundemque cyaneo sceptro condonasse, quod gestans æque ac oculatus incederet. [5] Hesiodus vero dicit eum ad Cyllenen montem serpentes coeuntes conspicatum, quod eos vulnerasset, e viro in mulierem mutatum esse; et quum rursus eosdem serpentes coeuntes observasset, in priorem viri formam rediisse. [6] Quocirca Juno ac Jupiter ambigentes mulieresne an viri majorem in coeundo voluptatem caperent, hunc sibi arbitrum delegerunt. Tum ille de novem ac decem quæ inter coeundum voluptatis partes caperentur, novem virum, ac mulierem decem partibus frui judicavit. [7]Quare illum Juno oculorum usu privavit, Jupiter autem pro luminibus ademtis vaticinandi scientiam concessit. [Responsum quod Tiresias dedit Jovi et Junoni :

Parte una e denis mas partibus oblectatur,
at mulier solidum coitus capit ipsa decuncem.]

Longævus quoque Tiresias fuit.

[8] Hic igitur Thebanis victoriam vaticinatus est, si Menœceus Creontis filius sese Marti victimam devoveret. Quod ubi Menœceus audivit, se ipse ante portas mactavit. [9] Deinde vero pugna commissa, Cadmei ad muros usque repulsi sunt, et arreptis scalis Capaneus in muros jam ascendit, ubi Jupiter fulmine ictum interemit. (8) Quo facto Argivi in fugam se converterunt. Quum autem multi cecidissent, ex utriusque exercitus sententia de regno singulari certamine decernunt Eteocles et Polynices, ac mutua se cæde interficiunt. [2] Nova deinde pugna magna cum acerbitate commissa, Astaci filii inter omnes virtute fuerunt conspicui. Ismarus enim Hippomedontem prostravit, Leades Eteoclum, Amphidicus Parthenopæum, quem tamen Euripides a Periclymeno Neptuni filio occisum fuisse narrat. [3] Melanippus qui restabat Astaci filius, Tydeum (in ventre) vulneravit. Qui

Digitized by Google

τος δὲ αὐτοῦ κειμένου, παρὰ Διὸς αἰτησαμένη Ἀθηνᾶ φάρμακον ἤνεγκε, δι' οὗ ποιεῖν ἔμελλεν ἀθάνατον αὐτόν. [4]Ἀμφιάραος δὲ αἰσθόμενος τοῦτο, μισῶν Τυδέα ὅτι παρὰ τὴν ἐκείνου γνώμην εἰς Θήβας ἔπεισε τοὺς Ἀργείους στρατεύεσθαι, τὴν Μελανίππου κεφαλὴν ἀποτεμὼν ἔδωκεν αὐτῷ· (τιτρωσκόμενος δὲ Τυδεὺς ἔκτεινεν αὐτόν.) [5]Ὁ δὲ διελὼν, τὸν ἐγκέφαλον ἐξερρόφησεν αὐτόν. Ὡς δὲ εἶδεν Ἀθηνᾶ, μυσαχθεῖσα τὴν εὐεργεσίαν ἐπέσχε τε καὶ ἐφθόνησεν. [6]Ἀμφιαράῳ δὲ φεύγοντι παρὰ ποταμὸν Ἰσμηνὸν, πρὶν ὑπὸ Περικλυμένου τὰ νῶτα τρωθῆ, Ζεὺς κεραυνὸν βαλὼν τὴν γῆν διέστησεν. Ὁ δὲ σὺν τῷ ἅρματι καὶ τῷ ἡνιόχῳ Βάτωνι, ὡς δέ ἔνιοι, Ἐλαττωνῷ, ἐκρύφθη, καὶ Ζεὺς ἀθάνατον αὐτὸν ἐποίησεν. [7]Ἄδραστον δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἀρίων. Τοῦτον ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Δημήτηρ εἰκασθεῖσα Ἐρινύϊ κατὰ τὴν συνουσίαν.

quum semianimis jaceret, Minerva a Jove impetratum remedium attulit, quo illum immortalem redderet. [4]Quod quum animadvertisset Amphiaraus, Tydeum exosus, quoniam præter sententiam suam Argivos ad bellum Thebanum compulisset, desectum Melanippi caput ei tradidit. (Tydeus enim, quum jam vulneratus esset, Melanippum interfecerat.) [5]Quo ille diviso cerebrum adeo exsorbuit. Id ubi Minerva animadvertit, beneficium ei invidens retractavit. [6]Amphiarao vero ad Ismenum fluvium fugienti, priusquam in humeris a Periclymeno vulnus acciperet, demisso ab Jove fulmine, terra dehiscit, atque ille cum curru simul et Batone auriga, sive, ut quidam ferunt, Elattono, terræ hiatu absorptus est et a Jove immortalitate condonatus. [7]Solus Adrastus Arione equo vectus in tutum evasit. Hunc equum Ceres in Erinnyis formam versa ex Neptuni concubitu genuerat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

(1) Κρέων δὲ, τὴν Θηβαίων βασιλείαν παραλαβὼν, τοὺς τῶν Ἀργείων νεκροὺς ἔῤῥιψεν ἀτάφους, καὶ κηρύξας μηδένα θάπτειν, φύλακας κατέστησεν. [2]Ἀντιγόνη δὲ, μία τῶν Οἰδίποδος θυγατέρων, κρύφα τὸ Πολυνείκους σῶμα κλέψασα ἔθαψε· καὶ φωραθεῖσα ὑπὸ Κρέοντος, αὐτοῦ τῷ τάφῳ ζῶσα ἐνεκρύφθη. [3]Ἄδραστος δὲ εἰς Ἀθήνας ἀφικόμενος, ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν κατέφυγε, καὶ ἱκετηρίαν θεὶς, ἠξίου θάπτειν τοὺς νεκρούς. [4]Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μετὰ Θησέως στρατεύσαντες, αἱροῦσι Θήβας, καὶ τοὺς νεκροὺς τοῖς οἰκείοις διδόασι θάψαι. [5]Τῆς δὲ Καπανέως καιομένης πυρᾶς, Εὐάδνη ἡ Καπανέως μὲν γυνὴ, θυγάτηρ δὲ Ἴφιος, ἑαυτὴν βαλοῦσα συγκατεκαίετο.

(2) Μετὰ δὲ ἔτη δέκα, οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, κληθέντες Ἐπίγονοι, στρατεύειν ἐπὶ Θήβας προῃροῦντο, τὸν τῶν πατέρων θάνατον τιμωρήσασθαι βουλόμενοι. [2]Καὶ μαντευομένοις αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐθέσπισε νίκην Ἀλκμαίωνος ἡγουμένου. [3]Ὁ μὲν οὖν Ἀλκμαίων ἡγεῖσθαι τῆς στρατείας οὐ βουλόμενος, πρὶν τίσασθαι τὴν μητέρα, ὅμως στρατεύεται. Λαβοῦσα γὰρ Ἐριφύλη παρὰ Θερσάνδρου τοῦ Πολυνείκους τὸν πέπλον, συνέπεισε καὶ τοὺς παῖδας στρατεύεσθαι. [4]Οἱ δὲ ἡγεμόνα Ἀλκμαίωνα ἑλόμενοι, Θήβας ἐπολέμουν. [5]Ἦσαν δὲ οἱ στρατευόμενοι οἵδε· Ἀλκμαίων καὶ Ἀμφίλοχος Ἀμφιαράου, Αἰγιαλεὺς Ἀδράστου· Διομήδης Τυδέως· Πρόμαχος Παρθενοπαίου· Σθένελος Καπανέως· Θέρσανδρος Πολυνείκους· Εὐρύαλος Μηκιστέως. (3) Οὗτοι πρῶτον μὲν πορθοῦσι τὰς πέριξ κώμας, ἔπειτα, τῶν Θηβαίων ἐπελθόντων Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους ἡγουμένου, γενναίως μάχονται. [2]Καὶ Λαοδάμας μὲν Αἰγιαλέα κτείνει, Λαοδάμαντα δὲ Ἀλκμαίων. Καὶ μετὰ τὸν τούτου θάνατον, Θηβαῖοι συμφεύγουσιν εἰς τὰ τείχη. [3]Τειρεσίου δὲ εἰπόντος αὐτοῖς πρὸς μὲν Ἀργείους κήρυκα περὶ διαλύσεως ἀποστέλλειν, αὐτοὺς δὲ φεύγειν, πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους

CAPUT VII.

(1) Creon, Thebanorum regnum adeptus, cæsorum Argivorum corpora insepulta projecit, et edicto præcipiens ne quis ea sepelire curaret, custodes apposuit. [2]Verum Antigona, una ex Œdipi filiabus, clam Polynicis corpus sublatum humavit. Sed a Creonte deprehensa, viva eodem, quo frater, sepulcro condita est. [3]Adrastus autem Athenas profectus, ad Misericordiæ aram confugit, atque supplex cadaverum tumulandi potestatem precatur. [4]Tum Athenienses, suscepta expeditione, Theseo duce Thebas capiunt, et mortuorum corpora suis sepelienda concedunt. [5]Conflagrante vero Capanei rogo, Evadne illius conjux, Iphios filia, in eum se conjecit et una cum marito cremavit.

(2) Decimo anno post, occisorum filii, quos Epigonos vocant, patrum cædem ulturi contra Thebanos bellum decernunt. [2]Quibus oraculum sciscitantibus deus victoriam vaticinatus est, si duce uterentur Alcmæone. [3]Sed Alcmæon expeditionis præfecturam detrectabat, nisi antea de matre supplicium sumsisset; nihilo secius tamen in bellum contendit. Nam quum Eriphyle a Thersandro Polynicis filio peplum accepisset, filios quoque ad arma capienda adduxit. [4]Hi igitur, delecto Alcmæone duce, Thebanis bellum intulerunt. [5]Quorum nomina hæc sunt: Alcmæon et Amphilochus, Amphiarai filii, Ægialeus Adrasti, Diomedes Tydei, Promachus Parthenopæi, Sthenelus Capanei, Thersander Polynicis, Euryalus Mecistei. (3) Hi primo quidem finitimos circà vicos depopulantur, deinde vero, Thebanis sub duce Laodamante, Eteoclis filio, ad prœlium egressis, strenue pugnant. [2]Laodamas Ægialeum interfecit, Laodamantem vero Alcmæon; quo cæso, Thebani intra mœnia fuga se recipiunt. [3]Deinde vero monente eos Tiresia, ut ad Argivos de pace petenda mitterent præconem, ipsi autem fugam capesserent, ad hostes præconem

Digitized by Google

κήρυκα πέμπουσιν, αὐτοὶ δὲ, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὰς ἁπήνας τέκνα καὶ γυναῖκας, ἐκ τῆς πόλεως ἔφευγον. [4] Νύκτωρ δὲ ἐπὶ τὴν λεγομένην Τιλφοῦσσαν κρήνην παραγενομένων αὐτῶν, Τειρεσίας, ἀπὸ ταύτης πιὼν, αὐτοῦ τὸν βίον κατέστρεψε. Θηβαῖοι δὲ ἐπὶ πολὺ διελθόντες, πόλιν Ἑστιαίαν κτίσαντες κατῴκησαν. (4) Ἀργεῖοι δὲ ὕστερον τὸν δρασμὸν τῶν Θηβαίων μαθόντες, εἰσίασιν εἰς τὴν πόλιν, καὶ συναθροίζουσι τὴν λείαν, καὶ καθαιροῦσι τὰ τείχη. [2] Τῆς δὲ λείας μέρος εἰς Δελφοὺς πέμπουσιν Ἀπόλλωνι καὶ τὴν Τειρεσίου θυγατέρα Μαντώ. Ἤξαντο γὰρ αὐτῷ, Θήβας ἑλόντες τὸ κάλλιστον τῶν λαφύρων ἀναθήσειν.

(5) Μετὰ δὲ τὴν Θηβαίων ἅλωσιν αἰσθόμενος Ἀλκμαίων καὶ ἐπ' αὐτὸν δῶρα εἰληφυῖαν Ἐριφύλην τὴν μητέρα, μᾶλλον ἠγανάκτησε· καὶ, χρήσαντος Ἀπόλλωνος αὐτῷ, τὴν μητέρα ἀπέκτεινεν. [2] Ἔνιοι μὲν μᾶλλον λέγουσι σὺν Ἀμφιλόχῳ τῷ ἀδελφῷ κτεῖναι τὴν Ἐριφύλην, ἔνιοι δὲ ὅτι μόνος. [3] Ἀλκμαίωνα δὲ μετῆλθεν Ἐρινὺς τοῦ μητρῴου φόνου. Καὶ μεμηνὼς, πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Οἰκλέα παραγίνεται, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ψωφῖδα πρὸς Φηγέα. [4] Καθαρθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ, Ἀρσινόην γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα· καὶ τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἔδωκε ταύτῃ. [5] Γενομένης δὲ ὕστερον τῆς γῆς δι' αὐτὸν ἀφόρου, χρήσαντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ πρὸς Ἀχελῶον ἀπιέναι, καὶ παρ' ἐκεῖνον πόλιν διαλαμβάνειν, τὸ μὲν πρῶτον πρὸς Οἰνέα παραγίνεται εἰς Καλυδῶνα καὶ ξενίζεται παρ' αὐτῷ. Ἔπειτα ἀφικόμενος εἰς Θεσπρωτοὺς, τῆς χώρας ἀπελαύνεται. [6] Τελευταῖον δὲ ἐπὶ τὰς Ἀχελώου πηγὰς παραγενόμενος, καθαίρεταί τε ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Καλλιῤῥόην λαμβάνει, καὶ ὃν Ἀχελῶος προσέχωσε τόπον κτίσας κατῴκησε.

[7] Καλλιῤῥόης δὲ ὕστερον τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἐπιθυμούσης λαβεῖν, καὶ λεγούσης οὐ συνοικήσειν αὐτῷ, εἰ μὴ λάβοι ταῦτα· διὸ παραγενόμενος εἰς Ψωφῖδα Ἀλκμαίων, Φηγεῖ λέγει τεθεσπίσθαι τῆς μανίας ἀπαλλαγὴν ἑαυτοῦ, ὅταν τὸν ὅρμον εἰς Δελφοὺς κομίσας ἀναθῇ καὶ τὸν πέπλον. [8] Ὁ δὲ, πιστεύσας, δίδωσι. Μηνύσαντος δὲ θεράποντος, ὅτι Καλλιῤῥόη ταῦτα λαβὼν ἐκόμιζεν, ἐνεδρευθεὶς ὑπὸ τῶν Φηγέως παίδων, ἐπιτάξαντος τοῦ Φηγέως, ἀναιρεῖται. [9] Ἀρσινόην δὲ μεμφομένην οἱ τοῦ Φηγέως παῖδες ἐμβιβάσαντες εἰς λάρνακα κομίζουσιν εἰς Τέγεαν, καὶ διδόασιν Ἀγαπήνορι, καταψευσάμενοι τὸν Ἀλκμαίωνος αὐτῆς φόνον. (6) Καλλιῤῥόη δὲ τὴν Ἀλκμαίωνος ἀπώλειαν μαθοῦσα, πλησιάζοντος αὐτῇ τοῦ Διὸς, αἰτεῖται τοὺς γεγεννημένους παῖδας ἐξ Ἀλκμαίωνος αὐτῇ γενέσθαι τελείους, ἵνα τὸν τοῦ πατρὸς τίσωνται φόνον. Γενόμενοι δὲ ἐξαίφνης οἱ παῖδες τέλειοι, ἐπὶ τὴν ἐκδικίαν τοῦ πατρὸς ἐζήτησαν. [2] Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ καιρὸν οἵ τε Φηγέως παῖδες Πρόνοος καὶ Ἀγήνωρ, εἰς Δελφοὺς κομίζοντες ἀναθεῖναι τὸν ὅρμον καὶ τὸν πέπλον, καταλύουσι πρὸς Ἀγαπήνορα, καὶ οἱ τοῦ Ἀλκμαίωνος παῖδες, Ἀμφότερός τε καὶ Ἀκαρνάν· [3] καὶ

delegant atque mulieribus liberisque in vehicula impositis urbem relinquunt. [4] Qui ubi noctu ad Tilphussam fontem pervenerunt, Tiresias, quum ex eo aquam bibisset, vitam ibi finivit. Thebani vero diu multumque vagati Hestiæam urbem condiderunt, in eaque consederunt. (4) Argivi interea, cognita Thebanorum fuga, ingrediuntur Thebas, prædam congerunt, muros solo exæquant. [2] Manubiarum partem Delphos ad Apollinem mittunt una cum Manto, filia Tiresiæ. Voverant enim se, captis Thebis, spoliorum præstantissimum illi dono missuros.

(5) Post Thebarum excidium Alcmæon, quod contra se quoque dona Eriphylen matrem cepisse resciverat, majori succensus est iracundia, et accepto ab Apolline responso, eam necavit. [2] Nonnulli dicunt eum una cum Amphilocho fratre, alii vero solum Eriphylen occidisse. [3] Sed Alcmæon ob matris cædem a Furiis exagitatus et insaniens primum venit in Arcadiam ad Oiclem, illinc Psophidem ad Phegeum confugit. [4] A quo lustratus filiam ejus Arsinoen uxorem duxit, eique pro munere nuptiali monile dedit et peplum. [5] Postea vero ubi propter eum nullas terra fruges ederet, deus eum jussit oraculo ad Acheloum abire et in occupato juxta eum solo urbem condere. Primum igitur Calydonem proficiscitur ad Œneum, qui hospitio eum excipit. Inde ad Thesprotos contendens ab eorum finibus repellitur. [6] Demum ad Acheloi fontes concessit, a quo lustratus Callirrhoen filiam cepit uxorem, atque in solo a fluvio aggesto urbem condidit, in qua sedem sibi constituit.

[7] Postea Callirrhoe monile et peplum desiderante ac nisi hæc acciperet amplexus ei recusante, Psophidem profectus Alcmæon Phegeo dixit, vaticinio fuisse renuntiatum, se furore tum liberatum iri, quum monile et peplum Delphos delata Apollini dedicaverit. [8] Quæ fidens ille reddit. Verum famulo indicante eum ad Callirrhoen illa perferre, Phegei filiorum insidiis patris jussu circumventus interficitur. [9] Arsinoen autem cædem fratribus exprobrantem Phegei filii in arcam impositam Tegeam abducunt, atque Agapenori tradunt, ab ea Alcmæonis cædem perpetratam esse ementiti. (6) Interea Callirrhoe, audito Alcmæonis interitu, dum rem cum ea habebat Jupiter, ab eo efflagitat, ut quos ex Alcmæone peperisset liberi repente adulta ætate essent, quo patris necem ulciscerentur. Qua re impetrata, filii ad patris ultionem exierunt. [2] Eodem vero tempore tum Phegei filii, Pronous et Agenor, ut monile ac peplum Apollini dedicarent Delphos proficiscentes, ad Agapenorem devertunt, tum Alcmæonis filii, Ampboterus et Acarnan. [3] Hi itaque patris interfectores e medio tollunt,

Digitized by Google

ἐλθόντες τοὺς τοῦ πατρὸς φονέας, παραγενόμενοί τε εἰς Ψωφῖδα καὶ παρελθόντες εἰς τὰ βασίλεια, τόν τε Φηγέα καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κτείνουσι. Διωχθέντες δὲ ἄχρι Τεγέας, ἐπιβοηθησάντων Τεγεατῶν καί τινων Ἀργείων, ἐσώθησαν, εἰς φυγὴν τῶν Ψωφιδίων τραπέντων. (7) Δηλώσαντες δὲ τῇ μητρὶ ταῦτα, τόν τε δρμον καὶ τὸν πέπλον ἐλθόντες εἰς Δελφοὺς ἀνέθεντο κατὰ πρόσταξιν Ἀχελώου. Πορευθέντες δὲ εἰς τὴν Ἤπειρον, συναθροίζουσιν οἰκήτορας, καὶ κτίζουσιν Ἀκαρνανίαν.

[2] Εὐριπίδης δέ φησιν, Ἀλκμαίωνα, κατὰ τὸν τῆς μανίας χρόνον, ἐκ Μαντοῦς Τειρεσίου παῖδας δύο γεννῆσαι, Ἀμφίλοχον καὶ θυγατέρα Τισιφόνην· κομίσαντα δὲ εἰς Κόρινθον τὰ βρέφη δοῦναι τρέφειν Κορινθίων βασιλεῖ Κρέοντι. [3] Καὶ τὴν μὲν Τισιφόνην, διενεγκοῦσαν εὐμορφίᾳ, ὑπὸ τῆς Κρέοντος γυναικὸς ἀπεμποληθῆναι, δεδοικυίας μὴ Κρέων αὐτὴν γαμετὴν ποιήσηται· τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα ἀγοράσαντα ταύτην ἔχειν, οὐκ εἰδότα τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, θεράπαιναν· [4] παραγενόμενον δὲ εἰς Κόρινθον ἐπὶ τὴν τῶν τέκνων ἀπαίτησιν, καὶ τὸν υἱὸν κομίσασθαι. Καὶ Ἀμφίλοχος, κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος, Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος ᾤκησεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

(1) Ἐπανάγωμεν δὲ νῦν πάλιν ἐπὶ τὸν Πελασγόν· ὃν Ἀκουσίλαος μὲν Διὸς λέγει καὶ Νιόβης, καθάπερ ὑπέθεμεν, Ἡσίοδος δὲ αὐτόχθονα. [2] Τούτου καὶ τῆς Ὠκεανοῦ θυγατρὸς Μελιβοίας, ἢ, καθάπερ ἄλλοι λέγουσι, νύμφης Κυλλήνης, παῖς Λυκάων ἐγένετο· ὃς βασιλεύων Ἀρκάδων, ἐκ πολλῶν γυναικῶν πεντήκοντα παῖδας ἐγέννησε· [3] Μαίναλον, Θεσπρωτὸν, Ἕλικα, Νύκτιμον, Πευκέτιον, Καύκωνα, Μηκιστέα, Ὁπλέα, Μακαρέα, Μάκεδνον, Ὄρον, Πόλιχον, Ἀκόντην, Εὐαίμονα, Ἀγκύορα, Ἀρχεβάτην, Καρτέρωνα, Αἰγαίωνα, Πάλλαντα, Εὔμονα, Κάνηθον, Πρόθοον, Λίνον, Κορέθοντα, [Μαίναλον,] Τηλεβόαν, Φύσιον, Φάσσον, Φθίον, Λύκιον, Ἁλίφηρον, Γενέτορα, Βουκολίωνα, Σωκλέα, Φινέα, Εὐμήτην, Ἁρπαλέα, Πορθέα, Πλάτωνα, Αἵμονα, Κύναιθον, Λέοντα, Ἁρπάλυκον, Ἡραιέα, Τιτάναν, Μαντίνουν, Κλείτορα, Στύμφαλον, Ὀρχόμενον. [4] Οὗτοι πάντας ἀνθρώπους ὑπερέβαλον ὑπερηφανείᾳ καὶ ἀσεβείᾳ. Ζεὺς δὲ αὐτῶν βουλόμενος τὴν ἀσέβειαν πειράσαι, εἰκασθεὶς ἀνδρὶ γερνήτῃ παραγίνεται. [5] Οἱ δὲ αὐτὸν ἐπὶ ξενίᾳ καλέσαντες, σφάξαντες ἕνα τῶν ἐπιχωρίων παῖδα, τοῖς ἱεροῖς τὰ τούτου σπλάγχνα συναναμίξαντες, παρέθεσαν, συμβουλεύσαντος τοῦ πρεσβυτέρου ἀδελφοῦ Μαινάλου. [6] Ζεὺς δὲ τὴν μὲν τράπεζαν ἀνέτρεψεν, ἔνθα νῦν Τραπεζοῦς καλεῖται ὁ τόπος· Λυκάονα δὲ καὶ τούτου παῖδας ἐκεραύνωσε, χωρὶς τοῦ νεωτάτου Νυκτίμου· ἀνασχοῦσα γὰρ ἡ Γῆ τὰς χεῖρας, καὶ τῆς δεξιᾶς τοῦ Διὸς ἐφαψαμένη, τὴν ὀργὴν κατέπαυσε.

(2) Νυκτίμου δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, ὁ

et deinde Psophidem profecti regiamque ingressi et Phegeum et uxorem ejus occidunt. Psophidiis autem fugientes usque ad Tegeam insequentibus, Tegeatum et Argivorum quorundam auxilio Psophidios fugarunt et ipsi incolumes evaserunt. (7) Qui ubi hæc matri exposuerant, monile et peplum Delphos profecti ex Acheloi imperato Apollini consecrarunt. Progressi deinde in Epirum, collectis colonis, urbes condunt in Acarnania.

[2] Euripide auctore Alcmæon, quo tempore insaniebat, ex Manto, Tiresiæ filia, duos liberos suscepit, Amphilochum filium filiamque Tisiphonen; quos Corinthum translatos Creonti Corinthiorum regi dedit educandos. [3] Ac Tisiphone formæ pulcritudine excellens, a Creontis uxore, verita ne Creon eam in conjugium sumeret, vendita est in servitutem. Eam vero mercatus est Alcmæon, ignarus suam se filiam habere ancillam. [4] Deinde ad liberos repetendos Corinthum profectus filium quoque abduxit. Atque Amphilochus Apollinis oraculo monitus Argos Amphilochium habitatum concessit.

CAPUT VIII.

(1) Jam redeundum nobis est ad Pelasgum, quem Acusilaus, ut antea monuimus, Jovis et Niobes filium dicit, Hesiodus vero indigenam. [2] Hujus et Melibœæ, Oceani filiæ sive, ut alii volunt, Cyllenes nymphæ, filius erat Lycaon, qui Arcadibus imperans e multis uxoribus quinquaginta liberos suscepit: [3] Mænalum, Thesprotum, Helicem, Nyctimum, Peucetium, Cauconem, Mecisteum, Hopleum, Macareum, Macednum, Horum, Polichum, Aconten, Evæmonem, Ancyorem, Archebaten, Carteronem, Ægæonem, Pallantem, Eumonem, Canethum, Prothoum, Linum, Corethontem, (Mænalum,) Teleboan, Physium, Phassum, Phthium, Lycium, Halipherum, Genetorem, Bucolionem, Socleum, Phineum, Eumeten, Harpaleum, Portheum, Platonem, Hæmonem, Cynæthum, Leontem, Harpalycum, Heræeum, Titanan, Mantinoum, Clitorem, Stymphalum, Orchomenum. [4] Hi superbia et impietate cunctis mortalibus antesteterunt. Quare Jupiter, ut horum impietatis periculum faceret, sumta hominis mercenarii forma, ad eos accedit. [5] Tum hi invitantes eum hospitio, e conterraneis puerum quendam jugulaverunt, cujus viscera cum victimarum carne commixta, Mænali fratris natu maximi suasu, in epulo ei apposuerunt. [6] At Jupiter mensam evertit eo in loco, qui nunc Trapezus vocatur. Lycaonem vero et liberos ejus fulmine ictos interfecit præter Nyctimum natu minimum. Terra enim sublatis in altum manibus et dextra Jovis comprehensa, illius iram compescuit.

(2) Postquam Nyctimus regnum susceperat, Deucalionis

Digitized by Google

ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐγένετο. Τοῦτον ἔνιοί φασι διὰ τὴν τῶν Λυκάονος παίδων δυσσέβειαν γεγενῆσθαι. [2] Εὔμηλος δὲ καί τινες ἕτεροι λέγουσι Λυκάονι καὶ θυγατέρα Καλλιστὼ γενέσθαι. Ἡσίοδος μὲν γὰρ αὐτὴν μίαν εἶναι τῶν Νυμφῶν λέγει, Ἄσιος δὲ Νυκτέως, Φερεκύδης δὲ Κητέως. [3] Αὕτη σύνθηρος Ἀρτέμιδος οὖσα, τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ στολὴν φοροῦσα, ὤμοσεν αὐτῇ μεῖναι παρθένον. [4] Ζεὺς δὲ, ἐρασθεὶς, ἀκούσῃ συνευνάζεται, εἰκασθεὶς, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, Ἀρτέμιδι, ὡς δὲ ἔνιοι, Ἀπόλλωνι. [5] Βουλόμενος δὲ Ἥραν λαθεῖν, εἰς ἄρκτον μετεμόρφωσεν αὐτήν. Ἥρα δὲ ἔπεισεν Ἄρτεμιν, ὡς ἄγριον θηρίον κατατοξεῦσαι. [6] Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ὡς Ἄρτεμις αὐτὴν κατετόξευσεν, ὅτι τὴν παρθενίαν οὐκ ἐφύλαξεν. [7] Ἀπολομένης δὲ Καλλιστοῦς Ζεὺς τὸ βρέφος ἁρπάσας, ἐν Ἀρκαδίᾳ δίδωσιν ἀνατρέφειν Μαίᾳ, προσαγορεύσας Ἀρκάδα· τὴν δὲ Καλλιστὼ καταστερίσας ἐκάλεσεν Ἄρκτον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

(1) Ἀρκάδος δὲ καὶ Λεανείρας τῆς Ἀμύκλου, ἢ Μεγανείρας τῆς Κρόκωνος, ὡς δὲ Εὔμηλος λέγει, νύμφης Χρυσοπελείας, ἐγένοντο παῖδες Ἔλατος καὶ Ἀφείδας. [2] Οὗτοι τὴν γῆν ἐμερίσαντο, τὸ δὲ πᾶν κράτος εἶχεν Ἔλατος· ὃς ἐκ Λαοδίκης τῆς Κινύρου Στύμφαλον καὶ Περέα τεκνοῖ, Ἀφείδας δὲ Ἄλεον καὶ Σθενέβοιαν, ἣν γαμεῖ Προῖτος.

[3] Ἀλέου δὲ καὶ Νεαίρας τῆς Περέως, θυγάτηρ μὲν Αὐγη, υἱοὶ δὲ Κηφεὺς καὶ Λυκοῦργος. [4] Αὐγη μὲν οὖν ὑφ' Ἡρακλέους φθαρεῖσα, κατέκρυψε τὸ βρέφος ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς, ἧς εἶχε τὴν ἱερωσύνην. Ἀκάρπου δὲ τῆς γῆς μενούσης, καὶ μηνυόντων τῶν χρησμῶν εἶναί τι ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς δυσσέβημα, φωραθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, παρεδόθη Ναυπλίῳ ἐπὶ θανάτῳ· παρ' οὗ Τεύθρας ὁ Μυσῶν δυνάστης παραλαβὼν αὐτὴν ἔφθειρε. [5] Τὸ δὲ βρέφος ἐκτεθὲν ἐν ὄρει Παρθενίῳ, θηλὴν ὑποσχούσης ἐλάφου, Τήλεφος ἐκλήθη. Καὶ τραφεὶς ὑπὸ τῶν Κορύθου βουκόλων, καὶ ζητήσας τοὺς γονέας, ἦκεν εἰς Δελφούς. [6] Καὶ μαθὼν παρὰ τοῦ θεοῦ, παραγενόμενος εἰς Μυσίαν, θετὸς παῖς Τεύθραντος γίνεται, καὶ τελευτῶντος αὐτοῦ διάδοχος τῆς δυναστείας γίνεται.

(2) Λυκούργου δὲ καὶ Κλεοφίλης, ἢ Εὐρυνόμης, Ἀγκαῖος καὶ Ἔποχος καὶ Ἀμφιδάμας καὶ Ἴασος. [2] Ἀμφιδάμαντος δὲ Μειλανίων καὶ θυγάτηρ Ἀντιμάχη, ἣν Εὐρυσθεὺς ἔγημεν. Ἰάσου δὲ καὶ Κλυμένης τῆς Μινύου Ἀταλάντη ἐγένετο. Ταύτης ὁ πατὴρ, ἀῤῥένων παίδων ἐπιθυμῶν, ἐξέθηκεν αὐτήν· [3] ἄρκτος δὲ φοιτῶσα πολλάκις θηλὴν ἐδίδου, μέχρις οὗ εὑρόντες κυνηγοὶ παρ' ἑαυτοῖς ἀνέτρεφον. Τελεία δὲ Ἀταλάντη γενομένη, παρθένον ἑαυτὴν ἐφύλαττε, καὶ θηρεύουσα ἐν ἐρημίᾳ καθωπλισμένη διετέλει. Βιάζεσθαι δὲ αὐτὴν ἐπιχειροῦντες Κένταυροι Ῥοῖκος καὶ Ὕλαῖος, κατατοξευθέντες ὑπ' αὐτῆς ἀπέθανον. [4] Παρεγένετο δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἀριστέων καὶ ἐπὶ τὸν Καλυδώνιον κάπρον·

diluvium consecutum est. Quod nonnulli Lycaonis ob filiorum impietatem factum esse dicunt. [2] Eumelus vero et alii quidam Lycaonem ajunt filiam quoque habuisse Callisto; quam quidem Hesiodus unam e Nymphis esse censet, Asius autem Nyctei, et Pherecydes Cetei filiam. [3] Hæc cum Diana venandi studio se oblectans, eademque qua dea veste induta, se virginitatem ei conservaturam esse juravit. [4] Verum hujus amore captus Jupiter, assumta Dianæ, ut nonnulli ferunt, sive secundum quosdam Apollinis forma, invitam compressit. [5] Quod quum Junonem celare studeret, illam in ursam transmutavit. Sed Juno Dianæ persuasit, ut eam tamquam belluam feram sagittis confoderet. [6] Sunt etiam qui a Diana eam interfectam dicant propterea quod virginitatem non conservasset. [7] Quæ postquam periit, Jupiter abreptum infantem in Arcadia Maiæ dedit enutriendum eique Arcadi nomen imposuit; Callisto autem inter astra collocatam nominavit Ursam.

CAPUT IX.

(1) Ex Arcade et Leanira Amyclæ, aut Meganira Croconis filia, ut vero Eumelus ait, ex nympha Chrysopelia, nati sunt Elatus et Aphidas. [2] Hi terram partiti sunt, summum autem imperium fuit penes Elatum, qui ex Laodice Cinyræ filia Stymphalum gignit et Pereum; Aphidas vero Aleum et Sthenoboeam, quam duxit Prœtus.

[3] Aleus ex Neæra, Perei, filiam procreavit Augen, filios Cepheum et Lycurgum. [4] Auge ab Hercule vitiata partum occultavit in templo Minervæ, cujus habebat sacerdotium. Sed quum terra sterilitate continuo laboraret atque oraculis indicaretur latere in Minervæ templo impium quoddam, deprehensa demum a patre puella ad necem tradita est Nauplio. Is dedit eam Teuthranti regi Mysorum, qui eam concubinatu sibi junxit. [5] Infans vero in Parthenio monte expositus, quia cerva mammas ei præberet, nominatus est Telephus. Qui deinde a Corythi bubulcis enutritus, ut parentes suos quæreret, venit Delphos; [6] atque accepto a deo responso, profectus est in Mysiam, ubi a Teuthrante adoptatus est, eique defuncto regni hæres successit.

(2) E Lycurgo et Cleophile sive Eurynome nati sunt Ancæus, Epochus, Amphidamas, Iasus. [2] Ex Amphidamante Milanion et Antimache filia, quam duxit Eurystheus. Ex Iaso et Clymene, Minyæ filia, nata est Atalanta, quam pater masculæ prolis cupidus exposuit. [3] Verum ursa frequenter ad eam accedens mammas præbebat, dum venatores inventam apud se educarent. Adulta deinde Atalanta virginem se servabat et armata in solitudine venari consueverat. Cui quum Rhœcus et Hylæus Centauri vim inferre vellent, ab ea sagittis confossi cecidere. [4] Eadem cum ceteris principibus apri Calydonii venationi interfuit,

Digitized by Google

καὶ ἐν τῷ ἐπὶ Πελίᾳ τεθέντι ἀγῶνι ἐπάλαισε Πηλεῖ, καὶ ἐνίκησεν. [5] Ἀνευροῦσα δὲ ὕστερον τοὺς γονέας, ὡς ὁ πατὴρ γαμεῖν αὐτὴν ἔπειθεν, ἀπιοῦσα εἰς σταδιαῖον τόπον, καὶ πήξασα μέσον σκόλοπα τρίπηχυν, ἐντεῦθεν τῶν μνηστευομένων τοὺς δρόμους προϊεῖσα, ἐτρόχαζε καθωπλισμένη· καὶ καταληφθέντι μὲν αὐτῷ θάνατος ὠφείλετο· μὴ καταληφθέντι δὲ γάμος. [6] Ἤδη δὲ πολλῶν ἀπολλυμένων, Μειλανίων αὐτῆς ἐρασθεὶς ἦκεν ἐπὶ τὸν δρόμον, χρύσεα μῆλα κομίζων παρ' Ἀφροδίτης, καὶ θωκόμενος ταῦτα ἔρριπτεν. Ἡ δὲ, ἀναιρουμένη τὰ ῥιπτούμενα, τὸν δρόμον ἐνικήθη. [7] Ἔγημεν οὖν αὐτὴν Μειλανίων. Καί ποτε λέγεται μὴ θηρεύοντας αὐτοὺς εἰσελθεῖν εἰς τὸ τέμενος Διὸς, κἀκεῖ συνουσιάζοντας, εἰς λέοντας ἀλλαγῆναι. [8] Ἡσίοδος δὲ καί τινες ἕτεροι τὴν Ἀταλάντην οὐκ Ἰάσου, ἀλλὰ Σχοινέως εἶπον· Εὐριπίδης δὲ Μαινάλου· καὶ τὸν γήμαντα αὐτὴν οὐ Μειλανίωνα, ἀλλὰ Ἱππομένην. [9] Ἐγέννησε δὲ ἐκ Μειλανίωνος Ἀταλάντῃ, ἢ Ἄρεος, Παρθενοπαῖον, ὃς ἐπὶ Θήβας ἐστρατεύσατο.

atque ludis in Peliæ honorem institutis, ubi cum Peleo luctata superior discessit. [5] Postea, inventis parentibus, a patre viro nubere jussa in locum stadii mensuram exæquantem descendit ac in ejus medio trium cubitum palum terræ impegit, indeque procorum cursus exire jubens, ipsa insecuta est armata. Et ei quidem quem inter termini fines consequeretur, cædes; quem vero minus, ei conjugium debebatur. [6] Demum post multorum cædes Milanion ejus amore inflammatus in certamen descendit. Is mala aurea, quæ, Veneris donum, secum attulerat, quum Atalanta eum insequebatur, in terram projecit. Quibus illa colligendis occupata cursu devicta est. [7] Milanion igitur duxit eam uxorem. Sed fama est eos aliquando per venationis otium in Jovis sacrum penetrasse, ibique mutuo complexu coeuntes in leones fuisse transformatos. [8] Hesiodus autem et alii nonnulli Atalantam non Iasi fuisse, sed Schœnei filiam dicunt; Euripides denique ait eam e Mænalo ortam, nec Milanioni, sed Hippomeni nuptam. [9] E Milanione Atalanta sive ex Marte Parthenopæum peperit, qui contra Thebas in bellum profectus est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

(1) Ἄτλαντος δὲ καὶ τῆς Ὠκεανοῦ Πληϊόνης ἐγένοντο θυγατέρες ἑπτὰ ἐν Κυλλήνῃ τῆς Ἀρκαδίας, αἱ Πληϊάδες προσαγορευθεῖσαι, Ἀλκυόνη, Μερόπη, Κελαινὼ, Ἠλέκτρα, Στερόπη, Ταϋγέτη, Μαῖα.

[2] Τούτων Στερόπην μὲν Οἰνόμαος ἔγημε· Σίσυφος Μερόπην. [3] Δυσὶ δὲ ἐμίχθη Ποσειδῶν· πρώτῃ μὲν Κελαινοῖ, ἐξ ἧς Λύκος ἐγένετο, ὃν Ποσειδῶν ἐν μακάρων ᾤκισε νήσοις. Δευτέρᾳ δὲ Ἀλκυόνῃ· ἣ θυγατέρα μὲν ἐτέκνωσεν Αἴθουσαν, τὴν Ἀπόλλωνι Ἐλευθῆρα τεκοῦσαν, καλλίστην, υἱοὺς δὲ Ὑριέα καὶ Ὑπερήνορα. [4] Ὑριέως μὲν οὖν καὶ Κλονίης νύμφης Νυκτεὺς καὶ Λύκος· Νυκτέως δὲ καὶ Πολυξοῦς, Ἀντιόπη· Ἀντιόπης δὲ καὶ Διὸς, Ζῆθος καὶ Ἀμφίων. Ταῖς δὲ λοιπαῖς Ἀτλαντίσι Ζεὺς συνουσιάζει.

(2) Μαῖα μὲν οὖν ἡ πρεσβυτάτη Διὶ συνελθοῦσα, ἐν ἄντρῳ τῆς Κυλλήνης Ἑρμῆν τίκτει. [2] Οὗτος ἐν στρωτοῖς ἐπὶ τοῦ λίκνου κείμενος, ἐκδὺς, εἰς Πιερίαν παραγίνεται, καὶ κλέπτει βόας ἃς ἔνεμεν Ἀπόλλων. [3] Ἵνα δὲ μὴ φωραθείη ὑπὸ τῶν ἰχνῶν, ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιέθηκε, καὶ κομίσας εἰς Πύλον, τὰς μὲν λοιπὰς εἰς σπήλαιον ἀπέκρυψε, δύο δὲ καταθύσας, τὰς μὲν βύρσας πέτραις καθήλωσε, τῶν δὲ κρεῶν τὰ μὲν κατηνάλωσεν ἑψήσας, τὰ δὲ κατέκαυσε. [4] Καὶ ταχέως εἰς Κυλλήνην ᾤχετο. Καὶ εὑρίσκει πρὸ τοῦ ἄντρου νεμομένην χελώνην. Ταύτην ἐκκαθάρας, εἰς τὸ κύτος χορδὰς ἐντείνας ἐξ ὧν ἔθυσε βοῶν, καὶ ἐργασάμενος λύραν εὗρε καὶ πλῆκτρον. [5] Ἀπόλλων δὲ τὰς βόας ζητῶν, εἰς Πύλον ἀφικνεῖται. Καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἀνέκρινεν· οἱ δὲ ἰδεῖν μὲν παῖδα ἐλαύνοντα ἔφασκον, οὐκ ἔχειν δὲ εἰπεῖν ποῖ ποτε ἠλάθησαν, διὰ τὸ μὴ εὑρεῖν ἴχνος δύνασθαι. [6] Μαθὼν δὲ ἐκ τῆς μαντικῆς τὸν κεκλοφότα, πρὸς Μαῖαν εἰς Κυλλήνην παραγίνεται, καὶ τὸν Ἑρμῆν ἠτιᾶτο. Ἡ δὲ ἐπέδειξεν αὐτὸν ἐν τοῖς σπαργάνοις.

CAPUT X.

(1) Ex Atlante ac Pleione Oceani filia in Cyllene Arcadiæ monte septem filiæ natæ sunt Pleiades cognominatæ: Alcyone, Merope, Celæno, Electra, Sterope, Taygete, Maia.

[2] Harum Steropen Œnomaus, Meropen Sisyphus uxores duxerunt. [3] Cum duabus vero concubuit Neptunus, quarum altera, Celæno, Lycum peperit, quem Neptunus in Fortunatorum insulas habitatum misit; ex altera, Alcyone, filiam procreavit Æthusam formosissimam, Eleutheris ex Apolline matrem, filios vero Hyrieum et Hyperenorem. [4] Hyriei et Cloniæ nymphæ fuerunt Nycteus et Lycus; Nyctei et Polyxus Antiopa; Antiopæ et Jovis Zethus et Amphion. Cum ceteris Atlantis filiabus Jupiter concumbit.

(2) Maia igitur, natu maxima, cum Jove congressa in antro Cyllenes parit Mercurium. [2] Qui quum adhuc in cunarum stragulis jaceret, exsiliit et in Pieriam profectus quas Apollo boves pascebat furto abegit. [3] Ne vero deprehendi per vestigia posset, calces pedibus earum subligavit. Quas ubi Pylum duxerat, ceteras quidem intra speluncam abscondidit, duas vero mactavit earumque coria scopulis affixit, carnis autem alteram partem elixam comedit, alteram combussit. [4] Quo facto festinanter Cyllenen rediit. Et ante antrum repperit testudinem depascentem. Qua expurgata, super ejus testam mactatarum boum nervos tetendit et artificio suo lyram invenit et plectrum. [5] Apollo vero boves quærens Pylum venit et incolas interrogavit. Hi vidisse se puerum boves abigentem responderunt, nescire tamen quonam perductæ essent, quandoquidem earum vestigia non possent deprehendere. [6] Sed Apollo postquam vaticinandi arte furem cognoverat, Cyllenen ad Maiam profectus Mercurium furti accusavit. Verum Maia puerum ostendit involutum fasciis. [7] Tum Apollo eum

Digitized by Google

7 Ἀπόλλων δὲ αὐτὸν πρὸς Δία κομίσας, τὰς βόας ἀπῄτει. Διὸς δὲ κελεύοντος ἀποδοῦναι, ἠρνεῖτο. Μὴ πείθων δέ, ἄγει τὸν Ἀπόλλωνα εἰς Πύλον καὶ τὰς βόας ἀποδίδωσιν. Ἀκούσας δὲ τῆς λύρας ὁ Ἀπόλλων αἰτήσας ταύτην ἔλαβεν, Ἑρμοῦ ἐκείνην διδόντος. Ὁ δ' Ἀπόλλων ἀντιδίδωσι τὰς βόας. 8 Ἑρμῆς δὲ ταύτας νέμων, σύριγγα πάλιν πηξάμενος ἐσύριζεν. Ἀπόλλων δὲ καὶ ταύτην βουλόμενος λαβεῖν, τὴν χρυσῆν ῥάβδον ἐδίδου, ἣν ἐκέκτητο βουκολῶν. 9 Ὁ δὲ καὶ ταύτην λαβεῖν ἀντὶ τῆς σύριγγος ἤθελε, καὶ τὴν μαντικὴν ἐπελθεῖν· καὶ δοὺς διδάσκεται τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικήν. 10 Ζεὺς δὲ αὐτὸν κήρυκα ἑαυτοῦ καὶ θεῶν ὑποχθονίων τίθησι.

(3) Ταϋγέτη δὲ ἐκ Διὸς Λακεδαίμονα· ἀφ' οὗ καὶ Λακεδαίμων ἡ χώρα καλεῖται. 2 Λακεδαίμονος δὲ καὶ Σπάρτης τῆς Εὐρώτα, ὃς ἦν ἀπὸ Λέλεγος αὐτόχθονος καὶ νύμφης Νηίδος Κλεοχαρείας, Ἀμύκλας καὶ Εὐρυδίκη, ἣν ἔγημεν Ἀκρίσιος. 3 Ἀμύκλα δὲ καὶ Διομήδης τῆς Λαπίθου Κυνόρτης καὶ Ὑάκινθος. Τοῦτον εἶναι Ἀπόλλωνος ἐρώμενον λέγουσιν· ὃν δίσκῳ βαλὼν, ἄκων ἀπέκτεινε. 4 Κυνόρτου δὲ Περιήρης, ὃς γαμεῖ Γοργοφόνην τὴν Περσέως, καθάπερ Στησίχορός φησι, καὶ τίκτει Τυνδάρεων, Ἰκάριον, Ἀφαρέα, Λεύκιππον. 5 Ἀφαρέως μὲν οὖν καὶ Ἀρήνης, τῆς Οἰβάλου, Λυγκεύς τε καὶ Ἴδας καὶ Πεῖσος· κατὰ πολλοὺς δὲ Ἴδας ἐκ Ποσειδῶνος λέγεται. Λυγκεὺς δὲ ὀξυδερκίᾳ διήνεγκεν, ὡς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν θεωρεῖν. 6 Λευκίππου δὲ [καὶ Φιλοδίκης τῆς Ἰνάχου,] θυγατέρες ἐγένοντο Ἱλάειρα καὶ Φοίβη. Ταύτας ἁρπάσαντες, ἔγημαν Διόσκουροι. Πρὸς δὲ ταύταις Ἀρσινόην ἐγέννησε. Ταύτῃ μίγνυται Ἀπόλλων· ἡ δὲ Ἀσκληπιὸν γεννᾷ. 7 Τινὲς δὲ Ἀσκληπιὸν οὐκ ἐξ Ἀρσινόης τῆς Λευκίππου λέγουσιν, ἀλλ' ἐκ Κορωνίδος τῆς Φλεγύου ἐν Θεσσαλίᾳ. Καί φασιν ἐρασθῆναι ταύτης Ἀπόλλωνα, καὶ εὐθέως συνελθεῖν· 8 τὴν δὲ παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην ἑλομένην Ἴσχυϊ τῷ Καινέως ἀδελφῷ συνοικεῖν. 9 Ἀπόλλων δὲ τὸν μὲν ἀπαγγείλαντα κόρακα καταρᾶται, ὃν τέως λευκὸν ὄντα ἐποίησε μέλανα· αὐτὴν δὲ ἀπέκτεινε. 10 Καιομένης δὲ αὐτῆς ἁρπάσας τὸ βρέφος ἐκ τῆς πυρᾶς, πρὸς Χείρωνα τὸν Κένταυρον ἤνεγκε· παρ' ᾧ καὶ τὴν ἰατρικὴν καὶ τὴν κυνηγετικὴν τρεφόμενος ἐδιδάχθη. Καὶ γενόμενος χειρουργικὸς, καὶ τὴν τέχνην ἀσκήσας ἐπὶ πολὺ, οὐ μόνον ἐκώλυέ τινας ἀποθνήσκειν, ἀλλ' ἀνήγειρε καὶ τοὺς ἀποθανόντας. 11 Παρὰ γὰρ Ἀθηνᾶς λαβὼν ἐκ τῶν φλεβῶν τῆς Γοργόνος ῥυὲν αἷμα, τῷ μὲν ἐκ τῶν ἀριστερῶν ῥυέντι, πρὸς φθορὰν ἀνθρώπων ἐχρῆτο· τῷ δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν, πρὸς σωτηρίαν. Καὶ διὰ τούτου τοὺς τεθνηκότας ἀνήγειρεν. 12 Εὗρον δέ τινας λεγομένους ἀναστῆναι ὑπ' αὐτοῦ Καπανέα καὶ Λυκοῦργον, ὡς [δὲ] Στησίχορός φησιν ἐν Ἐριφύλῃ· Ἱππόλυτον, ὡς ὁ τὰ Ναυπακτικὰ συγγράψας λέγει· Τυνδάρεων, ὥς φησι Πανύασις· Ὑμέναιον, ὡς οἱ Ὀρφικοὶ λέγουσι· Γλαῦκον τὸν Μίνωος, ὡς Μελησαγόρας λέγει. (4) Ζεὺς δὲ φοβηθεὶς, μὴ λαβόντες ἄνθρωποι θεραπείαν παρ' αὐτοῦ, βοηθῶσιν ἀλλήλοις, ἐκεραύ-

ad Jovem fert ac boves reposcit. Jubente Jove ut boves reddat, infitiatur. Sed quum non persuaderet, Apollinem Pylum ducit et boves restituit. Apollo vero lyram audiens, petitam a Mercurio accepit pro eaque dedit ei boves. 8 Quas pascens Mercurius etiam fistulam compegit compactamque inflavit. Hanc quoque Apollo possidere desiderans auream virgam dedit, quam quum boves apud Admetum pascebat acceperat. 9 Ille autem et virgam habere pro fistula voluit et vaticinandi artem addiscere. Data igitur fistula, per calculos vaticinari docetur. 10 Atque Jupiter eum et sui ipsius et deorum inferorum præconem constituit.

(3) Taygete ex Jove peperit Lacedæmonem, a quo Lacedæmonia terra nominata est. 2 Lacedæmon et Sparta, Eurotæ, qui ipse filius erat Lelegis indigenæ et Cleocharіæ Naidos nymphæ, progenuerunt Amyclam et Eurydicen, quam uxorem duxit Acrisius. 3 Amyclæ et Diomedæ, Lapithæ, fuerunt Cynortes et Hyacinthus. Hunc Apollinis amasium fuisse dicunt, qui disco percussum invitus interfecit. 4 Cynortæ filius est Perieres, qui duxit Gorgophonen Persei filiam, ut Stesichorus dicit, ex eaque genuit Tyndareum, Icarium, Aphareum, Leucippum. 5 Porro Apharei et Arenes, Œbali filiæ, fuerunt Lynceus et Idas et Pisus. Multi tamen Idam Neptuni filium dicunt. Lynceus tanto oculorum acumine gaudebat, ut etiam quæ subter terram essent, videret. 6 Leucippus [ex Philodice, Inachi,] filias suscepit Hilairam et Phœben, quas raptas uxores duxerunt Dioscuri. Præter has Arsinoen genuit, quæ cum Apolline congressa peperit Æsculapium. 7 Nonnulli vero Æsculapium non ex Arsinoe, Leucippi filia, natum dicunt, sed ex Coronide, Phlegyæ, in Thessalia; atque hujus amore captum Apollinem ajunt statim cum ea concubuisse. 8 Hanc vero contra patris voluntatem sua sponte cum Ischye, Cænei fratre, concubuisse. 9 Apollo delatorem corvum exsecratur et qui hucusque albus fuerat in nigrum commutavit, ipsam vero Coronidem interfecit. 10 Quæ quum comburebatur, Apollo infantem rogo eripuit et ad Chironem centaurum tulit, a quo educatus artem medicam et venationem edoctus est. Itaque quum chirurgus exstitisset ac multum se in hac arte exercuisset, non solum impedivit quosdam quominus morerentur, sed etiam mortuos in vitam revocavit. 11 Nam quia a Minerva sanguinem e Gorgonis venis effluentem acceperat, qui ex lævis effluxerat, in mortalium perniciem, qui autem e dextris, ad eorum salutem adhibebat. Atque hujus ope mortuos resuscitavit. 12 Eorum qui ab eo in vitam restituti esse dicuntur, inveni hosce: Capaneum et Lycurgum, ut Stesichorus ait in Eriphyle: Hippolytum, ut Naupacticorum auctor dicit; Tyndareum, ut ait Panyasis; Hymenæum, ut Orphici dicunt; Glaucum Minois filium, ut testatur Melesagoras. (4) Sed Jupiter veritus ne homines medendi artem edocti ab illo, sibi mutuam opem præstarent, fulmine eum interfecit.

Digitized by Google

νωσεν αὐτόν. [2] Καὶ διὰ τοῦτο ὀργισθεὶς Ἀπόλλων, κτείνει Κύκλωπας, τοὺς τὸν κεραυνὸν Διὶ κατασκευάσαντας. [3] Ζεὺς δὲ ἐμέλλησε ῥίπτειν αὐτὸν εἰς Τάρταρον· δεηθείσης δὲ Λητοῦς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐνιαυτὸν ἀνδρὶ θητεῦσαι. [4] Ὁ δὲ παραγενόμενος εἰς Φερὰς πρὸς Ἄδμητον τὸν Φέρητος, τούτῳ λατρεύων ἐποίμαινε, καὶ τὰς θηλείας βόας πάσας διδυματόκους ἐποίησεν.

[5] Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες Ἀφαρέα μὲν καὶ Λεύκιππον ἐκ Περιήρους γενέσθαι τοῦ Αἰόλου· Κυνόρτου δὲ Περιήρην· τοῦ δὲ, Οἴβαλον· Οἰβάλου δὲ καὶ Νηΐδος νύμφης Βατείας, Τυνδάρεων, Ἱπποκόωντα, Ἰκαρίωνα.

(5) Ἱπποκόωντος μὲν οὖν ἐγένοντο παῖδες Δορυκλεὺς, Σκαῖος, Ἐναραιφόρος, Εὐτύχης, Βουκόλος, Λύκων, Τέβρος, Ἱππόθοος, Εὔρυτος, Ἱπποκορυστὴς, Ἀλκίνους, Ἄλκων. Τούτους Ἱπποκόων ἔχων παῖδας, Ἰκαρίωνα καὶ Τυνδάρεων ἐξέβαλε Λακεδαίμονος. [2] Οἱ δὲ φεύγουσι πρὸς Θέστιον, καὶ συμμαχοῦσιν αὐτῷ πρὸς τοὺς ὁμόρους πόλεμον ἔχοντι. Καὶ γαμεῖ Τυνδάρεως Θεστίου θυγατέρα Λήδαν. [3] Αὖθις δὲ, ὅτε Ἡρακλῆς Ἱπποκόωντα καὶ τοὺς τούτου παῖδας ἀπέκτεινε, κατέρχεται καὶ παραλαμβάνει Τυνδάρεως τὴν βασιλείαν.

(6) Ἰκαρίου μὲν οὖν καὶ Περιβοίας νύμφης Νηΐδος Θόας, Δαμάσιππος, Ἰμεύσιμος, Ἀλήτης, Περίλεως, καὶ θυγάτηρ Πηνελόπη, ἣν ἔγημεν Ὀδυσσεύς.

[2] Τυνδάρεω δὲ καὶ Λήδας Τιμάνδρα, ἣν Ἔχεμος ἔγημε, καὶ Κλυταιμνήστρα, ἣν ἔγημεν Ἀγαμέμνων· ἔτι τε Φιλονόη, ἣν Ἄρτεμις ἀθάνατον ἐποίησε. (7) Διὸς δὲ Λήδᾳ συνελθόντος ὁμοιωθέντος κύκνῳ, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα Τυνδάρεω, ἐκ Διὸς μὲν ἐγεννήθη Πολυδεύκης καὶ Ἑλένη, Τυνδάρεω δὲ Κάστωρ. [2] Λέγουσι δὲ ἔνιοι Νεμέσεως Ἑλένην εἶναι καὶ Διός. Ταύτην γὰρ, τὴν Διὸς φεύγουσαν συνουσίαν, εἰς χῆνα τὴν μορφὴν μεταβαλεῖν· ὁμοιωθέντα δὲ καὶ Δία κύκνῳ, συνελθεῖν· [3] τὴν δὲ ᾠὸν ἐκ τῆς συνουσίας ἀποτεκεῖν. Τοῦτο δὲ ἐν τοῖς ἄλσεσιν εὑρόντα τινὰ ποιμένα, Λήδᾳ κομίσαντα δοῦναι. Τὴν δὲ, καταθεμένην εἰς λάρνακα, φυλάσσειν, καὶ χρόνῳ καθήκοντι γεννηθεῖσαν Ἑλένην, ὡς ἐξ αὐτῆς θυγατέρα, τρέφειν.

[4] Γενομένην δὲ αὐτὴν κάλλει διαπρεπῆ Θησεὺς ἁρπάσας εἰς Ἀφίδνας ἐκόμισε. Πολυδεύκης δὲ καὶ Κάστωρ εἰς Ἀφίδνας ἐπιστρατεύσαντες, ἐν Ἅιδου Θησέως ὄντος, αἱροῦσι τὴν πόλιν, καὶ τὴν Ἑλένην λαμβάνουσι, καὶ τὴν Θησέως μητέρα Αἴθραν ἄγουσιν αἰχμάλωτον. (8) Παρεγένοντο δὲ εἰς Σπάρτην ἐπὶ τὸν Ἑλένης γάμον οἱ βασιλεύοντες Ἑλλάδος. Ἦσαν δὲ οἱ μνηστευόμενοι οἵδε· Ὀδυσσεὺς Λαέρτου, Διομήδης Τυδέως, Ἀντίλοχος Νέστορος, Ἀγαπήνωρ Ἀγκαίου, Σθένελος Καπανέως, Ἀμφίμαχος Κτεάτου, Θάλπιος Εὐρύτου, Μέγης Φυλέως, Ἀμφίλοχος Ἀμφιαράου, Μενεσθεὺς Πετεὼ, Σχέδιος Ἐπιστρόφου, (leg. Σχεδίος καὶ Ἐπίστροφος Ἰφίτου) Πολύξενος Ἀγασθένους, Πηνέλεως Λητου (leg. Πηνέλεως Ἱππαλκίμου καὶ Λήϊτος Ἀλεκτρύονος), Αἴας Ὀϊλέως, Ἀσκάλαφος καὶ

[2] Quare iratus Apollo occidit Cyclopes, fulmina Jovi fabricantes. [3] Jam vero Jupiter in Tartarum eum dejecturus erat, sed Latonæ precibus exoratus jussit eum per annum servire viro mortali. [4] Apollo igitur Pheras ad Admetum, Pheretis filium, sese contulit, apud quem servitutem serviens pascebat armenta, et boves feminas omnes gemelliparas fecit.

[5] Sunt vero qui Aphareum et Leucippum ex Periere, Æoli filio, natos dicant, Cynortæ vero filium Perieren, et hujus Œbalum, Œbali autem et Bateæ Naidos nymphæ Tyndareum, Hippocoontem, Icarionem.

(5) Hippocoontis filii fuerunt Dorycleus, Scæus, Enaræphorus, Eutyches, Bucolus, Lycon, Tebros, Hippothous, Eurytus, Hippocorystes, Alcinous, Alcon. His Hippocoon adjutus filiis Icarionem et Tyndareum Lacedæmone ejecit. [2] Confugerunt illi ad Thestium, cui adversus finitimos bellum gerenti opitulati sunt. Ac Tyndareus Thestii filiam Ledam duxit uxorem. [3] Postea quum Hercules Hippocoontem ejusque filios interfecisset, in patriam redierunt, ubi Tyndareus regnum suscepit.

(6) Icario et Peribœa Naide nympha nati sunt Thoas, Damasippus, Imeusimus, Aletes, Perilaus et filia Penelope, quam duxit Ulysses.

[2] Tyndareo et Leda natæ sunt Timandra, quam Echemus duxit, et Clytæmnestra, quam duxit Agamemnon, et præter has Philonoe, quam Diana immortalem reddidit. (7) Jove vero sub cygni forma cum Leda congresso eademque nocte Tyndareo, ex Jove quidem nati sunt Pollux et Helena, ex Tyndareo autem Castor. [2] Sed nonnulli dicunt Helenam Jovis esse ex Nemesi. Hanc enim, quo Jovis fugeret amplexus, in anserem sese transformasse, Jovem vero in cygnum commutatum cum ea coiisse; [3] illam deinde ex hoc concubitu peperisse ovum, quod repertum in luco (*Rhamnusio*) pastor quidam tulisset ad Ledam. Eam in arca id repositum servavisse, et suo deinceps tempore natam ex eo Helenam, perinde ac si sua fuisset filia, educasse.

[4] Quæ quum formæ pulcritudine excelleret, Theseus raptam Aphidnas abduxit. Sed Castor et Pollux contra Aphidnas in bellum profecti, dum apud inferos Theseus versabatur, urbem capiunt, Helenam recuperant, Æthram Thesei matrem captivam abducunt. (8) Venerunt deinde Spartam, qui Helenæ nuptias peterent, Græciæ principes. Erant vero proci hi: Ulysses Laertæ, Diomedes Tydei, Antilochus Nestoris, Agapenor Ancæi, Sthenelus Capanei, Amphimachus Cteati, Thalpius Euryti, Meges Phylei, Amphilochus Amphiarai, Menestheus Petei, Schedius et Epistrophus Iphiti, Polyxenus Agasthenis, Peneleos Hippalcimi et Leitus Alectryonis, Ajax Oilei, Ascalaphus et Ialmenus

Digitized by Google

Ἰάλμενος Ἄρεος, Ἐλεφήνωρ Χαλκώδοντος, Εὔμηλος Ἀδμήτου, Πολυποίτης Πειρίθου, Λεοντεὺς Κορώνου, Ποδαλείριος καὶ Μαχάων Ἀσκληπιοῦ, Φιλοκτήτης Ποίαντος, Εὐρύπυλος Εὐαίμονος, Πρωτεσίλαος Ἰφίκλου, Μενέλαος Ἀτρέως, Αἴας καὶ Τεῦκρος Τελαμῶνος, Πάτροκλος Μενοιτίου. (9) Τούτων ὁρῶν τὸ πλῆθος Τυνδάρεως, ἐδεδοίκει, μὴ, κριθέντος ἑνὸς, στασιάσωσιν οἱ λοιποί. [2] Ὑποσχομένου δὲ τοῦ Ὀδυσσέως, ἐὰν συλλάβηται πρὸς τὸν Πηνελόπης αὐτῷ γάμον, ὑποθήσεσθαι τρόπον τινὰ, δι' οὗ μηδεμία γενήσεται στάσις· ὡς ὑπέσχετο αὐτῷ συλλήψεσθαι ὁ Τυνδάρεως, πάντας εἶπεν ἐξορκίσαι τοὺς μνηστῆρας βοηθήσειν, ἐὰν ὁ προκριθεὶς νυμφίος ὑπὸ ἄλλου τινὸς ἀδικῆται περὶ τὸν γάμον. [3] Ἀκούσας δὲ τοῦτο Τυνδάρεως τοὺς μνηστῆρας ἐξορκίζει· καὶ Μενέλαον μὲν αὐτὸς αἱρεῖται νυμφίον, Ὀδυσσεῖ δὲ παρὰ Ἰκαρίου μνηστεύεται Πηνελόπην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

(1) Μενέλαος μὲν οὖν ἐξ Ἑλένης Ἑρμιόνην ἐγέννησε, καὶ κατά τινας Νικόστρατον· ἐκ δούλης Πιερίδος, γένος Αἰτωλίδος, ἥ, καθάπερ Ἀκουσίλαός φησι, Τηριδάης, Μεγαπένθη· ἐκ Κνωσσίας δὲ νύμφης, κατὰ Εὔμηλον, Ξενόδαμον.

(2) Τῶν δὲ ἐκ Λήδας γενομένων παίδων, Κάστωρ μὲν ἤσκει τὰ κατὰ πόλεμον, Πολυδεύκης δὲ πυγμήν· καὶ διὰ τὴν ἀνδρείαν ἐκλήθησαν ἀμφότεροι Διόσκουροι. [2] Βουλόμενοι δὲ γῆμαι τὰς Λευκίππου θυγατέρας, ἐκ Μεσσήνης ἁρπάσαντες, ἔγημαν. Καὶ γίνεται μὲν Πολυδεύκους καὶ Φοίβης Μνησίλεως· Κάστορος δὲ καὶ Ἱλαείρας Ἀνώγων. [3] Ἐλάσαντες δὲ ἐκ τῆς Ἀρκαδίας βοῶν λείαν μετὰ τῶν Ἀφαρέως παίδων Ἴδα καὶ Λυγκέως, ἐπιτρέπουσιν Ἴδᾳ διελεῖν· ὁ δὲ, τεμὼν βοῦν εἰς μέρη τέσσαρα, τοῦ πρώτου καταφαγόντος εἶπε τῆς λείας τὸ ἥμισυ ἔσεσθαι, καὶ τοῦ δευτέρου τὸ λοιπόν. Καὶ φθάσας κατηνάλωσε τὸ μέρος τὸ ἴδιον πρῶτον Ἴδας, καὶ τὸ τοῦ ἀδελφοῦ· καὶ μετ' ἐκείνου τὴν λείαν εἰς Μεσσήνην ἦλασε. [4] Στρατεύσαντες δὲ ἐπὶ Μεσσήνην οἱ Διόσκουροι, τήν τε λείαν ἐκείνην καὶ πολλὴν ἄλλην συνελαύνουσι, καὶ τὸν Ἴδαν ὑπὸ δρυὶ ἑλόχων καὶ τὸν Λυγκέα. Λυγκεὺς δὲ ἰδὼν Κάστορα ἐμήνυσεν Ἴδᾳ· κἀκεῖνος αὐτὸν κτείνει. [5] Πολυδεύκης δὲ ἐδίωξεν αὐτοὺς, καὶ τὸν μὲν Λυγκέα κτείνει τὸ δόρυ προέμενος· τὸν δὲ Ἴδαν δώκων, βληθεὶς ὑπ' ἐκείνου πέτρᾳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, πίπτει σκοτωθείς. [6] Καὶ Ζεὺς Ἴδαν κεραυνοῖ, Πολυδεύκην δὲ εἰς οὐρανὸν ἀνάγει. Μὴ δεχομένου δὲ Πολυδεύκους τὴν ἀθανασίαν, ὄντος νεκροῦ Κάστορος, Ζεὺς ἀμφοτέροις, παρ' ἡμέραν καὶ ἐν θεοῖς εἶναι καὶ ἐν θνητοῖς, ἔδωκε. [7] Μεταστάντων δὲ εἰς θεοὺς τῶν Διοσκούρων, Τυνδάρεως μεταπεμψάμενος Μενέλαον εἰς Σπάρτην, τούτῳ τὴν βασιλείαν παρέδωκεν.

Martis, Elephenor Chalcodontis, Eumelus Admeti, Polypœtes Pirithoi, Leonteus Coroni, Podalirius et Machaon Æsculapii, Philoctetes Pœantis, Eurypylus Evæmonis, Protesilaus Iphicli, Menelaus Atrei, Ajax et Teucer Telamonis, Patroclus Menœtii. (9) Horum videns turbam Tyndareus verebatur, ne, si unum deligeret, reliqui seditionem excitarent. [2] Verum Ulysses pollicitus est, si ad Penelopæ nuptias adipiscendas sibi adjumento foret, rationem se suppeditaturum, qua nulla esset inter procos oritura discordia; atque, quum adjuturum se Tyndareus promisisset, universos procos dixit jurejurando obstringendos esse, ut delectum filiæ sponsum defensuri essent, si ab alio quodam propter nuptias injuria afficeretur. [3] Quo audito Tyndareus jurisjurandi religione procos obstrinxit, et Menelaum filiæ sponsum declaravit; Ulyssi vero ab Icario Penelopam in matrimonium poposcit.

CAPUT XI.

(1) Menelaus itaque ex Helene Hermionen genuit et, secundum quosdam, Nicostratum; ex Pieride serva ab Ætolia oriunda, sive, ut Acusilaus dicit, e Teridae Megapenthem; ex Cnossia nympha, Eumelo auctore, Xenodamum.

(2) E Ledæ filiis Castor rem militarem, Pollux pugilatum exercebat, et propter fortitudinem suam ambo appellati sunt Dioscuri. [2] Qui quum Leucippi filias in matrimonium sumere cuperent, e Messene raptas duxerunt; et Polluci ex Phœbe natus est Mnesileus, Castori ex Hilaira Anogon. [3] Quum vero boum prædam ex Arcadia una cum Ida et Lynceo abegissent, divisionem ejus Idæ permittunt. Tum ille, bove in quattuor partes conciso, qui primus partem suam devoraverit, ei, dixit, prædæ fore dimidium, secundo reliquum; quo vix dicto statim et suam ipsius et fratris partem absumsit, atque cum eo prædam Messenen abduxit. [4] Sed adversus Messenen profecti Dioscuri tum illam tum aliam multam prædam auferunt ac Idæ et Lynceo sub quercu insidiantur. Lynceus vero Castorem conspicatus indicavit Idæ, qui eum interfecit. [5] At Pollux hos insecutus Lynceum hastam jaculatus prostravit, sed dum Idam persequebatur, lapidis ictu ab eo in capite percussus est et vertigine correptus cecidit. [6] Tum Jupiter Idam fulmine necavit et Pollucem duxit in cœlum. Quum vero Pollux, Castore mortuo, immortalitatem recusaret, Jupiter ambobus concessit alternis diebus inter deos versari et inter mortales. [7] Relatis igitur inter deos Dioscuris, Tyndareus arcessito Spartam Menelao regnum tradidit.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

(1) Ἠλέκτρας δὲ τῆς Ἄτλαντος καὶ Διὸς Ἰασίων καὶ Δάρδανος ἐγένοντο. [2] Ἰασίων μὲν οὖν, ἐρασθεὶς Δήμητρος, καὶ θέλων καταισχῦναι τὴν θεὸν, κεραυνοῦται. [3] Δάρδανος δὲ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ ἀδελφοῦ λυπούμενος, Σαμοθράκην ἀπολιπὼν, εἰς τὴν ἀντίπερα ἤπειρον ἦλθε. [4] Ταύτης δὲ ἐβασίλευε Τεῦκρος ποταμοῦ Σκαμάνδρου καὶ Νύμφης Ἰδαίας, ἀφ' οὗ καὶ οἱ τὴν χώραν νεμόμενοι Τεῦκροι προσηγορεύοντο. [5] Ὑποδεχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ λαβὼν μέρος τῆς γῆς καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Βάτειαν, Δάρδανον ἔκτισε πόλιν, τελευτήσαντος δὲ Τεύκρου, τὴν χώραν ἅπασαν Δαρδανίαν ἐκάλεσε. (2) Γενομένων δὲ αὐτῷ παίδων Ἴλου καὶ Ἐριχθονίου, [2] Ἶλος μὲν οὖν ἄπαις ἀπέθανεν· Ἐριχθόνιος δὲ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν, γήμας Ἀστυόχην τὴν Σιμόεντος, τεκνοῖ Τρῶα. [2] Οὗτος παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, τὴν μὲν χώραν ἀφ' ἑαυτοῦ Τροίαν ἐκάλεσε. Καὶ γήμας Καλλιῤῥόην τὴν Σκαμάνδρου, γεννᾷ θυγατέρα μὲν Κλεοπάτραν, παῖδας δὲ Ἶλον καὶ Ἀσσάρακον καὶ Γανυμήδην. [3] Τοῦτον μὲν οὖν διὰ κάλλος ἀναρπάσας Ζεὺς δι' ἀετοῦ, θεῶν οἰνοχόον ἐν οὐρανῷ κατέστησεν. [4] Ἀσσαράκου δὲ καὶ Ἱερομνήμης τῆς Σιμόεντος Κάπυς· τοῦ δὲ καὶ Θέμιδος τῆς Ἴλου Ἀγχίσης· ᾧ δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν Ἀφροδίτη συνελθοῦσα, Αἰνείαν ἐγέννησε καὶ Λύρον, ὃς ἄπαις ἀπέθανε.

(3) Ἶλος δε εἰς Φρυγίαν ἀφικόμενος, καὶ καταλαβὼν ὑπὸ τοῦ βασιλέως αὐτόθι τεθειμένον ἀγῶνα, νικᾷ πάλην· [2] καὶ λαβὼν ἆθλον πεντήκοντα κούρους καὶ κόρας τὰς ἴσας, δόντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως κατὰ χρησμὸν καὶ βοῦν ποικίλην, καὶ φράσαντος, ἐν ᾧπερ ἂν αὐτὴ κλιθῇ τόπῳ, πόλιν κτίζειν, εἵπετο τῇ βοΐ. [3] Ἡ δὲ ἀφικομένη ἐπὶ τὸν λεγόμενον τῆς Φρυγίας Ἄτης λόφον, κλίνεται· ἔνθα πόλιν κτίσας Ἶλος, ταύτην μὲν Ἴλιον ἐκάλεσε· [4] τῷ δὲ Διὶ σημεῖον εὐξάμενος αὐτῷ τι φανῆναι, μεθ' ἡμέραν τὸ διιπετὲς Παλλάδιον πρὸ τῆς σκηνῆς κείμενον ἐθεάσατο. [5] Ἦν δὲ τῷ μεγέθει τρίπηχυ, τοῖς δὲ ποσὶ συμβεβηκὸς, καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ δόρυ διηρμένον ἔχον, τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἠλακάτην καὶ ἄτρακτον.

[6] Ἱστορία δὲ ἡ περὶ τοῦ Παλλαδίου τοιήδε φέρεται. Φασὶ γεννηθεῖσαν τὴν Ἀθηνᾶν παρὰ Τρίτωνι τρέφεσθαι, ᾧ θυγάτηρ ἦν Παλλάς· [7] ἀμφοτέρας δὲ, ἀσκούσας τὰ κατὰ πόλεμον, εἰς φιλονεικίαν ποτὲ προελθεῖν· μελλούσης δὲ πλήττειν τῆς Παλλάδος, τὸν Δία φοβηθέντα τὴν αἰγίδα προτεῖναι. Τὴν δὲ εὐλαβηθεῖσαν ἀναβλέψαι, καὶ οὕτως ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τρωθεῖσαν πεσεῖν. [8] Ἀθηνᾶν δὲ, περίλυπον ἐπ' αὐτῇ γενομένην, ξόανον ἐκείνης ὅμοιον κατασκευάσασαν, [καὶ] περιθεῖναι τοῖς στέρνοις ἣν ἔδεισεν αἰγίδα, καὶ τιμᾷν ἱδρυσαμένην παρὰ τῷ Διΐ. [9] Ὕστερον δὲ Ἠλέκτρας κατὰ τὴν φθορὰν τούτῳ προσφυγούσης, διαῤῥῖψαι μετ' αὐτῆς καὶ τὸ Παλλάδιον εἰς τὴν Ἰλιάδα χώραν· [10] Ἶλον δὲ τούτου ναὸν κατασκευάσαντα τιμᾷν. Καὶ περὶ μὲν Παλλαδίου ταῦτα λέγεται

CAPUT XII.

(1) Electra, Atlantis filia, ex Jove Iasionem et Dardanum peperit. [2] Quorum Iasion Cereris amore captus atque deam tentare volens fulmine ictus occubuit. [3] At Dardanus ob fratris necem mœrore confectus, Samothrace relicta, in continentem ex adverso sitam trajecit. [4] Hujus rex erat Teucer Scamandri fluvii et Idææ nymphæ filius, a quo etiam qui regionem illam incolebant Teucri nominabantur. [5] Hospitio a rege exceptus Dardanus, data terræ parte et Batea illius filia ducta, Dardanum urbem condidit et, defuncto Teucro, universam regionem Dardaniam nominavit. (2) Filios habuit Ilum et Erichthonium; quorum Ilus nullis susceptis liberis e vita decessit, Erichthonius autem in regno patris successor ex Astyoche Simoentis filia genuit Troem. [2] Hic post patrem regnavit et terram a se ipso Trojam nominavit; ac ducta Callirrhoe, Scamandri, filiam genuit Cleopatram, filios Ilum, Assaracum, Ganymeden. [3] Hunc ob corporis formam raptum per aquilam Jupiter deorum pincernam in cœlo constituit. [4] Assaraci ex Hieromneme Simoentis filia fuit Capys; hujus ex Themide, Ili filia, Anchises, quocum Venus amore flagrans congressa Æneam peperit et Lyrum, qui diem obiit nullis relictis liberis.

(3) Ilus quum in Phrygiam venisset quo tempore ludi ab hujus terræ rege instituebantur, vicit palæstra, [2] et præmii loco pueros quinquaginta totidemque filias accepit. Ad hæc ex oraculi sententia rex dedit bovem discolorem, jussitque ut ubi illa procubuerit urbem conderet. Ille igitur secutus est bovem; [3] quæ ubi in Phrygia ad Ates collem, quem vocant, pervenit, humo procubuit. Quo in loco Ilus urbem condidit, quam nominavit Ilium. [4] Atque Jovem precatus ut signum aliquod sibi ostenderet, postridie a cœlo delapsum Palladium ante tentorium conspexit. [5] Id erat magnitudine trium cubitûm, conjunctis pedibus, dextra elatam tenens hastam, sinistra colum ac fusum.

[6] De Palladio narratio fertur hæcce: Ajunt natam Minervam apud Tritonem educatam esse, cui filia erat Pallas. [7] Ambas autem rei bellicæ studiosas in contentionem aliquando devenisse. Ac quum Pallas jam in eo fuisset ut vulnus Minervæ infligeret, Jovem, filiæ timentem, ægidem objecisse, in quam dum Pallas mirabunda oculos convertisset, a Minerva vulneratam cecidisse. [8] Minervam vero mœrore confectam simulacrum ejus simile fecisse, et circumjecta ejus pectori quam Pallas timuerat ægide, juxta Jovem hanc imaginem honoris caussa collocasse. [9] Postea tamen quum Electra vitiata ad illam confugisset, Minervam (*Jovem?*) cum ipsa etiam Palladium in terram Iliacam dejecisse. [10] Ilum vero simulacrum illud coluisse in templo ei exstructo repositum. Hæc sunt quæ narrantur de Palladio.

Digitized by Google

[11] Ὁ δὲ γήμας Εὐρυδίκην τὴν Ἀδράστου, Λαομέδοντα ἐγέννησεν· ὃς γαμεῖ Στρυμὼ τὴν Σκαμάνδρου· κατὰ δέ τινας, Πλακίαν τὴν Ἀτρέως, κατ' ἐνίους δὲ, Λευκίππου· καὶ τεκνοῖ παῖδας μὲν Τιθωνὸν, Λάμπωνα, Κλύτιον, Ἱκετάονα, Ποδάρκην· θυγατέρας δὲ, Ἡσιόνην, καὶ Κίλλαν καὶ Ἀστυόχην· ἐκ δὲ νύμφης Καλύβης Βουκολίωνα.

(4) Τιθωνὸν μὲν οὖν Ἠὼς ἁρπάσασα δι' ἔρωτα, εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει· κἀκεῖ συνελθοῦσα γεννᾷ παῖδας Ἡμαθίωνα καὶ Μέμνονα.

(5) Μετὰ δὲ τὸ αἱρεθῆναι Ἴλιον ὑπὸ Ἡρακλέους, ὡς μικρὸν πρόσθεν ἡμῖν λέλεκται, ἐβασίλευσε Ποδάρκης ὁ κληθεὶς Πρίαμος· [2] καὶ γαμεῖ πρώτην Ἀρίσβην τὴν Μέροπος· ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς Αἴσακος γίνεται, ὃς ἔγημεν Ἀστερόπην τὴν Κεβρῆνος θυγατέρα, ἣν πενθῶν ἀποθανοῦσαν ἀπωρνεώθη. [3] Πρίαμος δὲ Ἀρίσβην ἐκδοὺς Ὑρτάκῳ, δευτέραν ἔγημεν Ἑκάβην τὴν Δύμαντος ἢ, ὡς τινές φασι, Κισσέως, ἢ, ὡς ἕτεροι λέγουσιν, Σαγγαρίου ποταμοῦ καὶ Μετώπης. [4] Γεννᾶται δὲ αὐτῇ πρῶτος μὲν Ἕκτωρ· δευτέρου δὲ γεννᾶσθαι μέλλοντος βρέφους, ἔδοξεν Ἑκάβη καθ' ὕπαρ δαλὸν τεκεῖν διάπυρον· τοῦτον δὲ πᾶσαν ἐπινέμεσθαι τὴν πόλιν καὶ καίειν. [5] Μαθὼν δὲ Πρίαμος παρ' Ἑκάβης τὸν ὄνειρον, Αἴσακον τὸν υἱὸν μετεπέμψατο· ἦν γὰρ ὀνειροκρίτης παρὰ τοῦ μητροπάτορος Μέροπος διδαχθείς. [6] Οὗτος εἰπὼν, τῆς πατρίδος γενέσθαι τὸν παῖδα ἀπώλειαν, ἐκθεῖναι τὸ βρέφος ἐκέλευσε. [7] Πρίαμος δὲ, ὡς ἐγεννήθη τὸ βρέφος δίδωσιν ἐκθεῖναι οἰκέτῃ κομίσοντι εἰς Ἴδην. Ὁ δὲ οἰκέτης Ἀγέλαος ὠνομάζετο· τὸ δὲ ἐκτεθὲν ὑπὸ τούτου βρέφος πένθ' ἡμέρας ὑπὸ ἄρκτου ἐτράφη. [8] Ὁ δὲ σωζόμενον εὑρὼν, ἀναιρεῖται, καὶ κομίσας, ἐπὶ τῶν χωρίων ὡς ἴδιον παῖδα ἔτρεφεν, ὀνομάσας Πάριν. [9] Γενόμενος δὲ νεανίσκος, καὶ πολλῶν διαφέρων κάλλει τε καὶ ῥώμῃ, αὖθις Ἀλέξανδρος προσωνομάσθη, λῃστὰς ἀμυνόμενος, καὶ τοῖς ποιμνίοις ἀλεξήσας, ὅπερ ἐστὶ βοηθήσας. Καὶ μετ' οὐ πολὺ τοὺς γονέας ἀνεῦρε.

[10] Μετὰ τοῦτον ἐγέννησεν Ἑκάβη θυγατέρας μὲν Κρέουσαν, Λαοδίκην, Πολυξένην, Κασσάνδραν· [11] ᾗ συνελθεῖν βουλόμενος Ἀπόλλων, τὴν μαντικὴν ὑπέσχετο διδάξειν. Ἡ δὲ μαθοῦσα οὐ συνῆλθεν. Ὅθεν Ἀπόλλων ἀφείλετο τῆς μαντικῆς αὐτοῦ τὸ πείθειν. [12] Αὖθις δὲ παῖδας ἐγέννησε Δηΐφοβον, Ἕλενον, Πάμμονα, Πολίτην, Ἄντιφον, Ἱππόνοον, Πολύδωρον, Τρωΐλον. Τοῦτον ἐξ Ἀπόλλωνος λέγεται γεγεννηκέναι.

[13] Ἐξ δὲ ἄλλων γυναικῶν Πριάμῳ παῖδες γίνονται Μελάνιππος, Γοργυθίων, Φιλαίμων, Ἱππόθοος, Γλαῦκος, Ἀγάθων, Χερσιδάμας, Εὐαγόρας, Ἱπποδάμας, Μήστωρ, Ἄτας, Δόρυκλος, Λυκάων, Δρύοψ, Βίας, Χρόμιος, Ἀστυγόνος, Τελέστας, Εὔανδρος, Κεβριόνης, Μήλιος, Ἀρχέμαχος, Λαοδόκος, Ἐχέφρων, Ἰδομενεὺς, Ὑπερίων, Ἀσκάνιος, Δημοκόων, Ἄρρητος, Δηϊόπτης, Κλόνιος, Ἐχέμων, Ὑπείροχος,

[11] Ilus, ducta Eurydice Adrasti filia, Laomedontem genuit; is uxorem cepit Strymo Scamandri, secundam alios vero Placiam Atrei (*Catrei?*) filiam, vel, ut nonnulli dicunt, Leucippi (*Leucippen?*); atque filios quidem procreavit Tithonum, Lamponem, Clytium, Hicetaonem, Podarcen, filias autem Hesionen et Cillam et Astyochen, et ex Calybe nympha Bucolionem.

(4) Ex his Tithonum Aurora amore capta rapuit et in Æthiopiam transtulit, ubi cum eo congressa filios peperit Emathionem et Memnonem.

(5) Post Ilium ab Hercule expugnatum, ut paullo ante diximus, regnum tenuit Podarces, cognominatus Priamus. [2] Hic primam duxit Arisben Meropis, ex qua filium suscepit Æsacum, qui uxorem cepit Asteropen, Cebrenis filiam; quam quum mortuam nimio luctu defleret, in avem commutatus est. [3] Deinde Priamus, Arisbe Hyrtaco in matrimonium locata, secundam uxorem duxit Hecubam Dymantis, vel, ut nonnulli dicunt, Cissei, vel, ut alii volunt, Sangarii fluvii et Metopes filiam. [4] Nascitur ex ea primus Hector; quum vero secundum filium paritura esset Hecuba, visa sibi est in quiete facem parere ardentem, eamque universam depascere urbem et concremare. [5] Quod somnium quum ex Hecuba Priamus audiisset, Æsacum filium arcessivit. Erat enim somniorum interpres, a Merope avo materno edoctus. [6] Hic filium dicens patriæ fore exitium, infantem jussit exponi. [7] Priamus igitur natum puerum tradidit famulo, qui in Ida monte eum exponeret. Famulus ille Agelaus nominabatur. Infans vero ab eo expositus per quinque dies ab ursa nutritus est. [8] Ille quum puerum sic servatum reperiret, eum sustulit et secum abductum in agris quasi suum filium educavit, atque Paridis nomen ei indidit. [9] Qui quum ad juvenilem ætatem pervenisset ac plurimos venustate roboreque antecelleret, Alexander cognominatus est, quod prædones repelleret et ovium greges defenderet. Neque multo post inventos parentes agnovit.

[10] Post Paridem Hecuba filias peperit Creusam, Laodicen, Polyxenam, Cassandram; [11] quacum congredi cupiens Apollo vaticinandi artem se eam docturum esse pollicitus est. Quam vero postquam didicerat, Apollini non fecit sui copiam. Quapropter Apollo ut illius vaticinia non persuaderent effecit. [12] Præter hos Hecuba peperit Deiphobum, Helenum, Pammonem, Politen, Antiphum, Hipponoum, Polydorum, Troilum, qui ex Apollinis concubitu natus esse dicitur.

[13] Ex aliis autem feminis Priamo filii nascuntur Melanippus, Gorgythion, Philæmon, Hippotheus, Glaucus, Agathon, Chersidamas, Evagoras, Hippodamas, Mestor, Atas, Doryclus, Lycaon, Dryops, Bias, Chromius, Astygonus, Telestas, Evander, Cebriones, Melius, Archemachus, Laodocus, Echephron, Idomeneus, Hyperion, Ascanius, Democoon, Arrhetus, Deioptes, Clonius, Echemon, Hyperochus,

Digitized by Google

Αἰγεωνεὺς, Λυσίθοος, Πολυμέδων. Θυγατέρες δὲ Μέδουσα, Μηδεσικάστη, Λυσιμάχη, Ἀριστοδήμη.

(6) Ἕκτωρ μὲν οὖν Ἀνδρομάχην τὴν Ἠετίωνος γαμεῖ, Ἀλέξανδρος δὲ Οἰνώνην τὴν Κεβρῆνος τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα. [2] Αὕτη παρὰ Ῥέας τὴν μαντικὴν μαθοῦσα, προὔλεγεν Ἀλεξάνδρῳ μὴ πλεῖν ἐπὶ Ἑλένην· μὴ πεῖθουσα δὲ εἶπεν, ἐὰν τρωθῇ, παραγενέσθαι πρὸς αὐτήν· μόνην γὰρ θεραπεῦσαι δύνασθαι. Τὸν δὲ Ἑλένην ἐκ Σπάρτης ἁρπάσαι. [3] Πολεμουμένης δὲ Τροίας, τοξευθέντα ὑπὸ Φιλοκτήτου τοῖς Ἡρακλείοις, πρὸς Οἰνώνην ἐπανελθεῖν εἰς Ἴδην. Ἡ δὲ μνησικακοῦσα θεραπεῦσαι οὐκ ἔφη. [4] Ἀλέξανδρος μὲν οὖν εἰς Τροίαν κομιζόμενος ἐτελεύτα· Οἰνώνη δὲ μετανοήσασα τὰ πρὸς θεραπείαν φάρμακα ἔφερε· καὶ καταλαβοῦσα αὐτὸν νεκρὸν ἑαυτὴν ἀνήρτησεν.

[5] Ὁ δὲ Ἀσωπὸς ποταμὸς, Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος· ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, Πηροῦς καὶ Ποσειδῶνος· ὡς δέ τινες, Διὸς καὶ Εὐρυνόμης. Οὗτος Μετώπην γημάμενος (Λάδωνος δὲ τοῦ ποταμοῦ θυγάτηρ αὕτη), δύο μὲν παῖδας ἐγέννησεν, Ἰσμηνὸν καὶ Πελάγοντα, εἴκοσι δὲ θυγατέρας· [6] ὧν μὲν μίαν Αἴγιναν ἥρπασε Ζεύς. Ταύτην Ἀσωπὸς ζητῶν, ἦκεν εἰς Κόρινθον, καὶ μανθάνει παρὰ Σισύφου τὸν ἡρπακότα εἶναι Δία. Ζεὺς δὲ Ἀσωπὸν μὲν κεραυνώσας διώκοντα, πάλιν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀπέπεμψε ῥεῖθρα. Διὰ τοῦτο μέχρι καὶ νῦν ἐκ τῶν τούτου ῥείθρων ἄνθρακες φέρονται.

[7] Αἴγιναν δὲ εἰσκομίσας εἰς τὴν τότε Οἰνώνην λεγομένην νῆσον, νῦν δὲ Αἴγιναν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν, μίγνυται, καὶ τεκνοῖ παῖδα ἐξ αὐτῆς Αἰακόν. Τούτῳ Ζεὺς ὄντι μόνῳ ἐν τῇ νήσῳ τοὺς μύρμηκας ἀνθρώπους ἐποίησε. [8] Γαμεῖ δὲ Αἰακὸς Ἐνδηΐδα τὴν Σκίρωνος, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγένοντο Πηλεύς τε καὶ Τελαμών. Φερεκύδης δέ φησι Τελαμῶνα φίλον, οὐκ ἀδελφὸν Πηλέως εἶναι, ἀλλὰ Ἀκταίου (Ἄκτορος ?) παῖδα καὶ Γλαύκης τῆς Κυχρέως. [9] Μίγνυται δὲ αὖθις Αἰακὸς Ψαμάθῃ τῇ Νηρέως εἰς φύκην ἠλλαγμένῃ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συνελθεῖν, καὶ τεκνοῖ παῖδα Φῶκον.

[10] Ἦν δὲ εὐσεβέστατος ἁπάντων Αἰακός. Διὸ καὶ, τὴν Ἑλλάδα κατεχούσης ἀφορίας διὰ Πέλοπα, ὅτι Στυμφάλῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀρκάδων πολεμῶν, τὴν Ἀρκαδίαν ἐλεῖν μὴ δυνάμενος, προσποιησάμενος φιλίαν, ἔκτεινεν αὐτὸν καὶ διέσπειρε μελείσας, χρησμοὶ θεῶν ἔλεγον, ἀπαλλαγήσεσθαι τῶν ἐνεστώτων κακῶν τὴν Ἑλλάδα, ἐὰν Αἰακὸς ὑπὲρ αὐτῆς εὐχὰς ποιήσηται. [11] Ποιησαμένου δὲ εὐχὰς Αἰακοῦ, τῆς ἀκαρπίας ἡ Ἑλλὰς ἀπαλλάττεται. Τιμᾶται δὲ καὶ παρὰ Πλούτωνι τελευτήσας Αἰακὸς, καὶ τὰς κλεῖς τοῦ Ἅδου φυλάττει.

[12] Διαφέροντος δὲ ἐν τοῖς ἀγῶσι Φώκου, τοὺς ἀδελφοὺς Πηλέα καὶ Τελαμῶνα ἐπιβουλεῦσαι· καὶ λαχὼν κλήρῳ Τελαμὼν συγγυμναζόμενον αὐτὸν, βαλὼν δίσκῳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, κτείνει, καὶ κομίσας μετὰ Πηλέως κρύπτει κατά τινος ὕλης. Φωραθέντος δὲ τοῦ φόνου, φυγάδες ἀπὸ Αἰγίνης ὑπὸ Αἰακοῦ ἐλαύνονται.

Ægeoneus, Lysithous, Polymedon; filiæ vero Medusa, Medesicaste, Lysimache, Aristodeme.

(6) Hector uxorem duxit Andromachen Etionis, Alexander Œnonen Cebrenis fluvii filiam. [2] Hæc a Rhea vaticinandi artem edocta præmonuit Alexandrum, ne navigaret ad Helenam; sed quum non persuaderet, dixit eum si vulneratus fuerit ad se venturum esse, quoniam sola ei mederi posset. Paris autem e Sparta rapuit Helenam. [3] Verum Troja bello impetita, sagittis Herculeis a Philocteta sauciatus ad Œnonen venit in Idam. Tum illa injuriarum memor medelam recusavit. [4] Alexander itaque Trojam reversus vitam finivit. Œnone autem, mutata sententia, ad vulnus curandum medicinam attulit; at quum eum jam mortuum reperiret, suspendio se necavit.

[5] Asopus fluvius filius erat Oceani ex Tethye, ut vero Acusilaus dicit, Perûs et Neptuni, secundum alios nonnullos Jovis et Eurynomæ. Hic uxorem duxit Metopen Ladonis fluvii, ex qua duos filios suscepit Ismenum et Pelagontem, filias autem viginti; [6] quarum unam, Æginam rapuit Jupiter. Hanc Asopus quærens venit Corinthum, ubi a Sisypho raptorem esse Jovem cognovit. Sed Jupiter Asopum persequentem jactis fulminibus ad fluenta sua remisit. Quam ob rem etiamnum fluctibus ejus carbones ferri solent.

[7] Æginam vero in insulam translatam quæ tunc Œnone appellabatur, nunc ab illa Æginæ nomen habet, Jupiter comprimit et filium ex ea gignit Æacum; in cujus gratiam, quandoquidem solus ille in insula agebat, de formicis homines fecit. [8] Uxorem Æacus ducit Endeidem Scironis filiam, ex qua duo ei nascuntur filii Peleus et Telamon. At Pherecydes Telamonem dicit amicum, non fratrem fuisse Pelei, sed Actæi (Actoris?) filium ex Glauce Cychrei. [9] Concumbit Æacus etiam cum Psamathe, Nerei filia, quæ in phucam, ut amplexus ejus fugeret, se commutaverat, ex eaque gignit Phocum.

[10] Erat vero religiosissimus omnium Æacus. Quare quum Græcia frugum penuria premeretur propter Pelopem, quod Stymphalum Arcadum regem, quum Arcadiam subigere non posset, simulata amicitia necaverat et membra ejus consecta disperserat, deorum oracula nuntiarunt, fore ut Græcia a præsentibus malis liberaretur, si Æacus pro ea preces faceret. [11] Quod ubi Æacus fecit, Græcia annonæ penuria liberata est. Etiam apud Plutonem post mortem in honore habetur, atque claves Orci servat.

[12] Excellenti autem in certaminibus Phoco Peleum et Telamonem fratres insidias struxisse ferunt. Ac ubi sorte evenit, ut cum eo Telamon in ludo decertaret, in capite disco percussum interfecit, et cum Peleo fratre in silvam quandam transportatum occultavit. Deinde vero cæde detecta, ab Æaco in exilium acti ab Ægina aufugerunt.

Digitized by Google

(7) Καὶ Τελαμὼν μὲν εἰς Σαλαμῖνα παραγίνεται πρὸς Κυχρέα τὸν Ποσειδῶνος καὶ Σαλαμῖνος τῆς Ἀσωποῦ. Κτείνας δὲ ὄφιν οὗτος ἀδικοῦντα τὴν νῆσον, ἧς αὐτὸς ἐβασίλευε, καὶ τελευτῶν ἄπαις, τὴν βασιλείαν παραδίδωσι Τελαμῶνι. [2]Ὁ δὲ γαμεῖ Περίβοιαν τὴν Ἀλκάθου τοῦ Πέλοπος· καὶ ποιησαμένου εὐχὰς Ἡρακλέους, ἵνα αὐτῷ παῖς ἄῤῥην γένηται, φανέντος δὲ μετὰ τὰς εὐχὰς ἀετοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκάλεσεν Αἴαντα. [3]Καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ Τροίαν σὺν Ἡρακλεῖ, λαμβάνει γέρας Ἡσιόνην τὴν Λαομέδοντος θυγατέρα, ἐξ ἧς αὐτῷ γίνεται Τεῦκρος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

(1) Πηλεὺς δὲ εἰς Φθίαν φυγὼν πρὸς Εὐρυτίωνα τὸν Ἄκτορος, ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται. Καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀντιγόνην, καὶ τῆς χώρας τὴν τρίτην μοῖραν. [2]Καὶ γίνεται θυγάτηρ αὐτῷ Πολυδώρα, ἣν ἔγημε Βῶρος ὁ Περιήρους. (2) Ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν θήραν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου μετ' Εὐρυτίωνος ἐλθών, προέμενος ἐπὶ τὸν σῦν ἀκόντιον, Εὐρυτίωνος τυγχάνει, καὶ κτείνει τοῦτον ἄκων.

[2]Πάλιν μὲν οὖν ἐκ Φθίας φυγὼν εἰς Ἰωλκὸν, πρὸς Ἄκαστον ἀφικνεῖται, καὶ ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται. (3) Ἀγωνίζεται δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Πελίᾳ ἀγῶνα, πρὸς Ἀταλάντην διαπαλαίσας. [2]Καὶ Ἀστυδάμεια, Ἀκάστου γυνὴ, Πηλέως ἐρασθεῖσα, περὶ συνουσίας προσέπεμψεν αὐτῷ λόγους. [3]Μὴ δυναμένη δὲ πεῖσαι, πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ πέμψασα, ἔφη μέλλειν Πηλέα γαμεῖν Στερόπην τὴν Ἀκάστου θυγατέρα· καὶ τοῦτο ἐκείνη ἀκούσασα, ἀγχόνην ἀνάπτει· [4]Πηλέως δὲ πρὸς Ἄκαστον καταψεύδεται, λέγουσα, ὑπ' αὐτοῦ περὶ συνουσίας πεπειρᾶσθαι. [5]Ἄκαστος ἀκούσας, κτεῖναι μὲν ὃν ἐκάθηρεν οὐκ ἐβουλήθη, ἄγει δὲ αὐτὸν ἐπὶ θήραν εἰς τὸ Πήλιον. [6]Ἔνθεν ἀμίλλης περὶ θήρας γενομένης, Πηλεὺς μὲν οὖν, ὧν ἐχειροῦτο θηρίων, τὰς γλώσσας τούτων ἐκτέμνων εἰς πήραν ἐτίθει· οἱ δὲ μετὰ Ἀκάστου ταῦτα χειρούμενοι κατεγέλων ὡς μηδὲν τεθηρευκότος τοῦ Πηλέως. [7]Ὁ δὲ τὰς γλώσσας παρασχόμενος, ὅσας εἶχεν, ἐκείνοις, τοσαῦτα ἔφη τεθηρευκέναι. [8]Ἀποκοιμηθέντος αὐτοῦ ἐν τῷ Πηλίῳ, ἀπολιπὼν Ἄκαστος, καὶ τὴν μάχαιραν ἐν τῇ τῶν βοῶν κόπρῳ κρύψας, ἐπανέρχεται. Ὁ δὲ ἐξαναστὰς καὶ ζητῶν τὴν μάχαιραν, ὑπὸ τῶν Κενταύρων καταληφθεὶς ἔμελλεν ἀπόλλυσθαι· σώζεται δὲ ὑπὸ Χείρωνος. [9]Οὗτος καὶ τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἐκζητήσας δίδωσι.

(4) Γαμεῖ δὲ* ὁ Πηλεὺς Πολυδώραν *τὴν Περιήρους (γαμεῖ δὲ Πολυδώραν τὴν Πηλέως Βῶρος ὁ Περιήρους Heynius), ἐξ ἧς αὐτῷ γίνεται Μενέσθιος ἐπίκλην, ὁ Σπερχειοῦ τοῦ ποταμοῦ. (5) Αὖθις δὲ Πηλεὺς γαμεῖ Θέτιν τὴν Νηρέως, περὶ ἧς τοῦ γάμου Ζεὺς καὶ Ποσειδῶν ἤρισαν. Θέμιδος δὲ θεσπιῳδούσης ἔσεσθαι τὸν ἐκ ταύτης γεννηθέντα κρείττονα τοῦ πατρὸς, ἀπέσχοντο. [2]Ἔνιοι δέ φασι, Διὸς ὁρμῶντος ἐπὶ τὴν ταύτης

(7) Et Telamon quidem Salaminem venit ad Cychreum Neptuno natum et Salamine Asopi. Is necato serpente, qui insulam devastabat, regiam dignitatem adeptus, quum nullis relictis liberis decessit, regnum tradidit Telamoni. [2]Hic Peribœam Alcathi, Pelopis, duxit uxorem; et quum Hercules ut illi mascula proles enasceretur a diis precibus deposceret, ac post preces repente aquila appareret, natum deinde puerum nominavit Ajacem. [3]Inde in bellum contra Trojam Herculem secutus, virtutis præmium accepit Hesionen Laomedontis filiam, ex qua ei natus est Teucrus.

CAPUT XIII.

(1) Peleus vero Phthiam fugiens ab Eurytione Actoris filio lustratur, ab eoque accipit Antigonam filiam et terræ partem tertiam. [2]Nascitur ei filia Polydora, quam duxit Borus Perieris. (2) Inde ad venationem apri Calydonii cum Eurytione profectus, misso in aprum telo Eurytionem ferit et invitus eum interfecit.

[2]Iterum igitur a Phthia fugiens Iolcum ad Acastum venit, ab eoque expiatur. (3) Interfuit etiam Peliæ ludis funebribus, cum Atalanta palæstrica pugna decertans. [2]Atque Astydamia, Acasti conjux, Pelei amore capta ad eum literas de concubitu dedit. [3]Quum vero ei non posset persuadere, ad ejus uxorem misit qui Peleum dicerent Steropen, Acasti filiam, ducturum esse. Quo audito illa laqueo se suspendit; [4]Peleum autem apud Acastum mendaciter accusavit ad stuprum se dicens ab eo pellectam esse. [5]Quod ubi Acastus cognoverat, necare quidem quem ipse lustrasset noluit, sed eum venatum in Pelium montem abduxit. [6]Inde orto de venatione certamine, Peleus quas cepit ferarum linguas exsectas in peram reposuit. Atqui Acasti comites captis feris illis (*quas Peleus abjecerat*), Peleum velut nihil venatum derisere. [7]Is autem linguas exhibens, quotquot earum haberet, tot se feras venatum esse dixit. [8]Quem, quum in Pelio somno oppressus obdormivisset, Acastus reliquit et ense ejus in boum fimo abscondito abiit. Ille vero expergefactus, dum ensem quærebat, a Centauris comprehensus jam periturus erat, servatus tamen est a Chirone; [9]qui etiam ensem quæsivit repertumque ei donavit.

(4) Ducit Peleus Polydoram Perieris (vel potius ex Heynii sententia : *Ducit Polydoram Pelei filiam Borus Perieris*), ex qua ei nascitur Menesthius nomine filius, revera Spercheo fluvio natus. (5) Alteram Peleus uxorem sumit Thetin Nerei, de cujus nuptiis Jupiter et Neptunus contenderant. At Themide vaticinante natum ex ea filium patre potentiorem fore, consilio abstiterant. [2]Nonnulli vero ajunt, ad ejus amplexum prodeunti Jovi Prometheum

Digitized by Google

συνουσίαν, εἰρηκέναι Προμηθέα, τὸν ἐκ ταύτης αὐτῷ γεννηθέντα οὐρανοῦ δυναστεύσειν. [3] Τινὲς δὲ λέγουσι, μὴ βουληθῆναι Θέτιν Διὶ συνελθεῖν ὑπὸ Ἥρας τραφεῖσαν, Δία δὲ ὀργισθέντα, θνητῷ ἐθέλειν αὐτὴν συνοικῆσαι. [4] Χείρωνος μὲν οὖν ὑποθεμένου Πηλεῖ, συλλαβεῖν καὶ κατέχειν αὐτὴν μεταμορφουμένην, ἐπιτηρήσας συναρπάζει. Γινομένην δὲ ὁτὲ μὲν πῦρ, ὁτὲ δὲ ὕδωρ, ὁτὲ δὲ θηρίον, οὐ πρότερον ἀνῆκε πρὶν ἢ τὴν ἀρχαίαν μορφὴν εἶδεν ἀπολαβοῦσαν. [5] Γαμεῖ δὲ ἐν τῷ Πηλίῳ· κἀκεῖ θεοὶ τὸν γάμον εὐωχούμενοι καθύμνησαν. Καὶ δίδωσι Χείρων Πηλεῖ δόρυ μελίνον, Ποσειδῶν δὲ, ἵππους Βαλίον τε καὶ Ξάνθον· ἀθάνατοι δὲ ἦσαν οὗτοι.

(6) Ὡς δὲ ἐγέννησε Θέτις ἐκ Πηλέως βρέφος, ἀθάνατον θέλουσα ποιῆσαι τοῦτο, κρύφα Πηλέως εἰς τὸ πῦρ ἐγκρυβοῦσα τῆς νυκτὸς, ἔφθειρεν ὃ ἦν αὐτῷ θνητὸν πατρῷον· μεθ' ἡμέραν δὲ ἔχριεν ἀμβροσίᾳ. [2] Πηλεὺς δὲ ἐπιτηρήσας, καὶ ἀσπαίροντα τὸν παῖδα ἰδὼν ἐπὶ τοῦ πυρὸς, ἐβόησε· καὶ Θέτις, κωλυθεῖσα τὴν προαίρεσιν τελειῶσαι, νήπιον τὸν παῖδα ἀπολιποῦσα, πρὸς Νηρηΐδας ᾤχετο. [3] Κομίζει δὲ τὸν παῖδα πρὸς Χείρωνα Πηλεύς. Ὁ δὲ λαβὼν αὐτὸν ἔτρεφε σπλάγχνοις λεόντων καὶ συῶν ἀγρίων καὶ ἄρκτων μυελοῖς, καὶ ὠνόμασεν Ἀχιλλέα (πρότερον μὲν ἦν ὄνομα αὐτῷ Λιγύρων), ὅτι τὰ χείλη μαστοῖς οὐ προσήνεγκε.

(7) Πηλεὺς δὲ μετὰ ταῦτα σὺν Ἰάσονι καὶ Διοσκούροις ἐπόρθησεν Ἰωλκόν· καὶ Ἀστυδάμειαν τὴν Ἀκάστου γυναῖκα φονεύει, καὶ διελὼν μεληδὸν, διήγαγε δι' αὐτῆς τὸν στρατὸν εἰς τὴν πόλιν.

(8) Ὡς δὲ ἐγένετο ἐνναετὴς Ἀχιλλεὺς, Κάλχαντος λέγοντος οὐ δύνασθαι χωρὶς αὐτοῦ Τροίαν αἱρεθῆναι, Θέτις προειδυῖα, ὅτι δεῖ στρατευόμενον αὐτὸν ἀπολέσθαι, κρύψασα ἐσθῆτι γυναικείᾳ, ὡς παρθένον παρέθετο. . . (εἰς Σκῦρον παρὰ Λυκομήδει supplev. Heyn.) [2] Κἀκεῖ τρεφόμενος, τῇ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ μίγνυται· καὶ γίνεται παῖς Πύρρος αὐτῷ ὁ κληθεὶς Νεοπτόλεμος αὖθις. [3] Ὀδυσσεὺς δὲ μηνυθέντα παρὰ Λυκομήδει ζητῶν Ἀχιλλέα, σάλπιγγι χρησάμενος, εὗρε. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς Τροίαν ἦλθε.

[4] Συνείπετο δὲ αὐτῷ Φοῖνιξ ὁ Ἀμύντορος. Οὗτος ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτυφλώθη, καταψευσαμένης φθορὰν Φθίας τῆς τοῦ πατρὸς παλλακίδος. Πηλεὺς δὲ αὐτὸν πρὸς Χείρωνα κομίσας, ὑπ' ἐκείνου θεραπευθέντα τὰς ὄψεις, βασιλέα κατέστησε Δολόπων.

[5] Συνείπετο δὲ καὶ Πάτροκλος ὁ Μενοιτίου καὶ Σθενέλης τῆς Ἀκάστου, ἢ Περιάπιδος τῆς Φέρητος, ἢ, καθάπερ φησὶ Φιλοκράτης, Πολυμήλης τῆς Πηλέως. [6] Οὗτος ἐν Ὀπουῦντι διενεχθεὶς ἐν παιδιᾷ περὶ ἀστραγάλων παίζων παῖδα Κλυσώνυμον τὸν Ἀμφιδάμαντος ἀπέκτεινε. Καὶ φυγὼν μετὰ τοῦ πατρὸς, παρὰ Πηλεῖ κατῴκει καὶ Ἀχιλλέως ἐρώμενος γίνεται.

dixisse ex ea sibi natum cœlo dominaturum. [3] Sunt etiam qui narrent Thetidem, quippe quæ a Junone educata esset, Jovis concubitum evitasse; quare iratum Jovem imperasse ut illa mortali nuberet. [4] Itaque quum Chiron consuleret Peleo, ut eam comprehenderet et in varias formas se commutántem detineret, hic speculatus illam corripuit. Quæ quum modo ignis, modo aqua, modo fera fieret, non prius eam remisit, quam pristinam formam resumentem conspexisset. [5] Uxorem deinde eam duxit in Pelio, ubi dii convivio excepti nuptias celebrarunt. Ac Chiron Peleum donavit hasta fraxinea, Neptunus equis immortalibus Balio et Xantho.

Clemens Al. Protrept. p. 29: Ἐν τῷ νεῷ τῆς Ἀθήνας ἐν Λαρίσσῃ, ἐν τῇ ἀκροπόλει, τάφος ἐστὶν Ἀκρισίου· Ἀθήνησι δὲ ἐν ἀκροπόλει, Κέκροπος, ὡς φησὶν Ἀντίοχος ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν ἱστοριῶν.

Aliud Antiochi fragm. de Palladio v. in Pherecydis fr. 101.

---

persuasum fuisse iis, quos arcessiverant, ut Metapontum occuparent: quod eo potiti, Siritidem quoque essent habituri: sin ipsi se ad Siritin contulissent, fore ut Tarentini a latere imminentes Metapontum suam facerent. Successu temporis bello cum Tarentinis et qui supra adjacent Œnotris conflato, accepta agri parte, qui tunc fuerit Italiæ et Iapygiæ terminus, pacem composuisse.

14.

Originem Tarenti Antiochus referens ait, Messeniaco bello conflato, eos, qui Lacedæmoniorum castra non fuissent secuti, servos lata sententia esse judicatos, Helotesque dictos; qui vero Spartanis nati essent durante bello liberi, eos Parthenias appellatos, et ignominia notatos fuisse. Hos, iniquissime rem ferentes, quum numero valerent, insidiatos esse populo. Quod quum populus sensisset, submisit quosdam, qui ficta cum illis amicitia, insidias patefacerent. Inter conspiratos fuit etiam Phalanthus, princeps reliquorum habitus, et qui omnino a senatu delectis invisus esset. Compositum fuit ut, ludis Hyacinthinis in Amyclæo commissis, quando galerum Phalanthus imponeret, impetus fieri deberet in populares, quos coma notos faciebat. Sed quum quidam occulte detexissent institutum Phalantheæ factionis, certamine jam incepto, præco in medium progressus, edixit ne Phalanthus galerum capiti imponeret. Ita Partheniæ quum eo indicio delatam conspirationem sentirent, alii diffugerunt, alii supplices veniam petierunt. Quos cives bono animo jussos esse, in custodiam tradiderunt. Phalanthum autem misere Delphos, ut oraculum de colonia deducenda exquireret; estque ei tale datum:

Satyrium tibi do, pingues pagosque Tarenti
incolere, infestis et Iapygas opprimere armis.

15.

Larissæ in templo Minervæ, in arce est sepulchrum Acrisii; Athenis autem in arce, Cecropis, ut ait Antiochus in nono Historiarum.

Digitized by Google

PHILISTI

FRAGMENTA.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

LIBER PRIMUS.

1.

Theon. Progymn. p. 16. Heins.: Ἔχουσι δὲ καὶ περὶ Δαιδάλου τῆς ἀφίξεως πρὸς Κωκαλὸν τὸν Σικανῶν βασιλέα, Ἔφορος μὲν ἐν τῇ ζ', Φίλιστος δὲ ἐν τῇ πρώτῃ.

2.

Dionys. H. A. R. I, 22: Τὸ μὲν οὖν Σικελικὸν γένος οὕτως ἐξέλιπεν Ἰταλίαν, ὡς μὲν Ἑλλάνικός φησι, τρίτῃ γενεᾷ πρότερον τῶν Τρωϊκῶν, Ἀλκυόνης ἱερωμένης ἐν Ἄργει κατὰ τὸ ἕκτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος. Δύο γὰρ ποιεῖ στόλους Ἰταλικοὺς διαβάντας εἰς Σικελίαν. . . ὡς δὲ Φίλιστος ὁ Συρακούσιος ἔγραψε, χρόνος μὲν τῆς διαβάσεως ἦν ἔτος ὀγδοηκοστὸν πρὸ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου· ἔθνος δὲ τὸ διακομισθὲν ἐξ Ἰταλίας, οὔτε Σικελῶν, οὔτε Αὐσόνων, οὔτ' Ἐλύμων, ἀλλὰ Λιγύων, ἄγοντος αὐτοὺς Σικελοῦ· τοῦτον δ' εἶναί φησιν υἱὸν Ἰταλοῦ, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ τούτου δυναστεύοντος, ὀνομασθῆναι Σικελούς. Ἐξαναστῆναι δὲ ἐκ τῆς ἑαυτῶν τοὺς Λίγυας ὑπό τε Ὀμβρικῶν καὶ Πελασγῶν. V. Niebuhr. H. R. I, p. 51 sq.

3.

Diod. Sic. V. 6: Περὶ δὲ τῶν κατοικησάντων ἐν αὐτῇ (Sicilia) πρώτων Σικανῶν, ἐπειδή τινες τῶν συγγραφέων διαφωνοῦσιν, ἀναγκαῖόν ἐστι συντόμως εἰπεῖν. Φίλιστος μὲν γὰρ φησιν, ἐξ Ἰβηρίας αὐτοὺς ἀποικισθέντας κατοικῆσαι τὴν νῆσον, ἀπό τινος Σικανοῦ ποταμοῦ κατ' Ἰβηρίαν ὄντος τετευχότας ταύτης τῆς προσηγορίας. Τίμαιος δὲ τὴν ἄγνοιαν τούτου τοῦ συγγραφέως ἐλέγξας ἀκριβῶς ἀποφαίνεται τούτους αὐτόχθονας εἶναι. Πολλὰς δὲ αὐτοῦ φέροντος ἀποδείξεις τῆς τούτων ἀρχαιότητος, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγούμεθα περὶ τούτων διεξιέναι. V. Niebuhr. l. l. I, p. 106.

4.

Steph. Byz.: Μακτώριον, πόλις Σικελίας· Φίλιστος πρώτῳ, ἣν ἔκτισε μόνην. Τὸ ἐθνικὸν, Μακτωρῖνος. Μόνην corruptum esse videtur ex conditoris nomine, de quo nihil compertum habemus.

5.

Idem: Ὕκκαρον, πόλις Σικελίας, ὡς Φίλιστος Σικελικῶν πρώτῳ. Ἀπολλόδωρος δ' ἐν δευτέρῳ Χρονικῶν πόλιν λέγει αὐτὴν τὰ Ὕκκαρα. Μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Θουκυδίδης. Ὕκκαρα δὲ πόλισμά ἐστι τῆς Σικελίας, ἔνθεν φασὶ γενέσθαι καὶ Λαΐδα τὴν ἑταίραν, etc.

HISTORIÆ.

LIBER PRIMUS.

1.

Exstat et narratio de adventu Dædali ad Cocalum, regem Sicanorum, tum apud Ephorum in septimo, tum apud Philistum in primo.

2.

Genus igitur Siculum Italiam sic reliquit, ut refert Hellanicus Lesbius, tribus ætatibus ante bellum Trojanum, anno vigesimo sexto sacerdotii, quod Alcyone Argis exercebat. Duas enim classes Italicas in Siciliam trajecisse tradit.... sed, ut Philistus Syracusanus scripsit, tempus, quo isti in insulam trajecerunt, fuit annus octogesimus ante bellum Trojanum. Gentem vero, quæ ex Italia eo transvecta est, nec Siculorum, neque Ausonum neque Elymorum, sed Ligurum fuisse dicit, quos Siculus ducebat. Hunc vero Itali filium fuisse dicit, atque hoc regnante homines, qui ejus imperio parebant, Siculos appellatos esse: Ligures autem ab Umbris et Pelasgis agro suo pulsos.

3.

De Sicanis vero, primis Siciliæ incolis, quum scriptores nonnulli sententiis varient, ut breviter aliquid disseramus necessarium est. Philistus quidem, ex Iberia eos per coloniæ deductionem translatos in possessionem terræ venisse affirmat, a Sicano, Iberiæ flumine quodam, nomen illud sortitos. Sed Timæus, ignorantiam scriptoris hujus refellens, indigenas eos esse liquido ostendit. Qui quia multas ad demonstrandam horum antiquitatem rationes affert, de his disserere non opus esse judicamus.

4.

Mactorium, urbs Siciliæ, de qua Philistus libro primo; quam condidit solam (?) Gentile, Mactorinus.

5.

Hyccarum, urbs Siciliæ, ut Philistus Sicularum rerum primo. Apollodorus autem in secundo Chronicorum, eam urbem vocat Hyccara. Meminit hujus nominis et Thucydides. Hyccara vero oppidum est Siciliæ, unde etiam meretricem Laidem ortam narrant.

Digitized by Google

6.

Steph. Byz. : Δύμη, πόλις Ἀχαΐας, ἐσχάτη πρὸς δύσιν, ὅθεν καὶ Καλλίμαχος ἐν ἐπιγράμμασιν·

Εἰς Δύμην ἀπιόντα τὴν Ἀχαϊκήν.

Καὶ Δύμη ἡ χώρα πάλαι ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ πόλις Στρατός. Ὕστερον δὲ καὶ ἡ πόλις καὶ ἡ χώρα Δύμη ἐκλήθησαν. Λέγεται καὶ πληθυντικῶς, ὡς Ἀπολλόδωρος..... Ὁ πολίτης Δυμαῖος· Ἔφορος κδ'· « Παραγενομένης δὲ τῆς στρατιᾶς εἰς τὴν Δύμην, πρῶτον μὲν οἱ Δυμαῖοι καταπλαγέντες... » καὶ Παυσανίας ζ'· « Οἰβώτᾳ ἀνδρὶ Δυμαίῳ σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην. » Καὶ Φλιστος Σικελικῶν α'· « Ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος, καθ' ἣν ὁ Οἰβώτας [ὁ Δυμαῖος] ἐνίκα στάδιον. »

Verba ἐπὶ τῆς Ὀλυμ. Berkel ita emendat : ἐπὶ τῆς Ὀλυμπ. η', καθ' ἣν ὁ Οἰβώτας Δυμαῖος ἐν. στάδ.; legitur enim in Ms. Seguer. ἐπὶ τῆς Ὀλυμπ. η' Οἰβώτας ἐν. στάδ. Sed numerus η' falsus est, ut observavit Gœller. Cf. Paus. VI, 3; VII, 17.

LIBER SECUNDUS.

7.

Idem : Ἐρύκη, Σικελικὴ πολίς. Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρῳ.

8.

Dionys. H. Epist. ad Pomp. de Histor. § 5: Ἡ Φιλίστου φράσις ὁμοειδὴς πᾶσα δεινῶς καὶ ἀσχημάτιστός ἐστι, καὶ πολλὰς εὕροι τις ἂν περιόδους ὁμοίως ἐφεξῆς ὑπ' αὐτοῦ σχηματιζομένας· οἷον ἐν ἀρχῇ τῆς δευτέρας τῶν περὶ Σικελίας· « Συρακούσιοι δὲ παραλαβόντες Μεγαρεῖς καὶ Ἐνναίους, Καμαριναῖοι δὲ Σικελοὺς καὶ τοὺς ἄλλους συμμάχους, πλὴν Γελῴων, ἀθροίσαντες (Γελῷοι δὲ Συρακουσίοις οὐκ ἔφασαν πολεμήσειν)· Συρακούσιοι δὲ πυνθανόμενοι Καμαριναίους τὸν Ὑρμινὸν διαβάντας... » Ταῦτα δὲ ἀηδῆ πάνυ ὄντα ἐμοὶ φαίνεται.

9.

Steph. Byz. : Ἰαιθία, πόλις Σικελίας. Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἰαιθῖνος.

10.

Idem : Καίκινον, χωρίον Ἰταλικόν. Φίλιστος δευτέρῳ Σικελικῶν.

11.

Idem : Μόργυνα, πόλις Σικελῶν. Φίλιστος δευτέρῳ.

12.

Idem : Ἐλαυία, φρούριον Σικελίας. Φίλιστος β'.

13.

Idem : Ἐρβησσὸς, Σικελίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Ἐρβησσινός. Φίλιστος Σικελικῶν β'.

14.

Idem : Ἐργέτιον, πόλις Σικελίας. Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρῳ.

15.

Pollux Onom. X, 166 : Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ λαμπτὴρ ὁ λυχνοῦχος. Ἐν οὖν τῷ δευτέρῳ τῶν Φιλίστου βιβλίων εἴρηται, « καὶ τὰς νύκτας ἐπαίρεσθαι λαμπτῆρας ἀντιπεφραγμένους· » ὑποδηλοῖ δὲ τὸν ἐκ κέρατος φανόν.

6.

Dyma, urbs Achaiæ, ultima ad occidentem; quare et Callimachus in Epigrammatis canit :

Dymam profectum Achaicam.

Ipsa quoque regio antiquitus Dyma appellabatur, urbs vero Stratus. Postea vero etiam cum urbs, tum regio Dyma vocatæ sunt. Dicitur quoque numero multitudinis Dymæ, ut apud Apollodorum. .. Civis, Dymæus. Ephorus libro vigesimo quarto : « Immisso autem in Dymam regionem exercitu, primo Dymæi terrore perculsi sunt... » Et Pausanias libro septimo : « Œbotæ viro Dymæo qui cursu in stadio reportavit victoriam. » — Et Philistus Rerum Sicularum libro primo : « Olympiade qua stadium currendo vicit Œbotas [Dymæus]. »

LIBER SECUNDUS.

7.

Eryce, urbs Sicula, de qua Philistus libro secundo.

8.

Philisti elocutio uniformis, gravis, ac nullis figuris ornata est, atque multas deinceps periodos invenire possumus eodem modo ab eo formatas, veluti illa in principio secundi libri de Sicilia : « Syracusani autem, assumtis sibi sociis Megarensibus et Ennæis, Camarinenses vero, Siculos et alios belli socios præter Geloos congregantes : Geloi autem cum Syracusanis negarunt se bellum gesturos : Syracusani vero, audientes, Camarinenses Hyrminum trajecisse..... » Hæc mihi omnino tædiosa esse videntur.

9.

Iæthia, urbs Siciliæ, de qua Philistus Rerum Sicularum libro secundo. Gentile, Iæthinus.

10.

Cæcinum, oppidum Italicum, de quo Philistus libro secundo Rerum Sicularum.

11.

Morgyna, urbs Siculorum, de qua Philistus libro secundo.

12.

Elavia, castellum Siciliæ, cujus meminit Philistus libro secundo.

13.

Erbessus, urbs Siciliæ. Gentile, Erbessinus, auctore Philisto libro secundo Rerum Sicularum.

14.

Ergetium, urbs Siciliæ, cujus meminit Philistus libro secundo Rerum Sicularum.

15.

Laterna vero etiam λαμπτὴρ dicta est. Philisti quidem secundo libro dictum est : « Et nocte laternas (*ea parte, qua hostem spectant*) obseptas attollere » : intelligit vero laternam corneam.

Digitized by Google

16.

Theon. Progymn. p. 14. Heins. : Πρῶτον μὲν πάντων χρὴ τὸν διδάσκαλον ἑκάστου γυμνάσματος ἔχοντα accedere, οἷον χρείας μέν, ὁποία ἐστὶν ἡ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Πολιτείας... μύθου δέ, ὁποῖός ἐστι παρὰ Ἡροδότῳ τοῦ αὐλητοῦ, καὶ παρὰ Φιλίστῳ τοῦ ἵππου· ἐν ἑκατέρῳ δὲ τῇ πρώτῃ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ. V. Herodot. I, 141. Quæ Philisti de quo fabula fuerit, non constat.

LIBER TERTIUS.

17.

Schol. Pindar. Ol. V, 19: Φίλιστος δὲ ἐν τῇ ρίτῃ φησὶν, ὅτι Γέλων Καμαρίναν κατέστρεψεν· Ἱπποκράτης δὲ, πολεμῶν Συρακουσίοις καὶ πολλοὺς αἰχμαλώτους λαβὼν, ὑπὲρ τοῦ ἀποδοῦναι τούτους λαβὲ τὴν Καμαρίναν καὶ συνῴκισεν αὐτήν.

18.

Steph. Byz.: Λίχινδος, πόλις Σικελική. Φίλιστος Σικελικῶν τρίτῳ.

19.

Idem : Ξουθία, πολίς Σικελίας. Φίλιστος τρίτῳ Σικελικῶν. Cf. Diodor. V, 8.

20.

Idem : Θερμὰ, χωρίον Σικελίας. Φίλιστος τρίτῳ.

LIBER QUARTUS.

21.

Idem : Ὀμφάκη, πόλις Σικελίας. Φίλιστος Σικελικῶν τετάρτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ὀμφακαῖος, etc. Cluver. S. A. c. 254, B, significari putat arcem Agrigenti, quæ olim *Omphace* dicta esset.

22.

Idem : Ὕβλαι, τρεῖς πόλεις Σικελίας. Ἡ μείζων, ἧς οἱ πολῖται Ὑβλαῖοι. Ἡ μικρὰ, ἧς οἱ πολῖται Γαλεῶται, Μεγαρεῖς. Ἡ δὲ ἐλάττων, Ἥρα καλεῖται. Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας. Τὴν δὲ Ὕβλαν, ἀπὸ Ὕβλου τοῦ βασιλέως. Διὰ τοῦτο πολλὰς Ὕβλας καλεῖσθαι, τῶν Σικελῶν πόλεων. Τοὺς ἐνοικοῦντας Μεγαρέας ἐκάλουν. Μία δὲ τῶν Ὑβλῶν Τίελλα καλεῖται, ὡς Φίλιστος τετάρτῳ Σικελικῶν. Sic hunc locum constituit Cluver. Sicil. Ant. c. 158. D. Idem c. 410, F. scribendum putat ita : Ὕβλαι τρεῖς, πόλεις Σικελίας· ἡ μείζων, ἧς οἱ πολῖται Ὑβλαῖοι· ἡ μικρὰ, ἧς οἱ πολῖται Γαλεῶται καὶ Μεγαρεῖς· ἡ δὲ ἐλάττων Ἡραῖα καλεῖται. Τὴν μικρὰν Ὕβλαν ἀπὸ τοῦ Ὕβλωνος βασιλέως, τοὺς δὲ ἐνοικοῦντας..... Μεγαρέας ἐκάλουν..... διὰ τοῦτο πολλὰς Ὕβλας καλεῖσθαι τῶν Σικελικῶν πόλεων. Unus liber mscr. habet : διὰ τὸ πολλὰς Ὕβλας καλεῖσθαι τῶν Σ. π., τοὺς ἐνοικοῦντας Μεγαρέας ἐκάλουν. Etiam verba μία δὲ τῶν Ὑβλῶν Τίελλα mendam contraxisse videntur Cluvero c. 160, E. « Stephani Epitomator, inquit, alio loco : Στύελλα, φρούριον τῆς ἐν Σικελίᾳ Μεγαρίδος, ἐθνικὸν Στυελληνός. Quum dubium sit vocabulum Μεγαρίς, quod alias Megarorum urbis agrum significat, Ciceroni vero et Melæ et Plinio ipsam urbem : pars aliqua Hyblæ Megarensis, sive arx ejus appellata esse potuit Στύελλα. Sic scilicet Τύχην quoque, quæ pars erat Syracusanæ urbis, idem Stephani Epitomator πόλιν Σικελίας pronuntiavit, πλησίον Συρακουσῶν. »

LIBER QUINTUS.

23.

Idem : Αἰθάλη, νῆσος Τυρσηνῶν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἔοικε δὲ κεκλῆσθαι διὰ τὸ σίδηρον ἔχειν, τὸν ἐν αἰθάλῃ τὴν ἐργασίαν ἔχοντα. Φίλιστος δὲ ἐν ε' Σικελικῶν Αἰθαλίαν αὐτὴν καλεῖ, καὶ Ἡρωδιανὸς καὶ Ὦρος. Cf. Diodor. V, 13.

16.

Ante omnia oportet magistrum quaque exercitatione bene instructum esse, et agendi quidem ratio talis esse debet, qualis illa apud Platonem in libro primo de Republica, dicendi autem talis, qualis est apud Herodotum (I, 141) tibicinis, atque apud Philistum equi; apud utrumque primo libro et secundo.

LIBER TERTIUS.

17.

Philistus libro tertio Gelonem ait evertisse Camarinam; Hippocratem vero, quum in bello, quod cum Syracusanis gessit, multos nactus esset captivos, pro redditis accepisse Camarinam, eamque instaurasse ac colonorum numerum auxisse.

18.

Lichindus, urbs Siciliæ, de qua Philistus libro tertio Rerum Sicularum.

19.

Xuthia, urbs Siciliæ, de qua Philistus libro tertio Rerum Sicularum.

20.

Therma, oppidulum Siciliæ, de quo Philistus libro tertio.

LIBER QUARTUS.

21.

Omphace, urbs Siciliæ, de qua Philistus rerum Sicularum libro quarto.

22.

Hyblæ tres urbes Siciliæ : Major, cujus cives Hyblæi; Parva, cujus cives Galeotæ, Megarenses; Minor vero Hera vocatur. Hyblam Parvam ab Hyblo rege, incolas vero..... Megarenses vocabant..... Propter hoc multas Siciliæ urbes vocari Hyblas. Una autem ex Hyblis Tiella vocatur, ut Philistus Siculorum libro quarto.

LIBER QUINTUS.

23.

Æthale, insula Tyrrhenorum, apud Hecatæum in Europa. Videtur autem ita a ferro appellata, quod in favilla (αἰθάλη) conficitur. Philistus vero Sicularum rerum libro quinto eam Æthaliam vocat, ut et Herodianus et Orus.

Digitized by Google

24.

Steph. Byz. : Μοτύη, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Μοτύης γυναικὸς, μηνυσάσης Ἡρακλεῖ τοὺς ἐλάσαντας τοὺς αὐτοῦ βοῦς. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Φίλιστος δὲ φρούριον αὐτήν φησι Σικελίας παραθαλάττιον. Τὸ ἐθνικὸν Μοτυαῖος.

Μοτύλαι, Σικελίας φρούριον, περὶ τὴν Μοτύην. Φίλιστος Σικελικῶν πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Μοτυλαῖος. E Philisto sua hausisse videtur Diodor. XIV, 47.

LIBER SEXTUS.

25.

Idem : Δάσκων, Σικελίας χωρίον. Φίλιστος ἕκτῃ Σικελικῶν· « Τὸ Πλημμύριον καὶ τὸν Δάσκωνα. » Cf. Diodor. XIV, 72.

26.

Idem : Ἰέται, φρούριον Σικελίας, θηλυκῶς. Φίλιστος ἕκτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰεταῖος, καὶ Ἰεταία.

27.

Idem : Νακόνη, ὡς Ἀλκόνη, πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν Νακοναῖος. Φίλιστος ἕκτῳ Σικελικῶν. Ὡς Ἠλώνῃ scripsit Berkelius, quod Νακώνη postularet, exhibitum in Suida Mediolanensi.

28.

Pollux Onom. X, 42 : Τὰ δὲ στρώματα, ἐπιβλήματα, περιβόλαια, ἐφεστρίδες, χλαῖναι, τάπιδες, ξυστίδες· τάχα δὲ καὶ περιστρώματα. Εἴρηται γὰρ παρά τε Φιλίστου ἐν τῇ ἕκτῃ, καὶ ἐν τῇ Σιμύλου Μεγαρικῇ.

LIBER SEPTIMUS.

29.

Steph. Byz.: Ταρχία, πόλις Σικελική. Φίλιστος ἑβδόμῳ Σικελικῶν.

LIBER OCTAVUS.

30.

Idem : Ἐλβέστιοι, ἔθνος Λιβύης. Φίλιστος η'· « Περὶ δὲ τοὺς Λίβυας ἐκτ * (ἐκτὸς Berk.) Εὐρώπης Ἐλβέστιοι καὶ Μαστιηνοί. »

31.

Idem : Ἀρβέλη, πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀρβελαῖος. Φίλιστος Σικελικῶν ὀγδόῃ.

32.

Idem : Ταύακα, πόλις Σικελίας. Φίλιστος ὀγδόῳ.

33.

Idem : Μίμαλκες, ἔθνος Λιβυκόν. Φίλιστος Σικελικῶν ὀγδόῳ.

Id. : Ἐρεβίδαι, μέρος Λωτοφάγων. Φίλιστος ὀγδόῳ.

34.

Theon. Progymn. p. 19 : Ἔχομεν καὶ παρὰ Φιλίστῳ ἐν μὲν τῇ ὀγδόῃ τὰ περὶ τὴν παρασκευὴν τὴν ἐπὶ Καρχηδονίους Διονυσίου τοῦ τυράννου, καὶ τῶν ὅπλων καὶ τῶν νεῶν, καὶ τῶν ὀργάνων τὴν ποίησιν. V. Diodor. XIV, 41-44, in quibus omnibus, inquit Wesselingius, æmulari videtur Philistum.

LIBER NONUS.

35.

Stephan. Byz. : Τίσσαι, χωρίον Σικελίας. Φίλιστος ἐννάτῳ.

36.

Idem : Ἄργυρος, πόλις. Φίλιστος ἐννάτῃ.

37.

Idem : Κύπη, Σικελίας φρούριον. Φίλιστος Σικελικῶν ἐννάτῳ.

24.

Motye, urbs Siciliæ, a Motya quadam femina nomen habens, quæ Herculi eos indicavit qui ipsius boves abegerant, auctore Hecataeo in Europa. Sed Philistus eam dicit maritimum Siciliæ castellum. Gentile, Motyæus.

Motylæ, castellam Siciliæ, circa Motyam, de quo Philistus libro quinto Rerum Sicularum. Gentile, Motylæus.

LIBER SEXTUS.

25.

Dascon, Siciliæ castellum, auctore Philisto libro sexto Rerum Sicularum : « Ad Plemmyrium et Dasconem. »

26.

Ietæ, castellum Siciliæ, genere feminino, cujus Philistus meminit libro sexto. Gentile, Ietæus et Ietæa.

27.

Nacone, uti Elone, urbs Siciliæ. Gentile, Naconæus, cujus meminit Philistus libro sexto Rerum Sicularum.

28.

Strata vero, stragulæ, amicula, sagula, chlænæ, tapetes, xystides; fortasse et instrata (περιστρώματα), quæ vox usurpata est Philisti libro sexto et in Simyli Megarica.

LIBER SEPTIMUS.

29.

Tarchia, urbs Sicula. Philistus septimo Siculorum.

LIBER OCTAVUS.

30.

Elbestii, gens Libyæ, de qua Philistus libro octavo : « Circa autem Libyes extra Europam Elbestii et Mastiani. »

31.

Arbele, urbs Siciliæ. Gentile Arbelæus, auctore Philisto Rerum Sicularum octavo.

32.

Tavaca, urbs Siciliæ. Philistus octavo.

33.

Mimalces, gens Libyca, cujus meminit Philistus Rerum Sicularum libro octavo. — Erebidæ, pars Lotophagorum. Philistus libro octavo.

34.

Habemus etiam apud Philistum libro octavo, quæ ad apparatum belli, quod Dionysius gessit contra Carthaginienses, pertinent; describitur enim et armorum et navium machinarumque fabrica.

LIBER NONUS.

35.

Tissæ, oppidulum Siciliæ. Philistus nono.

36.

Argyrus, urbs, de qua Philistus libro nono.

37.

Cypa, Siciliæ castellum, de quo Philistus libro nono Rerum Sicularum.

Digitized by Google

LIBER DECIMUS.

38.

Idem : Λογγώνη, Σικελίας πόλις. Ὁ πολίτης Λογγωναῖος. Φίλιστος δεκάτῳ. V. Exc. Diod. l. XIV, 347 Bip.

LIBER UNDECIMUS.

39.

Idem : Τύρσητα, πόλις Σαυνιτῶν. Φίλιστος ἑνδεκάτῳ.

40.

Idem : Μυστία, πόλις Σαυνιτῶν. Φίλιστος ἑνδεκάτῳ. Οἱ οἰκήτορες Μυστιανοί, ὡς τῆς Ὥστίας Ὡστιανοί. V. Diodor. XVI, 15.

41.

Idem : Νουκρία, πόλις Τυρσηνίας. Φίλιστος ια', αἱ ιε'. « Numerus ιε' vitiosus est; sed quid restituendum sit, puto scire neminem. » Gœller.

42.

Theon Progymn. p. 19 : Ἔχομεν... καὶ παρὰ Φιλίστῳ..... ἐν ... τῇ ια' τὰ περὶ τὴν ἐκφορὰν Dionysii) καὶ τῆς πυρᾶς τὴν ποικιλίαν.

Plutarch. V. Pelopid. c. 34 : Ἐκείνων δὲ τῶν ταφῶν (pompæ funebris Pelopidæ) οὐ δοκοῦσιν ἕτεραι λαμπρότεραι γενέσθαι, τοῖς τὸ λαμπρὸν οὐκ ἐν ἐλέφαντι καὶ χρυσῷ καὶ πορφύραις εἶναι νομίζουσιν, ὥσπερ Φίλιστος ὑμνῶν καὶ θαυμάζων τὴν Διονυσίου ταφήν, οἷον τραγῳδίας μεγάλης, τῆς τυραννίδος ἐξόδιον θεατρικὸν γενομένην.

LIBER DUODECIMUS.

43.

Stephan. Byz. : Κραστός, πόλις Σικελίας τῶν Σικανῶν. Φίλιστος Σικελικῶν τρισκαιδεκάτῳ. Ἐκ ταύτης ἦν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς καὶ Λαΐς ἡ ἑταίρα, ὡς Νεάνθης ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. Ἔχει δὲ ἡ πόλις εὐπρεπεστάτας γυναῖκας, ὡς Φιλήμων. Ἀπίων δέ, ὅτι μόνος Πολέμων ἔφη τὴν Λαΐδα Κορινθίαν.

Verba : Ἀπίων δὲ, ὅτι μόνος Πολέμων, etc. Jacobsio in Mus. Att. t. III, fasc. 2, p. 225 e margine irrepsisse videntur. Fortasse nonnulla exciderunt.

FRAGMENTA INCERTA.

44.

Plin. H. N. VIII, 61 : *Memorat et Pyrrhum Gelonis tyranni canem Philistus.* Cf. Ælian. V. H. I. 13, H. A. VI, 62.

45.

Schol Pind. Pyth. I, 112 : Δεινομένης..... Ἱέρωνος υἱὸς ἐκ τῆς Νικοκλέους τοῦ Συρακουσίου θυγατρὸς, κατὰ Φίλιστον καὶ Τίμαιον.

46.

Pausan. I, 29, 9, p. 74 : Μετὰ δὲ τοὺς ἀποθανόντας ἐν Κορίνθῳ, στήλην ἐπὶ τοῖσδε ἑστάναι τὴν αὐτὴν σημαίνει τὰ ἐλεγεῖα, τοῖς μὲν ἐν Εὐβοίᾳ τε καὶ Χίῳ τελευτήσασι· τοὺς δὲ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Ἀσιανῆς ἠπείρου διαφθαρῆναι δηλοῖ, τοὺς δὲ ἐν Σικελίᾳ. Γεγραμμένοι δέ εἰσιν οἵ τε στρατηγοὶ πλὴν Νικίου, καὶ τῶν στρατιωτῶν δμοῦ τοῖς ἀστοῖς Πλαταιεῖς. Νικίας δὲ ἐπὶ τῷδε παρείθη· γράφω δὲ οὐδὲν διάφορα ἢ Φίλιστος, ὃς ἔφη Δημοσθένην μὲν σπονδὰς ποιήσασθαι τοῖς ἄλλοις, πλὴν αὐτοῦ, καὶ ὡς ἡλίσκετο, αὐτὸν ἐπιχειρεῖν ἀποκτεῖναι, Νικίᾳ δὲ τὴν παράδοσιν ἐθελοντῇ γενέσθαι. Τούτων εἵνεκα οὐκ ἐνεγράφη Νι-

---

LIBER DECIMUS.

38.

Longone, oppidum Siciliæ, cujus oppidanus Longonæus, auctore Philisto libro decimo.

LIBER UNDECIMUS.

39.

Tyrseta, urbs Samnitum. Philistus undecimo.

40.

Mystia, urbs Samnitum, de qua Philistus libro undecimo. Incolæ, Mystiani, uti ab Ostia Ostiani.

41.

Nucria, urbs Tyrrheniæ, de qua Philistus libro undecimo et quintodecimo [?].

42.

Legimus etiam apud Philistum libro undecimo pompam funebrem Dionysii atque rogi ornatum.

Illo funere splendidiora fuisse dixerit alia nemo, qui splendorem non ebore, auro, purpura metitur, ut Philistus, qui Dionysii decantat et stupet sepulturam, sicut magnæ tragœdiæ tyrannidis theatrale exodium.

LIBER DUODECIMUS.

43.

Crastus, urbs Siciliæ Sicanorum, de qua Philistus Rerum Sicularum libro decimo tertio. Ex hac erat Epicharmus Comicus, et Lais meretrix, teste Neanthe in libro de Viris illustribus. Habet hæc urbs mulieres pulcherrimas, auctore Philemone. Apio vero inquit, solum Polemonem tradidisse, Laidem Corinthiam esse.

FRAGMENTA INCERTA.

45.

Dinomenes Hieronis filius ex Nicoclis Syracusani filia natus, ut tradunt Philistus et Timæus.

46.

Post eorum tumulos, qui ad Corinthum periere, columnam unam multis erectam esse, inscripti elegi testantur. Hos enim in Eubœa, illos in Chio, quosdam in extremis continentis Asiæ finibus, alios in Sicilia cecidisse indicant. Duces etiam inscripti sunt præter Niciam; et milites Platæenses una cum oppidanis. Niciam quidem omissum esse hanc ob causam Philistus prodidit, quem sequor. Scribit enim ille, Demosthenem in deditione facienda se unum excepisse, ac quum in hostium potestatem venisset, sibi ipsi mortem consciscere conatum esse; Niciam vero ultro deditionem fecisse, eamque ob rem nomen ejus in columna inscriptum non esse, quod,

Digitized by Google

κίας τῇ στήλῃ, καταγνωσθεὶς αἰχμάλωτος ἐθελοντὴς εἶναι καὶ οὐκ ἀνὴρ πολέμῳ πρέπων.

Plutarch. V. Nic. c. 28: Δημοσθένην δὲ καὶ Νικίαν ἀποθανεῖν Τίμαιος οὔ φησιν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων καταλευσθέντας (scr. κελευσθέντας), ὡς Φίλιστος ἔγραψε καὶ Θουκυδίδης, ἀλλ' Ἑρμοκράτους πέμψαντος, ἔτι τῆς ἐκκλησίας συνεστώσης, καὶ δι' ἑνὸς τῶν φυλάκων παρέντος (sic scr. pro παρέντων), αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν ἀποθανεῖν. V. Thucyd. VII, 86. Diodor. XIII, 19 sqq., Timæum secutus esse videtur.

47.

Cic. Div. I, 20: *Dionysii mater, ejus qui Syracusiorum tyrannus fuit, ut scriptum apud Philistum est, et doctum hominem, et diligentem, et æqualem temporum illorum, quum prægnans hunc Dionysium alvo contineret, somniavit, se peperisse Satyriscum. Hinc interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, responderunt (ut ait Philistus), eum, quem illa peperisset, clarissimum Græciæ diuturna cum fortuna fore.* Cf. Valer. Max. VII, 7.

48.

Plin. H. N. VIII, 64: *Phylarchus refert, Centaretum e Galatis, in prælio occiso Antiocho, potitum equo ejus conscendisse ovantem. At illum indignatione accensum, domitis frenis, ne regi posset, præcipitem in abrupta isse, exanimatumque una. Philistus a Dionysio relictum in cœno hærentem, ut sese evellisset, secutum vestigia domini, examine apum jubæ inhærente; eoque ostento tyrannidem a Dionysio occupatam.*

Cic. Divin. I, 33: *Facta conjectura etiam in Dionysio est paullo ante, quam regnare cœpit: qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipse demisisset in flumen, summersus equus voraginibus non exstitit: quem quum maxima contentione non potuisset extrahere, discessit, ut ait Philistus, ægre ferens. Quum aliquantulum progressus esset, subito exaudivit hinnitum, respexitque et equum alacrem lætus aspexit, cujus in juba examen apum consederat. Quod ostentum habuit hanc vim, ut Dionysius paucis post diebus regnare cœperit.* Cf. Ælian. V. H. XII, 46, ibique Perizon.

49.

Pausan. V, 23, 5, p. 438: Πρὸς δὲ τῷ ἅρματι τῷ Γέλωνος Ζεὺς ἵστηκεν ἀρχαῖος, ἔχων σκῆπτρον· Ὑβλαίων δέ φασιν εἶναι ἀνάθημα. Αἱ δὲ ἦσαν ἐν Σικελίᾳ πόλεις αἱ Ὕβλαι, Γερεᾶτις ἐπίκλησιν, τὴν δὲ, ὥσπερ γε καὶ ἦν, ἐκάλουν μείζονα. Ἔχουσι δὲ καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι τὰ ὀνόματα. Ἐν τῇ Καταναίᾳ δὲ ἡ μὲν ἔρημος ἐς ἅπαν, ἡ δὲ κώμη τε Καταναίων ἡ Γερεᾶτις, καὶ ἱερόν σφισιν Ὑβλαίας ἐστὶ θεοῦ, παρὰ Σικελιωτῶν ἔχον τιμάς. Παρὰ τούτων δὲ κομισθῆναι τὸ ἄγαλμα ἐς Ὀλύμπιον ἡγοῦμαι. Τεράτων γὰρ σφᾶς καὶ ἐνυπνίων Φίλιστος ὁ Ἀρχομενίδου φησὶν ἐξηγητὰς εἶναι, καὶ μάλιστα εὐσεβείᾳ τῶν ἐν Σικελίᾳ βαρβάρων προσκεῖσθαι.

Verba αἱ δὲ ἦσαν ἐν Σικελίᾳ αἱ Ὕβλαι, Γερ. etc. Siebelis ita emendat, ut scribat: καὶ δύο ἦσαν ἐν Σικελίᾳ πόλεις αἱ Ὕβλαι, Γελεᾶτις ἐπ., τὴν δὲ etc.

50.

Euseb. Can. Chron. nr. 804, p. 126, ed. sec. Scalig. Amst. 1658: Τούτῳ τῷ ἔτει (annis ante captum Ilium XXI.) Καρχηδόνα φησὶ Φίλιστος κτισθῆναι ὑπὸ Ἐζώρου καὶ Καρχηδόνος τῶν Τυρίων.

V. Cluver. S. A. c. 51 sq., Beck. Hist. univ. T. I, p. 777, ed. sec., Scaliger. ad Euseb. l. l. p. 50 sq. Eusebium exscripsit Syncell. Chron. p. 137, in Corp. Byzantin. T. VII: Αἰνείας μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας Λατίνων ἐβασίλευσεν ἔτη κγ'. (in marg. γ'.), τοῦ δὲ κόσμου, δτμ'.

Σποράδην.

Καρχηδόνα φησὶ Φίλιστος κτισθῆναι ὑπὸ Ἐζώρου καὶ Καρχηδόνος τῶν Τυρίων κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον.

51.

Clemens Alex. Strom. p. 618, D, (p. 738 sq. Oxon.): Ὀλίγοις δὲ τῶν καθωμιλημένων καὶ παρὰ

---

se quum hostibus ultro dedisset, quod imperatore ac forti viro dignum esset, non fecerat.

Demosthenem et Niciam periisse Timæus refellit lapidibus a Syracusanis coopertos, ut Philistus et Thucydides scriptum reliquerunt, sed certiores factos ab Hermocrate quid ageretur, quum nondum dimissa concione misisset ad eos aliquem, qui ab uno fuit ex custodibus admissus, sibimet ipsos mortem conscivisse.

49.

Prope Gelonis currum stat Jupiter antiqui operis, sceptrum tenens. Hyblæorum hoc esse donum aiunt. Fuere Hyblæ Siciliæ civitates duæ; cognomine Gereatis una, altera, ut erat, ita etiam vocabatur Major. Retinent etiamnum prisca nomina; et earum altera in agro Catanensi plane deserta est; altera Gereatis in iisdem finibus ad vici formam redacta. In hac fanum est Siculorum celebritate religiosum, deæ, quam Hyblæam vocant, dicatum. Ab hoc ego populo signum arbitror in Olympiam deportatum. Nam ostentorum et somniorum interpretes eos esse, et ceteros, qui in Sicilia sunt, barbaros deorum cærimoniis colendis anteire, Philistus Archomenidis filius memoriæ prodidit.

50.

Hoc anno (21 ante captum Ilium) Carthaginem Philistus ait conditam esse ab Ezoro et Carchedone Tyriis.

Æneas excisa Troja Latinis imperavit annis 23, mundi vero 4340.

Miscellanea.

Ab Ezoro et Carchedone Tyriis Carthaginem hoc tempore conditam scribit Philistus.

51.

Quum autem usus fuero paucis testimoniis virorum qui

Digitized by Google

ς Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἀνδρῶν χρησάμενος μαρτυ-
ις, τὸ κλεπτικὸν διελέγξας εἶδος αὐτῶν, ἐν διαφό-
ς τοῖς χρόνοις καταχρώμενος, ἐπὶ τὰ ἑξῆς τρέψο-
ι. Σόλωνος δὲ ποιήσαντος·

Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται,

:ικρυς ὁ Θέογνις γράφει·

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται.

θεν καὶ ὁ Θουκυδίδης (III, 39) ἐν ταῖς ἱστορίαις·
Εἰώθασεν δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, φησὶν, οἷς ἂν
λιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραγία
ῃ, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. » Καὶ Φίλιστος ὁμοίως τὰ
τὰ μιμεῖται, ὧδε λέγων· « Τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον
ις ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα ἀσφαλέστερα [παρὰ δόξαν]
ι κακοπραγίαν· εἰώθασι γὰρ μάλιστα οἱ παρὰ δόξαν
:ροσδοκήτως εὖ πράσσοντες εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. »
Verba : Εἰώθασιν δὲ οἱ πολλοὶ et quæ sequuntur
uker. et Gœller., collato Thucydidis loco, huuc in
odum probabiliter disponunt et emendant :
ώθασι δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. ... εἰς ὕβριν
έπεσθαι. Τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις
τυχοῦντα ἀσφαλέστερα, (ἢ) παρὰ δόξαν καὶ κακοπρα-
αν. ... Καὶ Φίλιστος ὁμοίως τ. α. μ. ὧδε λέγων·
ώθασι γὰρ μάλιστα etc. Aut totum hoc : τὰ δὲ
λλὰ ... κακοπραγίαν, Gœllerus ait, malim pro in-
titio habere. Nam sententiæ Solonis, dicit Du-
er., imitatio Thucydidea, quam ibi Clemens
stendit, his verbis, εἰώθασι τρέπεσθαι, absolvi-
ır. Philistus autem Thucydidem imitatus est il-
s : εἰώθασι γὰρ μάλιστα... τρέπεσθαι, cum qua sen-
ntia nil commune habent hæc : τὰ δὲ πολλὰ...
ακοπραγίαν.

52.

Stephan. Byz. : Ἀμβρακία, πόλις Θεσπρωτίας, πὸ Ἄμβρακος τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τοῦ Λυκάονος, ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αὐγέου θυγατρὸς, περὶ ἧς ὑλέας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀμβρακιεὺς, καὶ Ἀμβρακιώτης. Φλιστος δὲ Ἀμβρακῖνός φησι Σικελικῷ τύπῳ.

53.

Idem : Ἀρτεμίσιον, πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσογείῳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ὁ πολίτης Ἀρτεμισιάτης. Φίλιστος δὲ Ἀρτεμίτιον αὐτὴν καλεῖ, ἴσως Δωρικῶς. Ἔστι καὶ πόλις Εὐβοίας.

54.

Idem : Νώνυμνα, πόλις Σικελίας. Ὁ πολίτης Νωνυμναῖος, ὡς Φίλιστος.

Eadem vulgo leguntur in editis Suidæ.

55.

Idem : Τρίκαλον, καὶ Τρίκαλα οὐδετέρως, πόλις Σικελίας. Φίλιστος.

56.

Hesych. : Βουβάρτις, νεὼς ὄνομα, παρὰ Φιλίστῳ. « Albert. et Hemsterh. ad Polluc. Onom. X, 52, cum Salmasio legunt : Βουβᾶρις, i. e. μεγάλη βᾶρις. Μυριοφόρον ejusmodi navem dixit Thucyd. VII, 25, ubi v. Duker. » *Gœller.*

57.

Schol. Germanic. p. 110, ed. Paris. 1559, 4 : *Quum Liber a Junone insania objecta fugeret ad occursus Dodonæi Jovis, ejusque in templo responsa peteret, ut Philistus refert, magni imbres cum grandine orti sunt ea parte, qua transmissurus erat. Asinis e contrario transeuntibus per aquas, in uno ex his sedens et ipse transvectus est, sine periculo et ab insania liberatus.* Cf. Hygin. Poet. astronom. II, c. 23, Apollod. III, 5, 1.

58.

Apostol. Proverb. Cent. I, p. 51 : Ἀδδηφάγον πεντηκόντορον] Φλιστος.

Harpocrat. : Ἀδδηφάγους τριήρεις Λυσίας λέγει ἐν τῇ ὑπὲρ Εὐκρίτου διαμαρτυρίᾳ, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. Καὶ ἀδδηφάγον πεντηκόντορον Φίλιστος.

59.

Συναγωγ. λέξ. χρ. p. 428, 2 : Ἀποθήκην, ἀντὶ τοῦ ἀποστροφήν. Φίλιστος. Quam glossam repetunt Suidas et Zonaras.

---

ermonibus celebrantur et in magna existimatione habenur apud Græcos, et eorum furandi genus diversis tempoibus exercitum abunde convicero, convertar ad ea quæ einceps sequuntur. Quum autem cecinisset Solon :

« Nascitur ex nimiis opibus petulantia multa »,

odem modo scripsit Theognis :

« Nascitur ex nimiis opibus petulantia pravis ».

Inde etiam Thucydides in Historiis : « Solent, inquit, lerique homines, quibus res secundæ aliquantisper præter spem evenerunt, reddi insolentes; pleraque vero, quæ ationi convenienter feliciter succedunt firmiora sunt, uam quæ præter exspectationem eveniunt. » Philistus imiliter eadem imitatur, sic dicens : « Solent, quibus res ecundæ præter spem eveniunt, evadere insolentes. »

52.

Ambracia, urbs Thesprotiæ, quæ ab Ambrace Thesroti filio, Lycaonis nepote, sive ab Ambracia Augeæ filia, ujus Phileas meminit, nomen accepit. Gentile Ambraciensis et Ambraciotes : verum Philistus forma Sicula Ambracinus dixit.

53.

Artemisium, urbs in mediterraneis Œnotrorum, apud Hecatæum in Europa. Civis Artemisiates vocatur. Philistus eam Artemitium appellat, fortasis Dorice. Est item urbs Eubœæ.

54.

Nonymna, oppidum Siciliæ, cujus oppidanus Nonymnæus, auctore Philisto.

55.

Tricalon, et Tricala neutraliter, urbs Siciliæ. Philistus.

56.

Bubartis, navis nomen apud Philistum.

58.

« Edax navigium quinquaginta remorum. »

59.

Ἀποθήκη (Repositorium) significat etiam « refugium », apud Philistum.

Digitized by Google

60.

Pollux Onom. II, 154 : Καὶ διὰ χειρὸς ἔχειν τὴν πόλιν, καὶ αὐτοχειρία, αὐτοχειρὶ, αὐτόχειρ ἐργάτης. Τὸ γὰρ παρὰ Φιλίστῳ αὐτοχειρίσαντες παμμίαρον.

61.

Hesych. : Μεσηρεύειν, τὸ μηδετέροις συμμαχεῖν. Φίλιστος. Cf. Phot. v. Μεσεύειν.

62.

Pollux Onom. II, 111 : Ἀπὸ φωνῆς φώνημα, μεγαλόφωνος, εὔφωνος, ἄφωνος, ἔμφωνος. Φίλιστος καὶ δίφωνον λέγει.

63.

Idem VII, 168 : Βαλανείῳ δ' ἂν καὶ ἡ πυρία ἔποιτο. Εἴρηκε δ' Ἡρόδοτος (IV, 75)· πυρία Ἑλληνική. Φίλιστος δὲ λουτρὰ καὶ πυριάματα.

64.

Chœroboscus In Theodosium ap. Bekker, Anecd, p. 1305: Ἄδρυξ Ἄδρυκος, πόλις Συρακοσίων, ἀρσενικῶς λεγομένη. « Ἔφυγον εἰς τὸν Ἄδρυκα, Φίλιππος (sic) ὁ ἱστορικός φησιν.

60.

Quod apud Philistum legitur αὐτοχειρίσαντες (Manu sua laborantes) pessime dictum est.

61.

Μεσηρεύειν, Neutri parti auxilio esse. Philistus.

62.

Philistus dicit etiam δίφωνον (bilinguem).

63.

Ad balneum pertinere videtur vaporarium. Herodotus dixit « vaporarium Græcum », Philistus vero « lavacra et fomenta. »

64.

Adryx, oppidum Syracusanorum, masculine genere. Philistus historicus : « Fugerunt Adrycem. »

Digitized by Google

TIMÆI

FRAGMENTA.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

ΙΤΑΛΙΚΑ ΚΑΙ ΣΙΚΕΛΙΚΑ.

LIBER PRIMUS.

1.

Schol. Apollon. Rhod. IV, 965: Τίμαιος Θρινακίαν φησὶ καλεῖσθαι τὴν Σικελίαν, ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει. Οἱ δὲ ἱστορικοὶ Θρίνακον φασὶν ἄρξαι τῆς Σικελίας. Μύλας δὲ, χερρόνησον Σικελίας, ἐν ᾗ αἱ τοῦ Ἡλίου βόες ἐνέμοντο. Scholl. Pariss.: Τριναχρία δὲ ἡ Σικελία, κατὰ μὲν Τίμαιον, διὰ τὸ τρεῖς ἔχειν ἄκρας, κατὰ δέ τινας τῶν ἱστορικῶν, ἀπὸ Τρίνακος τοῦ τῆς Σικελίας ἄρξαντος. Μύλας δέ φησι χερρόνησον εἶναι ἐν Σικελίᾳ, ἐν ᾗ αἱ τοῦ Ἡλίου βόες ἐνέμοντο. Cf. Steph. Byz. s. v. Τριναχρία.

2.

Diodor. V, 6: Περὶ δὲ τῶν κατοικησάντων ἐν αὐτῇ (sc. τῇ Σικελίᾳ) πρώτων Σικανῶν, ἐπειδή τινες τῶν συγγραφέων διαφωνοῦσιν, ἀναγκαῖόν ἐστι συντόμως εἰπεῖν. Φίλιστος μὲν γάρ φησιν ἐξ Ἰβηρίας αὐτοὺς ἀποικισθέντας κατοικῆσαι τὴν νῆσον, ἀπό τινος Σικανοῦ ποταμοῦ κατ' Ἰβηρίαν ὄντος τετευχότας ταύτης τῆς προσηγορίας. Τίμαιος δὲ τὴν ἄγνοιαν τούτου τοῦ συγγραφέως ἐλέγξας ἀκριβῶς ἀποφαίνεται αὐτόχθονας εἶναι· πολλὰς δὲ αὐτοῦ φέροντος ἀποδείξεις τῆς τούτων ἀρχαιότητος, οὐχ ἀναγκαῖον ἡγούμεθα περὶ τούτων διεξιέναι.

Quæ sequuntur ex eodem Timæo fluxisse videntur. — Sicanis successerunt ex Italia Siculi; de his nihil exstat. Deinde apud Diodorum c. 9, memorantur Cuidii et Rhodii, qui Ol. 50 in Siciliam commigrarunt, post vero in Liparam insulam transvecti sunt. Ex hac fortasse narratione petita est mentio Atabyrii, incerti situs oppidi.

3.

Steph. Byz.: Ἀτάβυρον, ὄρος Ῥόδου. Ῥιανὸς ἕκτῳ Μεσσηνιακῶν. Τὸ ἐθνικὸν Ἀταβύριος. Ἐξ οὗ καὶ Ἀταβύριος Ζεύς. Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον, ὡς Τίμαιος. Κέκληται δὲ τὰ ὄρη ἀπό τινος Τελχῖνος Ἀταβυρίου. Ἔστι καὶ Περσικὴ πόλις. Ἔστι καὶ Φοινίκης.

4.

Parthen. Erot. c. 29: Ἱστορεῖ Τίμαιος Σικελικοῖς. Ἐν Σικελίᾳ δὲ Δάφνις Ἑρμοῦ παῖς ἐγένετο, σύριγγί τε δεξιὸς χρήσασθαι, καὶ τὴν ἰδέαν ἐκπρεπής. Οὗτος εἰς μὲν τὸν πολὺν ὅμιλον ἀνδρῶν οὐ κατῄει· βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Αἴτνην χείματός τε καὶ θέρους ἠγραύλει. Τούτου λέγουσιν Ἐχεναΐδα νύμφην ἐρασθεῖσαν παραχελεύσασθαι αὐτῷ γυναικὶ μὴ πλησιάζειν· μὴ πειθομένου γὰρ αὐτοῦ συμβήσεται τὰς ὄψεις ἀποβαλεῖν. Ὁ δὲ χρόνον μέν τινα καρτερῶς ἀντεῖχε, καίπερ οὐκ ὀλίγων ἐπιμαινομένων αὐτῷ. Ὕστερον δὲ μία τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν βασιλίδων οἴνῳ πολλῷ δηλησαμένη αὐτὸν, ἤγαγεν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῇ μιγῆ-

ITALICA ET SICULA.

LIBER I.

1.

Trinacria vocatur Sicilia secundum Timæum, quod tria habet promontoria.

2.

De Sicanis, primis Siciliæ incolis, quum scriptores nonnulli sententiis varient, ut breviter aliquid disseramus, necessarium est. Philistus quidem (fr. 3) ex Iberia per coloniæ deductionem translatos in possessionem terræ venisse affirmat, a Sicano, Iberiæ flumine quodam, nomen illud sortitos. Sed Timæus ignorantiam scriptoris refellens, indigenas esse liquido ostendit. Qui quia multas ad demonstrandam horum antiquitatem rationes affert, aliquid illarum recensendum esse non arbitramur.

3.

Atabyrum, mons Rhodi, de quo Rhianus libro sexto Messeniacorum mentionem facit. Gentile, Atabyrius. Ab hoc monte Jupiter Atabyrius nomen habet. Est item Siciliæ Atabyrium, teste Timæo. Montes ita dicti sunt a quodam Atabyrio Telchine. Est hoc nomine etiam urbs Persica, alia item Phœnicia.

4.

Scribit Timæus in Rebus Siculis: In Sicilia erat Daphnis, Mercurii filius, fistulis canere eximie doctus, et insigni specie præditus. Is in frequentiam hominum non veniebat, verum circa Ætnam boum pastor et hiemis et æstatis tempore in agro pernoctabat. Hujus amore aiunt Echenaidem nympham captam, injunxisse ei ne cuiquam mulieri se applicaret. Si enim non obediret, futurum ut oculis privaretur. Ille itaque aliquamdiu fortiter resistebat, quamvis a plurimis vehementer impeteretur. Postremum autem una ex Siciliæ reginis multo vino eum inficiens, in concupiscentiam induxit, ut cum ea commisceretur: at-

Digitized by Google

ναι. Καὶ οὗτος ἐκ τοῦδε, ὁμοίως Θαμύρᾳ τῷ Θρᾳκὶ, δι' ἀφροσύνην ἐπεπήρωτο. Cf. Diodor. IV, 84.

De Cerere Timæum initio Siculorum egisse (v. Diodor. V, 3 sqq.) suspicor ob locum Polemonis apud Athenæum X, p. 416, B: Πολέμων δ' ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον παρὰ Σικελιώταις φησὶν Ἀδδηφαγίαις ἱερὸν εἶναι καὶ Σιτοῦς Δήμητρος ἄγαλμα, οὗ πλησίον ἱδρύσθαι καὶ Ἰμαλίδος, καθάπερ ἐν Δελφοῖς Ἑρμούχου, ἐν δὲ Σκώλῳ τῷ Βοιωτιακῷ Μεγαλάρτου καὶ Μεγαλομάζου. Cf. Preller. fr. Polemon. p. 71.

5.

Schol. Apollon. Rhod. IV, 786: Πλαγκταὶ πέτραι ἐν τῷ πορθμῷ εἰσὶν, ὡς Τίμαιος καὶ Πεισίστρατος ὁ Λιπαραῖος. Siciliæ et Italiæ descriptio ansam præbuisse videtur uberius exponendi Argonautarum expeditionem. Quæ ad eam spectant fragmenta hæc sunt:

6.

Diodor. IV, 56: Οὐκ ὀλίγοι τῶν τε ἀρχαίων συγγραφέων καὶ τῶν μεταγενεστέρων, ὧν ἐστι καὶ Τίμαιος, φασὶ τοὺς Ἀργοναύτας μετὰ τὴν τοῦ δέρους ἁρπαγὴν, πυθομένους ὑπ' Αἰήτου προκατειλῆφθαι ναυσὶ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, πρᾶξιν ἐπιτελέσασθαι παράδοξον καὶ μνήμης ἀξίαν. Ἀναπλεύσαντας γὰρ αὐτοὺς διὰ τοῦ Τανάϊδος ποταμοῦ ἐπὶ τὰς πηγὰς, καὶ κατὰ τόπον τινὰ τὴν ναῦν διελκύσαντας, καθ' ἑτέρου πάλιν ποταμοῦ, τὴν ῥύσιν ἔχοντος εἰς τὸν Ὠκεανὸν, καταπλεῦσαι πρὸς τὴν θάλασσαν· ἀπὸ δὲ τῶν ἄρκτων ἐπὶ τὴν δύσιν κομισθῆναι, τὴν γῆν ἔχοντας ἐξ εὐωνύμων, καὶ πλησίον γενομένους Γαδείρων εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν εἰσπλεῦσαι. Ἀποδείξεις δὲ τούτων φέρουσι, δεικνύντες τοὺς παρὰ τὸν Ὠκεανὸν κατοικοῦντας Κέλτας σεβομένους μάλιστα τῶν θεῶν τοὺς Διοσκούρους· παραδόσιμον γὰρ ἔχειν αὐτοὺς ἐκ παλαιῶν χρόνων τὴν τούτων τῶν θεῶν παρουσίαν ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ γεγενημένην. Εἶναι δὲ καὶ τὴν παρὰ τὸν Ὠκεανὸν χώραν οὐκ ὀλίγας ἔχουσαν προσηγορίας ἀπό τε τῶν Ἀργοναυτῶν καὶ τῶν Διοσκούρων. Παραπλησίως δὲ καὶ τὴν ἐντὸς Γαδείρων ἤπειρον ἔχειν ἐμφανῆ σημεῖα τῆς τούτων ἀνακομιδῆς. Περὶ μὲν γὰρ τὴν Τυῤῥηνίαν καταπλεύσαντας αὐτοὺς εἰς νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Αἰθαλίαν, τὸν ἐν αὐτῇ λιμένα, κάλλιστον ὄντα τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, Ἀργῷον ἀπὸ τῆς νεὼς προσαγορεῦσαι, καὶ μέχρι τῶνδε τῶν χρόνων διαμένειν αὐτοῦ τὴν προσηγορίαν. Παραπλησίως δὲ τοῖς εἰρημένοις, κατὰ μὲν τὴν Τυῤῥηνίαν ἀπὸ σταδίων ὀκτακοσίων τῆς Ῥώμης ὀνομάσαι λιμένα Τελαμῶνα· κατὰ δὲ Φορμίας τῆς Ἰταλίας Αἰήτην, τὸν νῦν Καιήτην προσαγορευόμενον. Πρὸς δὲ τούτοις ὑπ' ἀνέμων αὐτοὺς ἐκριφέντας εἰς τὰς Σύρτεις, καὶ μαθόντας παρὰ Τρίτωνος τοῦ τότε βασιλεύοντος τῆς Λιβύης τὴν ἰδιότητα τῆς θαλάττης, καὶ τὸν κίνδυνον ἐκφυγόντας, δωρήσασθαι χαλκοῦν τρίποδα, τὸν ἀρχαίοις μὲν κεχαραγμένον γράμμασι, μέχρι δὲ τῶν νεωτέρων χρόνων διαμείναντα παρὰ τοῖς Εὐεσπερίταις. Cf. Pseudo-Aristot. De mir. auscult. c. 113, qui multa ex Timæo in sua transtulit, et Strabo V, p. 342.

7.

Schol. Apollon. Rhod. IV, 1217: Τιμῶναξ ἐν πρώτῳ τῶν Σικελικῶν ἐν Κόλχοις φησὶν Ἰάσονα Μηδείαν γῆμαι, Αἰήτου αὐτῷ ἐγγυήσαντος. Ὁ δὲ αὐτός φησι· Δείκνυνται παρὰ τὸν παράπλουν ἔνδον τοῦ Πόντου κῆποί τινες Ἰασόνιοι καλούμενοι, καθ' ὧν τὴν ἀπόβασιν ἐποιήσατο· καὶ κατὰ τὴν Αἶαν γυμνάσια καὶ δίσκοι, καὶ τῆς Μηδείας θάλαμος, καθ' ὃν τότε ἐνυμφεύθη· καὶ πρὸς τῇ πόλει ἱερὸν ἱδρυμένον Ἰάσονος, καὶ πρὸς τούτοις ἱερὰ πολλά. Τίμαιος δὲ ἐν Κερκύρᾳ λέγων γενέσθαι τοὺς γάμους, καὶ περὶ τῆς θυσίας ἱστορεῖ, ἔτι καὶ νῦν λέγων ἄγεσθαι αὐτὴν κατ' ἐνιαυ-

---

que ab hoc tempore ille simili modo quo Thrax Thamyras, per insipientiam oculis caruit.

5.

Planctæ (scopuli errantes) in freto Siculo sunt, ut dicunt Timæus et Pisistratus Liparæus.

6.

Non pauci, tum veterum, tum etiam recentium, inter quos et Timæus est, scriptorum perhibent, Argonautas post vellus abreptum, cognito ostium Ponti ab Æeta navibus præoccupatum esse, mirificum et memoria dignum facinus edidisse. Tanaim enim ingressos ad fontes ejus adscensisse, navique per aliquod terræ intervallum protracta, per aliud flumen in Oceanum sese effundens ad mare devenisse, et tum a borea versus occasum ita cursum flexisse, ut a sinistra continentem haberent, et tandem juxta Gades in mare nostrum inveherentur. Ad id probandum his utuntur argumentis: primo quod Celtæ Oceani accolæ inter deos maxime Dioscuros venerentur; apud quos a priscis inde temporibus traditum, ex Oceano deos hosce quondam ad ipsos delatos esse. Tum quod in regionibus Oceano propinquis, non paucæ ab Argonautis et Dioscuris appellationes adhuc sint reliquæ. Porro quod continens intra Gades manifesta horum reditus signa ostendat. In Tyrrheniæ enim transitu, ad insulam, quæ Æthalia dicitur, advectos pulcherrimum ibi omnium, qui in illis regionibus exstant, portum Argoum de navi sua nuncupasse: quod nomen ad hanc quoque tempestatem duret. Quod ad eum quoque modum in Etruria portum octingentis a Roma stadiis, Telamonem nominarint. Quod denique ad Formias in Italia portui nomen Æetæ, qui nunc Caieta est, indiderint. His addunt, procellarum vi ad Syrtes abreptos, a Tritone, Libyæ tunc rege, quæ natura maris esset, et qua ratione periculum effugerent, illos didicisse. Ob quod æneum ei tripodem donarint, qui priscis inscriptus literis non ita pridem apud Euhesperitas superstes fuerit.

7.

Timonax libro primo Rerum Sicularum in Colchis dicit Iasonem Medeam duxisse ab Æeta ei desponsam. Idem dicit: monstrantur ubi trajicitur in Ponto horti quidam Iasonii, per quos discesserit, atque in Æa gymnasia et disci et Medeæ cubiculum, in quo tum nuptui collocata est, et prope urbem fanum Iasonis, multaque præterea sacra. Timæus vero in Corcyra contendens nuptias celebratas esse, etiam

Digitized by Google

τὸν, Μηδείας πρῶτον θυσάσης ἐν τῷ Ἀπόλλωνος ἱερῷ. Καὶ βωμοὺς δέ φησι μνημεῖα τῶν γάμων ἱδρύσασθαι, σύνεγγυς μὲν τῆς θαλάσσης, οὐ μακρὰν δὲ τῆς πόλεως. Ὀνομάζουσι δὲ τὸν μὲν, Νυμφῶν· τὸν δὲ, Νηρηΐδων. Ὁ γε μὴν Ἀπολλώνιος τὸν μέν φησι Νυμφῶν εἶναι τὸν βωμόν· τὸν δὲ, τῶν Μοιρῶν.

8.

Idem IV, 1153: Ἱστέον ὅτι Τιμαίου λέγοντος ἐν Κερκύρᾳ τοὺς γάμους (sc. Μηδείας) ἀχθῆναι, Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν, ἐν Βυζαντίῳ φησίν. Ἀντίμαχος ἐν Λυδῇ, πλησίον τοῦ ποταμοῦ μιγῆναι αὐτῇ φησι τὸν Ἰάσονα. Fieri tamen potest, ut hæc depromta sint ex descriptione Corcyræ. V. fr. 54.

9.

Idem II, 400: Κίρκαιον δὲ τόπος ἐστὶ τῆς Κολχίδος, ἀπὸ Κίρκης τῆς Αἰήτου ἀδελφῆς, ἢ πεδίον. Οὐ δύναται δὲ ἀπὸ τῆς ἑτέρας Κίρκης ὠνομάσθαι. Ἐγένοντο γὰρ Κίρκαι δύο, περὶ ὧν ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν. Τίμαιος δέ φησι, πεδίον ἐν Κόλχοις εἶναι Κίρκαιον.

10.

Præter Argonautarum expeditionem Timæus in primis Siculorum libris iter Herculis ex Iberia in Celticam, inde per Alpes in Italiam et Siciliam enarravit.

Diodor. IV, 21: Ὁ δ' οὖν Ἡρακλῆς ἀπὸ τοῦ Τιβέρεως ἀναζεύξας, καὶ διεξιὼν τὴν παράλιον τῆς νῦν Ἰταλίας ὀνομαζομένης, κατήντησεν εἰς τὸ Κυμαῖον πεδίον, ἐν ᾧ μυθολογοῦσιν ἄνδρας γενέσθαι ταῖς τε ῥώμαις προέχοντας καὶ ἐπὶ παρανομίᾳ διωνομασμένους, οὓς ὀνομάζεσθαι Γίγαντας. Ὠνομάσθαι δὲ καὶ τὸ πεδίον τοῦτο Φλεγραῖον ἀπὸ τοῦ λόφου τοῦ τὸ παλαιὸν ἄπλατον πῦρ ἐκφυσῶντος παραπλησίως τῇ κατὰ τὴν Σικελίαν Αἴτνῃ· καλεῖται δὲ νῦν ὁ τόπος Οὐεσούβιος, ἔχων πολλὰ σημεῖα τοῦ κεκαῦσθαι κατὰ τοὺς ἀρχαίους χρόνους. Τοὺς δ' οὖν Γίγαντας πυθομένους τὴν τοῦ Ἡρακλέους παρουσίαν, ἀθροισθῆναι πάντας καὶ παρατάξασθαι τῷ προειρημένῳ. Θαυμαστῆς δὲ γενομένης μάχης κατά τε τὴν ῥώμην καὶ τὴν ἀλκὴν τῶν Γιγάντων, φασὶ τὸν Ἡρακλέα, συμμαχούντων αὐτῷ τῶν θεῶν, κρατῆσαι τῇ μάχῃ, καὶ τοὺς πλείστους ἀνελόντα, τὴν χώραν ἐξημερῶσαι. Μυθολογοῦνται δ' οἱ Γίγαντες γηγενεῖς γεγονέναι, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κατὰ τὸ σῶμα μεγέθους. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἐν Φλέγρᾳ φονευθέντων Γιγάντων τοιαῦτα μυθολογοῦσί τινες, οἷς καὶ Τίμαιος ὁ συγγραφεὺς ἠκολούθησεν. Cf. Diodor. V, 71.

11.

Diodor. IV, 22: Ὁ δ' οὖν Ἡρακλῆς καταντήσας ἐπὶ τὸν πορθμὸν κατὰ τὸ στενότατον τῆς θαλάττης, τὰς μὲν βοῦς ἐπεραίωσεν εἰς τὴν Σικελίαν, αὐτὸς δὲ ταύρου κέρως λαβόμενος διενήξατο τὸν πόρον, ὄντος τοῦ διαστήματος σταδίων τριῶν καὶ δέκα, ὡς Τίμαιός φησι. Cf. Plin. N. H. III, 8.

12.

A. Gell. Noctt. Att. 11, 1: *Timæus in Historiis, quas oratione græca de rebus populi Romani composuit, et M. Varro in Antiquitatibus rerum humanarum terram Italiam de græco vocabulo appellatam scripserunt; quoniam boves græca vetere lingua* ἰταλοὶ *vocitati sunt, quorum in Italia magna copia fuerit: bucetaque in ea terra gigni pascique solita sint complurima.* V. Niebuhr. Hist. Rom. tom. I, p. 31 sq.

13.

Tzetzes ad Lycophr. 615: Ἁλούσης τῆς Τροίας Διομήδης ἀντὶ βάρους λίθους ἐκ τοῦ τείχους τῆς Τροίας εἰς τὴν ἑαυτοῦ ναῦν ἔβαλε. Παραγενόμενος δὲ εἰς τὸ Ἄργος, καὶ μόλις φυγὼν τὸν ἐκ τῆς γαμετῆς αὐτοῦ θάνατον, παρεγένετο εἰς Ἰταλίαν, εὑρὼν δὲ τηνικαῦτα τὸν Κολχικὸν δράκοντα λυμαινόμενον τὴν Φαιακίδα,

---

de sacrificio narrat, quod, postquam primum Medea in Apollinis templo fecisset, etiam nunc quotannis institui dicit. Etiam aras ait in nuptiarum memoriam exstructas esse prope mare, non procul ab urbe. Quarum alteram Nympharum vocant, alteram Nereidum. Apollonius vero ait alteram Nymphis, alteram Parcis esse sacratam.

8.

Timæo auctore Medeæ nuptiæ in Corcyra celebratæ sunt. Dionysius vero Milesius libro secundo Argonauticorum Byzantii, Antimachus in Lyde prope fluvium (Phasin) ait Iasonem cum ea concubuisse.

9.

Circæum locus est vel campus Colchidis a Circe Æetæ sorore nominatus. Non potest ab altera Circe nomen habere. Erant enim duæ Circæ, de quibus postea dicemus. Timæus ait in Colchide fuisse campum Circæum.

10.

Hercules a Tiberi profectus et maritimos Italiæ, quæ nunc quidem vocatur, tractus percurrens, in Cumæam descendit planitiem, ubi homines roboris immanitate et violentia facinorum infames, quos Gigantes nominant, fuisse fabulantur. Phlegræus quoque campus is locus appellatur, a colle nimirum, qui olim Ætnæ instar Siculæ magnam vim ignis eructabat; nunc Vesuvius nominatur, multa inflammationis pristinæ vestigia servans. Gigantes, cognito Herculis adventu, conjunctis viribus cum instructa illi acie obviam procedunt omnes, et commissa pro viribus et ferocia Gigantum pugna vehementi, Herculem dicunt deorum societate adjutum victoriam obtinuisse, et plerisque occisis regionem illam pacavisse. Ob stupendam vero corporum proceritatem Gigantes hi terrigenæ dicebantur. De Gigantum igitur ad Phlegram internecione nonnulli, quos et Timæus sequitur, ista fabulantur.

11.

Hercules qua arctissimum est mare delatus boves transjecit in Siciliam, ipse vero apprehenso tauri cornu pernatavit intervallum, ut Timæus ait, tredecim stadiorum.

13.

Postquam Troja capta erat, Diomedes lapides e muro Trojæ in navem suam conjecit ad pondus ejus augendum. Quum vero Argos pervenisset vixque necem effugisset, quam ei machinata erat uxor, ad Italiam se convertit, ubi dracontem Colchicum, qui Phæacidem vastabat, interfe-

13.

Digitized by Google

ἔκτεινε, τὴν τοῦ Γλαύκου χρυσῆν ἀσπίδα κατέχων. Ἐνόμισε γὰρ ὁ δράκων τὸ χρυσοῦν εἶναι δέρας τοῦ κριοῦ. Τιμηθεὶς δὲ ὁ Διομήδης ἐπὶ τούτῳ σφόδρα, ἀνδριάντας κατεσκεύασεν ἑαυτοῦ ἐκ τῶν λίθων τῆς Ἰλίου, ὧν ἐνεβάλετο τότε εἰς τὴν ναῦν, καὶ ἔστησε τούτους κατὰ πᾶν τὸ ἐκεῖ πεδίον. Ὕστερον δὲ ἀνελθὼν ὁ Δαυνὸς αὐτὸν ἔβριψε καὶ τοὺς ἀνδριάντας εἰς τὴν θάλασσαν. Οὗτοι δὲ ἀνερχόμενοι ὑπὸ τῶν κυμάτων πάλιν ἐξήρχοντο πρὸς τὰς βάσεις αὐτῶν. Ἱστορεῖ δὲ τοῦτο Τίμαιος ὁ Σικελὸς καὶ Λύκος ἐν τρίτῳ.

14.

Idem ibid. 1137: Αἱ δὲ τῶν Δαυνίων γυναῖκες μέλαιναν ἐσθῆτα φοροῦσι, καὶ τὰς ὄψεις βάπτονται πυῤῥῷ χρώματι, ὥς φησι Τίμαιος, ταινίαις τε πλατείαις εἰσὶν ὑπεζωσμέναι, ὑποδεδεμέναι τὰ κοῖλα ὑποδήματα καὶ ῥάβδον κατέχουσαι. Cf. Pseudo-Aristot. De mir. auscult. c. 119.

15.

Idem ibid. 1050: Εἰώθασιν οἱ Δαύνιοι, ἤτοι οἱ Καλαβροὶ, ἐν μηλωταῖς καθεύδειν ἐν τῷ τάφῳ τοῦ Ποδαλειρίου, καὶ καθ' ὕπνους λαμβάνειν χρησμοὺς ἐξ αὐτοῦ. Εἰώθασι δὲ καὶ ἐν τῷ πλησίον ποταμῷ Ἀλθαίνῳ ἀπολούεσθαι καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ θρέμματα αὐτῶν, καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Ποδαλείριον, καὶ ἰᾶσθαι, ὅθεν καὶ ὁ ποταμὸς ἔχει τὴν ὀνομασίαν, ὡς ἀλθαίνων, κατὰ Τίμαιον, καὶ θεραπεύων ἁπάντων τῶν λουομένων ζῴων τὰ τραύματα, ὡς, κατὰ Μεθόδιον τὸν ἰατρὸν, Ἀλφειὸς, τῆς Ἀρκαδίας ποταμὸς, ἰᾶται τοὺς ἀλφοὺς, καὶ κατὰ Βιγρίδιον δὲ, ποδαγριῶντας ὁ Κύδνος.

16.

Strabo V, p. 248: Καὶ Τίμαιος δὲ περὶ τῶν Πιθηκουσσῶν φησὶν ὑπὸ τῶν παλαιῶν πολλὰ παραδοξολογεῖσθαι, μικρὸν δὲ πρὸ ἑαυτοῦ τὸν Ἐπωμέα λόφον ἐν μέσῃ τῇ νήσῳ τιναγέντα ὑπὸ σεισμῶν ἀναβαλεῖν πῦρ καὶ τὸ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τῆς θαλάσσης ἐξῶσαι, πολὺ ὂν, ἐπὶ τὸ πέλαγος· τὸ δ' ἐκτεφρωθὲν τῆς γῆς, μετεωρισμὸν λαβὸν, κατασκῆψαι πάλιν τυφωνοειδῶς εἰς τὴν νῆσον, καὶ ἐπὶ τρεῖς τὴν θάλασσαν ἀναχωρῆσαι σταδίους· ἀναχωρήσασαν δὲ, [μετ'] οὐ πολὺ ὑποστρέψαι, καὶ τῇ παλιῤῥοίᾳ κατακλύσαι τὴν νῆσον καὶ γενέσθαι σβέσιν τοῦ ἐν αὐτῇ πυρός· ἀπὸ δὲ τοῦ ἤχου τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ φυγεῖν ἐκ τῆς παραλίας εἰς τὴν ἄνω Καμπανίαν. Ita hæc constituit Coraes.

Casaubon. pro Ἐπωμέα ex Plin. II, 88, restituendum censet Ἐπωπέα. Cf. Beckmann. ad Pseudo-Aristot. De mir. ausc. p. 79.

17.

Antig. Caryst. c. 167: Heraclides Ponticus paludem Sarmatiæ esse dicit, quam nulla unquam avis supervolaret, atque accedentem fœtore necari; eandem naturam tum aliorum, tum Averni lacus esse. Ὁ δὲ Τίμαιος τοῦτο μὲν ψεῦδος ἡγεῖται εἶναι· τὰ πλεῖστα γὰρ κατὰ τύχην (κατατυχεῖν Bentl.) τῶν εἰθισμένων παρ' αὐτῇ διαιτᾶσθαι· ἐκεῖνο μέντοι λέγει, διότι συνδένδρων τόπων ἐπικειμένων αὐτῇ, καὶ πολλῶν κλάδων καὶ φύλλων, διὰ τὰ πνεύματα τῶν μὲν κατακλωμένων, τῶν δὲ ἀποσειομένων, οὐδέν ἐστιν ἰδεῖν ἐπ' αὐτῇ ἐφεστηκὸς, ἀλλὰ διαμένειν καθαράν.

Eadem ex eodem fonte non nominato tamen habet Pseudo-Aristot. De mir. ausc. c. 108.

18.

Athenæus IV, 13, p. 153, D, de luxuria Etruscorum disserens, Τίμαιος, inquit, ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν καὶ τὰς θεραπαίνας, φησὶ, παρ' αὐτοῖς, μέχρι οὗ ἂν αὐξηθῶσι, γυμνὰς διακονεῖσθαι.

---

cit, Glauci scutum aureum manibus tenens. Draco enim opinatus est, aureum illud esse vellus arietis. Hanc ob rem quum Diomedes magno in honore haberetur, simulacra sui fecit ex lapidibus Iliacis, quos tum in navem injecerat, eaque collocavit per totam hujus regionis planitiem. Postea vero advenit Daunus, ipsumque cum simulacris in mare projecit: hæc autem ex undis emerserunt et ad fundamenta sua redierunt. Hæc narrant Timæus Siculus et Lycus libro tertio.

14.

Dauniorum mulieres vestitum habent nigrum, vultum rufo colore tingunt, ut ait Timæus, latas tænias succingunt, calceos subligant concavos et baculum manibus tenent.

15.

Solent Daunii, Calabri nempe, in pellibus ovinis in sepulcro Podalirii dormire et per somnos ab eo accipere oracula. Solent etiam in Althæno, fluvio vicino, lavari et ipsi et pecora eorum, et invocare Podalirium et sanari, unde etiam nomen habet fluvius, quippe medens, auctore Timæo, et sanans omnium, quæ in eo lavantur, animantium vulnera; ut, auctore Methodio medico, Alpheus, Arcadiæ fluvius, impetiginem sanat, et secundum Bigridium Cydnus fluvius eos, qui podagra laborant.

16.

Quum Carthaginienses maximam vim copiarum in Siciliam trajecissent, atque Timoleon militum numero longe inferior contra hostem signa promoveret, Thrasius quidam in ipso itinere seditionem excitavit, ad certissimam milites mortem duci clamitans. Tum indicta concione militari, Diodorus (XVI, 79) ait, Timoleon *exaggerando Pœnorum ignaviam* multitudinis animos ad prælium audentiores fecit. Unde elucet Diodorum ante oculos habuisse orationem a Timæo datam Timoleonti. Hæc pertinent ad Ol. 110, 1. Jam vero vidimus fragmentum 127, quod ad illud tempus spectat, quo Dionysius junior summa adhuc potestate vigebat, disertis verbis assignari libro vicesimo secundo, qui libri numerus, si antecedentia reputes, optime videtur convenire. Itaque quum in sequentibus magna rerum a Dione et Timoleonte gestarum moles enarranda fuerit, neque nimium brevitati Timæus studere soleat, vides satis magno librorum intervallo Timoleontis contra Carthaginienses pugnam a primis Dionysii tyranni annis sejunctam fuisse debere. Ac quoniam sequens fragmentum libro vicesimo octavo assignatum, nisi omnia me fallunt, ad Nicodemum Centoripinorum tyrannum referendum sit, quem, sicuti alios multos, post reportatam de Pœnis victoriam Timoleon exstirpavit (Diod. XVI, 82): probabili conjectura efficitur, ut etiam locum e Polybio depromtum ad eundem librum, vel ad proxime subsequentes relegandum putemus. Quam ob rem aut pro μιᾷ καὶ εἰκοστῇ scribendum putaverim μιᾷ καὶ τριακοστῇ, aut numerorum sigla κα' et λ' inter se commutata esse. Idem cadit in alterum Polybii locum, ubi verba ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ videri possunt excerptoris esse. Nam fieri non potuit, ut ipse Polybius diceret Hermocratis orationem, de qua in præcedentibus disseruerat (f. 97), et Timoleontis ad milites exhortationem in eodem libro repériri. Non ita tamen quam modo dedi rei explicandæ rationem amplector, ut alteram, ex qua Polybius aliam quam Athenæus Timæi operis divisionem secutus sit, locum habere posse negem. V. præfationem de vita et scriptis Timæi.

135.

Athenæus XI, 6, p. 471, F: Τίμαιος δ' ἐν τῇ ὀγδόῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, θηρικλείαν καλεῖ τὴν κύλικα, γράφων οὕτως· « Πολύξενός τις τῶν ἐκ Ταυρομενίου καθεστηκότων, ταχθεὶς ἐπὶ τὴν πρεσβείαν, ἕτερά τε δῶρα παρὰ τοῦ Νικοδήμου καὶ κύλικα θηρικλείαν λαβὼν ἐπανῆκεν. »

136.

Strabo XIV, p. 640: Τὸν νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος

---

moleontis exhortatione hæc ait: « Quum orbis terrarum sit omnis divisus in tres partes, et alia quidem Asia, alia autem Africa, tertia Europa appelletur. » Hæc quidem, non dico Timæum, sed ne Margiten quidem illum protulisse, credibile videatur. Quis est enim adeo ignarus, non illorum qui historiis conscribendis operam dederunt, **

Rursus quum Timoleon in eodem libro Græcos adhortatur ad committendum cum Carthaginiensibus prœlium, quumque jam manus cum hoste multo copiosiore essent conserturi, primum quidem orat, ne multitudinem adversariorum considerent, sed imbellem animum; quippe etiamsi Libya multitudine hominum ubique esset frequentata, nihilominus si quando desertum locum proverbio designare vellemus, eum nos « *plus quam Libyam solitarium* » dicere, referentes hanc loquutionem non ad solitudinem, verum ad incolarum ignaviam. In summa quis metuat, ait, viros, qui id, quod natura præ ceteris animantibus proprium hominibus dedit, manus dico, per omnem vitam intra tunicas continent inertissimas? quodque præcipuum est, qui sub tuniculis subligacula, inquit, gestant, ut ne in prœliis quidem exstincti aspectibus hostium pateant.

135.

Timæus vero octavo et vicesimo Historiarum libro *thericleam* vocat hunc calicem, ita scribens: « Polyxenus, unus ex iis qui a Tauromenitis (legati) constituti erant, princeps legationis, cum aliis, a Nicodemo acceptis, donis, tum *thericlea* calice, rediit. »

136.

Templum Dianæ primus architectatus est Chersiphron:

Digitized by Google

πρῶτος μὲν Χερσίφρων ἠρχιτεκτόνησεν, εἶτ' ἄλλος ἐποίησε μείζω· ὡς δὲ τοῦτον Ἡρόστρατός τις ἐνέπρησεν, ἄλλον ἀμείνω κατεσκεύασαν, συνενεγκάντες τὸν τῶν γυναικῶν κόσμον, καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας, διαθέμενοι δὲ καὶ τοὺς προτέρους κίονας. Τούτων δὲ μαρτυρία ἐστὶ τὰ γεννηθέντα τότε ψηφίσματα· ἅπερ ἀγνοοῦντά φησιν ὁ Ἀρτεμίδωρος τὸν Ταυρομενίτην Τίμαιον, καὶ ἄλλως βάσκανον ὄντα καὶ συκοφάντην (διὸ καὶ Ἐπιτίμαιον κληθῆναι) λέγειν, ὡς ἐκ τῶν Περσικῶν παρακαταθηκῶν ἐποιήσαντο τοῦ ἱεροῦ τὴν ἐπισκευήν· οὔτε δὲ ὑπάρξαι παρακαταθήκας τότε, εἴτε ὑπῆρξαν, συνεμπρησθῆναι τῷ ναῷ.

137.

Cic. de Nat. Deor. II, 27: *Concinneque, ut multa, Timæus : qui quum in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagravisse, adjunxit, minime id esse mirandum, quod Diana, quum in partu Olympiadis adesse voluisset, abfuisset domo.*

138.

Longin. De sublim. IV, 1, p. 14 Weisk., ubi de frigida Timæi oratione loquitur: Παραθήσομαι τἀνδρὸς ἓν ἢ δύο, ἐπειδὴ τὰ πλείω προέλαβεν ὁ Καικίλιος. Ἐπαινῶν Ἀλέξανδρον τὸν Μέγαν, ὃς τὴν Ἀσίαν ὅλην, φησὶν, ἐν ἐλάττοσι παρέλαβεν ἔτεσιν, ἢ ὅσοις τὸν ὑπὲρ τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου Πανηγυρικὸν λόγον Ἰσοκράτης ἔγραψεν. Θαυμαστή γε τοῦ Μακεδόνος ἡ πρὸς τὸν σοφιστὴν σύγκρισις. Δῆλον γάρ, ὦ Τίμαιε, ὡς οἱ Λακεδαιμόνιοι διὰ τοῦτο πολὺ τοῦ Ἰσοκράτους κατ' ἀνδρείαν ἐλείποντο, ἐπειδὴ οἱ μὲν τριάκοντα ἔτεσι Μεσσήνην παρέλαβον, ὁ δὲ τὸν Πανηγυρικὸν ἐν μόνοις δέκα συνετάξατο.

LIBER XXXIV.

139.

Polyb. XII, 25, i: Ὅτι Τίμαιός φησιν ἐν τῇ τριακοστῇ καὶ τετάρτῃ βίβλῳ· « Πεντήκοντα συνεχῶς ἔτη διατρίψας Ἀθήνησι ξενιτεύων, καὶ πάσης ὁμολογουμένως ἄπειρος ἐγενόμην πολεμικῆς χρείας, » καὶ δὴ καὶ τῆς τῶν τόπων θέας. Λοιπὸν ὅταν εἰς τι τῶν μερῶν τούτων ἐμπέσῃ κατὰ τὴν ἱστορίαν, πολλὰ μὲν ἀγνοεῖ καὶ ψεύδεται· κἂν ποτε δὲ τῆς ἀληθείας ἐπιψαύσῃ, παραπλήσιός ἐστι ζωγράφοις τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνα[σεσα]γμένων σκυτῶν ποιουμένοις τὰς ἀπογραφάς· καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων ἡ μὲν ἐκτὸς ἐνίοτε γραμμὴ σώζεται, τὸ δὲ τῆς ἐμφάσεως καὶ τῆς ἐναργείας τῶν ἀλκίμων ζῴων ἀπέστιν, ὅπερ ἴδιον ὑπάρχει τῆς ζωγραφικῆς τέχνης.

LIBER XXXVIII.

140.

Suidas : Ὦ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι. Τίμαιος ἐν λῃ' ἱστοριῶν, « Ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρους εἶπον, ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεστι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι, ὡς μὴ καθαρεύοντι τοῖς ἄνω μέρεσιν. » Δοῦρις δὲ ἐν τῇ ι', Πυθέαν κατὰ Δημοσθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν.

141.

Polybius XII, 13: Τίμαιός φησι, Δημοχάρη ἡταιρηκέναι μὲν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ σώματος, οὐκ εἶναι δ' ἄξιον, τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾶν, ὑπερβεβηκέναι δὲ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰ Βότρυος ὑπομνήματα καὶ τὰ Φιλαινίδος καὶ τῶν ἄλλων ἀναισχυντογράφων. Ταύτην δὲ τὴν λοιδορίαν καὶ τὰς ἐμφάσεις οὐχ οἷον ἄν τις διέθετο πεπαιδευμένος ἀνὴρ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐπὶ τέγους

---

quod alius deinde majus fecit. Quod quum Herostratus quidam combussisset, aliud præstantius exstruxerunt, collatis ad hoc mundo muliebri et suis facultatibus, prioribus etiam columnis venditis. Testantur hoc, quæ tum facta sunt, decreta : quæ ignorantem ait Artemidorus Timæum Tauromenitam, hominem alioqui invidum et calumniatorem, ac cui propterea nomen Epitimæi, *id est reprehensoris*, datum sit, scripsisse, id templum eos e depositis Persarum condidisse. Atqui neque ulla tum fuisse deposita, et si qua fuissent, cum templo conflagrasse.

138.

Proferam vero Timæi unum aut duo exempla, quia Cæcilius pleraque jam occupavit. Laudans Alexandrum magnum, dicit, « qui totam Asiam intra pauciores annos subegit, quam Panegyricam orationem de bello contra Persas gerendo Isocrates conscripsit. » Egregia scilicet Macedonis illius cum sophista comparatio. Manifestum est enim, o Timæe, quod Lacedæmonios hoc nomine multum Isocrates strenuitate præcellebat; quoniam illi quidem triginta annos in expugnanda Messene consumserunt, hic autem in Panegyrica sua oratione componenda solos decem.

LIBER XXXIV.

139.

Timæus trigesimo quarto libro ait : « Quum quinqua-

ginta continenter annos Athenis hospes versatus sim, nemo non credet usus bellici me imperitum esse : » videlicet etiam regionum propriis oculis spectandarum. Inde sequitur, ut, si quid eorum, quæ huc pertinent, in historia attingat, inscitia mendacioque plerumque labatur. Quodsi quando ad veritatem attingit, similis est pictoribus illis qui farctas bestiarum pelles, non ipsa animalia in tabulis exprimunt : in ejusmodi quippe artificio extima quidem linea bene interdum se habet; vis tamen et generosorum animantium ad vivum expressus habitus abest, quod est pictoriæ artis proprium.

LIBER XXXVIII.

140.

Cui sacrum ignem sufflare non licet. Timæus libro trigesimo octavo Historiarum tradit, Democlidem Demochari exprobrasse, ipsi soli omnium Atheniensium non licere sacrum ignem sufflare, quod superiores partes corporis sui polluisset. Duris vero libro decimo dicit, Pytheam idem objecisse Demostheni.

141.

Timæus scribit : Democharem superioribus corporis partibus impudicum fuisse, neque dignum, qui ignem sacrum flatu accenderet, eundemque Botryis ac Philænidis aliorumque hujusmodi lasciviæ scriptorum commentarios vitæ suæ institutis superasse. Istud vero convicium at-

Digitized by Google

ἀπὸ τοῦ σώματος εἰργασμένων οὐδείς. Ὁ δὲ ἵνα πιστὸς φανῇ κατὰ τὴν αἰσχρολογίαν καὶ τὴν ὕβλην ἀναισχυντίαν καὶ προσκατέψευσται τἀνδρὸς, κωμικόν τινα μάρτυρα προσεπισπασάμενος ἀνώνυμον. Πόθεν δ' ἐγὼ καταστοχάζομαι τοῦτο; πρῶτον μὲν, ἐκ τοῦ πεφυκέναι καὶ τετράφθαι καλῶς Δημοχάρην, ἀδελφιδοῦν ὄντα Δημοσθένους. Δεύτερον, ἐκ τοῦ μὴ μόνον στρατηγίας αὐτὸν ἠξιῶσθαι παρ' Ἀθηναίοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν, ὧν οὐδὲν ἂν αὐτῷ συνεξέδραμε τοιαύταις ἀτυχίαις παλαίοντι. Διὸ καὶ δοκεῖ μοι Τίμαιος οὐχ οὕτω Δημοχάρους κατηγορεῖν, ὡς Ἀθηναίων, οἳ τοιοῦτον ἄνδρα προῆγον, καὶ τοιούτῳ τὴν πατρίδα καὶ τοὺς ἰδίους βίους ἐνεχείριζον. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων οὐδέν· οὐ γὰρ ἂν Ἀρχέδικος ὁ κωμῳδιογράφος ἔλεγε ταῦτα μόνος περὶ Δημοχάρους, ὡς Τίμαιός φησιν· ἀλλὰ πολλοὶ μὲν ἂν τῶν Ἀντιπάτρου φίλων, καθ' οὓς πεπαῤῥησίασται πολλὰ καὶ δυνάμενα λυπεῖν οὐ μόνον αὐτὸν Ἀντίπατρον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνου διαδόχους καὶ φίλους γεγονότας· πολλοὶ δὲ τῶν ἀντιπεπολιτευμένων, ὧν ἦν καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεύς· οὗ ἐκεῖνος οὐ τὴν τυχοῦσαν πεποίηται κατηγορίαν ἐν ταῖς ἱστορίαις, φάσκων, αὐτὸν τοιοῦτον γεγονέναι προστάτην τῆς πατρίδος, καὶ ἐπὶ τούτοις σεμνύνεσθαι κατὰ τὴν πολιτείαν, ἐφ' οἷς ἂν καὶ τελώνης σεμνυνθείη ἢ βάναυσος. Ἐπὶ γὰρ τῷ πολλὰ καὶ λυσιτελῶς πωλεῖσθαι κατὰ τὴν πόλιν, καὶ δαψιλῆ τὰ πρὸς τὸν βίον ὑπάρχειν πᾶσιν, ἐπὶ τούτοις φησὶ μεγαλαυχεῖν αὐτόν· καὶ δὴ ὅτι κοχλίας αὐτόματος βαδίζων προηγεῖτο τῆς πομπῆς αὐτῷ, σίαλον ἀναπτύων, σὺν δὲ τούτοις ὄνοι διεπέμποντο διὰ τοῦ θεάτρου (διότι δὴ πάντων τῶν τῆς Ἑλλάδος καλῶν ἡ πατρὶς παρακεχωρηκυῖα τοῖς ἄλλοις, ἐποίει Κασσάνδρῳ τὸ προσταττόμενον)· ἐπὶ τούτοις αὐτὸν οὐκ αἰσχύνεσθαί φησιν. Ἀλλ' ὅμως οὔτε Δημήτριος, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς εἰρήκει περὶ Δημοχάρους τοιοῦτον οὐδέν.

Eadem usque ad verba Διὸ δοκεῖ μοι Τίμαιος habet Suidas s. v. Δημοχάρης. Comicus ille, sicut Küsterus putat, Democlides fuit a Suida supra laudatus. Verum paullo post Polybius Archedicum comicum commemorat. Atque Democlides, observante Ruhnkenio, non est comicus, sed orator Atticus. Itaque ut loca Suidæ et Polybii inter se pugnantia concilientur, Ruhnkenius in Hist. crit. Orat. gr. p. XCII statuendum censet, a Timæo duplicem proditum esse convicii auctorem Archedicum et Democlidem; Polybium vero et Suidam satis habuisse, alterutrum e Timæo commemorare.

142.

Polyb. XII, 12, b: Κατηγορεῖν καὶ διασύρειν τῶν ὀνειρωττόντων καὶ δαιμονώντων ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν· ὅσοι γε μὴν αὐτοὶ πολλὴν τῆς τοιαύτης ἐμπεποίηνται φλυαρίας, τοὺς τοιούτους ἀγαπᾶν ἂν δέοι μὴ τυγχάνοντας κατηγορίας, μηδέ τι καὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς κατατρέχειν, ὃ συμβέβηκε περὶ Τίμαιον· ἐκεῖνος γὰρ κόλακα μὲν εἶναί φησι τὸν Καλλισθένην τὰ τοιαῦτα γράφοντα, καὶ πλεῖστον ἀπέχειν φιλοσοφίας, κόραξι δὲ προσέχοντα καὶ κορυβαντιῶσαις γυναιξί· δικαίως δ' αὐτὸν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τετευχέναι τιμωρίας διεφθαρκότα τὴν ἐκείνου ψυχὴν καθόσον οἷός τε ἦν. Δημοσθένην μὲν καὶ τοὺς ἄλλους ῥήτορας τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀκμάσαντας ἐπαινεῖ, καὶ φησὶ τῆς Ἑλλάδος ἀξίους γεγονέναι, διότι ταῖς Ἀλεξάνδρου τιμαῖς ταῖς ἰσοθέοις ἀντέλεγον· τὸν δὲ φιλόσοφον, αἰγίδα καὶ κεραυνὸν προσθέντα θνητῇ φύσει,

---

que eam turpitudinem non solum nemo paulisper liberaliter institutus homo protulerit, sed ne ullus quidem ex iis, qui in fornice quæstum corpore fecerunt. Hic vero ut suis obscenis atque impudentibus maledictis fidem adstrueret, etiam hoc mendacium adversus eundem virum adjecit, comicum quendam nullo nomine testem advocans. Ceterum, mentiri Timæum, ego inde conjicio. primum, quod Demochares et natus est et educatus liberaliter, quippe Demosthenis sororis filius: deinde, quod non prætura solum, sed et ceteris honoribus ab Atheniensibus est ornatus, quæ profecto nunquam esset adeptus, si hujusmodi probris contaminatus fuisset. Itaque Timæus mihi quidem videtur non tam Democharem, quam Athenienses conviciis incessere, qui talem virum evexerint, eique rempublicam ac singulorum vitam commendarint. Sed longe aliter se res habet. Neque enim unus Archedicus, poeta comicus, hæc de Demochare dixisset, quæ vult Timæus: sed et ex Antipatri familiaribus multi, in quem Demochares multa dixerat, quæ non ipsum modo Antipatrum, sed ejus etiam successores atque amicos offendere poterant, tum vero plurimi ex iis, qui diversas in republica partes sequebantur: inter quos fuit et Demetrius Phalereus, quem quidem Demochares non leviter in Historia sua perstrinxerat. Ait enim, eam ejus fuisse administrationem reipublicæ, atque ejusmodi rebus insignem, propter quas vel publicanus aliquis aut vilis opifex sese efferat. Nam quod multa in urbe vili pretio veneant, quodque abundent copiæ ad victum necessariæ, eo Demetrium gloriari scribit: sed nimirum, quod limax, interni mechanismi ope gradiens ac salivam exspuens, in pompa ei præivit, simulque asini per theatrum sunt traducti (quod scilicet Athenienses, concessa ceteris Græcis omnium honestarum rerum gloria, Cassandro imperata facerent), horum, ait, illum non puduisse. Et tamen neque Demetrius, neque alius quisquam, hujusmodi quid de Demochare dixit.

142.

Reprehendere et perstringere [oportet eorum errores], qui in commentariis historicis somniant et quodam quasi furore correpti insaniunt. Quicunque igitur ejusmodi vanitati indulgent, ii boni consulant si reprehensionem effugerint, non autem alios vituperent, quod facit Timæus. Is enim Callisthenem, quippe qui talia scripserit, assentatorem esse dicit a philosophia longe remotum, corvis similem et furentibus mulierculis; merito autem tulisse ab Alexandro pœnam, quoniam ejus animum, quantum in ipso fuit, corrupisset. Demosthenem autem ceterosque, qui per id tempus floruerunt, oratores laudat, Græciaque dignos ait fuisse, quia divinos Alexandro honores recusavissent: hunc vero philosophum, qui

Digitized by Google

δικαίως; αὐτὸν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τετευχέναι τούτων ὧν ἔτυχεν.

143.

Polyb. XII, 23: Κατὰ τοῦ Ἐφόρου Τίμαιος πλείστην πεποίηται καταδρομὴν, αὐτὸς ὢν δυσὶν ἁμαρτήμασιν ἔνοχος· τῷ μὲν, ὅτι πικρῶς κατηγορεῖ τῶν πέλας ἐπὶ τούτοις, οἷς ἔνοχος αὐτός ἐστι· τῷ δὲ, διότι καθόλου διέφθαρται τῇ ψυχῇ, τοιαύτας ἀποφάσεις ἐκτιθέμενος ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, καὶ τοιαύτας ἐντίκτων δόξας τοῖς ἐντυγχάνουσι. Πλὴν εἰ τὸν Καλλισθένην θετέον εἰκότως κολασθέντα μεταλλάξαι τὸν βίον, τί χρὴ πάσχειν Τίμαιον; πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον τούτῳ νεμεσήσαι τὸ δαιμόνιον ἢ Καλλισθένει. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον ἐβουλήθη· Τίμαιος δὲ μείζω ποιεῖ Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν. Καὶ Καλλισθένης μὲν ἄνδρα τοιοῦτον, ὃν πάντες μεγαλοφυέστερον ἢ κατ' ἄνθρωπον γεγονέναι τῇ ψυχῇ συγχωροῦσιν· οὗτος δὲ Τιμολέοντα, τὸν οὐχ οἷον δόξαντά τι πεπραχέναι μεγαλεῖον, ἀλλ' οὐδ' ἐπιβαλόμενον, μίαν δὲ τῷ βίῳ γραμμὴν διανύσαντα, καὶ ταύτην οὐδὲ σπουδαίαν τρόπον τινὰ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς οἰκουμένης, λέγω δὲ τὴν ἐκ τῆς πατρίδος εἰς Συρακούσας. Ἀλλά μοι δοκεῖ πεισθῆναι Τίμαιος, ὡς, ἂν Τιμολέων, πεφιλοδοξηκὼς ἐν αὐτῇ Σικελίᾳ, καθάπερ ἐν ὀξυδάφῳ, σύγκριτος φανῇ τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν ἡρώων, κἂν αὐτὸς, ὑπὲρ Ἰταλίας μόνον καὶ Σικελίας πραγματευόμενος, εἰκότως παραβολῆς ἀξιωθῆναι τοῖς ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν καθόλου πράξεων πεποιημένοις τὰς συντάξεις. Περὶ μὲν οὖν Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου, καὶ Καλλισθένους, ἔτι δ' Ἐφόρου καὶ Δημοχάρους, ἱκανὰ τάδ' ἡμῖν ἐστὶ πρὸς τὴν Τιμαίου καταδρομὴν, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀφιλοτίμως πεπεισμένους ἀληθεύειν τὸν συγγραφέα τοῦτον.

QUINQUE LIBRI POSTREMI DE REBUS AGATHOCLIS.

144.

Diodor. XXI, t. IX, p. 279 Bip.: Ὅτι οὗτος ἱστορικὸς, τὰς ἁμαρτίας τῶν πρὸ ἑαυτοῦ συγγραφέων πικρότατα ἐλέγξας, κατὰ μὲν τἆλλα μέρη τῆς γραφῆς πλείστην πρόνοιαν εἶχε τῆς ἀληθείας· ἐν δὲ ταῖς Ἀγαθοκλέους πράξεσι τὰ πολλὰ κατέψευσται τοῦ δυνάστου διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν. Φυγαδευθεὶς γὰρ ὑπ' Ἀγαθοκλέους ἐκ τῆς Σικελίας, ζῶντα μὲν ἀμύνασθαι τὸν δυνάστην οὐκ ἴσχυσε, τελευτήσαντα δὲ διὰ τῆς ἱστορίας ἐβλασφήμησεν εἰς τὸν αἰῶνα. Καθόλου γὰρ ταῖς προϋπαρχούσαις τῷ βασιλεῖ τούτῳ κακίαις ἄλλα πολλὰ παρ' ἑαυτοῦ προσθεὶς ὁ συγγραφεὺς, τὰς μὲν εὐημερίας ἀφαιρούμενος αὐτοῦ, τὰς δὲ ἀποτεύξεις, οὐ τὰς δι' αὐτὸν μόνον γενομένας, ἀλλὰ καὶ τὰς διὰ τύχην, μεταφέρων εἰς τὸν μηδὲν ἁμαρτόντα. Γενομένου δὲ ὁμολογουμένως αὐτοῦ στρατηγικοῦ μὲν κατὰ τὴν ἐπίνοιαν, δραστικοῦ δὲ καὶ τεθαρρηκότος κατὰ τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις εὐτολμίαν, οὐ διαλείπει παρ' ὅλην τὴν ἱστορίαν ἀποκαλῶν αὐτὸν ἄνανδρον καὶ δειλόν. Καίτοι γε τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι τῶν πώποτε δυναστευσάντων οὐδεὶς ἐλάττοσιν ἀφορμαῖς χρησάμενος μείζω βασιλείαν περιεποιήσατο; χειροτέχνης γὰρ ἐκ παίδων γενόμενος δι' ἀπορίαν βίου καὶ πατέρων ἀδοξίαν, ἐξ

ægidem et fulmen humanæ naturæ attribuerit, justam illum pœnam a numine retulisse.

143.

Ephorum autem Timæus imprimis vehementer insectatus est, quum ipse duobus peccatis sit obnoxius: uni quidem, quod alios acerbe criminetur ob ea maxime delicta, quibus ipse est obnoxius; alteri vero, quod ingenio fuerit plane corrupto, qui ejusmodi sententias Commentariis suis prodiderit easque opiniones animis infuderit legentium. Sed si Callisthenem merito pœnas dedisse statuendum est; quid Timæum pati oportet? huic enim multo justius numen infensum fuerit, quam Callistheni. Quippe Callisthenes Alexandro divinam originem in Commentariis tribuere volebat: Timæus vero Timoleontem supra summos deos extollit. Et Callisthenes quidem eum virum, quem omnes præstantiore vi mentis, quam humana ferat conditio, fuisse consentiunt: hic vero Timoleontem, qui non modo nihil magnificum videtur gessisse, sed ne suscepisse quidem; et qui unicum in tota vita spatium decucurrit, atque illud parum illustre præ orbis terrarum magnitudine, intervallum scilicet, quod est a Corintho Syracusas usque. Sed prorsus mihi videtur Timæus persuasum habuisse, si Timoleon, qui in sola Sicilia tamquam in acetabulo gloriam captasset, celeberrimis tamen heroibus comparandus esse videretur; ita et se ipsum, tametsi de Italia tantum ac Sicilia tractavisset, cum iis scriptoribus merito comparatum iri, qui universi orbis historiam condiderunt. Hæc igitur pro Aristotele ac Theophrasto et Callisthene, itemque pro Ephoro ac Demochare, adversus Timæi convicia dicta sufficiant, simulque adversus eos, qui hunc scriptorem absque ambitione veritatem proferre persuasum habent.

QUINQUE LIBRI POSTREMI DE REBUS AGATHOCLIS.

144.

Timæus, qui priorum historiæ scriptorum errores acerbissime castigavit, fuit ille quidem in ceteris historiæ suæ partibus veritatis studiosissimus, sed in rebus gestis Agathoclis præ odio, quo in illum erat affectus, multa confinxit. Namque ab Agathocle ex Sicilia in exilium pulsus, tyrannum quidem ipsum, quandiu vixit, ulcisci minime valuit, mortuum vero omnibus conviciis in historia ad posteritatis memoriam laceravit. Siquidem iis vitiis, quæ in rege illo fuerunt, multa ille alia commentus de suo adjicit, atque in universum omnes prosperos ejus successus deterit, adversos autem casus non eos solum qui Agathoclis culpa, sed etiam qui fortuito evenerant, ei vitio vertit. Quumque inter omnes constet, Agathoclem et consilio in re militari valuisse, et industria atque audacia in maximis discriminibus singulari præditum fuisse, ipse per totam historiam imbellem eum atque ignavum vocitare non desinit. Et tamen quis est qui ignorat, neminem minoribus usum præsidiis et adjumentis, tantam dominationem unquam sibi comparavisse? Qui quum a puero ob egestatem atque obscuritatem generis sellularius opifex

Digitized by Google

ὑστέρου διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν, οὐ μόνον Σικελίας σχεδὸν ὅλης ἐκυρίευσεν, ἀλλὰ πολλὴν τῆς Ἰταλίας τε καὶ Λιβύης τοῖς ὅπλοις κατεστρέψατο. Θαυμάσαι δ' ἄν τις τοῦ συγγραφέως τὴν εὐχέρειαν· παρ' ὅλην γὰρ τὴν γραφὴν ἐγκωμιάζων τὴν τῶν Συρακουσίων ἀνδρείαν, τὸν τούτων κρατήσαντα δειλίᾳ φησὶ διενηνοχέναι τοὺς ἅπαντας ἀνθρώπους. Διὰ γοῦν τῶν ἐν ταῖς ἐναντιώσεσιν ἐλέγχων φανερός ἐστι τὸ φιλάληθες τῆς ἱστορικῆς παῤῥησίας προδεδωκὼς, ἰδίας ἕνεκεν ἔχθρας καὶ φιλονεικίας. Διόπερ τὰς ἐσχάτας τῆς συντάξεως πέντε βίβλους τοῦ συγγραφέως τούτου, καθ' ἃς περιεῖληφε τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις, οὐκ ἄν τις δικαίως ἀποδέξαιτο. Cf. Suidas s. v. Τίμαιος.

145.

Polyb. XII, 15: Καὶ γὰρ οὐδὲ ταῖς κατ' Ἀγαθοκλέους ἔγωγε λοιδορίαις, εἰ καὶ πάντων γέγονεν ἀσεβέστατος, εὐδοκῶ. Λέγω δ' ἐν τούτοις, ἐν οἷς ἐπὶ καταστροφῇ τῆς ὅλης ἱστορίας φησὶ, γεγονέναι τὸν Ἀγαθοκλέα κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν κοινὸν πόρνον, ἕτοιμον τοῖς ἀκρατεστάτοις, κολοιὸν, τριόρχην, πάντων τῶν βουλομένων τοῖς ὄπισθεν ἔμπροσθεν γεγονότα. Πρὸς δὲ τούτοις, ὅτ' ἀπέθανε, τὴν γυναῖκα φησὶ κατακλαιομένην αὐτὸν οὕτω θρηνεῖν· Τί δ' οὐκ ἐγὼ σέ; τί δ' οὐκ ἐμὲ σύ; Ἐν γὰρ τούτοις πάλιν οὐ μόνον ἄν τις ἐπεφθέγξατο τὰ καὶ περὶ Δημοχάρους, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπερβολὴν θαυμάσειε τῆς πικρίας. Ὅτι γὰρ ἐκ φύσεως ἀνάγκη μεγάλα προτερήματα γεγονέναι περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα, τοῦτο δῆλόν ἐστιν ἐξ αὐτῶν, ὧν ὁ Τίμαιος ἀποφαίνεται. Εἰ γὰρ εἰς τὰς Συρακούσας παρεγενήθη φεύγων τὸν τροχὸν, τὸν κανόνα, τὸν πηλὸν, περί τε τὴν ἡλικίαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονώς· καὶ μετά τινα χρόνον, ὁρμηθεὶς ἀπὸ τοιαύτης ὑποθέσεως, κύριος μὲν ἐγενήθη πάσης Σικελίας, μεγίστους δὲ κινδύνους περιέστησε Καρχηδονίοις, τέλος, ἐγγηράσας τῇ δυναστείᾳ, κατέστρεψε τὸν βίον βασιλεὺς προσαγορευόμενος· ἆρ' οὐκ ἀνάγκη, μέγα τι γεγονέναι χρῆμα καὶ θαυμάσιον τὸν Ἀγαθοκλέα, καὶ πολλὰς ἐσχηκέναι ῥοπὰς καὶ δυνάμεις πρὸς τὸν πραγματικὸν τρόπον; Ὑπὲρ ὧν δεῖ τὸν συγγραφέα μὴ μόνον τὰ πρὸς διαβολὴν κυροῦντα καὶ κατηγορίαν ἐξηγεῖσθαι τοῖς ἐπιγιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς ἔπαινον ἥκοντα περὶ τὸν ἄνδρα. Τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τῆς ἱστορίας. Ὁ δὲ πᾶς ἐσκοτισμένος ὑπὸ τῆς ἰδίας πικρίας, τὰ μὲν ἐλαττώματα δυσμενικῶς καὶ μετ' αὐξήσεως ἡμῖν ἐξήγγελκε, τὰ δὲ κατορθώματα συλλήβδην παραλέλοιπεν· ἀγνοῶν, ὅτι τὸ ψεῦδος οὐχ ἧττόν ἐστι περὶ τοὺς τὰ γεγονότα ** γράφοντας ἐν ταῖς ἱστορίαις. Ἡμεῖς δὲ τὸ μὲν ἐπιμετροῦν τῆς ἀπεχθείας αὐτοῦ χάριν ἀφήκαμεν, τὰ δ' οἰκεῖα τῆς προθέσεως αὐτῶν οὐ παρελείψαμεν.

146.

Polyb. XV, 35: Ἐκείνων γὰρ ὁ μὲν ἕτερος (sc. Διονύσιος) ἐκ δημοτικῆς καὶ ταπεινῆς ὑποθέσεως ὁρμηθεὶς, ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς, ὡς ὁ Τίμαιος ἐπισκώπτων φησὶ, κεραμεὺς ὑπάρχων, καὶ καταλιπὼν τὸν τροχὸν, τὸν πηλὸν, καὶ τὸν καπνὸν, ἦκε νέος ὢν εἰς τὰς Συρακούσας.

Cum his confer Justin. XXII, 1. Unde apparet Trogum Pompeium plurima sua de Agathocle ex Timæi libris hausisse V. Heeren. Comm. Societ. Gotting. Tom. XV, p. 229.

---

fuisset, postmodum sua virtute non universæ modo Siciliæ dominationem adeptus est, sed et Italiæ Africæque maximam partem armis subegit. Ac levitatem ipsius Timæi merito quis miretur, qui quum fere omnibus paginis Syracusanorum fortitudinem laudibus efferat, eum qui Syracusanos domuit, omnium hominum ignavissimum fuisse affirmat. Ex his igitur adeo inter se pugnantibus atque contrariis manifesto convincitur, veritatis studium, quod in historico præcipuum esse debet, privatæ simultatis ac contentionis causa eum prodidisse. Quamobrem postremos ejus quinque libros, quibus res Agathoclis gestas complexus est, nemo unquam jure merito comprobarit.

145.

Etenim mihi ne illa quidem maledicta placent, quæ in Agathoclem idem Timæus contulit, etsi fuit ille sane scelestissimus et omnium maxime impius. Dico autem ista, quæ in operis totius sui fine posuit, quo loco ait, Agathoclem in prima ætate publicum fuisse prostibulum, passim omnium incontinentissimorum libidini expositum, graculum, triorchen, qui aversus et adversus impudicus obviis quibusque pateret. Ad hæc, ubi fato esset functus, ejus uxorem ait mortuum maritum lamentantem, hujusmodi plangorem edidisse: Quid non ego tibi? quid non tu mihi? Ista enim qui legunt, non ea dumtaxat merito usurpaverint, quæ de superioribus adversus Democharem modo dicebamus; sed etiam illud modum omnem excedens maledicendi studium, quo Timæus flagrabat, omnino mirentur. Etenim necesse utique esse, ut ingentibus a natura dotibus ornatus fuerit Agathocles. id vero etiam ex illis, quæ de eo ipsemet Timæus scribit liquido constat. Nam si figularem rotam, et fumum ac lutum fugiens, quum vix decem et octo esset annorum, Syracusas primum venit, et post aliquod tempus, a tali profectus principio, Siciliam universam suo subjecit imperio, maximaque Pœnis creavit pericula, denique senex in ipso dominatu, et regio ornatus titulo, vitam finivit: quis neget, magnum profecto virum et admirabilem fuisse Agathoclem, quique magnis a natura dotibus et præsidiis ad res sollerter gerendas esset instructus? Propterea debent rerum gestarum scriptores non ea solum, quæ ad criminandum et accusandum Agathoclem valent, tradere posteris; verum etiam illa, quæ cum ejus laude sunt conjuncta. Id enim veræ proprium est historiæ. At egregius hic scriptor, maledicendi studio occæcatus, minus recte facta cum quadam animi malignitate solitus narrare, et omnia in majus etiam efferre, præclare facta simul cuncta prætermisit; ignorans utique, non minus mendacii reum esse, si quis historiam scribere professus, quæ gesta sunt, taceat, quam si, quæ facta non sunt, scribat. Sed nos quidem pluribus hæc persequi nolumus, quia id odiosum est; quæ vero ad propositum pertinebant nostrum, non prætermittendum duximus.

146.

Nam illorum alter (Dionysius) e plebeio atque humili ortus est principio; Agathocles vero, ut quidem eum irridens ait Timæus, figulus quum esset, relicta rota, argilla et fumo, juvenis Syracusas venit.

Digitized by Google

147.

Diod. XX, 89: Agathocles, bello in Dinocratem renovato, hostes ad Torgium vincit, victos, qui cum eo pacem fecerant, armis exuit, copiisque circumseptos ad unum omnes jaculis configit, ὄντας περὶ ἑπτακισχιλίους, ὡς Τίμαιός φησιν, ὡς δ' ἔνιοι γράφουσιν, εἰς τετρακισχιλίους. Ἀεὶ γὰρ ὁ τύραννος οὗτος πίστεως μὲν καὶ τῶν ὅρκων κατέφρόνει, τὴν δ' ἰδίαν ἰσχὺν οὐκ ἐκ τῆς περὶ αὐτὸν δυνάμεως, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν ὑποτεταγμένων ἀσθενείας περιεποιεῖτο, πλεῖον δεδοικὼς τοὺς συμμάχους ἢ τοὺς πολεμίους.

148.

Idem fr. l. XXI, t. IX, p. 377 sq.: Ἀγαθοκλῆς μὲν πλείστους καὶ ποικιλωτάτους φόνους ἐπιτελεσάμενος κατὰ τὴν δυναστείαν, καὶ τῇ κατὰ τῶν ὁμοφύλων ὠμότητι προσθεὶς καὶ τὴν εἰς θεοὺς ἀσέβειαν, πρέπουσαν παρέσχε τῇ παρανομίᾳ τὴν τοῦ βίου καταστροφήν, δυναστεύσας μὲν ἔτη δύο τῶν τριάκοντα λείποντα, βιώσας δὲ δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, καθὼς Τίμαιος ὁ Συρακούσιος συγγράφει, καὶ Καλλίας καὶ αὐτὸς Συρακούσιος εἴκοσι δύο βίβλους συγγράψας, καὶ Ἄνανδρος ὁ ἀδελφὸς Ἀγαθοκλέους καὶ αὐτὸς συγγραφεύς.

Apud Lucian. Macrob. c. 10 scriptum est, Agathoclem annum nonagesimum quintum attigisse, eodem Timæo auctore.

149.

Longin. De subl. IV, 1, p. 11 sq. Oxon., p. 14 sq. Weisk., postquam puerilis Timæi affectationis exempla fr. 103 adscripta attulit, Καίτοι, ait, τί δεῖ περὶ Τιμαίου λέγειν, ὅπου γε καὶ οἱ ἥρωες ἐκεῖνοι, Ξενοφῶντα λέγω καὶ Πλάτωνα, καίτοι γ' ἐκ τῆς Σωκράτους ὄντες παλαίστρας, ὅμως διὰ τὰ οὕτω μικροχαρῆ ἑαυτῶν ποτε ἐπιλανθάνονται; Ὁ μέν γε ἐν τῇ Λακεδαιμονίων γράφει Πολιτείᾳ· Ἐκείνων γοῦν ἧττον μὲν ἂν φωνὴν ἀκούσαις, ἢ τῶν λιθίνων, ἧττον δὲ ἂν ὄμματα στρέψαις, ἢ τῶν χαλκῶν, αἰδημονεστέρους δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων. Ἀμφικράτει καὶ οὐ Ξενοφῶντι ἔπρεπε, τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν κόρας λέγειν παρθένους αἰδήμονας, etc. Ὁ μέντοι Τίμαιος, ὡς φωρίου τινὸς ἐφαπτόμενος, οὐδὲ τοῦτο Ξενοφῶντι τὸ ψυχρὸν κατέλιπεν. Φησὶ γοῦν ἐπὶ τοῦ Ἀγαθοκλέους καὶ τὸ, τὴν ἀνεψιὰν, ἑτέρῳ δεδομένην, ἐκ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἁρπάσαντα ἀπελθεῖν· ὃ τίς ἂν ἐποίησεν, ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας ἔχων;

Non Timæo, sed rhetori cuidam frigidum dictum tribuit Plutarchus De vitioso pudore, p. 528: Ὅθεν ὁ μὲν ῥήτωρ τὸν ἀναίσχυντον οὐκ ἔφη κόρας ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν, ἀλλὰ πόρνας. « Equidem, Ruhnken. ad Long. l. l. ait, intelligam Hegesiam, quem alii quoque ob simile ineptiarum studium cum Timæo confuderunt. Vide quæ annotavimus ad Rutil. Lup. I, p. 26. »

150.

Athenæus XV, p. 698, A: Πολέμων δ' ἐν τῷ δωδεκάτῳ πρὸς τὸν Τίμαιον περὶ τῶν τὰς παρῳδίας γεγραφότων ἱστορῶν τάδε γράφει· « Καὶ τὸν Βοιωτὸν δὲ καὶ τὸν Εὔβοιον τοὺς τὰς παρῳδίας γράψαντας λογίους ἂν φήσαιμι διὰ τὸ παίζειν ἀμφιδεξίων καὶ τῶν προγενεστέρων ποιητῶν ὑπερέχειν ἐπιγεγονότας, εὑρέτην μὲν οὖν γένους Ἱππώνακτα φατέον τὸν ἰαμβοποιόν, etc.

Procul dubio in postrema historiarum parte horum poetarum, præsertim Bœoti, sicut ipse ab Agathocle patria pulsi, mentionem fecit. « Atque suspicor, ait Preller. ad Polemonem p. 79, Timæum ita de his scriptoribus dixisse, quasi primi condiderint parodiam, ideoque Polemonem maxime hoc urgere, fuisse etiam ante eos, qui parodiam scripserint. »

DE PYRRHO.

151.

Polyb. XII, 4, 6: Καὶ μὴν ἐν τοῖς περὶ τοῦ Πύρ-

147.

Timæus ait, septem millia, seu, ut alii literis tradiderunt, circiter quatuor millia. Hic enim tyrannus fidem et jusjurandum perpetuo flocci pendebat, viresque sibi non ex stipantibus eum copiis, sed ex infirmitate subditorum comparabat, magis socios quam hostes reformidans.

148.

Agathocles, quum plurimas diversissimasque cædes imperii sui tempore edidisset, et crudelitati in suæ gentis homines impietatem in deos etiam accumulasset, dignum sceleribus exitum vitæ exhibuit, postquam duodetriginta annos in principatu, duo et septuaginta in vita exegerat, ut Timæus Syracusanus refert, et Callias, ipse etiam Syracusanus, duorum et viginti librorum auctor, Antander præterea, Agathoclis frater, qui etiam historias scripsit.

149.

Quid vero opus est de Timæo loqui, quum etiam illi heroes (Xenophontem dico et Platonem), quanquam ex Socratica erant palæstra, tamen, ob sensus tam abjectos, sui ipsorum aliquando obliviscuntur? Ille quidem (sc. Xenophon) in libro de Republica Lacedæmoniorum scribit: « Illorum sane vocem minus posses audire, quam lapidearum statuarum, oculos minus flectere quam æreorum: verecundiores autem illos putares etiam ipsis, quæ in oculis sunt, virginibus, » etc. Timæus quidem, ut qui furtivum aliquod attigerit, ne hoc quidem frigidum dictum Xenophonti reliquit: nempe dicit de Agathocle etiam hoc, « illum consobrinam alteri in conjugio datam ab ipsis muneribus nuptialibus abripuisse, et abiisse: Quod quis fecisset, qui in oculis virgines (*pupillas*), non scorta, haberet?

DE PYRRHO.

151.

Rursus in Pyrrhi historia ait Romanos sua adhuc ætate

Digitized by Google

δου πάλιν φησὶ, τοὺς Ῥωμαίους ἔτι νῦν ὑπόμνημα ποιουμένους τῆς κατὰ τὸ Ἴλιον ἀπωλείας, ἐν ἡμέρᾳ τινὶ κατακοντίζειν ἵππον πολεμιστὴν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τῷ Κάμπῳ καλουμένῳ, διὰ τὸ τῆς Τροίας τὴν ἅλωσιν διὰ τὸν ἵππον γενέσθαι τὸν δούριον προσαγορευόμενον· πρᾶγμα πάντων παιδαριωδέστατον· οὕτω μὲν γὰρ δεήσει πάντας τοὺς βαρβάρους λέγειν Τρώων ἀπογόνους ὑπάρχειν· σχεδὸν γὰρ πάντες, εἰ δὲ μὴ, οἵ γε πλείους, ὅταν ἢ πολεμεῖν μέλλωσιν ἐξ ἀρχῆς, ἢ διακινδυνεύειν πρός τινας ὁλοσχερῶς, ἵππον προθύονται καὶ σφαγιάζονται, σημειούμενοι τὸ μέλλον ἐκ τῆς τοῦ ζῴου πτώσεως.

OLYMPIONICARUM UT VIDETUR FRAGMENTA.

152.

Censorin. De die nat. c. 21: *Nunc vero id intervallum temporis tractabo, quod* ἱστορικὸν *Varro appellat. Hic enim tria discrimina temporum esse tradit. Primum, ab hominum principio ad cataclysmum priorem: quod propter ignorantiam vocatur* ἄδηλον. *Secundum, a cataclysmo priore ad Olympiadem primam; quod, quia in eo multa fabulosa referuntur,* μυθικὸν *appellatur; tertium a prima Olympiade ad nos, quod dicitur* ἱστορικὸν, *quia res in eo gestæ veris historiis continentur. Primum tempus, sive habuit initium, sive semper fuit, certe quot annorum sit, non potest comprehendi. Secundum non plane quidem scitur, sed tamen ad mille circiter et DC annos esse creditur. A priore scilicet cataclysmo, quem Ogygium dicunt, ad Inachi regnum anni circiter CCCC, hinc ad Olympiadem primam paullo plus CCCC. Quos solos, quamvis mythici temporis postremos, tamen quia a memoria scriptorum proximos, quidam certius definire voluerunt. Et quidem Sosibius scripsit, esse CCCXCV. Eratosthenes autem, septem et CCCC. Timæus CCCCXVII. Aretes DXIV, et præterea multi diverse, quorum etiam ipsa dissensio incertum esse declarat.*

Ad Olympionicas referri possit etiam fr. de Lycurgo 47,

153.

Clem. Alex. Strom. I, p. 403, 8 Oxon. (p. 337, A. Sylb.): Ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι, ἢ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. Ἀπὸ τούτου ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ' οὗ φασιν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανείας, ἔτη ἑπτακόσια δεκαπέντε· ὡς δὲ Ἔφορος, ἑπτακόσια τριακονταπέντε· ὡς δὲ Τίμαιος καὶ Κλείταρχος, ὀκτακόσια εἴκοσι· ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, ἑπτακόσια ἑβδομηκοντατέσσαρα.

154.

Schol. Pind. Pyth. II, Inscr. Τῷ αὐτῷ Ἱέρωνι ἅρματι: ἦ καὶ οὗτος ὁ ἐπινίκιος Ἱέρωνι ἐπιγέγραπται, νικήσαντι ἅρματι. Ἄδηλον δὲ, εἰς ποῖον ἀγῶνα. Διεστασίασται γὰρ οὐ μετρίως τοῖς πρὸ ἡμῶν. Οἱ μὲν γὰρ οὐδὲ ὅλως αὐτόν φασιν ἐπινίκιον εἶναι· Τίμαιος δὲ, θυσιαστήριον (sic Bœckh. pro vulg. χαριστήριον)· Καλλίμαχος δὲ, Ὀλυμπιακόν, etc.

155.

Idem ad Nem. I inscr.: Τίμαιος τὸν ἐπινίκιον Ὀλυμπικὸν εἶναι τοῦτόν φησιν, ἁμαρτάνων. Ὁ γὰρ Πίνδαρος ἄντικρυς Νεμειακὸν αὐτὸν εἶναί φησιν (v. 8, 9)·

Ἅρμα δ' ὀτρύνει Χρομίου Νεμέα τ' ἐργμασιν νικαφόροις, etc.

FRAGMENTA SEDIS INCERTÆ.

156.

Ælian. H. A. XVII, 15: Τίμαιος δὲ καὶ Νεοκλῆς ὁ ἰατρὸς λέγουσι τὰς φρύνας δύο ἧπατα ἔχειν· καὶ τὸ μὲν ἀποκτείνειν, τὸ δὲ ἐκείνου πεφυκέναι ἀντίπαλον· σώζειν γάρ.

---

captum Ilium commemorantes, die quadam jaculis configere solitos bellatorem equum ante urbem in eo loco, qui Campus dicitur, propterea quod Troja olim ligneo equo capta fuerit. Est autem affirmatio hæc plane puerilis. Sic enim oporteret omnes barbaros Trojanorum posteros appellare: cuncti enim, vel certe plerique, quum vel bellum suscipiunt, vel prælium omnibus copiis cum aliquo commissuri sunt, equo cæso litant, ut rem futuram ex equi casu divinent.

OLYMPIONICARUM UT VIDETUR FRAGMENTA.

153.

A Troja capta ad descensum Heraclidarum, annos centum viginti, vel centum octoginta. Ab eo usque ad Euænetum Athenis summum gerentem magistratum, cujus tempore dicunt Alexandrum trajecisse in Asiam, ut Phanias quidem, anni septingenti quindecim: ut Ephorus autem, septingenti triginta quinque: ut autem Timæus et Clitarchus, octingenti viginti: ut denique Eratosthenes, septingenti septuaginta quatuor.

154.

Etiam hocce carmen epinicium « *Hieroni* » inscribitur, qui curru victoriam reportavit, quo vero ludo non satis liquet. Valde enim discrepant, qui ante nos de hac re egerunt. Sunt etiam, qui omnino negent carmen esse epinicium. Timæus in sacrificiis ad altare cantatum esse dicit, Callimachus vero Olympiacum, etc.

155.

Timæus hoc epinicium Olympiacum esse dicit; qua in re fallitur, nam Pindarus contra Nemeum esse dicit.

FRAGMENTA SEDIS INCERTÆ.

156.

Timæus et Neocles medicus rubetas dicunt duo jecora habere, quorum alterum occidat, alterum illi adversans salutem afferat.

Digitized by Google

157.

Jul. Pollux Onom. II, 29 sq.: Ἐκαλεῖτο δέ τις οὐρα καὶ Ἑκτόρειος κόμη. Περὶ ἧς φησιν Ἀναξίλαος, τὴν Ἑκτόρειον τὴν ἐφήμερον κόμην. Τίμαιος δὲ τὴν κουρὰν ταύτην προεστάλθαι μὲν δεῖν περὶ τὸ μέτωπον λέγει, περικεχύσθαι δὲ τῷ τραχήλῳ.

158.

Schol. Venet. Homer. Il. Σ, 269: Τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα] ἡ διπλῆ, ὅτι οὐκ ἴσον τῷ καθ' ἡμᾶς ταλάντῳ καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἦν. Ὡς γὰρ ἦσσον τοῦ τρίποδος καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ λέβητος τίθεται. Τὸ δε τάλαντον νῦν μὲν ρκ' δραχμὰς ἔχει· τὸ δὲ παλαιὸν ὁ μὲν Πολέμαρχος, τεσσάρων δραχμῶν· Θεόφραστος δὲ, δεκατεσσάρων· Τίμαιος δὲ, εἰκοσιτεσσάρων.

159.

Athenæus XIV, p. 659, C: Τὸν δὲ Μαίσωνα Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Τίμαιον ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ φησὶν εἶναι Μεγαρέων καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων. Videtur igitur Timæus Mæsonis histrionis et poetæ comici mentionem faciens Sicula et Nisæa Megara confudisse: v. Preller. l. l. p. 84.

157.

Et coma Hectorea, quam Anaxilaus Luxuriantem conam vocat. Timæus vero hujusmodi cæsariem erectam esse oportere ait circa frontem, collo autem circumfundi.

158.

Talentum nunc quidem continet centum viginti drachmas, vetus vero talentum secundum Polemarchum, quatuor, secundum Theophrastum quatuordecim, secundum Timæum viginti quatuor drachmas continebat.

Fragm. 66, p. 207, b, lin. 12 in græcis post verba οὐ προσήρχοντο adde: οὔτε τοῦ ἱεροῦ ἐξήρχοντο; et in latinis pro *nisi noctu* lege: *neque templo nisi noctu egrediebantur.*

Digitized by Google

EPHORI

FRAGMENTA.

PROOEMIA.

1.

Polybius IV, 20: Οὐ γὰρ ἡγητέον, μουσικὴν, ὡς Ἔφορός φησιν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ὅλης πραγματείας, οὐδαμῶς ἁρμόζοντα λόγον αὐτῷ βίψας, ἐπ' ἀπάτῃ καὶ γοητείᾳ παρεισῆχθαι τοῖς ἀνθρώποις. Cf. Athenæus XIV, p. 626, et Agrippa De Vanit. Scient. c. 17.

2.

Harpocration: Ἀρχαίως, Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ· « Τά τε παλαιὰ καινῶς διεξελθεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν. » Ἔνιοι μέν φασι σημαίνειν ἀρχαιοτρόπως, τουτέστιν ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι χρῆσθαι. Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἱστοριῶν τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο, φησὶ (l. φήσας) περὶ τῶν ἀρχαίων πραγμάτων τοὺς νεωτέρους διεξέρχεσθαι. « Περὶ μὲν γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς γεγενημένων, φησὶ, τοὺς ἀκριβέστατα λέγοντας πιστοτάτους ἡγούμεθα, περὶ δὲ τῶν παλαιῶν τοὺς οὕτω διεξιόντας ἀπιθανωτάτους εἶναι νομίζομεν, ὑπολαμβάνοντες οὔτε τὰς πράξεις ἁπάσας, οὔτε τῶν λόγων τοὺς πλείστους εἰκὸς εἶναι μνημονεύεσθαι διὰ τοσούτων. » Cf. idem v. Καινῶς et Suidas v. Καινὸς, et Phot. Lex. p. 94.

3.

Polybius XII, 27: Ὁ μὲν γὰρ Ἔφορός φησιν, εἰ δυνατὸν ἦν αὐτοὺς (scil. rerum scriptores) παρεῖναι πᾶσι τοῖς πράγμασι, ταύτην δὴ διαφέρειν πολὺ τῶν ἐμπειριῶν.

4.

Polybius IX, 1: Τὸν μὲν γὰρ φιλήκοον ὁ γενεαλογικὸς τρόπος ἐπισπᾶται· τὸν δὲ πολυπράγμονα καὶ περιττὸν ὁ περὶ τὰς ἀποικίας καὶ κτίσεις καὶ συγγενείας, καθά που καὶ παρ' Ἐφόρῳ λέγεται, τὸν δὲ πολιτικὸν, ὁ περὶ τὰς πράξεις τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δυναστῶν.

5.

Stephanus Byz. s. v. Βοιωτία: Ἔφορος δέ φησιν ὅτι Ἀθηναῖοι περὶ τὴν ναυτικὴν, Θετταλοὶ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν, Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν, Κυρηναῖοι δὲ περὶ τὴν διφρευτικὴν ἐπιστήμην ἠσχόληνται· ἡμεῖς δὲ περὶ τὴν τῶν νόμων εὐταξίαν. Cf. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 428; Maxim. Tyr. Dissert. VIII, p. 85.

6.

Diodorus Siculus I, 9: Περὶ πρώτων δὲ τῶν Βαρβάρων διέξιμεν, οὐκ ἀρχαιοτέρους αὐτοὺς ἡγούμενοι τῶν Ἑλλήνων καθάπερ Ἔφορος εἴρηκεν, ἀλλὰ προδιελθεῖν βουλόμενοι τὰ πλεῖστα τῶν περὶ αὐτοὺς, ὅπως ἀρξάμενοι τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι ἱστορουμένων μηδεμίαν ἐν ταῖς ἀρχαιολογίαις ἑτερογενῆ πρᾶξιν παρεμβάλωμεν.

1.

Neque enim arbitrari debemus, quod Ephorus in præfatione universi sui operis scripsit, vocem effutiens minime ipso dignam: Musicam ad fraudem et deceptionem fuisse inter homines introductam.

2.

Ἀρχαίως, apud Isocratem Panegyrico: « Tum vetera nova ratione persequi, et de recens actis antiquo more dicere. » Sunt qui ἀρχαίως significare velint ἀρχαιοτρόπως, id est, antiquis vocabulis uti; quod Ephorus libro primo historiarum, quum recentiores ait scriptores de vetustis rebus disserere, quodam modo exposuit. « Qui de rebus me- « moria nostra gestis, inquit, accuratissime disserunt, « fide dignissimos censemus; at qui res antiquas eodem « modo narrant, ad persuadendum ineptissimos puta- « mus: animo præsumentes verisimile non esse, neque « omnia facta, nec pleraque dicta tam copiose referri. »

3.

Nam Ephori dictum est, Si posset fieri, ut ipsi, qui scribunt, rebus gerendis omnibus interessent, hanc demum fore ex omnibus præstantissimam illas cognoscendi rationem.

4.

Etenim qui una legendi voluptate ducuntur, eos (deorum heroumque) generationes attrahunt; multiplicis et reconditæ doctrinæ curiosos, sermo de coloniis antiquis, de conditu urbium, de populorum inter ipsos cognatione; quemadmodum et apud Ephorum alicubi legitur. Virum vero politicum res gestas scire juvat nationum, civitatum et eorum qui populis dominantur.

5.

Bœotia.... Verum narrat Ephorus, Athenienses ad nauticam, Thessalos ad equestrem, Bœotos ad gymnasticam, Cyrenæos autem ad curulem artem se applicuisse: nos autem *(Cumani)* legibus bene constituendis studemus.

6.

De barbaris autem nationibus primum dicemus, non quod eos antiquiores Græcis arbitramur, ut Ephorus asseruit; sed plerasque res eorum præmittere volumus, ut postea Græcorum historiam ingressi nihil in horum antiquitatibus alienum immisceamus.

Digitized by Google

7.

Clemens Alexandr. Strom. I, p. 404 : Ἔφορος δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν καὶ ἔθνη καὶ γλώσσας πέντε καὶ ἑβδομήκοντα λέγουσιν εἶναι, ἐπακούσαντες τῆς φωνῆς Μωσέως λεγούσης· Ἦσαν δὲ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, αἱ εἰς Αἴγυπτον κατελθοῦσαι. « Ex ipsis potius Ægyptiorum traditis illam hausisse famam Ephorum, fidem facit Horapollo I, 14 : Οἰκουμένην δε γράφοντες, κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσιν, ἐπειδὴ ἑβδομήκοντα δύο χώρας τὰς ἀρχαίας φασὶ τῆς οἰκουμένης. » *Marx.*

LIBER I.
ΗΡΑΚΛΕΙΔΩΝ ΚΑΘΟΔΟΣ.

8.

Theo Prog. p. 12 : Διηγημάτων μὲν μυθικῶν .... καὶ παρὰ Ἐφόρῳ ἐν τῇ πρώτῃ, τὸ περὶ τῶν πεντήκοντα Θεστίου θυγατέρων, αἷς ἁπάσαις παρθένοις οὔσαις φησὶν ἅμα μιγῆναι τὸν Ἡρακλέα.

9.

Schol. Apollonii Rhod. I, vs. 1168 : Ἔφορος ἐν πρώτῳ παραδέδωκεν αὐτὸν (Herculem) δι' Ὀμφάλην καταλελεῖφθαι. Idem vs. 1289 : Ἔφορος ἐν τῇ ε' (leg. α') φησὶν αὐτὸν ἑκουσίως ἀπολελεῖφθαι πρὸς Ὀμφάλην τὴν Λυδῶν βασιλεύουσαν.

9 a.

Plutarch. Camill. 19 : Thargelionis dies vigesimus tertius felix Græcis, infaustus sæpius barbaris fuit : Καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος· περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασιν. Cf. Ælian. V. H. II, 24.

10.

Stephanus Byz. : Δυμᾶν, φῦλον Δωριέων· ἦσαν δὲ τρεῖς, Ὑλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμᾶνες, [ἐξ Ἡρακλέους, καὶ προσετέθη ἡ Ὑρνίθια,] ὡς Ἔφορος α'. « Αἰγίμιος γὰρ ἦν τῶν περὶ τὴν Οἴτην Δωριέων βασιλεύς· ἔσχε δὲ δύο παῖδας Πάμφυλον καὶ Δυμᾶνα, καὶ τὸν τοῦ Ἡρακλέους Ὕλλον ἐποιήσατο τρίτον, χάριν ἀποδιδοὺς, ἀνθ' ὧν Ἡρακλῆς ἐκπεπτωκότα κατήγαγεν. » Οἱ οἰκοῦντες, Δυμᾶνες· καὶ Δυμανὶς τὸ θηλυκὸν καὶ Δύμαινα.

11.

Schol. Pindari Pyth. V, 101 : Ἀπὸ Σπάρτας ..... ὅθεν γεγενναμένοι Ἵκοντο Θήρανδε φῶτες Αἰγείδαι ἐμοὶ πατέρες, οὐ Θεῶν ἄτερ.] Δίτται αἱ τῶν Θήβηθεν Αἰγειδῶν εἰς Σπάρτην ἀφίξεις· προτέρα μὲν ἡ σὺν τοῖς Δωριεῦσι καὶ Ἀριστοδήμῳ, ἧς μέμνηται Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ λέγων, Ὕλλον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀποτυχόντας τῆς ἐπὶ Σπάρτην στρατείας ἐπερωτᾶν τὸν θεὸν τίνας τῶν Ἑλλήνων ποιήσονται πρὸς τὴν κάθοδον συμμάχους· τὸν δὲ ἀνελεῖν, τοὺς ὑπὸ Ἡρακλέους εὐεργετηθέντας· πρώτους δὲ τούτους κελεῦσαι Αἰγείδας παρακαλεῖν· ὑπολαμβάνοντας δὲ ταῦτα εὐλόγως προστεταχέναι τὸν θεὸν ἐλθεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας πρῶτον εἰδότας Θησέα τὸν Αἰγέως μέγιστα πάντων ὑφ' Ἡρακλέους εὐεργετημένον, εὖ δ' ἔχειν τὴν μαντείαν νομίζοντας καὶ πρώτους τοὺς Θησέως τοῦ Αἰγέως ἀπογόνους ἐκάλουν πρὸς τὸ μὴ τῆς καθόδου διαμαρτεῖν.

12.

Schol. Euripid. Phœniss. vs. 7, de Harmonia : Ἔφορος δὲ Ἠλέκτρας καὶ Ἄτλαντος αὐτὴν εἶναι λέγει· Κάδμον δὲ παραπλέοντα τὴν Σαμοθρᾴκην ἁρπάσαι αὐτήν· τὴν δὲ ἐς τιμὴν τῆς μητρὸς ὀνομάσαι

7.

Ephorus autem et alii multi historici, et gentes et linguas dicunt septuaginta quinque, quum audiissent vocem Mosis dicentis : Erant autem omnes animæ ex Jacob septuaginta quinque, quæ descenderunt in Ægyptum.

LIBER I.
HERACLIDARUM DESCENSUS.

8.

Narrationes autem fabulosæ.. et illa de quinquaginta Thestiadibus, apud Ephorum in primo, cum quibus, quum adhuc essent virgines, universis simul Herculem concubuisse existimat.

9.

Ephorus libro primo dicit Herculem volentem remansisse apud Omphalen, Lydorum reginam.

9 a.

Et Carthaginienses in Sicilia a Timoleonte victi sunt die septimo ultimæ mensis decadis; eodem die Ilium quoque captum esse perhibetur, ut Ephorus, Callisthenes, Damastes, Phylarchus narraverunt.

10.

Dyman, tribus Doriensium. Fuerunt autem tres, Hyllenses, Pamphyli, et Dymanes [ex Hercule, addita etiam est Hyrnithia], teste Ephoro libro primo : « Ægimius « enim circa Œtam Doriensium erat rex : geminos autem « habuit filios Pamphylum et Dymana, et Hyllum Hercu« lis filium tertium adoptavit, hanc gratiam referens ideo, « quod ipsum Hercules regno ejectum restituerat. » Incolæ, Dymanes et genere feminino Dymanis et Dymæna.

11.

Duæ sunt Ægidarum ex Thebis in Spartam expeditiones. Et prior quidem cum Doriensibus facta est et cum Aristodemo; de qua tradit Ephorus libro primo, Hyllum atque reliquos, quibus diremta esset in Spartam expeditio, quæsivisse ex deo, quinam Græcorum ad reditum tentandum societate sibi adjungendi essent; hunc vero respondisse, eos, in quos Hercules beneficia contulisset, et primos jussisse Ægidas auxilio advocari. Existimarunt autem prudenter deum mandasse ut primum Athenas proficiscerentur, memores Theseum omnium maxime ab Hercule beneficiis auctum esse; ideoque ratos bene percepisse oraculum, primos Thesei, qui est Ægei filius, nepotes advocasse, ne frustra reditum tentarent.

12.

Ephorus Harmoniam Electræ et Atlantis filiam dicit, eamque raptam esse a Cadmo Samothraciam præterna-

Digitized by Google

τὰς Ἠλέκτρας πύλας· καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ ζητοῦσιν αὐτὴν ἐν ταῖς ἑορταῖς. Quæ ad primum librum Marx retulit, quod post mortem Eurysthei Heraclidæ habitasse dicuntur ad portas Electridas. V. Pherecyd. ap. Anton. Lib. c. 23.

13.

Schol. Pindar. Pyth. l. l. (v. Fr. 11): Ἔπειτα Ἔφορός φησιν τὸν Ἀριστόδημον διὰ τῆς Βοιωτίας πορευόμενον καταλαβεῖν θύοντάς τινας τῶν Θηβαίων παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ τοῦ κήρυκος ἀκούσαντα τοῖς Αἰγείδαις εὐχομένου τὰ ἀγαθὰ, λαβεῖν περὶ τῆς μαντείας ἔννοιαν, καὶ νομίσαντα δεῖν, ἐπειδὴ τοὺς Ἀθήνηθεν Αἰγείδας πρώτους παρακαλοῦντες διήμαρτον, τοὺς ἐκ τῶν Θηβῶν συμμάχους μετελθεῖν προτέρους· κατὰ τύχην δὲ ταύτῃ τῇ στρατείᾳ τῶν Ἡρακλειδῶν τὴν Πελοπόννησον κατασχόντων, ἡγοῦντο τὸ μαντεῖον εἰρῆσθαι περὶ τῶν ἐν Θήβαις Αἰγειδῶν.

« Et alium Pindari locum illustrem Ephorus exposuisse videtur, Isthm. VII, 18, ubi *Thebas* alloquitur : Ἦ Δωρίδ' ἀποικίαν ἀνίκ' ὀρθῷ Ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ Λακεδαιμονίων, ἔλον δ' Ἀμύκλας Αἰγείδαι, σέθεν ἔκγονοι, Μαντεύμασι Πυθίοις. » *Marx.*

14.

Strabo IX, p. 653, de Naupacto : Ὀνόμασται δ' ἀπὸ τῆς ναυπηγίας τῆς ἐκεῖ γενομένης, εἴτε τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκεῖ ναυπηγησαμένων, εἴθ', ὥς φησιν Ἔφορος, Λοκρῶν ἔτι πρότερον παρασκευασάντων. Eadem Eustathius ad Il. B, 276. Negligentius Steph. Byz. v. Ναύπακτος, ἀπὸ ναυπηγίας τῶν Ἡρακλειδῶν, ὡς Στράβων καὶ Ἔφορος.

15.

Strabo VIII, p. 547 seqq. edit. Almelov.: Ταῦτα Ἔφορος δέ φησιν, Αἰτωλὸν ἐκπεσόντα ὑπὸ Σαλμωνέως τοῦ βασιλέως Ἐπειῶν τε καὶ Πισατῶν ἐκ τῆς Ἠλείας εἰς τὴν Αἰτωλίαν, ὀνομάσαι τε ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν χώραν, καὶ συνοικίσαι τὰς αὐτόθι πόλεις· τούτου δ' ἀπόγονον ὑπάρξαντα Ὄξυλον φίλον τοῖς περὶ Τήμενον Ἡρακλείδαις, ἡγήσασθαί τε τῶν ὁδῶν κατιοῦσιν εἰς Πελοπόννησον, καὶ μερίσαι τὴν πολεμίαν αὐτοῖς χώραν, καὶ τἆλλα ὑποθέσθαι τὰ περὶ τὴν κατάκτησιν τῆς χώρας· ἀντὶ δὲ τούτων λαβεῖν χάριν, τὴν εἰς τὴν Ἠλείαν κάθοδον προγονικὴν οὖσαν· κατελθεῖν δὲ ἀθροίσαντα στρατιὰν ἐξ Αἰτωλίας ἐπὶ τοὺς κατέχοντας Ἐπειοὺς τὴν Ἦλιν· ἀπαντησάντων δὲ τῶν Ἐπειῶν μεθ' ὅπλων, ἐπειδὴ ἀντίπαλοι ἦσαν αἱ δυνάμεις, εἰς μονομαχίαν προελθεῖν κατὰ ἔθος τι παλαιὸν τῶν Ἑλλήνων, Πυραίχμην Αἰτωλὸν, Δέγμενον δ' Ἐπειόν· τὸν μὲν Δέγμενον μετὰ τόξου ψιλὸν, ὡς περιεσόμενον ῥαδίως ὁπλίτου διὰ τῆς ἐκηβολίας· τὸν δὲ μετὰ σφενδόνης καὶ πήρας λίθων, ἐπειδὴ κατέμαθε τὸν δόλον· τυχεῖν δὲ νεωστὶ ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν εὑρημένον τὸ τῆς σφενδόνης εἶδος· μακροβολωτέρας δ' οὔσης τῆς σφενδόνης, πεσεῖν τὸν Δέγμενον, καὶ κατασχεῖν τοὺς Αἰτωλοὺς τὴν γῆν, ἐκβαλόντας τοὺς Ἐπειούς· παραλαβεῖν δὲ καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ ἱεροῦ τῶν Ὀλυμπίασιν, ἣν εἶχον οἱ Ἀχαιοί· διά τε τὴν Ὀξύλου φιλίαν πρὸς τοὺς Ἡρακλείδας, συνομολογηθῆναι ῥᾳδίως ἐκ πάντων μεθ' ὅρκου τὴν Ἠλείαν ἱερὰν εἶναι τοῦ Διός· τὸν δ' ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώραν ταύτην μετ' ὅπλων, ἐναγῆ εἶναι· ὡς δ' αὖτως ἐναγῆ καὶ τὸν μὴ ἐπαμύνοντα εἰς δύναμιν· ἐκ δὲ τούτου καὶ τοὺς κτίσαντας τὴν Ἠλείων πόλιν ὕστερον, ἀτείχιστον ἐᾶσαι, καὶ τοὺς δι' αὐτῆς τῆς χώρας ἰόντας στρατοπέδῳ, τὰ ὅπλα παραδόντας, ἀπολαμβάνειν μετὰ τὴν ἐκ τῶν ὅρων ἔκβασιν (Cf. Polyb. IV, 73; Diodor. XIV, 17;

---

vigante; hanc vero in matris honorem portas Electridas appellasse; atque etiamnunc Samothraces festis suis eam quærunt.

13.

Deinde Ephorus tradit Aristodemum per Bœotiam proficiscentem deprehendisse Thebanorum aliquos ad viam sacrificantes, et quum audiisset præconem Ægidis salutem precantem, de oraculo cogitasse, atque quoniam Ægidis Athenis in auxilium advocatis, conatu excidisset, in animum sibi induxisse, Thebanos potius Ægidas adsciscendos esse. Et quum Heraclidæ secunda fortuna utentes hac expeditione Pelopounesi potirentur, oraculum de Thebanis Ægidis pronuntiatum esse statuerunt.

14.

A navibus ibi compactis appellata est (Naupactus) : sive ibi classem Heraclidæ sunt fabricati, sive iis priores Locri, quod Ephorus putat.

Naupactus,..... sic dicta quod Heraclidæ ibi classem compegerint, auctoribus Ephoro et Strabone.

15.

Quam subjiciam, Ephori est narratio. Ætolus a Salmoneo Epeorum atque Pisæorum rege ex Elea ejectus, in Ætoliam abiit, eique hoc a se nomen fecit, et quæ ibi sunt urbes condidit. Ab hoc genus duxit Oxylus, amicitia junctus Temeno Heraclidæ et ejus comitatui : his ille revertentibus in Peloponnesum itinerum ductor, et hostium agros distribuit aliaque subjecit consilia ad potiendum ea regione pertinentia. Pro qua ei opera id relatum est gratiæ, ut in Elidem postliminio reduceretur majorum suorum jure ad se pertinentem. Rediit ergo contracto adversum Epeos Elidem tunc tenentes exercitu Ætolorum. Quumque armati occurrissent Epei, et par esset utrique exercitui robur, vetusta quadam Græcorum consuetudine ad singulare certamen progressi sunt, Pyræchma Ætolus, et Degmenus Epeus : hic levi armatura fretus, soloque instructus arcu, quod eminus sagittis se facile victoriam a gravis armaturæ adversario speraret reportaturum; ille funda, marsupioque lapidum pleno (recens tum bono casu invento ab Ætolis fundæ usu), ubi dolum animadvertit. Quia vero fundæ longius quam arcus perferuntur jactus, cecidit Degmenus, et expulsis Epeis Ætoli eam obtinuerunt regionem. Iidemque templi etiam tum Olympici susceperunt procurationem ante ab Achæis objtam; et propter Oxyli cum Heraclidis amicitiam nullo negotio impetratum ab universis fuit, ut jurejurando interposito profiterentur Eleorum ditionem Jovi esse sacram : qui eam armata vi incesseret, nefarium habendum : eodemque loco, qui id scelus non pro virili ulcisceretur. Unde consecutum est, ut, qui urbem Elidem postea temporis condiderunt, nullis eam cingerent muris : et qui exercitu per Eleam iret,

Digitized by Google

Pausan. V, 8)· Ἰφιτόν τε θεῖναι τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, ἱερῶν ὄντων τῶν Ἠλείων· ἐκ δὴ τῶν τοιούτων αὔξησιν λαβεῖν τοὺς ἀνθρώπους· τῶν γὰρ ἄλλων ἀεὶ πολεμούντων πρὸς ἀλλήλους, μόνοις ὑπάρξαι πολλὴν εἰρήνην· οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ξένοις, ὥστε καὶ εὐανδρῆσαι μάλιστα πάντων παρὰ τοῦτο. Φείδωνα δὲ τὸν Ἀργεῖον, δέκατον μὲν ὄντα ἀπὸ Τημένου, δυνάμει δ' ὑπερβεβλημένον τοὺς κατ' αὐτὸν, ἀφ' ἧς τήν τε λῆξιν ὅλην ἀνέλαβε τὴν Τημένου διεσπασμένην εἰς πλείω μέρη· καὶ μέτρα ἐξεῦρε τὰ Φειδώνεια καλούμενα, καὶ σταθμοὺς, καὶ νόμισμα κεχαραγμένον, τό τε ἄλλο, καὶ τὸ ἀργυροῦν· πρὸς τούτοις, ἐπιθέσθαι καὶ ταῖς ὑφ' Ἡρακλέους αἱρεθείσαις πόλεσι, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἀξιοῦν τιθέναι αὐτὸν, οὓς ἐκεῖνος ἔθηκε· τούτων δὲ εἶναι καὶ τὸν Ὀλυμπιακόν· καὶ δὴ βιασάμενον ἐπελθόντα θεῖναι αὐτὸν, οὔτε τῶν Ἠλείων ἐχόντων ὅπλα ὥστε κωλύειν, διὰ τὴν εἰρήνην, τῶν τε ἄλλων κρατουμένων τῇ δυναστείᾳ· οὐ μὴν τούς γε Ἠλείους ἀναγράψαι τὴν θέσιν ταύτην· ἀλλὰ καὶ ὅπλα κτήσασθαι διὰ τοῦτο, καὶ ἀρξαμένους ἐπικουρεῖν σφίσιν αὐτοῖς· συμπράττειν δὲ καὶ Λακεδαιμονίους, εἴτε φθονήσαντας τῇ διὰ τὴν εἰρήνην εὐτυχίᾳ, εἴτε καὶ συνεργοὺς ἕξειν νομίσαντας πρὸς τὸ καταλῦσαι τὸν Φείδωνα ἀφῃρημένον αὐτοὺς τὴν ἡγεμονίαν τῶν Πελοποννησίων, ἣν ἐκεῖνοι προεκέκτηντο· καὶ δὴ καὶ συγκαταλῦσαι τὸν Φείδωνα· τοὺς δὲ συγκατασκευάσαι τοῖς Ἠλείοις τήν τε Πισᾶτιν, καὶ τὴν Τριφυλίαν.

16.

Strabo VIII, c. 8, § 5, p. 597 fin.: Οὐκ ἄτοπον δ' ἴσως καὶ τοὺς οἰκιστὰς προσθεῖναι τῶν τὴν Πελοπόννησον οἰκούντων, οὓς εἶπεν Ἔφορος, τοὺς μετὰ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον· Κορίνθου μὲν Ἀλήτην, Σικυῶνος δὲ Φάλκην, Ἀχαΐας δὲ Τισαμενὸν, Ἤλιδος δ' Ὄξυλον, Μεσσήνης δὲ Κρεσφόντην, Λακεδαίμονος δ' Εὐρυσθένη καὶ Προκλῆ, Ἄργους δὲ Τήμενον, καὶ τῶν περὶ τὴν Ἀκτὴν Αἰγαίου (?) καὶ Δηϊφόντην.

Cf. quæ habent Pausan. II, 18; VII, 6; Polyb. II, 41; Strabo VIII, p. 588; Scymnus Chius 530 sqq., qui omnes, monente Marxio, Ephorum ante oculos habuisse videntur.

17.

Schol. Platon. p. 368, in explicatione proverbii Διὸς Κόρινθος præter Aristophanem laudat καὶ Ἔφορον ἐν α' Ἱστοριῶν. Quare apponere liceat Schol. Pind. Nem. VII, 155: Ἀλήτης ἐλθὼν περὶ τῆς ἐν Κορίνθῳ βασιλείας προσῆλθε τῷ μαντείῳ τῷ ἐν Δωδώνῃ, ὅ ἐστι τοῦ Διὸς, καὶ ἔχρησεν αὐτῷ τότε κρατήσειν, ὅτε τις δῷ βῶλον γῆς· ἐπιθέσθαι δὲ ἡμέρᾳ πολυστεφάνῳ. Ἐλθὼν οὖν ἐν Κορίνθῳ ᾔτει τινὰ ἀγροῖκον ἄρτον ὁ Ἀλήτης. Ὁ δὲ λαβὼν βῶλον ἔδωκεν. Ἐτελεῖτο δὲ καὶ θυσία τοῖς νεκροῖς ἐν Κορίνθῳ, δι' ἣν τῆς πόλεως ἐν μνήμασιν οὔσης ἐπέρχεται ὁ Ἀλήτης, καὶ εὗρε Κρέοντος θυγατέρας περὶ συνθήκας γενομένας. Ἔφησέ τε, ἐὰν κρατήσῃ, ἕξειν τὴν νεωτέραν αὐτῶν πρὸς γάμον. Καὶ πείθεται ἡ κόρη, καὶ προδίδωσι τὴν πόλιν, τὰς πύλας ἀνοίξασα, καὶ κρατεῖ ὁ Ἀλήτης, καὶ ὠνόμασεν αὐτὴν, Διὸς Κόρινθον, ἐπειδὴ διὰ τῆς μαντείας τοῦ Διὸς ἡ ἀρχὴ εἰς αὐτὸν ἦλθε. De Alete Corinthiorum urbe potito cf. Pausan. II, 4, p. 193, Schol. Pind. Ol. XIII, 17, Conon. 26, Wesseling. ad Diodor. II, p. 636.

18.

Strabo VIII, p. 560: Φησὶ δ' Ἔφορος καὶ τοὺς κατασχόντας τὴν Λακωνικὴν Ἡρακλείδας, Εὐρυσθένη τε καὶ Προκλῆ, διελεῖν εἰς ἓξ μέρη, καὶ πολίσαι τὴν χώραν· μίαν μὲν οὖν τῶν μερίδων τὰς

---

arma Eleis traderet, egressusque eorum fines reciperet; et Iphitus Olympicum certamen institueret consecratis ad hunc modum Eleis. Ista in causa fuerunt, cur Elei crescerent. Reliquis enim continenter in se bella gerentibus, solis Eleis perpetua fuit pax; neque ipsis modo, sed et eorum hospitibus. Quamobrem maxima ibi hominum copia exstitit. At vero Phido Argivus, decimus a Temeno, et omnibus suæ tempestatis principibus potentia præstans (qua usus et totam Temeni successionem in plures divulsam partes ad se recepit, et mensuras invenit, quæ Phidoneæ dicuntur, atque pondera, et monetam cum aliam, tum argenteam procudit): is ergo Phido præter alia facinora adortus est etiam eas urbes, quas quondam Hercules ceperat, sibique hoc vindicavit ut ea ipse certamina procuraret, quæ ab Hercule fuerant instituta: de quorum numero fuit etiam Olympicum. Et quidem in Olympiam profectus obtinuit, ut ipse certamini isti præesset, quum neque Eleis ad propulsandum arma essent, in diuturna versatis pace, neque aliis, quos ille sua potentia oppresserat. Elei autem non retulerunt in tabulas istam certaminis celebrationem, sed armis paratis defendere sese cœperunt, usi ad hoc auxilio Lacedæmoniorum: sive hi Eleorum felicitati a pace profectæ invidebant, sive horum subsidio se Phidonem sperabant dejecturos, qui ipsis pristinum in Peloponnesios principatum ademerat. Sane et ope usi Eleorum Spartani Phidonem everterunt et Eleis ad obtinendam Pisatidem ac Triphyliam adjumento fuerunt.

16.

Fortassis haud absurde eos commemoravero hic, qui ab Ephoro dicuntur conditores auctoresque civitatum in Peloponneso post reditum Heraclidarum. Ii fuerunt, Corinthi Aletes, Sicyonis Phalces, Achaiæ Tisamenus, Elidis Oxylus, Messenæ Cresphontes, Lacedæmonis Eurysthenes ac Procles, Argorum Temenus, in littore sitæ regionis Ægeus et Deiphontes.

17.

Jovis Corinthus, *prov.* Ephorus libro primo Historiarum.

18.

Ephorus tradit Heraclidas Laconica potitos, Eurysthenem et Proclem, regionem in sex partes divisisse et urbibus frequentasse; atque harum partium unam, scilicet

Digitized by Google

Ἀμύκλας ἐξαίρετον δοῦναι τῷ προδόντι* αὐτοῖς τὴν Λακωνικὴν, καὶ πείσαντι τὸν κατέχοντα αὐτὴν, ὑπόσπονδον ἀπελθεῖν μετὰ τῶν Ἀχαιῶν εἰς τὴν Ἰωνίαν· τὴν δὲ Σπάρτην βασίλειον ἀποφῆναι σφίσιν αὐτοῖς· εἰς δὲ τὰς ἄλλας πέμψαι βασιλέας, ἐπιτρέψαντας δέχεσθαι συνοίκους τοὺς βουλομένους τῶν ξένων, διὰ τὴν λειπανδρίαν· χρῆσθαι δὲ Λαΐ μὲν ὁ[χυρώματι, Ἐπιδαύρῳ (vel Γυθείῳ) δὲ ἐμπορίῳ διὰ τὸ] εὐλίμενον, Αἴγυι δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους [ἐπιτειχισμῷ, ταύτην] γὰρ ὁμορεῖν τοῖς κύκλῳ [πολεμίοις], Φάριδι δὲ [εἰς συνόδους] ἀπὸ τῶν ἐντὸς ἀσφάλειαν ἐχούσῃ· ὑπακούοντας δ' ἅπαντας τοὺς περιοίκους Σπαρτιατῶν, ὅμως ἰσονόμους εἶναι, μετέχοντας καὶ πολιτείας καὶ ἀρχείων· καλεῖσθαι δὲ εἵλωτας· Ἄγιν δὲ τὸν Εὐρυσθένους ἀφελέσθαι τὴν ἰσοτιμίαν, καὶ συντελεῖν προστάξαι τῇ Σπάρτῃ· τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὑπακοῦσαι, τοὺς δ' Ἐλείους, τοὺς ἔχοντας τὸ Ὄλος, ποιησαμένους ἀπόστασιν, κατὰ κράτος ἁλῶναι πολέμῳ, καὶ κριθῆναι δούλους ἐπὶ τακτοῖς τισιν, ὥστε τὸν ἔχοντα μήτ' ἐλευθεροῦν ἐξεῖναι, μήτε πωλεῖν ἔξω τῶν ὅρων τούτους· τοῦτον δὲ λεχθῆναι τὸν πρὸς τοὺς Εἵλωτας πόλεμον. Hunc Strabonis locum lacunis misere mutilatum sic exhibui ut C. O. Müller. in Dor. I, p. 94 eum restituendum putat.

19.

Strabo VIII, p. 562: Ἑλλάνικος μὲν οὖν Εὐρυσθένη καὶ Προκλέα φησὶ διατάξαι τὴν πολιτείαν. Ἔφορος δ' ἐπιτιμᾷ, φήσας, Λυκούργου μὲν αὐτὸν μηδαμοῦ μεμνῆσθαι· τὰ δ' ἐκείνου ἔργα τοῖς μὴ προσήκουσιν ἀνατιθέναι· μόνῳ γοῦν Λυκούργῳ ἱερὸν ἱδρύσθαι, καὶ θύεσθαι κατ' ἔτος· ἐκείνοις δὲ, καίπερ οἰκισταῖς γενομένοις, μηδὲ τοῦτο δεδόσθαι, ὥστε τοὺς ἀπ' αὐτῶν, τοὺς μὲν Εὐρυσθενίδας, τοὺς δὲ Προκλείδας καλεῖσθαι· οὐδ' ἀρχηγέτας νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδέδοται τοῖς οἰκισταῖς. . . . Καὶ αἰτίαν τούτου λέγει, ὅτι ἐπήλυδας ἀνθρώπους δεξάμενοι δι' ἐκείνων ἐδυνάστευσαν.

Posteriora verba editores fere omnes sic resarciunt: —καλεῖσθαι· Ἀγίδας δ' ἀπὸ Ἄγιδος τοῦ Εὐρυσθένους· τοὺς δ' Εὐρυπωντίδας, ἀπὸ Εὐρυπῶντος τοῦ Προκλέους. Τοὺς μὲν γὰρ δυναστεῦσαι δικαίως· τοὺς δὲ, δεξαμένους ἐπήλυδας ἀνθρώπους, δι' ἐκείνων δυναστεῦσαι. Ὅθεν οὐδ' ἀρχηγέτας νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδέδοται τοῖς οἰκισταῖς. Cf. Plutarch. Lysand. c. 24, Pausan. III, 2, Herodot. VII, 204, VIII, 131.

20.

Strabo VIII, p. 554: Ἔφορος δὲ τὸν Κρεσφόντην, ἐπειδὴ εἶλε Μεσσήνην, διελεῖν φησιν εἰς πέντε πόλεις αὐτὴν, ὥστε τὴν Στενύκλαρον μὲν ἐν τῷ μέσῳ τῆς χώρας ταύτης κειμένην, ἀποδεῖξαι βασίλειον αὐτῷ τῆς βασιλείας, πέμψαι δὲ ἐς Πύλον τε καὶ Ῥίον [καὶ Μεσόλαν καὶ] Ὑαμῖτιν ποιήσοντας ἰσονόμους πάντας τοῖς Δωριεῦσι τοὺς Μεσσηνίους. (Ita Odofr. Müller. Doriens. I, p. 95 textum constituit.) Ἀναξισπαθούντων δὲ τῶν Δωριέων μεταγνόντα μόνην τὴν Στενύκλαρον νομίσαι πόλιν· εἰς τοῦτο δὲ τοὺς Δωριέας συναγαγεῖν ἅπαντας. Cf. Pausan. IV, 3.

21.

Stephanus: Ἀρίσβη, πόλις τῆς Τρωάδος. . . . Κεφάλων δέ φησιν ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθράκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρῳάδα τὴν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς θυγατέρα

* Hunc p. 561. D. Philonomum dicit, de quo vide quæ sunt ap. Nicol. Dam. p. 40. Orell., et Supplem. p. 30, ex Ephoro, ut censet Marx.

Amyclas, præmio dedisse ei qui Laconicam ipsis prodiderat persuaseratque eam tunc obtinenti, ut certis pactis firmatis cum Achæis in Ioniam discederet: Spartam sibi pro regia destinasse: in reliquas urbes dimisisse reges, qui civibus permitterent, ut quosvis peregrinos inquilinorum loco reciperent, motos penuria hominum incolentium: et Laide quidem usos esse castello, Epidauro (*vel* Gythio) autem emporio propter præclarum ejus portum, Ægye propugnaculo contra hostes, quippe qui locus confinis esset hostibus circumhabitantibus, Pharide denique conventiculo, quum tuta esset ab iis, qui intus erant: atque ita obtemperasse Spartanis omnes, qui eos accolebant, vicinos, et in societatem æqualitatemque legum, reipublicæ et curiæ ab iis admissos fuisse, Helotasque appellatos. Verum ab Agide Eurysthenis filio id juris eis ademtum: jussosque fuisse Lacedæmonis tributum pendere. Eleos qui Helos tenebant, reliquis parentibus, mandato solos rebellasse, debellatosque servituti addictos fuisse certis quibusdam conditionibus, ut talem servum neque libertate donare liceret domino, neque extra fines vendere. Ei bello nomen fuit bellum contra Helotas.

19.

Proinde Hellanicus Eurysthenem et Proclem auctores facit reipublicæ Spartanæ. Quem Ephorus increpans ait, eum, præterita Lycurgi mentione, facta ipsius alienis adscripsisse: nam soli Lycurgo templum esse dicatum, et quotannis sacrificari: illis, quamvis Spartam condiderint, ne hoc quidem concessum esse, ut, qui ab iis propagati sunt, Eurysthenidæ ac Proclidæ nuncuparentur. Agidas enim nomen habere ab Agide, Eurysthenis, Eurypontidas autem ab Euryponte, Proclis filio. Et hos quidem juste regnasse, illos vero, adscitis advenis hominibus, eorum ope imperium obtinuisse. Quare eos neque principes auctoresve civitatis dici, quod omnibus tamen urbium conditoribus deferretur.

20.

Ephorus narrat Cresphontem, Messene potitum, eam in quinque partes divisisse, atque Stenyclarum sitam in medio regionis regiam sibi designasse, et Pylum, Rhium, Mesolam et Hyamitin misisse qui omnibus Messeniis idem cum Doriensibus jus easdemque leges facerent: quod quum indigne ferrent Dorienses, mutato eum consilio solam Stenyclarum urbem jure Doriensium donasse; eoque facto omnes Dorienses in unum fuisse collectos.

21.

Arisbe, urbs Troadis. ... Cephalo tradit, Dardanum ex Samothracia venisse in Troadem, et Arisben Teucri, Cre-

Digitized by Google

γαμεῖ Ἀρίσβην. Ἑλλάνικος (v. fr. 130) δὲ Βάτειαν αὐτήν φησιν. Ἔστιν ἑτέρα ἐν Λέσβῳ ἀπὸ Ἀρίσβης τῆς Μάκαρος θυγατρός. Ἔφορος δὲ Μέροπος αὐτὴν γενεαλογεῖ, καὶ πρώτην Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πριάμου γαμηθῆναι. Ἡρόδοτος δὲ καὶ ἰάζων Ἀρίσβαν καλεῖ ἐν πρώτῃ (c. 151).

Luxatus est locus, et sic constituendus videtur Marxio: Ἑλλάνικος δὲ Βάτειαν αὐτήν φησιν· Ἔφορος δὲ ... γαμηθῆναι. Ἔστιν ἑτέρα ... πρώτη.

22.

Harpocration: Κέβρην, πόλις τῆς Τρῳάδος, Κυμαίων ἀποικία, ὡς φησιν Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ.

23.

Schol. Plat. Ruhnk. p. 322: Ὅτι Κᾶρες πρῶτοι δοκοῦσι μισθοφορῆσαι. Quapropter Homerus (Il. IX, 378), Ἐν Καρὸς αἴσῃ. Et Archilochus λέγων· Καὶ δὴ πίκουρος ὥστε Κὰρ κεκλήσομαι. Καὶ Ἔφορος ἐν α' Ἱστοριῶν.

24.

Josephus Ant. Jud. I, 4 (T. I, p. 18 Haverc.): Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἀκουσίλαος καὶ πρὸς τούτοις Ἔφορος καὶ Νικόλαος ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια. Hæc repetierunt Eusebius Præp. Ev. IX, 13, p. 415 Colon., Syncellus Chron. p. 43.

Plinius VII, 48: « *Ephorus* (ait) *Arcadum reges CCC annos vixisse.* » Eadem habet Censorinus De die nat. cap. XVII.

LIBER II.

25.

Harpocration Ἀπατούρια: Ἔφορος ἐν δευτέρῳ ὡς διὰ τὴν ὑπὲρ τῶν ὁρίων ἀπάτην γενομένην· ὅτι πολεμούντων Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς ὑπὲρ τῆς τῶν Μελαινῶν χώρας, Μέλανθος ὁ τῶν Ἀθηναίων βασιλεὺς Ξάνθον τὸν Θηβαῖον μονομαχῶν ἀπέκτεινεν.

Eadem ex Ephoro narrat Apostolius Cent. III, 74, ubi vero pro τῆς τῶν Μελαινῶν legitur τῆς Μελαινίας. Ad rem vide Strabon. IX, p. 602.

26.

Ammonius De diff. verb. p. 70 Valcken.: Θηβαῖοι καὶ Θηβαγενεῖς διαφέρουσιν, καθὼς Δίδυμος ... φησί. Τίς δ' ἐστὶν ἡ διαφορὰ, Ἔφορος ἐν τῇ δευτέρᾳ φησίν· « Οὗτοι μὲν οὖν συνετάχθησαν εἰς τὴν Βοιωτίαν· τοὺς δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ὁμόρους προσοικοῦντας ἰδίᾳ προσηγάγοντο· πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον δὲ οἱ σύμμικτοι ἦσαν πολλαχόθεν· ἐνέμοντο δὲ τὴν ὑπὸ τὸν Κιθαιρῶνα χώραν, καὶ τὴν ἀπομαντίον τῆς Εὐβοίας. Ἐκαλοῦντο δὲ Θηβαγενεῖς, ὅτι προσεγένοντο τοῖς ἄλλοις Βοιωτοῖς διὰ Θηβαίων. »

Hæc sic restituenda censet C. O. Müller in Minyis p. 397: Οὗτοι μὲν οὖν συνετάχθησαν εἰς τὴν Βοιωτίαν. Τοὺς δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ὁμόρους προσοικειοῦντες ἰδίᾳ Θηβαῖοι προσηγάγοντο (οὐ) πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον. Οὗτοι σύμμικτοι ἦσαν πολλαχόθεν, ἐνέμοντο δὲ τὴν ὑπὸ τὸν Κιθαιρῶνα χώραν καὶ τὴν ἀπεναντίον τῆς Εὐβοίας, κτλ.

27.

Macrobius Saturn. V, 18: *Ephorus, notissimus scriptor, Historiarum libro secundo:* Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ποταμοῖς οἱ πλησιόχωροι μόνον θύουσι, τὸν δὲ Ἀχελῶον μόνον ἅπαντες ἀνθρώπους συμβέβηκε τιμᾶν· (οὐ τοῖς κοινοῖς ὀνόμασιν ἀντὶ τῶν ἰδίων gloss.) τοῦ Ἀχελώου τὴν ἰδίαν ἐπωνυμίαν ἐπὶ τὸ κοινὸν μεταφέροντας· τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὅλως, ὅπερ ἐστὶ κοινὸν ὄνομα, ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐκείνου προσηγορίας Ἀχελῶον καλοῦμεν· τῶν δὲ ἄλλων ὀνομάτων τὰ κοινὰ πολλάκις ἀντὶ τῶν ἰδίων ὀνομάζομεν, τοὺς μὲν Ἀθηναίους Ἕλληνας, τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους Πελοποννησίους ἀποκαλοῦντες. Τούτου δὲ ἀπορήματος οὐδὲν

---

tis filii, filiam uxorem duxisse. Verum Hellanicus eam Bateam nominat. Ephorus vero hujus genealogiam a Merope deducit et primam Alexandro, Priami filio, nuptam fuisse perhibet. Alia est in Lesbo, quæ ab Arisbe, Macaris filia, nomen sortita est. Herodotus vero libro primo etiam Arisba Ionica dialecto dicit.

22.

Cebren est civitas Troadis, Cumanorum colonia, ut Ephorus scribit libro primo.

23.

Cares primi mercenariam militiam exercuisse videntur. Quapropter Homerus: « Cari parem (i. e. *nihili*) eum facio » (*qui tamen locus aliter explicandus*), et Archilochus: « auxiliator sicut Car nominatus ero », et Ephorus primo Historiarum.

24.

Hesiodus, Hecatæus, Hellanicus, Acusilaus, Ephorus et Nicolaus veteres mille annos vixisse tradunt.

LIBER II.

25.

Apaturia Ephorus libro secundo ita appellata dicit propter ἀπάτην sive fraudem in finibus dividendis commissam. Bellum quippe gerentibus Atheniensibus adversus Bœotos de Melænarum agro, Melanthus, rex Atheniensium, Xanthum Thebanum in certamine singulari circumventum interfecit.

26.

Thebani et Thebagenæ differunt, sicuti Didymus ait. Quæ vero differentia sit, Ephorus dicit libro secundo: « Hi populi conjunctim occuparunt Bœotiam. Eos autem qui Atheniensibus erant finitimi, præ ceteris Thebani amicitia sibi junxerunt ac (non) multis annis post ad se adduxerunt. Hi ex multis populis commixti terram habitabant sub Cithærone atque e regione Eubœæ sitam. Nominabantur vero Thebagenæ, quod Thebanorum studio ceteris Bœotis essent adjuncti. »

27.

Ceteris fluviis soli accolentes sacrificia faciunt, unum vero Acheloum evenit ut omnes homines colerent, proprio Acheloi nomini significationem tribuentes generalem. Omnino enim aquam, quod est nomen generale, vocabulo illi proprio vocamus Acheloum. Alia vero nomina quæ generalem habent vim, sæpe pro propriis usurpamus, Athenienses appellantes Græcos, Lacedæmonios Peloponnesios. Duplicem hanc vocis significationem non habeo

Digitized by Google

ἔχομεν αἰτιώτατον εἰπεῖν ἢ τοὺς ἐκ Δωδώνης χρησμούς· σχεδὸν γὰρ ἐφ' ἅπασιν αὐτοῖς προσάγειν ὁ θεὸς εἴωθεν Ἀχελώῳ θύειν· ὥστε πολλοὶ νομίζοντες οὐ τὸν ποταμὸν τὸν διὰ τῆς Ἀκαρνανίας ῥέοντα, ἀλλὰ τὸ σύνολον ὕδωρ Ἀχελῶον ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ καλεῖσθαι, ἰδιοῦνται τὰς τοῦ θεοῦ προσηγορίας· σημεῖον δέ· ὅτι πρὸς τὸ θεῖον ἀναφέροντες οὕτω λέγειν εἰώθαμεν· μάλιστα γὰρ τὸ ὕδωρ Ἀχελῶον προσαγορεύομεν ἐν τοῖς ὅρκοις, καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς καὶ ἐν ταῖς θυσίαις ἅπερ πάντα περὶ τοὺς θεούς. Cf. Servius ad Virgil. Georg. I, 8, ubi item laudatur Ephorus, et Schol. Victor. ad Hom. Il. Ω, 616.

28.

Strabo X, p. 709: Ἔφορος δ' οὔ φησι (τοὺς Ἀκαρνᾶνας ἐπὶ Ἴλιον) συστρατεῦσαι· Ἀλκμαίωνα γὰρ τὸν Ἀμφιάρεω συστρατεύσαντα μετὰ Διομήδους καὶ τῶν ἄλλων Ἐπιγόνων, καὶ κατορθώσαντα τὸν πρὸς Θηβαίους πόλεμον συνελθεῖν Διομήδει, καὶ τιμωρήσασθαι μετ' αὐτοῦ τοὺς Οἰνέως ἐχθρούς· παραδόντα δ' ἐκείνῳ τὴν Αἰτωλίαν, αὐτὸν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν παρελθεῖν, καὶ ταύτην καταστρέφεσθαι· Ἀγαμέμνονα δ' ἐν τούτῳ τοῖς Ἀργείοις ἐπιθέμενον, κρατῆσαι ῥᾳδίως, τῶν πλείστων τοῖς περὶ Διομήδη συνακολουθησάντων. Μικρὸν δ' ὕστερον ἐπιπεσούσης τῆς ἐπ' Ἴλιον ἐξόδου, δείσαντα μὴ ἀπόντος αὐτοῦ κατὰ τὴν στρατείαν ἐπανελθόντες οἰκαδε οἱ περὶ τὸν Διομήδη (καὶ γὰρ ἀκούεσθαι περὶ αὐτὸν μεγάλην συνεστραμμένην δύναμιν) κατάσχοιεν τὴν μάλιστα προσήκουσαν αὐτοῖς ἀρχήν. τὸν μὲν γὰρ Ἀδράστου, τὸν δὲ τοῦ πατρὸς εἶναι κληρονόμον· ταῦτα δὲ διανοηθέντα, καλεῖν αὐτοὺς ἐπί τε τὴν τοῦ Ἄργους ἀπόληψιν, καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ πολέμου· τὸν μὲν οὖν Διομήδη πεισθέντα μετασχεῖν τῆς στρατείας· τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα ἀγαναχτοῦντα μὴ φροντίσαι· διὰ δὲ τοῦτο μηδὲ κοινωνῆσαι τῆς στρατείας μόνους τοὺς Ἀκαρνᾶνας τοῖς Ἕλλησι. ... ... Ὁ μὲν οὖν Ἔφορος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἤδη τὴν Ἀκαρνανίαν ὑπὸ τῷ Ἀλκμαίωνι ποιήσας, τό τε Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν ἐκείνου κτίσμα ἀποφαίνει, καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν ὠνομάσθαι φησὶ ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Ἀκαρνᾶνος, Ἀμφιλόχους δ' ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀμφιλόχου· ὥστε ἐκπίπτει εἰς τὰ παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ἱστορίαν λεγόμενα.

Cf. l. VII, p. 501: Μετὰ δὲ τὴν Ἀμβρακίαν τὸ Ἄργος ἐστὶ τὸ Ἀμφιλοχικὸν, κτίσμα Ἀλκμαίωνος καὶ τῶν παίδων. Ἔφορος μὲν οὖν φησὶ τὸν Ἀλκμαίωνα μετὰ τὴν Ἐπιγόνων ἐπὶ τὰς Θήβας στρατείαν παρακληθέντα ὑπὸ Διομήδους, συνελθεῖν εἰς Αἰτωλίαν αὐτῷ, καὶ συγκατακτήσασθαι ταύτην τε καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν· καλοῦντος δ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον Ἀγαμέμνονος, τὸν μὲν Διομήδη πορευθῆναι· τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα, μείναντα ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ, τὸ Ἄργος κτίσαι· καλέσαι δ' Ἀμφιλοχικὸν ἐπώνυμον τοῦ ἀδελφοῦ. Ἴναχον δὲ τὸν διὰ τῆς χώρας ῥέοντα ποταμὸν εἰς τὸν κόλπον, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν Ἀργείαν προσαγορεῦσαι.

29.

Strabo X, p. 711: Ἔφορος δὲ εἰπὼν, τοὺς Αἰτωλοὺς ἔθνος εἶναι μηδεπώποτε γεγενημένον ὑφ' ἑτέροις, ἀλλὰ πάντα τὸν μνημονευόμενον χρόνον μεμενηκὸς ἀπόρθητον, διά τε τὰς δυσχωρίας τῶν τόπων, καὶ διὰ τὴν περὶ τὸν πόλεμον ἄσκησιν, ἐξ ἀρχῆς μέχρι φησὶν ἅπασαν τὴν χώραν Κουρῆτας κατασχεῖν, ἀφικομένου δ' ἐξ Ἤλιδος Αἰτωλοῦ, τοῦ Ἐνδυμίωνος, καὶ

---

dicere quod magis adduxerit quam oracula Dodonæ edita; nam omnibus fere deus addere solet præceptum, ut Acheloo sacra fiant, ita ut multi putantes, non amnem illum per Acarnaniam fluentem, sed omnino aquam ab oraculo appellari Acheloum, sibi vindicant dei appellationes. Argumento est, quod ad res divinas respicientes ita dicere solemus; maxime enim aquam Acheloum appellamus in juribusjurandis et in precibus et sacrificiis, quæ omnia ad deos pertinent.

28.

Ephorus Acarnanes interfuisse expeditioni contra Ilium susceptæ negat. Nam Alcmæonem ait, Amphiarai filium, bello contra Thebanos auxilio Diomedis reliquorumque Epigonorum obito, feliciterque gesto, cum Diomede convenisse, ultumque esse inimicos Œnei: traditaque Diomedi Ætolia, ipsum in Acarnaniam transivisse, eamque occupasse. Interim Agamemnonem Argivos adortum, facile victoriam obtinuisse, plerisque cum Diomede ad militiam profectis. Paulo post, quum incidisset expeditio ad Ilium, veritum Agamemnonem, ne ipso absente, Diomedes cum comitatu suo rediens (quem secum magnas habere copias inaudiverat) occuparet debitam sibi ditionem, quum alter Adrasti, alter patris esset hæres: hæc ergo cogitantem secum Agamemnonem eos ad Argos recipiendum, et belli societatem vocavisse: proinde Diomedem passum sibi hoc persuaderi, ac belli in societatem venisse: Alcmæonem indignatione motum contemtui rem habuisse: ideo solos Acarnanes cum Græcis in nullam ejus expeditionis partem venisse. ... At enim Ephorus Acarnaniam jam ante bellum Trojanum Alcmæoni assignans, quum Argos Amphilochicum ab eo dicit conditum, tum Acarnaniam nominatam a filio ejus Acarnane, Amphilochosque a fratre Amphilocho: itaque excidit in ea, quæ secus narrantur, quam Homerica fert historia.

Post Ambraciam Argos sequitur Amphilochicum, urbs ab Alcmæone ejusque liberis condita. Ephorus scribit, post Epigonorum ad Thebas expeditionem, Alcmæonem a Diomede invitatum, ad eum in Ætoliam concessisse, inque ea et Acarnania occupandis socium se ei præbuisse: quumque ad Trojanum bellum ab Agamemnone vocarentur, Diomede profecto, Alcmæonem in Acarnania mansisse, Argosque condidisse, et de fratris sui nomine Amphilochicum nuncupasse: et Inachum amnem, qui per eam regionem in maris sinum fluit, ab Argivo amne Inacho denominasse.

29.

Ephorus Ætolos gentem ait fuisse, quæ nunquam aliis paruerit, sed toto, quod memoratur, tempore indomita manserit, et ob locorum difficultates, et ob bellicam exercitationem. Curetes ab initio omnem istam tenuisse regionem: quum autem Elide profectus Ætolus, Endymionis

Digitized by Google

τοῖς πολέμοις κρατοῦντος αὐτῶν, τοὺς μὲν Κουρῆτας εἰς τὴν νῦν καλουμένην Ἀκαρνανίαν ὑποχωρῆσαι, τοὺς δ' Αἰτωλοὺς, συγκατελθόντας Ἐπειοῖς, τὰς ἀρχαιοτάτας κτίσαι τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ πόλεων· δεκάτῃ δ' ὕστερον γενεᾷ τὴν Ἦλιν ὑπὸ Ὀξύλου τοῦ Αἵμονος συνοικισθῆναι, περαιωθέντος ἐκ τῆς Αἰτωλίας. Παρατίθησι δὲ καὶ τούτων μαρτύρια τὰ ἐπιγράμματα, τὸ μὲν ἐν Θερμοῖς τῆς Αἰτωλίας, ὅπου τὰς ἀρχαιρεσίας ποιεῖσθαι πάτριον αὐτοῖς ἐστιν, ἐγκεχαραγμένον τῇ βάσει τῆς Αἰτωλοῦ εἰκόνος·

Χώρης οἰκιστῆρα, παρ' Ἀλφειοῦ ποτε δίναις
τρεφθέντα, σταδίων γείτον' Ὀλυμπιάδος,
Ἐνδυμίωνος παῖδ' Αἰτωλὸν τόνδ' ἀνέθηκαν
Αἰτωλοί, σφετέρας μνῆμ' ἀρετῆς ἐσορᾶν.

Τὸ δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ τῶν Ἠλείων ἐπὶ τῷ Ὀξύλου ἀνδριάντι·

Αἰτωλός ποτε τόνδε λιπὼν αὐτόχθονα δῆμον
κτήσατο Κουρῆτιν γῆν δορὶ πολλὰ καμών.
Τῆς δ' αὐτῆς γενεᾶς δεκατόσπορος Αἵμονος υἱὸς
Ὀξύλος ἀρχαίην ἔκτισε τήνδε πόλιν.

Τὴν μὲν οὖν συγγένειαν τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν τε Ἠλείων καὶ τῶν Αἰτωλῶν ὀρθῶς ἐπισημαίνεται διὰ τῶν ἐπιγραμμάτων, ἐξομολογουμένων ἀμφοῖν, οὐ τὴν συγγένειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀρχηγέτας ἀλλήλων εἶναι· δι' οὗ καλῶς ἐξελέγχει ψευδομένους τοὺς φάσκοντας τῶν μὲν Αἰτωλῶν ἀποίκους εἶναι τοὺς Ἠλείους, μὴ μέντοι τῶν Ἠλείων τοὺς Αἰτωλούς.

Eadem in brevius contracta secundum Ephorum narrat Scymnus Ch. 471.

30.

Strabo IX, p. 616, c. 2, 3: Bœotiam dicit primum ab Aonibus aliisque populis barbaris, deinde a Phœnicibus habitatam fuisse; Phœnices pulsos a Pelasgis et Thracibus migrasse in Thessaliam, postea vero reversos compulisse Pelasgos Athenas, Thraces autem in Parnassum. Φησὶ δ' Ἔφορος, τοὺς μὲν Θρᾷκας, ποιησαμένους σπονδὰς πρὸς τοὺς Βοιωτοὺς, ἐπιθέσθαι νύκτωρ στρατοπεδεύουσιν ὀλιγωρότερον, ὡς εἰρήνης γεγονυίας· διακρουσαμένων [δ'] αὐτοὺς, αἰτιωμένων τε ἅμα, ὅτι τὰς σπονδὰς παρέβαινον, μὴ παραβῆναι φάσκειν ἐκείνους· συνθέσθαι γὰρ ἡμέρας, νύκτωρ δ' ἐπιθέσθαι· ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι, Θρᾳκία παρεύρεσις. Τοὺς δὲ Πελασγοὺς, μένοντος ἔτι τοῦ πολέμου, χρησταριασομένους ἀπελθεῖν· ἀπελθεῖν δὲ καὶ τοὺς Βοιωτούς. Τὸν μὲν οὖν τοῖς Πελασγοῖς δοθέντα χρησμὸν ἔφη μὴ ἔχειν εἰπεῖν· τοῖς δὲ Βοιωτοῖς ἀνελεῖν τὴν προφῆτιν, ἀσεβήσαντας εὖ πράξειν· τοὺς δὲ θεωροὺς ὑπονοήσαντας χαριζομένην τοῖς Πελασγοῖς τὴν προφῆτιν διὰ τὸ συγγενὲς (ἐπεὶ καὶ τὸ ἱερὸν Πελασγικὸν ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν) οὕτως ἀνελεῖν, ἁρπάσαντας τὴν ἄνθρωπον εἰς πυρὰν ἐμβαλεῖν· ἐνθυμηθέντας, εἴτε κακουργήσασαν [περὶ τῶν γυναικῶν δικαστῶν], εἴτε μὴ, πρὸς ἀμφότερα ὀρθῶς ἔχειν· εἰ μὲν παρεχρηστηρίασε, κολασθείσης αὐτῆς· εἰ δ' οὐδὲν ἐκακούργησε, τὸ προσταχθὲν αὐτῶν πραξάντων. Τοὺς δὲ περὶ τὸ ἱερὸν, τὸ μὲν ἀκρίτους κτείνειν τοὺς πράξαντας, καὶ ταῦτ' ἐν ἱερῷ, μὴ δοκιμάσαι, καθιστάναι δ' εἰς κρίσιν· καλεῖν δ' ἐπὶ τὰς ἱερείας, ταύτας δὲ εἶναι τὰς προφήτιδας, αἳ λοιπαὶ τριῶν οὐσῶν περιῆσαν· λεγόντων δ' ὡς οὐδαμοῦ νόμος εἴη δικάζειν γυναῖκας, προσελέσθαι καὶ ἄνδρας ἴσους ταῖς γυναιξὶ τὸν ἀριθμόν· τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας ἀπογνῶναι, τὰς δὲ γυναῖκας καταγνῶναι· ἴσων δὲ τῶν ψήφων γενομένων, τὰς ἀπολυούσας νικῆσαι· ἐκ δὲ τούτων Βοιωτοῖς μόνοις ἄνδρας προθεσπίζειν ἐν Δωδώνῃ. Τὰς μέν τοι προφήτιδας,

---

filius, bellis eos superasset, Curetas concessisse in Acarnaniam, quæ nunc vocatur: Ætolos autem cum Epeis postliminio reversos, in Ætolia urbes antiquissimas condidisse. Decima generatione Elidem ab Oxylo, Hæmonis filio, ex Ætolia eo profecto, fuisse conditam. Hujus rei testimonia apponit inscriptiones, quarum una Thermis Ætoliæ, ubi comitia creandis magistratibus patrio more Ætoli habent, basi imaginis Ætoli insculpta, sic habet:

Alphei ad latices qui quondam condidit urbem,
eductum Pisæ non procul a stadiis,
Endymione satum, sic virtutis monumentum
ÆEtoli AEtolum constituere suæ.

Altera in foro Eleorum, inscripta statuæ Oxyli:

AEtolus quondam indigenam populum huncce relinquens
terram Curetum Marte fero obtinuit.
Ætate ast decima post Oxylus, Hæmone natus,
urbem hanc splendori restituit veterem.

Enimvero cognationem Eleorum et Ætolorum mutuam recte ex epigrammatis hisce Ephorus comprobat, quorum utroque non cognatio tantum indicatur, sed etiam unam gentem alterius auctorem, idque vicissim fuisse: itaque mendacii probe convincit eos, qui Eleos Ætolorum colonos, non item Ætolos Eleorum esse dicunt.

30.

Refert Ephorus, Thraces, pactis cum Bœotis induciis, noctu eos, utpote pace facta castra negligentius tutantes, adortos fuisse: profligatosque ab iis, simulque, quod inducias violassent, culpatos, id abs se factum negasse: pactos enim dierum inducias, noctu adortos esse: atque inde natum proverbium, Thracium commentum. Pelasgos durante adhuc bello abiisse, ut oraculum consulerent: idem Bœotos etiam fecisse. At Pelasgis quidem quid responsum fuerit, fatetur sibi non constare. Bœotis autem antistitam respondisse, rebus usuros secundis, si impie agerent. Qui vero missi erant scitatum, suspicatos vatem in gratiam Pelasgorum, qui ejus gentiles essent (nam ab initio templum id Pelasgicum fuit), sic respondisse, correptam in rogum conjecisse: quod sic ratiocinarentur, sive prave egisset illa, sive recte, utroque rem modo bene habituram: nimirum eam, si quidem oraculum mala fide edidisset, supplicio affectam; sin vero nihil fraudis commisisset, a se id factum esse, quod jussi essent. Enimvero eos, quibus templum curæ erat, auctores hujus facinoris indicta caussa, idque in templo, necandos non censuisse, sed rem ad judicium detulisse, quod facerent mulierum sacerdotum, quæ eædem erant fatidicæ, reliquæ duæ: solebant enim tres esse. Bœotis autem causantibus, nusquam leges mulieribus judicium permittere, totidem eis viros fuisse adjunctos. Porro viros absolvisse, mulieres damnasse; quumque essent æquales numero sententiæ, absolventes vicisse: ex eo receptum, ut apud Dodonam

Digitized by Google

ἐξηγουμένας τοὐναντίον, εἰπεῖν, ὅτι προστάττει ὁ θεὸς τοῖς Βοιωτοῖς, τοὺς παρ' αὐτοῖς τρίποδας συλλέγοντας εἰς Δωδώνην πέμπειν κατ' ἔτος· καὶ δὴ καὶ ποιεῖν τοῦτο· ἀεὶ γάρ τινα τῶν ἀνακειμένων τριπόδων νύκτωρ καθαιροῦντας καὶ κατακαλύπτοντας ἱματίοις, ὡς ἂν λάθρα τριποδηφορεῖν εἰς Δωδώνην.

De proverbio Θρᾳκία παρεύρεσις v. Parœmiograph. p. 444 ed. Schott., ubi ex Ephoro explicatur. Rem fusius narrat Polyæn. Strat. VI, 43, sine dubio Ephorum secutus. Ex eodem fonte Marxius hausta esse putat quæ Polyænus habet de Cresphonte (I, 6), de Cypselo (I, 7), de Temeno (I, 9), de Procle (I, 10), de Bœotorum Arnen habitantium contra Thessalos bello (I, 12), de Deiphonte (II, 12), de Tisameno (II, 37).

LIBER TERTIUS.

31.

Stephanus Byz.: Βέννα, μία βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέντε, ἧς οἱ βουλευταὶ Βέννιοι, ὡς Ἔφορος. Ὅτι Ἀνδροκλὴς ὁ κτίσας Ἔφεσον, οὗτος Πριηνεῦσι βοηθήσας ἐτελεύτησε καὶ πολλοὶ Ἐφέσιοι σὺν αὐτῷ. Οἱ οὖν καταλειφθέντες Ἐφέσιοι ἐστασίασαν κατὰ τῶν Ἀνδρόκλου παίδων, καὶ βουλόμενοι βοήθειαν ἔχειν πρὸς αὐτοὺς, ἐκ Τέω καὶ Καρίνης ἀποίκους ἔλαβον, ἀφ' ὧν ἐν Ἐφέσῳ δύο βουλαὶ τῶν πέντε τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσιν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν Βέννῃ, Βέννιοι· οἱ δ' ἐν Εὐωνύμῳ τῆς Ἀττικῆς, Εὐώνυμοι· οὓς δ' ἐξ ἀρχῆς ἐν Ἐφέσῳ κατέλαβον, Ἐφεσίους φασί· τοὺς δ' ὕστερον ἐπήλυδας, Τηίους καὶ Καριναίους ἀποκαλοῦσι.

Ex Ephoro igitur sua sumserit Pausanias VII, 2, 5: Ἀνδροκλος ὁ Κόδρου (οὗτος γὰρ δὴ ἀπεδέδεικτο Ἰώνων τῶν ἐς Ἔφεσον πλευσάντων βασιλεύς) Λέλεγας μὲν καὶ Λυδοὺς τὴν ἄνω πόλιν ἔχοντας ἐξέβαλεν ἐκ τῆς χώρας. .... Πριηνεῦσιν ἤμυνεν ἐπὶ τοὺς Κᾶρας ὁ Ἀνδροκλος, καὶ νικῶντος τοῦ Ἑλληνικοῦ, [illegible]σεν ἐν τῇ μάχῃ κτλ., et Strabo XIV, p. 948, B, [illegible] potius Strabo, sicuti Ephorus, ipsum Phereclem ante oculos habuit. Hunc enim in eadem laudat XIV, p. 938.

32.

Strabo XIV, p. 941: Φησὶ δ' Ἔφορος, (Miletum) τὸ πρῶτον κτίσμα εἶναι Κρητικὸν, ὑπὲρ τῆς [illegible]λάττης τετειχισμένον, ὅπου νῦν ἡ παλαιὰ Μίλητός ἐστι, Σαρπηδόνος ἐκ Μιλήτου τῆς Κρητικῆς ἀγαγόντος οἰκήτορας καὶ θεμένου τοὔνομα τῇ πόλει ἀπὸ τῆς ἐκείνου πόλεως ἐπώνυμον, κατεχόντων πρότερον τὸν τόπον Λελέγων· τοὺς δὲ περὶ Νηλέα ὕστερον τὴν νῦν κατασχεῖν πόλιν. Cf. Pausan. VII, 2, 3.

32 a.

Athenæus VI, p. 264: Ὁ Ἔφορος δ' ἐν τρίτῃ ἱστοριῶν, Κλαρώτας φησὶ Κρῆτες καλοῦσι τοὺς δούλους.

33.

Stephanus in Ἀθῆναι, post enumeratas quinque Athenas: Ἕκτη Εὐβοίας Δίαντος κτίσμα, ὡς Ἔφορος τρίτῃ· Ἄβαντος δὲ γίγνονται παῖδες, Ἄλκων καὶ Δίας καὶ Ἀρέθουσα, ὧν ὁ μὲν Δίας κτίσας πόλιν, ὡνόμασεν ἀπὸ τῆς πατρίδος ὠνόμασεν. Ὁ πολίτης Ἀθηναῖος καὶ Ἀθηναϊκός· τὰς δ' Ἀθήνας καὶ Διάδας λέγεσθαι Valcken. in Diatrib. Eurip. p. 144, A, legendum censet Ταύτας τὰς Ἀθήνας καὶ Διάδας λέγεσθαι Αἰσχύλος μαρτυρεῖ. Una cum Ionibus Abantes ex Eubœa in Asiam transmigrarunt: v. Herodot. I, 146, Pausan. VII, 2, 2, Strabo p. 633 A.

34.

Athenæus III, p. 105, D: Περὶ δὲ τῶν Καρίδων ὅτι καὶ πόλις ἦν Καρίδες περὶ Χίον τὴν νῆσον, Ἔφορος ἐν τρίτῃ (vulg. πρώτῃ) τῶν Ἱστοριῶν, κτίσαι φά-

---

solis Bœotis viri oracula redderent. Ceterum fatidicas istas mulieres, oraculo in diversam sententiam explicato, Bœotis deum præcipere dixisse, ut suos tripodes colligentes quotannis Dodonam mitterent. Idque Bœotos facere: semper enim unum aliquem dedicatorum apud se tripodum noctu auferentes et vestibus occultantes, ita clam Dodonam deportare.

LIBER TERTIUS.

31.

Benna, una ex quinque Ephesinis curiis, cujus senatores appellantur Bennii, uti Ephorus dicit. Quum Androclus, qui Ephesum condidit, Prienensibus auxilium ferens et plurimi Ephesiorum cum ipso interiissent, superstites Ephesii adversus Androcli filios seditionem moverunt, et cupientes contra illos suppetias, ex Teo et Carina colonias adepti sunt, a quibus Ephesi duæ ex quinque institutis curiis cognominantur. Qui enim in Benna, Bennii; qui vero in Euonymo Attica, Euonymi appellantur; colonos autem, quos statim in principio Ephesii nacti sunt, Ephesios nominant: qui vero deinde advenere, Teios et Carinæos vocant.

32.

Ephorus narrat, Miletum principio a Cretensibus ad mare fuisse conditam, ubi nunc vetus est Miletus, Sarpedone e Cretensi Mileto eo ducente colonos, nomenque urbi idem cum ea imponente, quum eum locum antea Lelegæ tenuissent; eam vero, quæ nunc est, Miletum a Neleo fuisse conditam.

32a.

Ephorus libro tertio historiarum dicit: Cretensibus servi appellantur Clarotæ.

33.

Athenæ sexta Eubœæ, a Diante condita, uti Ephorus libro tertio tradidit. Abantis autem liberi fuerunt Alcon, et Dias, et Arethusa, quorum quidem Dias quam urbem exstruxerat, eam a patria appellavit. Civis dicitur Athenæus et Athenaicus: has vero Athenas etiam Diadas nominari aiunt.

34.

Quod autem ad Carides pertinet, refert Ephorus tertio Historiarum libro, esse etiam oppidum in Chio insula, cui *Carides* nomen; conditum dicens ab iis qui e

Digitized by Google

κων αὐτὴν τοὺς διασωθέντας ἐκ τοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐνομένου κατακλυσμοῦ μετὰ Μάκαρος, καὶ μέχρι νῦν ὀνόμενον τόπον καλεῖσθαι Καρίδας. Cf. quæ habet Diodor. r, 81 ex nostro, ut monet Marx., repetita.

35.

Stephanus : Σκυφία, πολίχνιον Κλαζομενίων, ὡς Ἔφορος ἐν τρίτῳ· « Ἐν Σκυφίᾳ κατῴκει. » Τινὲς δὲ διὰ τοῦ π.

Idem : Λάμψος, μοῖρα τῆς Κλαζομενῶν χώρας, ἀπὸ Λάμψου παιδὸς Καδίδρου, ὡς Ἔφορος τρίτῳ.

Idem : Μυκάλησσος, urbs Bœotiæ; ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, ὡς Ἔφορος τρίτῳ.

Ad primum locum cf. Pausan. VII, 3, 5 : Ἰώνων δὲ ἀφικομένων, μοῖρα ἐξ αὐτῶν πλανωμένη μετεπέμψατο ἡγεμόνα παρὰ Κολοφωνίων Πάρφορον, καὶ πόλιν κτίσαντες ὑπὸ τῇ Ἴδῃ, τὴν μὲν οὐ μετὰ πολὺ ἐκλείπουσιν· ἐπανιόντες δὲ ἐς Ἰωνίαν Σκύππιον τῆς Κολοφωνίας ἔκτισαν. Ἀπελθόντες δὲ ἑκουσίως καὶ ἐκ τῆς Κολοφωνίας, οὕτω γῆν τε ἔσχον, ἣν καὶ νῦν ἔτι ἔχουσι, καὶ κατεσκευάσαντο ἐν τῇ ἠπείρῳ Κλαζομενὰς πόλιν.

36.

Suidas in Κωρυκαῖος. Proverbium est, Τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο. Ὁ δ' Ἔφορος ἐν γ'· Ὑπ' ἄκρᾳ (τῆς Παμφυλίας), φησὶν, ᾤκουν οἱ καλούμενοι Κωρυκαῖοι ἀνατεινούσῃ εἰς πέλαγος, σύμμικτοί τινες, κατασκευασάμενοι πολισμάτιον, γείτονες Μυοννήσῳ· τοῖς οὖν ὁρμοῦσιν ἐμπόροις προσῄεσαν ὡς ὠνούμενοι ἢ σύμπλοοι· εἶτα μαθόντες, τί τε κομίζουσι καὶ ποῖ πλέουσι, τοῖς Μυοννησίοις ἀπήγγελλον· κἀκεῖνοι ἐπετίθεντο αὐτοῖς· ἐλάμβανον δὲ καὶ αὐτοὶ μέρη τινὰ τῶν λυτρῶν.

Eadem habent Photius Lex. p. 146, Zenob. IV, 75, Strabo XIII, p. 954, Eustath. ad Dionys. P. 855.

37.

Suidas : Περιθοῖδαι, δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς, ἀπὸ Πειρίθου τοῦ Ἰξίονος· νόμος δ' ἦν Ἀθήνησι, ξένους εἰσδέχεσθαι τοὺς βουλομένους τῶν Ἑλλήνων· Θεσσαλοὺς δ' ἐξαιρέτως ὑπεδέχοντο· διὰ τὴν Πειρίθου καὶ Θησέως φιλοξενίαν· τούτοις δὲ καὶ χώραν ἐμέρισαν, ἣν ἐκάλεσαν Πειριθίδα (Πειριθοίδας Photius qui eadem habet Lex. p. 306). Ἔφορος ἱστορεῖ ἐν τρίτῳ. Cf. Apostol. XV, 98; Hesych. Lex. vol. I, p. 925; Harpocrat. s. h. v.

LIBER QUARTUS.

ΕΥΡΩΠΗ.

38.

Cosmas Topogr. Christ. p. 148. (t. II Nov. Collect. Patr. Montf.) (Varietas lectionis a Marxio apposita est cod. Leidensis [v. Catalog. p. 400, n. 16].): Ἐφόρου ἐκ τῆς δ' (αὐτοῦ abest in Cod.) ἱστορίας· Τὸν μὲν γὰρ (πρὸς in marg. cod.) ἀπηλιώτην καὶ τὸν ἐγγὺς ἀνατολῶν τόπον Ἰνδοὶ κατοικοῦσι· τὸν δὲ πρὸς νότον καὶ μεσημβρίαν Αἰθίοπες νέμονται· τὸν δὲ ἀπὸ Ζεφύρου καὶ δυσμῶν Κελτοὶ κατέχουσι· τὸν δὲ κατὰ βορρᾶν καὶ τοὺς (τὰς cod. Illud marg.) ἄρκτους Σκύθαι κατοικοῦσιν. Ἔστιν μὲν οὖν οὐκ ἴσον ἕκαστον τῶν μερῶν· ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν Σκυθῶν καὶ τῶν Αἰθιόπων μεῖζον, τὸ δὲ τῶν Ἰνδῶν καὶ τῶν Κελτῶν ἔλαττον· καὶ παραπλήσιον ἑκατέρων (sic margo. Cod. ἑκάτερον) ἀλλήλοις ἔχει τοῦ τόπου τὸ μέγεθος. Οἱ μὲν γὰρ [Ἰνδοὶ] εἰσὶ μεταξὺ θερινῶν καὶ χειμερινῶν ἀνατολῶν. Κελτοὶ δὲ τὴν ὑπὸ θερινῶν μεχρὶ χειμερινῶν δυσμῶν χώραν κατέχουσι, καὶ τοῦτο μεῖζόν ἐστι ἐκείνῳ τῷ διαστήματι [cod. e marginis emendatione, καὶ τοῦτο (cod. τούτῳ) μὲν ἴσον ἐστὶν ἐκείνῳ (cod. ἐκεῖνο) τῷ διαστήματι (cod. διάστημα)] καὶ μάλιστά πως ἀντικείμενον. Ἡ δὲ τῶν

---

diluvio, quod Deucalionis temporibus accidit, evaserant cum Macare et usque ad hunc diem *Caridas* [i. e. *Squillas*] vocari illum locum.

35.

Scyphia, oppidulum Clazomeniorum, ut Ephorus in tertio : « Scyphiæ habitabat. » Aliqui vero per *p* nomen scribunt.

Lampsus, pars Clazomenarum regionis, sic dicta a Lampso Cadidri filio, teste Ephoro libro tertio.

Mycalessus, (urbs Bœotiæ). — Est quoque alia Cariæ, de qua Ephorus libro tertio.

36.

« Hunc Corycæus auscultavit, » prov. Ephorus libro tertio : Sub promontorio (Pamphyliæ), inquit, in pelagus prominenti habitabant illi, qui vocantur Corycæi, convenæ quidam, oppidulo condito, vicini Myonneso. Ad mercatores autem in portu stationem habentes accedebant, quasi merces empturi, vel una navigaturi. Deinde, quum cognovissent et quid veherent, et quo navigaturi essent, id Myonnesiis renunciabant. Illi vero ipsos invadebant. Accipiebant autem et ipsi Corycæi partem quandam pretii, quo se redimebant capti.

37.

Perithœdæ, populus tribus Œneidis, sic dictus a Pirithoo Ixionis filio. Lex autem erat Athenis, ut quivis hospites Græci reciperentur. Præ ceteris vero Thessali excipiebantur, propter Pirithoi et Thesei hospitalitatem. Iisdem etiam agrum diviserunt, quem Pirithoidem vocarunt. Hæc narrat Ephorus libro tertio.

LIBER QUARTUS.

38.

Ephorus libro quarto Historiæ dicit : « Regionem orientalem, quæ est versus subsolanum, Indi habitant; meridionalem, quæ austrum versus, Æthiopes incolunt; occidentalem, unde flat favonius, Celti tenent; borealem denique septemtriones versus sitam Scythæ occupant. Neque tamen singulæ hæ partes pares sunt. Nam quæ ad Scythas atque Æthiopes pertinent majores sunt Indorum et Celtorum regionibus. Binæ vero magnitudine sibi respondent. Nam Indi inter æstivum habitant et hibernum ortum, verum Celti inde ab occasu æstivo usque ad hibernum regionem occupant; quod quidem spatium par est

Digitized by Google

Σκυθῶν κατοίκησις τοῦ (μὲν addit cod.) ἡλίου τῆς περιφορᾶς τὸν διαλείποντα κατέχει τόπον· ἀντίκειται δὲ πρὸς τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος, ὃ δοκεῖ παρατείνειν ἀπὸ ἀνατολῶν (καὶ cod. Expungit marg.) χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν τῶν βραχυτάτων. (Addit Cosmas p. 149: Ἀκριβῶς δ Ἔφορος καὶ λόγῳ καὶ τῇ καταγραφῇ ὡς ἡ θεία γραφὴ διηγεῖται τὴν θέσιν τῆς γῆς καὶ τῶν ἄστρων τὴν περιφοράν, etc.)

Sequitur sciagraphia:



Strabo I, p. 59, ad Hom. Od. A, 23.

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

Μηνύει δὲ καὶ Ἔφορος τὴν παλαιὰν περὶ τῆς Αἰθιοπίας δόξαν (scil. τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι, τὰ πρὸς ὠκεανῷ), ὡς φησιν ἐν τῷ περὶ τῆς Εὐρώπης λόγῳ, τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τόπων εἰς τέσσαρα μέρη διηρημένων, τὸ πρὸς τὸν Ἀπηλιώτην Ἰνδοὺς ἔχειν· πρὸς Νότον δὲ Αἰθίοπας· πρὸς δύσιν δὲ Κελτούς· πρὸς δὲ Βορρᾶν ἄνεμον Σκύθας· προστίθησι δ', ὅτι μείζων ἡ Αἰθιοπία ἢ (καὶ legi jubet Marx.) ἡ Σκυθία. Δοκεῖ γάρ, φησί, τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος παρατείνειν ἀπ' ἀνατολῶν χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν· ἡ Σκυθία δ' ἀντίκειται τούτῳ. Idem l. I, 57: Ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλην τινὰ ἱστορίαν παλαιὰν εἴρηκεν Ἔφορος, ἧς οὐκ ἄλογον ἐντυχεῖν καὶ Ὁμήρου· λέγεσθαι γάρ φησιν ὑπὸ τῶν Ταρτησσίων, Αἰθίοπας τὴν Λιβύην ἐπελθόντας μέχρι δύσεως τοὺς μὲν αὐτοῦ μεῖναι, τοὺς δὲ καὶ τῆς παραλίας κατασχεῖν πολλήν· τεκμαίρεται δὲ ἐκ τοῦ καὶ Ὁμηρον εἰπεῖν οὕτως·

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Cf. Herodot. VII, 70, Pausan. I, 33, Scymnus Chius vs. 168 — 175.

39.

Josephus C. Apion. I, 12 (t. II, p. 444 Haverc.): Περὶ μὲν γὰρ Γαλατῶν τε καὶ Ἰβήρων οὕτως ἠγνόησαν οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς, ὧν ἐστι καὶ Ἔφορος, ὥστε πόλιν οἴεται μίαν εἶναι τοὺς Ἴβηρας τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς Ἑσπερίου γῆς κατοικοῦντας. Cf. Strabo V, p. 237.

40.

Plinius IV, 36: *Ab eo latere, quo* (Gades) *Hispaniam spectat, insula est, ... in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro et Philistide Erythia, a Timæo et Sileno Aphrodisias. Erythia dicta est, quoniam Tyrii Aborigines eorum* (scil. Pœnorum), *orti ab Erythræo mari ferebantur. In hac Geryones habitasse a quibusdam existimantur, quorum armenta Hercules abduxerit.*

41.

Strabo III, c. 1, p. 202: Artemidorus Sacrum Promontorium, quod in extrema Hispania est, navigio comparat, et accedere ad hanc figuram ait tres exiguas insulas, νησίδια τρία, τὸ μὲν ἐμβόλου τάξιν ἔχον, τὰ δὲ ἐπωτίδων, ἐφόρμους ἔχοντα μετρίους. Ἡρακλέους δ' ἱερὸν ἐνταῦθα (οὐ Casaub.) δείκνυσθαι· ψεύσασθαι δὲ τοῦτο Ἔφορον· οὔτε γὰρ Ἡρακλέους βωμὸν οὔτ' ἄλλο τι τῶν θεῶν (θειῶν Siebenk., οὔτ' ἄλλου του θεοῦ s. τῶν θεῶν Interpr. Paris. e codicis vestigio) εἶναι· sed lapides ibi congestos alii rei inservire.

42.

Stephanus: Καλάθη, πόλις οὐ πόρρω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἔφορος δὲ Καλάθουσαν αὐτήν φησιν.

---

illi alteri, eique plane oppositum. Quæ a Scythis tenetur regio reliquo solis cursu metienda est. Cujus e regione est gens Æthiopum, quæ videtur protendi ab ortu hiberno usque ad occasum brevissimum.

Extremos hominum AEthiopes, geminisque diremtos partibus: bi qua sol cadit, et qua tollitur illi.

Ephorus quoque antiquam de Æthiopia opinionem refert, quum in libro de Europa dicat, cœli ac terræ locis in quattuor diductis partes, eam, quæ est versus Subsolanum, habitari ab Iudis: quæ versus Austrum, ab Æthiopibus; quæ versus occasum, a Celtis: Aquiloni objectam, a Scythis: additque Æthiopiam atque Scythiam esse majorem. Videtur enim, inquit, gens Æthiopum protendi ab ortu hiberno usque ad occasum: eique opposita est Scythia.

Ceterum Ephorus aliam quoque historiam refert veterem, de qua inaudivisse Homerum non est rationi adversum. Narrari ait a Gaditanis, Æthiopes quum Libyam usque ad occasum peragrassent, ibi mansisse eorum quosdam, quosdam etiam maritimæ oræ magnam occupasse partem: quod etiam colligit ex his verbis Homeri:

Extremos hominum AEthiopes geminisque diremtos partibus.

39.

Gallorum etiam et Hispanorum res usque adeo ignotæ iis fuerunt qui accuratissimi scriptores fuisse videntur, in quibus est Ephorus, ut Iberas unam civitatem esse existimaverit, quum tam late in occidentem fines eorum pateant.

41.

Tres exiguas insulas, quarum una rostri vicem gerat, reliquæ auriculorum navis a prora prominentium, quæ portus habeant mediocres, neque tamen monstrari ibi aram Herculis: id quidem Ephorum finxisse. Nam neque Herculis aram ibi esse, neque alius deorum.

42.

Calathia, oppidum non procul ab Herculis columnis, auctore Hecatæo in Europa. Verum Ephorus illud Calathusam appellat.

Digitized by Google

43.

Strabo IV, c. 4, 6, p. 304: Ἔφορος δὲ ὑπερβάλουσάν τε τῷ μεγέθει λέγει τὴν Κελτικήν, ὥστε, ἥσπερ ὖν Ἰβηρίας καλοῦμεν, ἐκείνους τὰ πλεῖστα προσνέειν μέχρι Γαδείρων· φιλέλληνάς τε ἀποφαίνει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πολλὰ ἰδίως λέγει περὶ αὐτῶν, οὐκ οἰκότα τοῖς νῦν. Ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο· ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς, μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάστορας· τὸν δ' περβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον, ζημιοῦσθαι.

Ephori sententiam reddit Scymnus Chius v. 168, qui postquam Gades et Tartessum commemoravit, pergit ita: ἔπειτα χώρα Κελτικὴ καλουμένη, μέχρι τῆς θαλάττης τῆς κατὰ Σαρδὼ κειμένης· Ὅπερ μέγιστον ἐστὶ πρὸς δυσμαῖς ἔθνος. Et Strabo l. p. 58: Φημὶ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνων δόξαν, ὥσπερ τὰ πρὸς Βορρᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἐνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν, ἢ Νομάδας, ὡς Ὅμηρος, ὕστερον δὲ καὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν γνωσθέντων, Κελτοὶ, καὶ Ἴβηρες, ἢ συμμίκτως Κελτίβηρες, καὶ Κελτοσκύθαι προσηγορεύοντο, ὑφ' ἓν ὄνομα τῶν καθέκαστα ἐθνῶν ταττομένων διὰ τὴν ἄγνοιαν· οὕτω τὰ μεσήμβρινα πάντα, Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι, τὰ πρὸς ὠκεανῷ. De reliqua Ephori de Celtis narratione cf. Nicol. Damasc. (p. 70 supplem. ed. Orelli), qui sua ex Ephoro depromsisse videtur.

44.

Strabo VII, c. 1, p. 450: Ineptum esse figmentum *Cimbros* immodica maris eluvie e sedibus suis pulsos fuisse. Οὐκ εὖ δ' οὐδ' ὁ φήσας ὅπλα αἴρεσθαι πρὸς τὰς πλημμυρίδας τοὺς Κίμβρους, οὐδ' ὅτι ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες, κατακλύζεσθαι τὰς οἰκίας ὑπομένουσιν, εἶτ' ἀνοικοδομοῦσι, καὶ ὅτι πλείων αὐτοῖς συμβαίνει φθόρος ἐξ ὕδατος ἢ πολέμου, ὅπερ Ἔφορός φησιν. Idem lib. II, c. 3, p. 161, ex Posidonio: Εἰκάζει δὲ καὶ τὴν τῶν Κίμβρων καὶ τὴν τῶν συγγενῶν ἐξανάστασιν ἐκ τῆς οἰκείας γενέσθαι κατὰ θαλάττης ἔφοδον (οὐκ del.) ἀθρόαν συμβᾶσαν. «Crediderim Strabonis ἁμάρτημα μνημονικὸν, Posidonio imprudenter tribuentis quod Ephori potius fuit. Posidonius autem quid super hoc censuerit, ex his verbis, l. VII, c. 2, 2, p. 450, ubi de Cimbris, apparebit: Ταῦτα δὲ (nimirum quæ hic Strabo ait) δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσιν Ποσειδώνιος, καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει, ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι καὶ μεχρὶ τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν.» *Casaubonus.* Ephoro usi sunt Nicol. Damasc. p. 144 Or. ibiq. nott. p. 227, Ælian. V. H. XII, 23. Cf. Aristot. Ethic. Eudem. III, 1, p. 116; Ethic. Nic. III, 7, p. 48 ed. Sylb.

45.

Strabo V, c. 4, 5, p. 375: Ἔφορος δὲ τοῖς Κιμμερίοις προσοικειῶν τὸν τόπον, φησὶν αὐτοὺς ἐν καταγείοις οἰκίαις οἰκεῖν, ἃς καλοῦσιν ἀργίλλας, καὶ διά τινων ὀρυγμάτων παρ' ἀλλήλους τε φοιτᾶν, καὶ τοὺς ξένους εἰς τὸ μαντεῖον δέχεσθαι, πολὺ ὑπὸ γῆς ἱδρυμένον· ζῆν δ' ἀπὸ μεταλλείας καὶ τῶν μαντευομένων, καὶ τοῦ βασιλέως ἀποδείξαντος αὐτοῖς συντάξεις. Εἶναι δὲ τοῖς περὶ τὸ χρηστήριον ἔθος πάτριον, μηδένα τὸν ἥλιον ὁρᾶν, ἀλλὰ τῆς νυκτὸς ἔξω πορεύεσθαι τῶν χασμάτων· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ποιητὴν περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, ὡς ἄρα

οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται.

Ὕστερον δὲ διαφθαρῆναι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ βασιλέως τινὸς, οὐκ ἀποβάντος αὐτῷ τοῦ χρησμοῦ· τὸ δὲ μαντεῖον ἔτι συμμένειν, μεθεστηκὸς εἰς ἕτερον τόπον.

Eadem brevius Eustathius ad Odyss. Λ, p. 416 ed. Basil.

46.

Strabo VI, c. 1, 7, p. 397: Εἶθ' ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ

43.

Ephorus Celticam ingenti facit magnitudine, ita ut Celti pleraque Hispaniæ nunc dicta loca usque ad Gades tenuerint; aitque Græcorum studiosam esse gentem, multaque de iis peculiaria tradit, præsenti statui non consentanea. De quibus hoc quoque est, dare operam eos, ne obesi fiant, neve prominentem ventrem habeant; et si quis adolescens cingulo præscriptam mensuram excedat, eum multari.

44.

Non recte etiam is, qui arma adversus exundationem capere Cimbros ait: nec magis, ut exercitatione intrepidi fiant, Celtas pati domos suas aquis obrui, rursumque ædificare, pluresque eorum aquis, quam bello perire; quod quidem Ephorus tradidit.

Conjectura etiam colligit Cimbrorum illisque vicinorum populorum migrationem e patria factam esse ob varias maris incursiones.

Hæc Posidonius jure in scriptoribus reprehendit. Idem non inepta conjectura colligit, Cimbros homines fuisse prædones ac vagos armis ad Mæotim usque lacum progressos.

45.

Ephorus vero Cimmeriis locum illum adscribens, hos habitare ait in subterraneis ædificiis, quas *argillas* vocant, ac per fossas quasdam inter se commeare, hospitesque eadem via ad oraculum adducere, alte infra terram conditum: victum eos metallis effodiendis quærere, et ab iis accipere, qui oraculum consulunt, ac regem iis constituisse eo nomine stipendium. Porro qui apud oraculum illud degunt, eos, more a majoribus accepto, nunquam videre solem, sed noctu ex hiatibus terræ prodire, ideoque de iis Homerum ita scripsisse:

Neque unquam
illos illustrat radiorum lumine Titan.

Postea temporis Cimmerios fuisse deletos a rege quodam, cujus eventa oraculum non comprobasset: sedem oraculi alio translatam etiamnum durare.

46.

Subsequitur urbs Locri Epizephyrii. Sunt hi Locrenses

Digitized by Google

οἱ Ἐπιζεφύριοι, ἐπεὶ Λοκρῶν ἄποικοι τῶν ἐν τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ, μικρὸν ὕστερον τῆς ἀπὸ Κρότωνος καὶ Συρακουσῶν κτίσεως ἀποικισθέντες ὑπὸ Εὐάνθους. Ἔφορος δ' οὐκ εὖ, τῶν Ὀπουντίων Λοκρῶν ἀποίκους φήσας. Cf. Pausan. III, 19, Scymn. 316 sq.

47.

Strabo VI, c. 1, 8, p. 398: Τῆς δὲ τῶν Λοκρῶν νομογραφίας μνησθεὶς Ἔφορος, ἣν Ζάλευκος συνέταξεν, ἔκ τε τῶν Κρητικῶν νομίμων, καὶ Λακωνικῶν, καὶ ἐκ τῶν Ἀρεοπαγιτικῶν, φησὶν ἐν τοῖς πρώτοις καινίσαι τοῦτον τὸν Ζάλευκον, ὅτι, τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικασταῖς ἐπιτρεψάντων ὁρίζειν ἐφ' ἑκάστοις τοῖς ἀδικήμασιν, ἐκεῖνος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν· ἡγούμενος τὰς μὲν γνώμας τῶν δικαστῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν, δεῖν δὲ τὰς αὐτὰς [εἶναι ἀεὶ τὰς ζημίας, ὅπερ ἄξιον supplevit Casaub.] ἐπαινεῖν· καὶ τὸ ἁπλουστέρως περὶ τῶν αὐτῶν συμβολαίων διατάξαι. Θουρίους δ' ὕστερον ἀκριβοῦν θέλοντας περὶ τῶν ἄκρων, ἐνδοξοτέρους μὲν γενέσθαι, χείρονας δέ· εὐνομεῖσθαι γὰρ, οὐ τοὺς ἐν τοῖς νόμοις ἅπαντα φυλαττομένους τὰ τῶν συκοφαντῶν, ἀλλὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς ἁπλῶς κειμένοις. Τοῦτο δὲ καὶ Πλάτων εἴρηκεν, ὅτι παρ' οἷς πλεῖστοι νόμοι, καὶ δίκαι παρὰ τούτοις, καὶ βίοι μοχθηροί· καθάπερ καὶ παρ' οἷς ἰατροὶ πολλοί, καὶ νόσους εἰκὸς εἶναι πολλάς. Cf. Athenæus XI, p. 508, Scymn. Ch. 349, Diodor. XII, 21.

48.

Strabo VI, p. 403: Ὤκουν δὲ Ἰάπυγες τὸν Κρότωνα πρότερον, ὡς Ἔφορός φησιν.

49.

Strabo VI, p. 406: Οἰκιστὴς δὲ τοῦ Μεταποντίου Δαύλιος ὁ Κρίσσης τύραννος γεγένηται, τῆς περὶ Δελφοὺς, ὡς φησιν Ἔφορος.

50.

Strabo VI, p. 408, de Siciliæ ambitu: Ἔνιοι δὲ ἁπλούστερον εἰρήκασι, ὥσπερ Ἔφορος τόν γε περίπλουν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν ε'. J. Bake ad Posidon. p. 131, pro ε' legi vult η', ut Thucyd. habet VI, 1.

51.

Strabo VI, p. 414: Διετέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ καὶ Σικανοὶ καὶ Μόργητες καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον, ὧν ἦσαν καὶ Ἴβηρες, οὕσπερ πρώτους φησὶν τῶν βαρβάρων Ἔφορος λέγεσθαι τῆς Σικελίας οἰκιστάς.

«Strabo (in excerpendis scriptoribus nonnunquam negligentius versatus), minime vero Ephorus, Sicanos et Iberes distinguit, quos eosdem fuisse certissime constat. V. Thucyd. VI, 2, Philistum ap. Diodor. V, 6, Schol. Homer. Od. XXIV, 306, Silius Ital. XIV, 35, al.» *Marx.*

52.

Strabo VI, 410, de Naxo et Megaris: ... Φησὶ δὲ ταύτας Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ πεντεκαιδεκάτῃ γενεᾷ μετὰ τὰ Τρωϊκά· τοὺς γὰρ πρότερον δεδιέναι τὰ λῃστήρια τῶν Τυρρηνῶν καὶ τὴν ὠμότητα τῶν ταύτῃ βαρβάρων, ὥστε μηδὲ κατ' ἐμπορίαν πλεῖν. Θεοκλέα δ' Ἀθηναῖον, παρενεχθέντα ἀνέμοις εἰς Σικελίαν, κατανοῆσαι τήν τε οὐδένειαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς γῆς· ἐπανελθόντα δὲ, Ἀθηναίους μὲν μὴ πεῖσαι, Χαλκιδέας δὲ τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ συχνοὺς παραλαβόντα, καὶ τῶν Ἰώνων τινὰς, ἔτι δὲ Δωριέων οἱ πλείους ἦσαν Μεγαρεῖς, πλεῦσαι· τοὺς μὲν οὖν Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον,

---

colonia eorum Locrensium, qui in sinu Crissæo habitant, ab Evanthe deducta, non multo post Crotonem et Syracusas conditas. Falsum est autem, quod Ephorus eos Locrensium Opuntiorum facit colonos.

47.

Ceterum Ephorus Locrensium legum mentionem faciens, quas ex Cretensium, Laconum et Areopagitarum legibus Zaleucus composuit, ab hoc id in primis nove institutum esse tradit, quod, quum priores singulis delictis pœnæ imponendæ modum ac definitionem judicibus permisissent, ipse in legibus pœnas expressit, ratus sententias judicum de rebus iisdem non esse easdem: oportere autem easdem (semper pœnas esse, quod debemus) laudare, et id quod simplicius de contractibus constituit. Thurios autem, quum postea temporis singula ad subtilitatem exigere, et, quod in quaque re summum esset, persequi conarentur, majorem quidem celebritatem nactos esse, sed rempublicam deteriorem habuisse. Quippe bonis regi legibus non eos, qui omnem calumniæ locum volunt præcludere, sed qui leges simpliciter scriptas omni cura tuentur. Atque ita etiam Plato pronunciavit, apud quos plurimæ essent leges, apud hos etiam lites esse et malos mores; sicut morbi solerent esse multi, ubi multi essent medici.

48.

Ephorus scribit Crotonem ante ab Iapygibus fuisse habitatam.

49.

Ephorus tradit, Metaponti conditorem fuisse Daulium Crissæ, ejus quæ prope Delphos est, tyrannum.

50.

Nonnulli simplicius rem exposuerunt, ut Ephorus qui Siciliam circumnavigari ait quinque [*an* octo?] diebus ac noctibus.

51.

Manebant adhuc Siculi, Sicani, Morgetes, et nonnulli alii, qui insulam incolerent; quibus addendi sunt etiam Iberes, quos Ephorus primos barbarorum fuisse ait, qui hanc insulam inhabitarent.

52.

Ephorus scribit, Naxum et Megara Græcorum antiquissimas in Sicilia civitates, XV^ma^ post Trojanum bellum ætate conditas fuisse. Antiquiores enim Tyrrhenorum latrocinia et crudelitatem barbarorum has regiones incolentium ita reformidasse, ut ne mercaturæ quidem faciundæ gratia in Siciliam navigaverint. Theoclem vero Atheniensem ventorum vi eo delatum, cum incolarum vilitatem, tum insulæ virtutem explorasse; et domum reversus, quum Atheniensibus, ut coloniam in eam deducerent, non persuaderet, magno Chalcidensium Eubœam habitantium numero adscito, nec non Ionum, Doriensiumque, quorum major pars Megarenses erant, in Siciliam navigasse: ac Chalci-

Digitized by Google

τοὺς δὲ Δωριέας Μέγαρα, τὴν Ὑβλαν πρότερον καλουμένην.

Πεντεκαιδεκάτῃ γ. cum Cluverio Sic. A. I, 2, Heynio Opusc. Ac. II, p. 259 et 266, Siebenk. t. II, p. 256, scripsi pro vulg. τῇ γενεᾷ, sive, quod Scaliger voluit (ad Euseb. p. 75), τῇ δεκάτῃ. Cf. Thucyd. VI, 4, ibiq. Dukerum, Diodor. XIV, 88, al. Scymnus Chius vs. 276 seqq. Ephorum pro more compilavit. *Marx.*

53.

Strabo VI, p. 427, de Tarento: Ἔφορος δ' οὕτω λέγει περὶ τῆς κτίσεως. Ἐπολέμουν Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίοις, ἀποκτείνασι τὸν βασιλέα Τήλεκλον εἰς Μεσσήνην ἀφικόμενον ἐπὶ θυσίαν, ὀμόσαντες μὴ πρότερον ἐπανήξειν οἴκαδε, πρὶν ἢ Μεσσήνην ἀνελεῖν, ἢ πάντας ἀποθανεῖν· φύλακας δὲ κατέλιπον τῆς πόλεως στρατεύοντες τούς τε νεωτάτους καὶ πρεσβυτάτους τῶν πολιτῶν. Δεκάτῳ δ' ὕστερον ἔτει τοῦ πολέμου, τὰς γυναῖκας τῶν Λακεδαιμονίων συνελθούσας, ἐξ ἑαυτῶν πέμψαι τινὰς παρὰ τοὺς ἄνδρας, τὰς μεμψομένας, ὡς οὐκ ἐπίσης πολεμοῖεν πρὸς τοὺς Μεσσηνίους· οἱ μὲν γὰρ μένοντες, τεκνοποιοῦνται· οἱ δὲ, χήρας ἀφέντες τὰς γυναῖκας, ἐν τῇ πολεμίᾳ ἐστρατοπεδεύοντο, καὶ κίνδυνος εἴη λειπανδρῆσαι τὴν πατρίδα. Οἱ δ' ἅμα καὶ τὸν ὅρκον φυλάττοντες, καὶ τὸν τῶν γυναικῶν λόγον ἐν νῷ θέμενοι, πέμπουσι τῆς στρατείας τοὺς εὐρωστοτάτους ἅμα, καὶ νεωτάτους, οὓς ἤδεσαν οὐ μετασχόντας τῶν ὅρκων διὰ τὸ παῖδας ἔτι ὄντας συνεξελθεῖν τοῖς ἐν ἡλικίᾳ· προσέταξαν δὲ συγγενέσθαι ταῖς παρθένοις ἁπάσαις ἅπαντας, ἡγούμενοι πολυτεκνήσειν μᾶλλον· γενομένων δὲ τούτων, οἱ μὲν παῖδες ὠνομάσθησαν Παρθενίαι· Μεσσήνη δὲ ἑάλω πολεμηθεῖσα ἐννεακαίδεκα ἔτη, καθάπερ καὶ Τυρταῖος φησίν·

Ἄμφω τώδ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη
νωλεμέως αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες,
αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.
Εἰκοστῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες,
φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

Τὴν μὲν οὖν Μεσσηνίαν κατενείμαντο. Ἐπανελθόντες δ' οἴκαδε τοὺς Παρθενίας οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐτίμων, ὡς οὐκ ἐκ γάμου γεγονότας· οἱ συνιστάμενοι μετὰ τῶν Εἱλώτων, ἐπεβούλευσαν τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ συνέθεντο ἅρα σύσσημον ἐν τῇ ἀγορᾷ πίλον λακωνικὸν, ἐπειδὰν ἐγχειρῶσι· τῶν δὲ Εἱλώτων τινὲς ἐξαγγείλαντες, τὸ μὲν ἀντεπιτίθεσθαι χαλεπὸν ἔγνωσαν· καὶ γὰρ πολλοὺς εἶναι, καὶ πάντας ὁμόφρονας, ὡς ἂν ἀλλήλων ἀδελφοὺς νομιζομένους· τοὺς μέλλοντας δ' αἴρειν τὸ σύσσημον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπιέναι προσέταξαν. Οἱ μὲν δὴ, μεμηνυμένην αἰσθόμενοι τὴν πρᾶξιν ἐπέσχον, οἱ δὲ διὰ τῶν πατέρων ἔπεισαν αὐτοὺς εἰς ἀποικίαν ἐξελθεῖν· κἂν μὲν κατάσχωσιν ἀρκοῦντα τὸν τόπον, μένειν· εἰ δὲ μὴ, τῆς Μεσσηνίας τὸ πέμπτον κατανείμασθαι μέρος ἐπανιόντας. Οἱ δὲ σταλέντες κατελάβοντο τοὺς Ἀχαιοὺς, πολεμοῦντας τοῖς βαρβάροις· μετασχόντες δὲ τῶν κινδύνων, κτίζουσι τὴν Τάραντα.

Eadem ex nostro, ut videtur, Diodorus Sic. XV, 66 (coll. Exc. Vat. p. 10, ed. Mai), Justinus III, 4. Cf. Eustathius ad Dionys. 376, Strabo l. VIII, p. 557.

54.

Strabo VII, p. 504, de Dodona: Ἔστι δὲ ὡς φησιν

---

denses quidem Naxum, Dorienses Megara condidisse, cui urbi prius nomen fuerat Hyblæ.

53.

De origine Tarenti apud Ephorum hæc est historia. Lacedæmonii bellum intulerunt Messeniis, quod hi illorum regem Teleclum Messenam sacrificandi caussa profectum occiderant: ac juramento se obligarunt, aut se non ante domum reversuros, quam Messenam cepissent, aut universos in oppugnatione morituros: urbem, quum proficiscebantur ad bellum, civium minimis maximisque natu custodiendam reliquerunt. Post anno belli decimo uxores Lacedæmoniorum, conventu habito, quasdam ad maritos suos miserunt, quæ eos reprehenderent, ut non æquis conditionibus bellum Messeniis facientes: quippe Messenios domi interim liberos procreare, ipsos Lacedæmone relictis viduis uxoribus in hostico castra habere; itaque periculum esse, ne patria virorum ad extremum vacua redderetur. Lacedæmonii et jurisjurandi rationem et consilii uxorum habentes, robustissimos quosque et ætate inter milites minimos Spartam miserunt, quos, quum pueri cum adultis quondam profecti essent, jurisjurandi religione non teneri sciebant, iisque mandarunt, ut cum omnibus omnes virginibus rem haberent, eo copiosiorem rati inde sobolem exstituram: atque eos qui hoc modo nati essent, Parthenias appellatos esse dicit. Messenam vero anno demum decimo ac nono bello captam, sicut et Tyrtæus dicit:

Annis pugnatum est ter tribus, atque decem.
Hoc ab avis nostris infracto pectore bellum,
et res constanti gesta labore fuit.
Bis deno tandem victi Messenia pubes,
montis Ithomæi deseruit tumulos.

Ceterum Spartanos, diviso agro Messenio, domum reversos, Parthenias non eo quo alios honore dignatos, utpote non ex conjugio natos. Itaque Parthenias, re cum Helotibus communicata, insidias struxisse Spartanis, data tessera faciendi impetus, elevatione pilei Laconici in foro. Sed rei indicio ab Helotibus quibusdam delato, Spartanos contra insidiari Partheniis rem duxisse difficilem, quod ii et magno essent numero, et unanimes, quippe qui se mutuo pro fratribus haberent: edixisse tamen, ut forum relinquerent qui pileum fuerant in foro sublaturi. Ita Parthenias, quum patefactum suum institutum intelligerent, sese continuisse, et Spartanos eis opera parentum ipsorum persuasisse, ut aliquo in coloniam abirent, ea conditione, ut ne reverterentur, si regionem ipsis sufficientem essent naeti: sin secus, ut reversi quintam partem agri Messenii obtinerent. Sic profectos Parthenias incidisse in Achivos bellum gerentes contra barbaros: quumque Achivis suppetias tulissent, Tarentum condidisse.

54.

Dodonam Ephorus ait a Pelasgis fuisse fundatam:

Digitized by Google

Ἔφορος Πελασγῶν ἵδρυμα. Οἱ δὲ Πελασγοὶ τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα δυναστευσάντων ἀρχαιότατοι λέγονται· καὶ ὁ ποιητής φησιν οὕτω (Il. Π, 233)· Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε Πελασγικέ ..... Ὁ δὲ Ἡσίοδος· Δωδώνην φηγόν τε Πελασγῶν ἔδρανον ἦκεν.

Strabo V, p. 337: Τοὺς δὲ Πελασγοὺς, ὅτι μὲν ἀρχαῖόν τι φῦλον κατὰ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἐπεπόλασε, καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι τοῖς κατὰ Θετταλίαν, ὁμολογοῦσιν ἅπαντες σχεδόν τι· νομίζειν δέ φησιν Ἔφορος, τὸ ἀνέκαθεν Ἀρκάδας ὄντας ἐλέσθαι στρατιωτικὸν βίον, εἰς δὲ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν προτρέποντας πολλοὺς, ἅπασι τοῦ ὀνόματος μεταδοῦναι, καὶ πολλὴν ἐπιφάνειαν κτήσασθαι, καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις, παρ' ὅσους ποτὲ ἀφιγμένοι τετυχήκασι. ——— Τῷ γ' Ἐφόρῳ τοῦ ἐξ Ἀρκαδίας εἶναι τὸ φῦλον τοῦτο ἦρξεν Ἡσίοδος· φησὶ γὰρ, Υἱεῖς ἐξεγένοντο Λυκάονος ἀντιθέοιο, Ὅν ποτε τίκτε Πελασγός. Καὶ τὴν Πελοπόννησον δὲ Πελασγίαν φησὶν Ἔφορος κληθῆναι.

Schol. ad Dionys. Perieg. 348. (in Viennensi editione Geogr. Min. t. II, p. 466.): Κυλλήνηθεν] Κυλλήνη, ὄρος Ἀρκαδίας. Ἀρκάδες δὲ ἀνέκαθεν Πελασγοὶ, ὡς φησιν Ἔφορος.

55.

Scymnus Chius v. 469.

Ἑξῆς διεξίεμεν δὲ πάλιν τὴν Ἑλλάδα.
Ἐπὶ κεφαλαίων τούς τε περὶ αὐτὴν τόπους
ἐθνικῶς ἅπαντας κατ' Ἔφορον δηλώσομεν.

« Profitetur igitur hic disertis verbis, quod eum fecisse in reliquis, aliorum locorum comparatio ostendit. Et potest Scymni libellus maximam partem *pro compendio uberioris Ephori Geographiæ*, præsertim in Græciæ descriptione, haberi; quem ducem nullibi deseruisse videtur, nisi quo aliorum auctorum, Herodoti, Timæi, Eratosthenis, Demetrii, expressam mentionem facit. Quæ observatio item cadit in Scymni fragmentum ab Holstenio primum publici juris factum. » *Marx.*

56.

Strabo VIII, p. 514: Ἔφορος μὲν οὖν ἀρχὴν εἶναι τῆς Ἑλλάδος τὴν Ἀκαρνανίαν φησὶν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν· ταύτην γὰρ συνάπτειν πρώτην τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ἔθνεσιν, τῇ παραλίᾳ χρώμενος μέτρῳ, ἡγεμονικόν τι τὴν θάλατταν κρίνων πρὸς τὰς τοπογραφίας.

57.

Strabo X, p. 695: Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας, Ἰκαρίου, τοῦ Πηνελόπης πατρὸς, υἱεῖς γενέσθαι δύο, Ἀλυζέα καὶ Λευκάδιον· δυναστεῦσαι δ' ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ τούτους μετὰ τοῦ πατρός· τούτων οὖν ἐπωνύμους τὰς πόλεις Ἐφόρῳ (vulg. Ἔφορος) λέγεσθαι δοκεῖ.

58.

Stephanus: Νοστία, κώμη Ἀρκαδίας... Ἔφορος τὸ ἐθνικὸν Νεστάνιος ἔφη, ὥστε κατ' αὐτὸν Νεστανία λέγεσθαι· ἡ αὐτὴ γὰρ τῇ προτέρᾳ, ὡς δῆλον ἐξ ἄλλων.

59.

Strabo VIII, p. 574, de insula Calauria ante Trœzenem: Ἐνταῦθα ἦν ἄσυλον Ποσειδῶνος ἱερόν· καὶ φασι τὸν θεὸν τοῦτον ἀλλάξασθαι πρὸς μὲν Ἀητὼ τὴν Καλαύρειαν ἀντιδόντα Δῆλον· πρὸς Ἀπόλλωνα δὲ Ταίναρον ἀντιδόντα Πυθώ. Ἔφορος δὲ καὶ τὸν χρησμὸν λέγει·

Ἶσόν τοι Δῆλόν τε Καλαυρειάν τε νέμεσθαι,
Πυθώ τ' ἠγαθέην, καὶ Ταίναρον ἠνεμόεντα.

Cf. Eustathius ad Dionys. Perieg. vs. 449, Pausan. II, 33.

---

quos fama fert eorum, qui in Græcia dominati sint, fuisse antiquissimos. Homeri est hoc:

Dodonæe, Pelasgice Juppiter.

Hesiodus autem sic:

Dodonam, fagumque, Pelasgorum utpote sedes, petiit.

Ceterum Pelasgos antiquam gentem per universam Græciam exstitisse, ac maxime inter Æoles Thessaliæ incolas claram, apud omnes fere in confesso est. Ephorus ait, se arbitrari eos, quum a prima stirpe Arcades essent, militarem amplexos vitam; et in studii ejus nominisque societatem multis perductis, magnum sibi nomen cum apud Græcos parasse, tum apud alios ad quos pervenissent.— Ephoro, ut Pelasgos ex Arcadia esse diceret, auctor fuit Hesiodus. Ait enim poeta:

Lycaone natos,
quem quondam fertur clarus genuisse Pelasgus.

Sed et Peloponnesum fuisse Pelasgiam vocatam Ephorus scribit.

Cyllene mons Arcadiæ, Arcades vero a prima stirpe Pelasgi erant, ut dicit Ephorus.

55.

Deinde autem pertransibimus rursus Græciam. In illa summatim loca per gentes omnia ex Ephoro ostendemus.

56.

Initium Græciæ ob occidui partibus constituit Acarnaniam Ephorus, quæ prima Epiroticas attingat nationes, oram maritimam pro mensura usurpans, quod existimat ad locorum descriptionem principem esse maris operam.

57.

Is vero qui Alcmæonidem conscripsit, Icarii (pater is Penelopæ fuit) filios duos tradit fuisse, Alyzeum et Leucadium, qui in Acarnania cum patre imperaverint: unde Ephorus urbes horum cognomines censet.

58.

Nostia, vicus Arcadiæ. ... Ephorus gentile dixit Nestanius, adeo ut vicus ipse, secundum ejus opinionem, Nestania vocaretur. Idem enim est ac præcedens, uti ex aliis apparet.

59.

Calauriæ fuit asylum Neptuni, quoniam ferunt hunc deum permutatione facta Calauriam pro Delo recepisse a Latona, ab Apolline pro Pythia Tænarum. Et oraculum quoque refert Ephorus:

Par ratio est Delive Calauriæve tenendæ,
Pythia idem tibi sit, quod in auras Tænarus altus.

Digitized by Google

60.

Strabo VIII, p. 577 : Ἔφορος δ' ἐν Αἰγίνῃ ἄργυρον πρῶτον κοπῆναί φησιν ὑπὸ Φείδωνος· ἐμπορεῖον γὰρ γενέσθαι, διὰ τὴν λυπρότητα τῆς χώρας τῶν ἀνθρώπων θαλαττουργούντων ἐμπορικῶς, ἀφ' οὗ τὸν βῶκον Αἰγιναῖον ἐμπολεῖν λέγεσθαι.

61.

Scymnus Chius vs. 542 :

Πρώτους δὲ Κρῆτάς φασι τῆς Ἑλληνικῆς
ἄρξαι θαλάττης, ἃς τε νησιωτίδας
πόλεις κατασχεῖν, ἃς τε καὶ συνοικίσαι
αὐτῶν Ἔφορος εἰρηκεν, εἶναι φησί τε
ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητός τινος,
τοῦ δὴ γενομένου βασιλέως αὐτόχθονος.
Πλοῦν ἡμέρας ἀπέχειν δὲ τῆς Λακωνικῆς.

62.

Strabo X, p. 735 : Τοῦ δὲ ποιητοῦ τὸ μὲν ἑκατόμπολιν λέγοντος τὴν Κρήτην (Il. II, 649, ubi Eustathius Ephori meminit), τὸ δὲ ἐνενηκοντάπολιν (Od. XIX, 174), Ἔφορος μὲν ὕστερον ἐπικτισθῆναι τὰς δέκα φησὶ μετὰ τὰ Τρωϊκά, ὑπὸ τῶν τῷ Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ συνακολουθησάντων Δωριέων· τὸν μὲν οὖν Ὀδυσσέα λέγει ἐνενηκοντάπολιν ὀνομάσαι. Οὗτος μὲν οὖν πιθανός ἐστιν ὁ λόγος. In Iliadis enim versu ex τοῦ ἰδίου προσώπου λέγει, in Odysseæ ex τῶν τότε ὄντων τινὸς ἦν ὁ λόγος.

Stephanus v. Βοῖον : Ἔστι Βοιαὶ καὶ Κρήτης πόλις· ὁ πολίτης Βοιάτης... λέγεται καὶ Βοιαῖος, ὡς Ἔφορος.

63.

Strabo X, p. 370 : Ὡς δ' εἴρηκεν Ἔφορος, ζηλωτὴς ὁ Μίνως ἀρχαίου τινὸς Ῥαδαμάνθυος, δικαιοτάτου ἀνδρὸς, ὁμωνύμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὃς πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημερῶσαι δοκεῖ νομίμοις καὶ συνοικισμοῖς πόλεων καὶ πολιτείαις, σκηψάμενος παρὰ Διὸς φέρειν ἕκαστα τῶν τιθεμένων δογμάτων εἰς μέσον. Τοῦτον δὲ μιμούμενος καὶ ὁ Μίνως δι' ἐννέα ἐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον, καὶ διατρίβων ἐνθάδε, ἀπῄει συντεταγμένα ἔχων παραγγέλματά τινα, ἃ ἔφασκεν εἶναι τοῦ Διὸς προστάγματα· ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ τὸν ποιητὴν οὕτως εἰρηκέναι (Odyss. XIX, 178)·

Ἐνθάδε Μίνως
ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

.... Ὑπὲρ δὲ τῆς Κρήτης ὁμολογεῖται, διότι κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἐτύγχανεν εὐνομουμένη, καὶ ζηλωτὰς ἑαυτῆς τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων ἀπέφηνεν· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις Λακεδαιμονίους, καθάπερ Πλάτων τε ἐν τοῖς Νόμοις δηλοῖ, καὶ Ἔφορος ἐν τῇ Εὐρώπης πολιτείᾳ (Tz. mavult ἐν τῆς Εὐρώπης τῇ πολιτείᾳ. Marx. scrib. putat ἐν τῇ Εὐρώπῃ, τὴν πολιτείαν) ἀναγέγραφεν.

Eadem fere Clem. Alex. Strom. I, p. 422 Pott. nominato auctore; Nicolaus Damasc. p. 158 ed. Lips. fontem celans.

64.

Strabo X, p. 735 : Τῆς δὲ πολιτείας, ἧς Ἔφορος ἀνέγραψε, τὰ κυριώτατα ἐπιδραμεῖν ἀποχρώντως ἂν ἔχοι. Δοκεῖ δέ, φησὶν, ὁ νομοθέτης μέγιστον ὑποθέσθαι ταῖς πόλεσιν ἀγαθὸν, τὴν ἐλευθερίαν· μόνην γὰρ ταύτην ἴδια ποιεῖν τῶν κτησαμένων τἀγαθά· τὰ δ' ἐν δουλείᾳ τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' οὐχὶ τῶν ἀρχομένων εἶναι· τοῖς δ' ἔχουσι ταύτην φυλακῆς δεῖν· τὴν μὲν οὖν ὁμόνοιαν διχοστασίας αἱρουμένης ἁπάντῃ, ἢ γίνεται διὰ πλεονεξίαν καὶ τρυφήν· σωφρόνως γὰρ καὶ λιτῶς ζῶσιν ἅπασιν, οὔτε φθόνον, οὔθ' ὕβριν, οὔτε μι-

---

60.

Ephorus in Ægina primo argentum a Phidone excusum fuisse scribit : quum ea insula esset facta emporium, insulanis ob terræ sterilitatem in mari negotiantibus, unde et dici cœptum, Aliquem viles Æginetarum merces tractare.

61.

Primos autem Cretenses aiunt Hellenico mari imperasse, et insularium urbium quasdam occupasse, imo quasdam condidisse illarum Ephorus dixit; aitque nomen nactam fuisse insulam a Crete quodam, qui rex indigena fuit : navigatione autem diei distare a Laconica.

62.

Jam quum poeta Cretam alias centum, alias nonaginta urbes habere dicat : Ephorus censet decem urbes post belli Trojani tempestatem conditas fuisse a Doriensibus, qui eo secuti sunt Althæmenem Argivum : itaque ait Ulyssem introduci, qui nonaginta urbes ei tribuat. Atque hæc quidem oratio est verisimilis.

Bœum... Sunt et Bœæ oppidum Cretæ, cujus oppidanus, Bœates... Dicitur quoque Bœæus, ut ab Ephoro.

63.

Ephorus ait, Minoem fuisse imitatorem cujusdam prisci Rhadamanthyos, justissimi viri, cognominis fratri ipsius, qui primus insulam feratur cicurasse legibus condendis et urbibus ac rebuspublicis : quum fingeret, se a Jove afferre singula quæ promulgabat decreta. Illum ergo æmulatum Minoem, quum per annos novem, ut videtur, in antro Jovis esset commoratus, conscripta quædam præcepta attulisse, quorum auctorem Jovem faceret : itaque et Homerum de eo sic scripsisse :

Ibi Minos
regnavit, ter tres qui discipulus fuit annos
supremi Jovis.

De Creta in confesso hoc est, priscis eam temporibus legibus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem pertraxisse Græcorum præstantissimos, inque primis Lacedæmonios : quod et Plato in Legibus docet, et Ephorus, qui in *Europa* hanc rempublicam descripsit.

64.

De republica eorum, quam Ephorus descripsit, sufficiet præcipua percurrere. Fertur, inquit, legumlator maximum urbibus bonum supposuisse libertatem : sola enim hæc bona propria eorum facit, qui ipsa possident : in servitute qui sunt, horum bona non ipsorum sunt, sed dominorum. Libertate autem præditis opus est ejus custodia : concordia porro sublatam discordiam sequitur : discordia aut ob avaritiam, aut ob luxum exsistit : nam si sobrie omnes ac frugaliter vivant, neque invidentia, neque

Digitized by Google

σος ἁπαντᾶν πρὸς τοὺς ὁμοίους· διόπερ τοὺς μὲν παῖδας εἰς τὰς ὀνομαζομένας Ἀγέλας κελεῦσαι φοιτᾶν, τοὺς δὲ τελείους ἐν τοῖς συσσιτίοις, ἃ καλοῦσιν Ἀνδρεῖα, ὅπως τῶν ἴσων μετάσχοιεν τοῖς εὐπόροις οἱ πενέστεροι, δημοσίᾳ τρεφόμενοι· πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν, ἀλλ' ἀνδρίαν κρατεῖν, ἐκ παίδων ὅπλοις καὶ πόνοις συντρέφειν· ὥστε καταφρονεῖν καύματος, καὶ ψύχους, καὶ τραχείας ὁδοῦ καὶ ἀνάντους, καὶ πληγῶν τῶν ἐν γυμνασίοις καὶ μάχαις ταῖς κατὰ σύνταγμα· ἀσκεῖν δὲ καὶ τοξικῇ καὶ ἐνοπλίῳ ὀρχήσει, ἣν καταδεῖξαι Κούρητα πρῶτον, ὕστερον δὲ (Πύῤῥιχον, τὸν supplet Casaub. *a*) καὶ συντάξαντα τὴν κληθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ πυῤῥίχην, ὥστε μηδὲ τὴν παιδιὰν ἄμοιρον εἶναι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον χρησίμων· ὡς δ' αὕτως καὶ τοῖς ῥυθμοῖς Κρητικοῖς χρῆσθαι κατὰ τὰς ᾠδὰς συντονωτάτοις οὖσιν, οὓς Θάλητα ἀνευρεῖν· ᾧ καὶ τοὺς παιᾶνας καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐπιχωρίους ᾠδὰς ἀνατιθέασι, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων· καὶ ἐσθῆτι δὲ καὶ ὑποδέσει πολεμικῇ χρῆσθαι, καὶ τῶν δώρων τιμιώτατα αὐτοῖς εἶναι τὰ ὅπλα. Λέγεσθαι δ' ὑπό τινων, ὡς Λακωνικὰ εἴη τὰ πολλὰ τῶν νομιζομένων Κρητικῶν· τὸ δ' ἀληθὲς, εὑρῆσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων, ἠκριβωκέναι δὲ τοὺς Σπαρτιάτας *b*)· τοὺς δὲ Κρῆτας ὀλιγωρῆσαι, κακωθεισῶν τῶν πόλεων, καὶ μάλιστα τῆς Κνωσσίων, τῶν πολεμικῶν· εἶναι (μεῖναι Cas.) δέ τινα τῶν νομίμων παρὰ Λυκτίοις καὶ Γορτυνίοις καὶ ἄλλοις τισὶ πολιχνίοις μᾶλλον, ἢ παρ' ἐκείνοις· καὶ δὴ καὶ τὰ Λυκτίων νόμιμα ποιεῖσθαι μαρτύρια, τοὺς τὰ Λακωνικὰ πρεσβύτερα ἀποφαίνοντας· ἀποίκους γὰρ ὄντας φυλάττειν τὰ τῆς μητροπόλεως ἔθη· ἐπεὶ ἄλλως γε εὔηθες εἶναι τὸ τοὺς βέλτιον συνεστῶτας καὶ πολιτευόμενους τῶν χειρόνων ζηλωτὰς ἀποφαίνειν· οὐκ εὖ δὲ ταῦτα λέγεσθαι· οὔτε γὰρ ἐκ τῶν νῦν καθεστηκότων τὰ παλαιὰ τεκμηριοῦσθαι δεῖ, εἰς τἀναντία ἑκατέρων μεταπεπτωκότων· καὶ γὰρ ναυκρατεῖν πρότερον τοὺς Κρῆτας, ὥστε καὶ παροιμιάζεσθαι πρὸς τοὺς προσποιουμένους μὴ εἰδέναι, ἃ ἴσασιν· Ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλασσαν· νῦν δ' ἀποβεβληκέναι τὸ ναυτικόν· οὔτε, ὅτι ἀποικοί τινες γεγόνασι τῶν πόλεων τῶν ἐν Κρήτῃ Σπαρτιατῶν, ἐν τοῖς ἐκείνων νομίμοις διαμένειν ἐπηναγκάσθαι· πολλὰς γοῦν τῶν ἀποικίδων μὴ φυλάττειν τὰ πάτρια· πολλὰς δὲ καὶ τῶν μὴ ἀποικίδων ἐν Κρήτῃ τὰ αὐτὰ ἔχειν τοῖς ἀποίκοις ἔθη. Τῶν τε Σπαρτιατῶν τὸν νομοθέτην Λυκοῦργον πέντε γενεαῖς νεώτερον Ἀλθαιμένους εἶναι, τοῦ στείλαντος τὴν εἰς Κρήτην ἀποικίαν· τὸν μὲν γὰρ ἱστορεῖσθαι Κίσσου παῖδα τοῦ τὸ Ἄργος κτίσαντος περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡνίκα Προκλῆς τὴν Σπάρτην συνῴκιζε· Λυκοῦργον δ' ὁμολογεῖσθαι παρὰ πάντων ἕκτον ἀπὸ Προκλέους γεγονέναι *c*)· τὰ δὲ μιμήματα μὴ εἶναι πρότερα τῶν παραδειγμάτων, μηδὲ τὰ νεώτερα τῶν πρεσβυτέρων· τήν τε ὄρχησιν τὴν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιχωριάζουσαν, καὶ τοὺς ῥυθμοὺς καὶ παιᾶνας τοὺς κατὰ νόμον ᾀδομένους, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν νομίμων, Κρητικὰ καλεῖσθαι παρ' αὐτοῖς, ὡς ἂν ἐκεῖθεν ὁρμώμενα· τῶν δ' ἀρχαίων (ἀρχῶν Meurs.) τὰ μὲν κατὰ τὰς διοικήσεις ἔχειν τὰς αὐτὰς ἐπωνυμίας, ὥσπερ καὶ τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν καὶ τὴν τῶν ἱππέων· πλὴν ὅτι τοὺς ἐν Κρήτῃ ἱππέας καὶ ἵππους κεκτῆσθαι συμβέβηκεν· ἐξ οὗ τεκμαίρονται, πρεσβυτέραν εἶναι τῶν ἐν Κρήτῃ ἱππέων τὴν ἀρχήν·

---

injuria et contumelia, neque odium inter æquales oritur. Itaque pueros jussit ille commeare in Agelas, quas vocabant, quasi greges: perfectos in Syssitia a convictu sic dicta, et a virili ætate Andria: ut publice victum capientes pauperes cum divitibus æquali conditione viverent. Ne autem timiditas, sed ut fortitudo prævaleret, a puero armis et laboribus eos adsuefecit: ut despicere possent æstum, frigus, asperam acclivemque viam, et ictus, quos exciperent in gymnasiis et ordinariis pugnis. Exercebat etiam eos sagittando et armata saltatione, quam Cures primus invenit, postea vero Pyrrhichus, qui etiam ab ipso dictam pyrrhichen instituit: ut ne ludus quidem expers esset rerum ad bella utilium. Sic et rhythmis, quos Creticos vocant, uti docuit contentissimis in cantilena, quorum auctor Thales traditur, cui pæanes etiam aliaque usitata istis carmina, multaque præterea instituta adscribuntur. Jussit etiam veste et calceo militaribus uti, et de donis principem honorem armis deferre. Ait præterea, quosdam esse qui dicant, pleraque eorum quæ Cretensium censerentur instituta, Spartanorum esse: quum revera Cretenses ea excogitassent, Spartani accuratius elaboravissent: Cretenses vero ea neglexisse, afflictis urbibus eorum bellicosis, maxime Cnosso: quædam vero instituta diutius servata esse apud Lyctios, Gortynios et in aliis quibusdam oppidulis, quam apud Cnossios. Lyctiorum quoque leges in testimonium trahi ab his, qui Laconicas antiquiores putarent: colonos enim eos Spartanorum servare metropolis suæ instituta: alioquin ineptum esse, ut quorum respublica et status esset melior, deteriorum æmulentur formam. Quæ quidem non recte dicerentur. Neque enim judicium de antiquis ex præsenti statu faciendum est, inquit, utrinque in contrarium facta mutatione: nam olim Cretenses maris tenuerunt imperium, adeo ut proverbium in eos usurpatum fuerit, qui dissimulabant eorum quæ sciebant notitiam, *Cretensis mare ignorat*: nunc vero amiserunt potentiam maritimam. Neque, quia urbes quædam in Creta coloniæ sunt Spartanorum, ideo horum quoque instituta tenere coactæ sunt: quum et coloniæ multæ patrios non sequantur mores, et in Creta multæ urbes, a Spartanis non ortæ, tamen illis stent institutis. Jam Lycurgus, inquit, is qui Lacedæmoniis leges posuit, quinque ætatibus posterior fuit Althæmene, coloniæ in Cretam duce: historiæ enim docent, hunc Cissi filium fuisse, ejus qui Argos condidit ea tempestate, qua Procles Spartam: atqui omnes in hoc consentiunt, sextum a Procle fuisse Lycurgum. Neque vero imitationes exemplis, neque recentiora antiquioribus esse priora solent. Saltatio etiam, quæ in usu apud Lacedæmonios est, et rhythmi ac pæanes, qui ex lege canuntur, aliaque multa instituta, Cretensia apud eos vocantur, utpote e Creta petita. Atque magistratus ad administrationem reipublicæ pertinentes utrobique eadem gerunt nomina, ut etiam Seniorum ordo et Equitum: nisi quod in Creta Equitibus etiam sunt equi; unde colligunt, apud Cretenses antiquiorem esse eorum dignitatem, quæ veritatem nominis servat, Lacedæmoniis Equitibus equos non habentibus in sua potestate.

Digitized by Google

ρώζειν γὰρ τὴν ἐτυμότητα τῆς προσηγορίας· τοὺς δὲ μὴ ἱπποτροφεῖν. Τοὺς Ἐφόρους δὲ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐν Κρήτῃ Κόσμοις διοικοῦντας ἑτέρως ὠνομάσθαι· τὴν δὲ συσσιτίαν Ἀνδρεῖαν παρὰ μὲν τοῖς Κρησὶν ἔτι καὶ νῦν καλεῖσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Σπαρτιάταις μὴ διαμεῖναι καλουμένην ὁμοίως, ὡς πρότερον (καλούμενα ὁμοίως πρότερον Cas. et Schneid. ad Aristot. Politic. II, p. 134)· παρ' Ἀλκμᾶνι γοῦν οὕτω κεῖσθαι·

Θοίναις δὲ καὶ ἐν θιάσοισιν ἀνδρείων παρὰ δαιτυμόνεσσι πρέπε παιᾶνα κατάρχειν.

Λέγεσθαι δ' ὑπὸ Κρητῶν, ὡς καὶ παρ' αὐτοὺς ἀφίκοιτο Λυκοῦργος κατὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἀδελφὸς ἦν πρεσβύτερος τοῦ Λυκούργου Πολυδέκτης· οὗτος τελευτῶν ἔγκυον κατέλιπε τὴν γυναῖκα· τέως μὲν οὖν ἐβασίλευεν ὁ Λυκοῦργος ἀντὶ τοῦ ἀδελφοῦ· γενομένου δὲ παιδὸς, ἐπετρόπευεν ἐκεῖνον, εἰς ὃν ἡ ἀρχὴ καθήκουσα ἐτύγχανε· λοιδορούμενος δή τις αὐτῷ, σαφῶς εἶπεν εἰδέναι, διότι βασιλεύσοι· λαβὼν δ' ὑπόνοιαν ἐκεῖνος, ὡς ἐκ τούτου τοῦ λόγου διαβάλοιτο ἐπιβουλὴ τοῦ παιδὸς ἐξ αὐτοῦ, δείσας μὴ, ἐκ τύχης ἀποθανόντος, αἰτίαν αὐτὸς ἔχῃ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, ἀπῆρεν εἰς Κρήτην. Ταύτην μὲν δὴ λέγεσθαι τῆς ἀποδημίας αἰτίαν· ἐλθόντα δὲ πλησιάσαι Θάλητι μελοποιῷ ἀνδρὶ καὶ νομοθετικῷ· ἱστορήσαντα δὲ παρ' αὐτοῦ τὸν τρόπον, ὃν Ῥαδάμανθύς τε πρότερον, καὶ ὕστερον Μίνως, ὡς παρὰ τοῦ Διὸς τοὺς νόμους ἐκφέροι εἰς τοὺς ἀνθρώπους· γενόμενον δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ καταμαθόντα καὶ τὰ ἐκεῖ νόμιμα· ἐντυχόντα δ', ὥς φασί τινες, καὶ Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ, κατᾶραι πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν· καταλαβεῖν δὲ τὸν τοῦ ἀδελφοῦ υἱὸν, τὸν Πολυδέκτου Χαρίλαον (alii Χαριβόλον s. Χαριλάδον. V. Tzschuck.), βασιλεύοντα· εἶθ' ὁρμῆσαι διαθεῖναι τοὺς νόμους, φοιτῶντα ὡς τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς, κἀκεῖθεν κομίζοντα τὰ προστάγματα, καθάπερ οἱ περὶ Μίνω ἐκ τοῦ ἄντρου τοῦ Διὸς, παραπλήσια ἐκείνοις τὰ πλείω. Τῶν Κρητικῶν τὰ κυριώτατα τῶν καθ' ἕκαστα δὲ τοιαῦτα εἴρηκε. Γαμεῖν μὲν ἅμα πάντες ἀναγκάζονται παρ' αὐτοῖς, οἱ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς τῶν παίδων ἀγέλης ἐκκριθέντες· οὐκ εὐθὺς δ' ἄγονται παρ' ἑαυτοὺς τὰς γαμηθείσας παῖδας, ἀλλ' ἐπὰν ἤδη ἱκαναὶ ὦσι διοικεῖν τὰ περὶ τοὺς οἴκους· φερνὴ δ' ἐστὶν, ἂν ἀδελφοὶ ὦσι, τὸ ἥμισυ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ μερίδος. Παῖδας δὲ γράμματά τε μανθάνειν, καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς, καί τινα εἴδη τῆς μουσικῆς· τοὺς μὲν οὖν ἔτι νεωτέρους εἰς τὰ συσσίτια ἄγουσι τὰ ἀνδρεῖα· χαμαὶ δὲ καθήμενοι διαιτῶνται μετ' ἀλλήλων ἐν φαύλοις τριβωνίοις, (φοροῦσι s. φοροῦντες Cas.) καὶ χειμῶνος καὶ θέρους τὰ αὐτά· διακονοῦσί τε καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἀνδράσι. Συμβάλλουσι δ' εἰς μάχην καὶ οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ συσσιτίου πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς ἕτερα συσσίτια· καθ' ἕκαστον δὲ ἀνδρεῖον ἐφέστηκε παιδονόμος· οἱ δὲ μείζους εἰς τὰς Ἀγέλας ἄγονται· τὰς δ' Ἀγέλας συνάγουσιν οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν παίδων καὶ δυνατώτατοι, ἕκαστος, ὅσους πλείστους οἷός τέ ἐστιν, ἀθροίζων· ἑκάστης δὲ τῆς Ἀγέλης ἄρχων ἐστὶν ὡς τὸ πολὺ ὁ πατὴρ τοῦ συναγαγόντος, κύριος ὢν ἐξάγειν ἐπὶ θήραν καὶ δρόμους, τὸν δ' ἀπειθοῦντα κολάζειν. Τρέφονται δὲ δημοσίῳ. Τακταῖς δέ τισιν ἡμέραις Ἀγέλη πρὸς Ἀγέλην συμβάλλει μετὰ αὐλοῦ καὶ λύρας εἰς μάχην ἐν ῥυθμῷ· ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς εἰώθασιν· ἐκφέρουσι δὲ τὰς πληγὰς, τὰς μὲν διὰ χειρὸς, τὰς δὲ καὶ δι' ὅπλων σιδηρῶν. Ἴδιον δ' αὐτοῖς τὸ περὶ τοὺς ἔρωτας νόμιμον· οὐ γὰρ πειθοῖ κατεργάζονται τοὺς ἐρωμένους, ἀλλ' ἁρπαγῇ (cf. Heraclid. P.

Porro Ephori quum eadem agant, quæ Cosmi Cretensium, nomine differunt; Syssitia autem Laconum, qui est convictus in publico, Cretensibus etiamnum Andria a viris dicitur, ut et olim Lacedæmoniis, qui tamen nomen mutaverunt. Alcman quidem sic cecinit:

In cœnis et choris apud Andriorum convivas,
age Pæana canamus.

Venisse etiam ad ipsos Lycurgum tali de caussa Cretenses, inquit, narrant. Rex Spartæ fuit Polydectes, frater Lycurgi, natuque eo major: is moriens uxorem reliquit prægnantem. Aliquamdiu fratris loco regnum gessit Lycurgus, natoque filio, tutor ejus fuit, ad quem regnum pertinebat: quum autem quidam ipsi conviciandi caussa objecisset, certo se scire, eum regem fore: sentiens, sibi calumniam intentari de insidiis puero a se structis, ac veritus ne, si quid huic humanitus accideret, inimici culpam in ipsum conferrent, in Cretam abiit. Hæc, ait, peregrinationis ejus caussa fertur. Lycurgus ut in Cretam venit, adjunxit se ad Thaletem, qui lyrica carmina et leges condebat: quumque ex eo didicisset modum, quem Rhadamanthus prius, deinde Minos usurpaverunt, ut leges se a Jove acceptas promulgare diceret; atque in Ægypto etiam fuisset, et ejus quoque gentis instituta percepisset; et cum Homero quoque, ut nonnulli autumant, in Chio degente collocutus esset, domum est reversus: quumque ibi Charilaum, Polydectæ fratris sui filium, regnantem invenisset, ad condendum leges se contulit, ad deum, qui apud Delphos est, commeans, indeque mandata apportans, qualia Minos ex antro Jovis se afferre prætendit, similia iis plurima. Cretensium quæ præcipua ille retulit, hæc sunt. Universi apud eos cogebantur uxores ducere, qui eodem tempore e puerorum cœtu (Agelam ipsi vocant) excessissent: non autem confestim nuptas domum deducebant, sed quando jam ad rem familiarem administrandam eæ essent redditæ idoneæ. Dos est, si quidem fratres ei sunt, dimidium portionis fraternæ. Pueri litteras discebant, et e legibus carmina, quosdamque modos musicos. Juniores in Syssitia adducunt, quæ Andria vocantur: ibi desidentes humi una cibum capiunt, vestitu vili, qui idem est hieme atque æstate: ministrant et sibi invicem, et viris. In pugnam coeunt, et qui ejusdem sunt Syssitii, et qui diversorum. Cuivis Andriorum præest puerorum magister; Pædonomum ipsi vocant. Adultiores in Agelas deducuntur. Agelas cogunt puerorum illustrissimi atque potentissimi, quisque quam potest plurimos congregans. Unicuique Agelæ præest plerumque pater conducentis, potestatem habens educendi ad venationem et cursum, et puniendi detrectantem. Nutriuntur publice. Statis quibusdam diebus Agela cum Agela pugnam conserit accinente tibia cum rhythmo: sicut etiam in bellis consueverunt: ictus inferunt quum manu, tum etiam armis ferreis. Peculiarem habent amoris morem. Non enim persuadentes,

Digitized by Google

p. 208, C)· προλέγει μὲν τοῖς φίλοις πρὸ τριῶν ἡμερῶν, ἢ πλειόνων, ὁ ἐραστὴς, ὅτι μέλλοι τὴν ἁρπαγὴν ποιεῖσθαι· τοῖς δ' ἀποκρύπτειν μὲν τὸν παῖδα, ἢ μὴ ἐᾷν πορεύεσθαι τὴν τεταγμένην ὁδὸν, τῶν αἰσχίστων ἐστὶν, ὡς ἐξομολογουμένους, ὅτι ἀνάξιος ὁ παῖς εἴη τοιούτου ἐραστοῦ τυγχάνειν. Συνιόντες δ', ἂν μὲν τῶν ἴσων, ἢ τῶν ὑπερεχόντων τις ᾖ τοῦ παιδὸς τῇ τιμῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁ ἁρπάζων, ἐπιδιώκοντες ἀνθήψαντο μόνον μετρίως, τὸ νόμιμον ἐκπληροῦντες· τἆλλα δ' ἐπιτρέπουσιν ἄγειν χαίροντες· ἂν δ' ἀνάξιος, ἀφαιροῦνται· πέρας δὲ τῆς ἐπιδείξεώς (ἐπιδιώξεώς Cas.) ἐστιν, ἕως ἂν ἀχθῇ ὁ παῖς εἰς τὸ τοῦ ἁρπάσαντος ἀνδρεῖον. Ἐράσμιον δὲ νομίζουσιν, οὐ τὸν κάλλει διαφέροντα, ἀλλὰ τὸν ἀνδρείᾳ καὶ κοσμιότητι· καὶ δωρησάμενος ἀπάγει τὸν παῖδα τῆς χώρας εἰς ὃν βούλεται τόπον· ἐπακολουθοῦσι δὲ τῇ ἁρπαγῇ οἱ παραγενόμενοι· ἑστιαθέντες δὲ καὶ συνθηρεύσαντες δίμηνον (οὐ γὰρ ἔξεστι πλείω χρόνον κατέχειν τὸν παῖδα), εἰς τὴν πόλιν καταβαίνουσιν. Ἀφίεται δ' ὁ παῖς, δῶρα λαβὼν, στολὴν πολεμικὴν, καὶ βοῦν, καὶ ποτήριον· ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν νόμον δῶρα, καὶ ἄλλα πλείω καὶ πολυτελῆ· ὥστε συνερανίζειν τοὺς φίλους διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλωμάτων. Τὸν μὲν οὖν βοῦν θύει τῷ Διὶ, καὶ ἑστιᾷ τοὺς συγκαταβαίνοντας· εἶτ' ἀποφαίνεται περὶ τῆς πρὸς τὸν ἐραστὴν ὁμιλίας, εἴτ' ἀσμενίζων τετύχηκεν, εἴτε μή· τοῦ νόμου τοῦτο ἐπιτρέψαντος ἂν, εἴ τις αὐτῷ βία προσενήνεκται κατὰ (μετὰ Tz.) τὴν ἁρπαγὴν, ἐνταῦθα παρατιμωρεῖν (πάρα τιμωρεῖν Cas.) ἑαυτῷ καὶ ἀπαλλάττεσθαι· τοῖς δὲ καλοῖς τὴν ἰδέαν, καὶ προγόνων ἐπιφανῶν ἐραστῶν μὴ τυχεῖν (αἰσχρὸν νομίζεται Cas.), ὡς διὰ τὸν τρόπον τοῦτο παθοῦσιν. Ἔχουσι δὲ τιμὰς οἱ παρασταθέντες· οὕτω γὰρ καλοῦσι τοὺς ἁρπαγέντας· ἔν τε γὰρ τοῖς δρόμοις καὶ τοῖς θρόνοις ἔχουσι τὰς ἐντιμοτάτας χώρας· τῇ τε στολῇ κοσμεῖσθαι διαφερόντως ἐφίεται τῶν ἄλλων τῇ δοθείσῃ παρὰ τῶν ἐραστῶν· καὶ οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ τέλεια γενόμενοι διάσημον ἐσθῆτα φέρουσιν, ἀφ' ἧς γνωσθήσεται ἕκαστος κλεινὸς γενόμενος· τὸν μὲν γὰρ ἐρώμενον καλοῦσι κλεινὸν, τὸν δ' ἐραστὴν φιλήτορα. Ταῦτα μὲν τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας νόμιμα. Ἄρχοντας δὲ δέκα αἱροῦνται· περὶ δὲ τῶν μεγίστων συμβούλοις χρῶνται τοῖς γέρουσι καλουμένοις. Καθίστανται δ' εἰς τοῦτο τὸ συνέδριον οἱ τῆς τῶν Κόσμων ἀρχῆς ἠξιωμένοι, καὶ τὰ ἄλλα δόκιμοι κρινόμενοι.

a) Cf. Nicol. Damasc. p. 158 Orell.: Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων σκληραγωγούμενοι, καὶ θήρας καὶ δρόμους ἀνάντεις ἀνυπόδητα κατανύοντες, καὶ τὴν ἐνόπλιον πυρρίχην ἐκπονοῦντες, ἥντινα πρῶτος εὗρε Πύρριχος Κυδωνιάτης Κρὴς τὸ γένος. Συσσιτοῦσι δ' ἐν κοινῷ οἱ ἄνδρες τὴν αὐτὴν δίαιταν ἔχοντες ἐξίσου πάντες. Δῶρον δὲ αὐτοῖς ἐστιν ὅπλα τιμιώτατα. Cf. et Heraclides Ponticus p. 208 Orell. et Schol. Pind. Pyth. II, 127: Πρῶτον Κούρητας τὴν ἔνοπλον ὀρχήσασθαι ὄρχησιν, αὐθις δὲ Πύρριχον Κρῆτα, συντάξασθαι δὲ Θάλητα πρῶτον τὰ εἰς αὐτὴν ὑπορχήματα.

b) Eadem brevius Aristoteles, Pol. II, 7, 1, Polybius VI, 45: Ἐπὶ δὲ τὴν Κρητῶν μεταβάντες, ἄξιον ἐπιστῆσαι κατὰ δύο τρόπους, πῶς οἱ λογιώτατοι τῶν ἀρχαίων συγγραφέων, Ἔφορος, Ξενοφῶν, Καλλισθένης, Πλάτων, πρῶτον μὲν ὁμοίαν εἶναί φασι καὶ τὴν αὐτὴν τῇ Λακεδαιμονίων· δεύτερον δ' ἐπαινετὴν ὑπάρχουσαν ἀποφαίνουσιν. Ὧν οὐδέτερον ἀληθὲς εἶναί μοι δοκεῖ· σκοπεῖν δ' ἐκ τούτων πάρεστι. Καὶ πρῶτον ὑπὲρ τῆς ἀνομοιότητος διέξιμεν. Τῆς μὲν δὴ Λακεδαιμονίων πολιτείας ἴδιον εἶναί φασι, πρῶτον μὲν τὰ περὶ τὰς ἐγγαίους κτήσεις, ὧν οὐδενὶ μέτεστι πλείων, ἀλλὰ πάντας τοὺς πολίτας ἴσον ἔχειν δεῖ τῆς πολιτικῆς

---

sed raptione amasios comparant. Prædicit amicis amator tribus aut pluribus ante diebus, se rapturum esse: illis vero turpissimum habetur, occultare puerum, aut non sinere usitata ambulare via: quippe sic confessuris, puerum indignum esse, qui tali amatore potiretur. Ergo facto agmine, si quidem raptor aut æqualis sit, aut etiam puerum honore aliisque excellat, insequentes eum leviter duntaxat reluctantur, ut legi satisfaciant, porro autem læti eum sinunt abduci: si indignus sit, eum eripiunt: eo usque autem ostentant se repugnare, donec ad raptoris Andrium puer perducatur. Amabilem existimant, non qui forma, sed qui fortitudine et modestia præstat. Raptum amator donis affectum ducit quocunque vult locorum: raptionem comitantur, qui intervenerunt: convivio autem et venatione usi per bimestre (diutius enim detinere puerum non licet), in urbem redeunt. Dimittitur puer donis acceptis, amiculo bellico, bove, et poculo: ea enim sunt legitima munera: sed accedunt alia sumtuosa: ita ut ob sumtuum magnitudinem etiam amici stipem conferant. Puer bovem Jovi immolat, et, qui una in raptione adfuere, convivio excipit: deinde de consuetudine sua cum raptore pronuntiat, gratane hæc ei, an secus fuerit: lege hoc permittente, ut, si post raptum violenter habitus esset amasius, discedere ab amatore et pœnas exigere possit. Formosis et illustri genere ortis turpe est, nullum habere amatorem: moribus enim hoc eorum imputatur. Honor porro habetur raptis. Nam et in cursu, et in consessu locus iis primarius attribuitur: et veste permissum est ut eximia utantur, ab amatore dono data: neque tum modo, sed adulti etiam vestem gerunt insignem, qua agnoscuntur Klini fuisse: amasium enim sic vocant, quasi clarum: amatorem Philetorem. Hæ sunt amoris leges. Principes diligunt decem: de summis rebus consiliarios adhibent, qui Seniores vocantur: cooptantur autem in illud collegium, qui Kosmorum magistratu digni habiti sunt, atque alias probi censentur.

Nunc ad Cretensium remp. conversa oratione, duo circa illam considerare nos operæ pretium fuerit, quæ sunt ab eruditissimis scriptoribus antiquis prodita, Ephoro, Xenophonte, Callisthene, Platone: qui illud primo dixerunt, similem hanc esse atque adeo eamdem cum Spartana; deinde laude dignam pronuntiarunt. Quorum neutrum mihi quidem videtur esse verum: ceterum ex iis, quæ dicemus, erit uniuscujusque æstimatio. Ac primum quidem de dissimilitudine agemus. Nempe Lacedæmoniorum reip. proprium esse aiunt, primum illud circa fundorum possessiones, quod in ea parte nemo alium superat, sed omnes cives æqualem publici agri mo-

Digitized by Google

χώρας. Δεύτερον δὲ, τὰ περὶ τὴν τοῦ διαφόρου τίμησιν· ἧς εἰς τέλος ἀδοκίμου παρ' αὐτοῖς ὑπαρχούσης, ἄρδην ἐκ τῆς πολιτείας ἀνῃρῆσθαι συμβαίνει τὴν περὶ τὸ πλεῖον καὶ τοὔλαττον φιλοτιμίαν. Τρίτον παρὰ Λακεδαιμονίοις οἱ μὲν βασιλεῖς ἀΐδιον ἔχουσι τὴν ἀρχὴν, οἱ δὲ προσαγορευόμενοι Γέροντες διὰ βίου, δι' ὧν καὶ μεθ' ὧν πάντα χειρίζεται τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν.

Παρὰ δὲ Κρηταιεῦσι πάντα τούτοις ὑπάρχει τἀναντία· τήν τε γὰρ χώραν κατὰ δύναμιν αὐτοῖς ἐφιᾶσιν οἱ νόμοι, τὸ δὴ λεγόμενον, εἰς ἄπειρον κτᾶσθαι· τό τε διάφορον ἐκτετίμηται παρ' αὐτοῖς ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μὴ μόνον ἀναγκαίαν, ἀλλὰ καὶ καλλίστην εἶναι δοκεῖν τὴν τούτου κτῆσιν. Καθόλου δ' ὁ περὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν καὶ πλεονεξίαν τρόπος οὕτως ἐπιχωριάζει παρ' αὐτοῖς, ὥστε παρὰ μόνοις Κρηταιεῦσι τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων μηδὲν αἰσχρὸν νομίζεσθαι κέρδος. Καὶ μὴν τὰ κατὰ τὰς ἀρχὰς ἐπέτεια παρ' αὐτοῖς ἐστι, καὶ δημοκρατικὴν ἔχει διάθεσιν. Ὥστε πολλάκις διαπορεῖν, πῶς ἡμῖν περὶ τῶν τὴν ἐναντίαν φύσιν ἐχόντων, ὡς οἰκείων καὶ συγγενῶν ὄντων ἀλλήλοις ἐξηγγέλκασι. Καὶ χωρὶς τοῦ παραβλέπειν τὰς τηλικαύτας διαφορὰς, καὶ πολὺν δή τινα λόγον ἐν ἐπιμέτρῳ διατίθενται, φάσκοντες, τὸν Λυκοῦργον μόνον τῶν γεγονότων τὰ συνέχοντα τεθεωρηκέναι· δυοῖν γὰρ ὄντων, δι' ὧν σώζεται πολίτευμα πᾶν, τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους ἀνδρείας, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμονοίας· ἀνῃρηκότα τὴν πλεονεξίαν, ἅμα ταύτῃ συνανῃρηκέναι πᾶσαν ἐμφύλιον διαφορὰν καὶ στάσιν· ᾗ καὶ Λακεδαιμονίους, ἐκτὸς ὄντας τῶν κακῶν τούτων, κάλλιστα τῶν Ἑλλήνων τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς πολιτεύεσθαι καὶ συμφρονεῖν ταὐτά. Ταῦτα δ' ἀποφηνάμενοι, καὶ θεωροῦντες ἐκ παραθέσεως Κρηταιεῖς διὰ τὴν ἔμφυτον σφίσι πλεονεξίαν ἐν πλείσταις ἰδίᾳ καὶ κατὰ κοινὸν στάσεσι καὶ φόνοις καὶ πολέμοις ἐμφυλίοις ἀναστρεφομένους, οὐδὲν οἴονται πρὸς σφᾶς εἶναι· θαῤῥοῦσι δὲ λέγειν, ὡς ὁμοίων ὄντων τῶν πολιτευμάτων. Ὁ δ' Ἔφορος, χωρὶς τῶν ὀνομάτων, καὶ ταῖς λέξεσι κέχρηται ταῖς αὐταῖς, ὑπὲρ ἑκατέρας ποιούμενος τῆς πολιτείας ἐξήγησιν· ὥστε, εἴ τις μὴ τοῖς κυρίοις ὀνόμασι προσέχοι, κατὰ μηδένα τρόπον ἂν δύνασθαι διαγνῶναι, περὶ ὁποτέρας ποιεῖται τὴν διήγησιν.

c) Cf. Schol. Pind. Pyth. I, 120: Ἔνιοι δὲ τὸ Ὑλλίδος στάθμας τῆς Λυκούργου φασὶ νομοθεσίας· οὗτος γὰρ ἑνδέκατός ἐστιν ἀπὸ Ἡρακλέους, ὡς Ἔφορος ἱστορεῖ. De morte Lycurgi Ælian. V. H. XIII, 23: Ἔφορος αὐτὸν λιμῷ διακαρτερήσαντα ἐν φυγῇ ἀποθανεῖν λέγει.

65.

Diodorus Sic. V, 64: Ἔνιοι δ' ἱστοροῦσιν, ὧν ἐστι καὶ Ἔφορος, τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους γενέσθαι μὲν κατὰ τὴν Ἴδην τὴν ἐν Φρυγίᾳ, διαβῆναι δὲ μετὰ Μίνωος εἰς τὴν Εὐρώπην· ὑπάρξαντας δὲ γόητας, ἐπιτηδεῦσαι τάς τε ἐπῳδὰς καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια, καὶ περὶ Σαμοθράκην διατρίψαντας, οὐ μετρίως ἐν τούτοις ἐκπλήττειν τοὺς ἐγχωρίους. Καθ' ὃν δὴ χρόνον καὶ τὸν Ὀρφέα, φύσει διαφόρῳ κεχορηγημένον πρὸς ποίησιν καὶ μελῳδίαν, μαθητὴν γενέσθαι τούτων, καὶ πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν τελετὰς καὶ μυστήρια.

---

dum necesse est obtinere. Alterum est circa pecuniæ et divitiarum æstimationem: nam quum apud illos omnis pecuniæ auctoritas esset ademta, evenit, ut contentio illa funditus e civitate deleretur, quæ ex eo solet manare, quod plus minusve aliquis possideat. Tertio, apud Lacedæmonios reges liberique ipsorum perpetuum imperium habent; qui vero dicuntur Senes, quoad vivunt: atque isti sunt, quorum auspiciis et consiliis publica omnia negotia tractantur.

Atqui apud Cretenses contraria horum sunt omnia. Nam et agri modum pro cujusque viribus producere in infinitum, quod aiunt, per leges cuique licet: et pecunia apud hos adeo fit magni, ut non solum necessaria, verum etiam honestissima censeatur ejus acquisitio. Denique sordidi avarique mores adeo apud illos obtinent, ut ex omnibus hominibus solos Cretenses sit invenire, apud quos nullum lucrum turpe censeatur. Accedit, quod magistratus in Creta sunt annui, et facies reip. popularem statum refert. Itaque sæpe nobis in mentem venit dubitare, quomodo res, contrariam naturam sortitas, prodiderint esse affines inter se atque conjunctas. Qui præter illud, quod tantas hasce diversitates non animadverterunt, longa insuper oratione disputant, dicentes, solum inter omnes mortales Lycurgum, quæ essent præcipua, vidisse. Quum enim omnis civitas duobus hisce contineatur, fortitudine adversus hostes, consensu inter cives: Lycurgum aiunt, quum avaritiam sustulisset, omnem simul domesticam dissensionem ac seditionem de republica sustulisse: ac propterea Lacedæmonios, hac peste liberatos, rempublicam omnium Græcorum optimam habere, et concordiam inter se colere. Quæ ubi pronuntiarunt, quum ex comparatione intelligant, Cretenses, ob insitam animis ipsorum avaritiam, inter privatas discordias et publicas seditiones, cædes ac bella civilia plurimum versari, nihil tamen hoc ad se putant pertinere, audentque affirmare, similes esse invicem hasce respublicas. Ephorus vero in describenda utraque republica iisdem etiam verbis est usus, propriis dumtaxat nominibus exceptis; ad quæ si quis minus attenderit, de utra loquatur, dignoscere nullo modo queat.

c. Lycurgus inde ab Hercule undecimus est, teste Ephoro. — Ephorus dicit, Lycurgum in exilio periisse, perseverantem in inedia.

65.

Nonnulli, inter quos et Ephorus, Idæos Dactylos circa Idam Phrygiæ montem habitasse, et cum Minoe in Europam transiisse, memorant. Et quum præstigiatores essent, incantamentis et sacris ritibus mysteriisque operam dedisse, et in Samothracia versantes, non mediocrem insulanis stuporem incussisse. Quo tempore etiam Orpheus, quem excellenti ingenio ad poesin et melodiam natura instruxerat, discipulus horum fuisse, primusque initiorum cerimonias et mysteria in Græciam traduxisse dicitur.

Digitized by Google

66.

Stephanus: Βούδωρον, ἀκρωτήριον πρὸς τῇ Σαλαμῖνι. Θουκυδίδης τρίτῃ. Ἔφορος δὲ φρούριον Βούδαρον εἶπε.

67.

Strabo IX, p. 614: Ἔφορος δὲ καὶ ταύτῃ κρείττω τὴν Βοιωτίαν ἀποφαίνει τῶν ὁμόρων ἐθνῶν· καὶ ὅτι μόνη τριθάλαττός ἐστι· καὶ λιμένων εὐπορεῖ πλειόνων· ἐπὶ μὲν τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ καὶ τῷ Κορινθιακῷ τὰ ἐκ τῆς Ἰταλίας, καὶ Σικελίας, καὶ τῆς Λιβύης δεχομένη· ἐπὶ δὲ τῶν πρὸς Εὔβοιαν μερῶν ἑφ' ἑκάτερα τοῦ Εὐρίπου σχιζομένης τῆς παραλίας· τῇ μὲν ἐπὶ τὴν Αὐλίδα καὶ τὴν Ταναγρικὴν, τῇ δ' ἐπὶ τὸν Σαλγανέα, καὶ τὴν Ἀνθηδόνα, τῇ μὲν εἶναι συνεχῆ τὴν κατ' Αἴγυπτον καὶ Κύπρον καὶ τὰς νήσους θάλασσαν· τῇ δὲ τὴν κατὰ Μακεδόνας καὶ τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Προστίθησι δὲ καὶ, ὅτι τὴν Εὔβοιαν τρόπον τινὰ μέρος αὐτῆς πεποίηκεν ὁ Εὔριπος, οὕτω στένος ὤν, καὶ γεφύρᾳ συνεζευγμένος πρὸς αὐτὴν διπλέθρῳ. Τὴν μὲν οὖν χώραν ἐπαινεῖ διὰ ταῦτα, καί φησι πρὸς ἡγεμονίαν εὐφυῶς ἔχειν· ἀγωγῇ δὲ καὶ παιδείᾳ μὴ χρησαμένους, ἐπεὶ μηδὲ τοὺς ἀεὶ προϊσταμένους αὐτῆς, εἰ καί ποτε κατώρθωσαν, ἐπὶ μακρὸν τὸν χρόνον συμμεῖναι· καθάπερ Ἐπαμεινώνδας ἔδειξε· τελευτήσαντος γὰρ ἐκείνου τὴν ἡγεμονίαν ἀποβαλεῖν εὐθὺς τοὺς Θηβαίους [συνέβη], γευσαμένους αὐτῆς μόνον· αἴτιον δὲ εἶναι τὸ λόγων καὶ ὁμιλίας τῆς πρὸς ἀνθρώπους ὀλιγωρῆσαι, μόνης δ' ἐπιμεληθῆναι τῆς κατὰ πόλεμον ἀρετῆς.

Cf. Stephan. v. Βοιωτία, et Dicæarch. Vit. Gr. p. 176 seq., Diodor. XIII, 47, Polyb. V, 43.

Hesychius t. II, p. 1343: Ταναγραίων φυλὴν, κήτει ὁμοιότητα. Ἔφορος λέγει εἶναι τινὰ ἐν Τανάγρᾳ παχύτητα, ὃς ἐλέγετο Κητεύς. «Locum manifesto corruptum sic legendum arbitror: Ταναγραῖος φυλὴν, Κητεῖ ὁμοιότατα· Ε. λ. ε. τ. ε. Τ. παχύτατα, ὃς ε. K. Proculdubio priora verba Comici sunt, nescio cujus, pinguem et stolidum hominem cavillantis, eumque Tanagrensem vocantis et Cetei simillimum; quinam vero Ceteus ille, Ephori verbis declarat grammaticus.» *Marx.*

Stephanus: Ἀκραιφία, πόλις Βοιωτίας. ... Τὸ ἐθνικὸν Ἀκραιφιαῖος, καὶ Ἀκραίφιος, οὕτω γὰρ Ἀπόλλων τιμᾶται. ... Ἔφορος δὲ καὶ Ἀκραιφνίους καὶ Ἀκραιφνιώτας. Cf. Herodot. VIII, 135, Strabo IX, Pausan. IX, 23, p. 71 Fac.

Stephanus: Τέλφουσσα, πόλις Ἀρκαδίας. ... Ἔστι καὶ Βοιωτίας Τελφούσσιον. Στράβων ἐννάτῃ. Ἔφορος δὲ Τιλφωσέων (Τιλφώσαιον conj. Marx.) ὄρος ἐν Ἀλαλκομενίᾳ. Cf. Strabo IX, p. 630, Pausan. IX, 33.

68.

Schol. Villois. Il. IX, 381: Ἠδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν προτινίσσεται, ἠδ' ὅσα Θήβας] Ὀρχομενὸν δὲ τὴν τῆς Βοιωτίας φησὶ, ὃν Μινυαὶ κατῴκησαν· πολὺ δὲ τούτῳ παράκειται πεδίον, εἰ πιστός ἐστιν Ἔφορος, πλῆρες πολλῶν ἀγαθῶν, ὧν ταῖς ἐκεῖσε τιμωμέναις Χάρισι πέμπουσιν οἱ περίοικοι. Cf. Pausan. IX, p. 35, Strabo IX, p. 635, Schol. Pind. Ol. XIV, 1.

Strabo IX, p. 636: Λέγουσι δὲ τὸ χωρίον, ὅπερ ἡ λίμνη κατέχει νῦν ἡ Κωπαΐς, ἀνεψύχθαι πρότερον, καὶ γεωργεῖσθαι παντοδαπῶς ὑπὸ τῶν Ὀρχομενίων οἳ πλησίον οἰκοῦσι. Quod ex Ephoro haustum suspicatur Heyne Observ. ad Hom. tom. V, p. 607 sq.

69.

Plinius IV, 21, de Eubœa: *Antea vocitata est Chalcodotis, aut Macris, ut Dionysius et* Ephorus

---

66.

Budorum, promontorium juxta Salaminem, auctore Thucydide libro tertio. Ephorus vero castellum Budarum dixit.

67.

Ephorus quum hac re Bœotiam finitimis præstare gentibus ait, tum quod sola trimaris est, copiaque portuum majore prædita. Nam et in Crissæo et Corinthiaco sinubus allata ex Italia, Sicilia Africaque accipit, et ubi Eubœæ opponitur, in utramque Euripi partem se ora ejus diducit: hinc versus Aulidem et Tanagricum agrum, illinc versus Salganeum et Anthedona; hac parte continuum habet mare ei, quod ad Ægyptum, Cyprum insulasque pertingit: altera parte mare habet Macedonico, Propontidi et Hellesponto continuum. Adjicit et hoc, quodammodo Eubœam Bœotiæ partem effici adeo angusto Euripo, qui ponte duorum instratus sit jugerum. His ille nominibus eam regionem laudat aitque, eam ad imperium obtinendum optime fuisse paratam: sed quod incolæ non uterentur institutione ac disciplina (quando ne duces quidem singulis temporibus suos tolerare potuerunt rebus quantumvis præclare ab his gestis), ideo non durare eorum diu potuisse potentiam. Quod exemplo Epaminondæ satis apparuerit, quo mortuo statim amiserint Thebani Imperium Græcorum, cujus gustum duntaxat percepissent. Causam autem hujus rei hanc adducit, quod litteras et cum hominibus consuetudinem neglexerint, solius bellicæ virtutis studiosi.

Tanagræus statura, Ceteo (ceto) simillimus. Ephorus dicit fuisse quendam Tanagræ hominem pinguissimum, qui *Ceteus* appellatus esset.

Acræphia, urbs Bœotiæ. ... Gentile Acræphiæus et Acræphius: hoc enim titulo Apollo colitur. ... Ephorus vero et Acræphnios et Acræphniotas agnoscit.

Telphussa, urbs Arcadiæ. ... Est etiam Bœotiæ Telphussium. Strabo nono. Ephorus vero Tilphoseum montem in Alalcomenia regione dicit.

68.

Orchomenum Bœotiæ dicit Hom., quam urbem Minyæ incolebant; magna ei adjacet planities, si Ephoro fides habetur, multis bonis abundans, quorum autem partem accolæ Gratiis, quæ ibi coluntur, offerunt.

Regionem eam, quam nunc Copais palus occupat, quondam siccam fuisse ferunt, agrumque omni cultura laboratum ab Orchomeniis in propinquo habitantibus.

Digitized by Google

tradunt. Cf. Eustath. ad Dionys. vs. 510, Schol. Apoll. Rh. I, 1023 et IV, 1134 seq.

Stephanus: Ἱστίαια, πόλις Εὐβοίας, Ὅμηρος· ... πολυστάφυλόν θ' Ἱστίαιαν (Il. B, 135). Ἡ δὲ διὰ τοῦ ι Ἰωνικὴ γραφή ἐστι. Νῦν δὲ καλεῖται Ὠρεπός. Ὁ πολίτης Ἱστιαιεύς. Ἔφορος δὲ τὸ ἐθνικὸν Ἑστιαιάς φησι. Cf. Strabonem X, p. 683, et Pausan. VII, 26, p. 336 Fac.

70.

Strabo IX, p. 646: Ἔφορος δ', ᾧ τὸ πλεῖστον προσχρώμεθα διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἐπιμέλειαν, καθάπερ καὶ Πολύβιος μαρτυρῶν τυγχάνει, ἀνὴρ ἀξιόλογος, δοκεῖ μοι τἀναντία ποιεῖν ἑαυτῷ ὅτε τῇ προαιρέσει καὶ ταῖς ἐξ ἀρχῆς ὑποσχέσεσιν. Ἐπιτιμήσας γοῦν τοῖς φιλομυθοῦσιν ἐν τῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπαινέσας, προστίθησι τῷ περὶ τοῦ μαντείου τούτου λόγῳ σεμνήν τινα ὑπόσχεσιν, ὡς πανταχοῦ μὲν ἄριστον νομίζει τἀληθές, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην. Ἄτοπον γὰρ, εἰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀεὶ τὸν τοιοῦτον τρόπον διώκομεν, φησὶ, περὶ δὲ τοῦ μαντείου λέγοντες, ὃ πάντων ἐστὶν ἀψευδέστατον, τοῖς οὕτως ἀπίστοις καὶ ψεύδεσι χρησόμεθα λόγοις. Ταῦτα δ' εἰπὼν, ἐπιφέρει παραχρῆμα, ὅτι ὑπολαμβάνουσι κατασκευάσαι τὸ μαντεῖον Ἀπόλλωνα μετὰ Θέμιδος, ὠφελῆσαι βουλόμενον τὸ γένος ἡμῶν. Εἶτα τὴν ὠφέλειαν εἰπὼν, ὅτι εἰς ἡμερότητα προὐκαλεῖτο, καὶ ἐσωφρόνιζε τοῖς μὲν χρηστηριάζων, καὶ τὰ μὲν προστάττων, τὰ δ' ἀπαγορεύων, τοὺς δ' οὐδ' ὅλως προσιέμενος. Ταῦτα δὲ διοικεῖν νομίζουσι, φησὶν, αὐτὸν, οἱ μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν σωματοειδῆ γινόμενον, οἱ δ' ἀνθρώποις ἔννοιαν παραδιδόντα τῆς ἑαυτοῦ βουλήσεως. Ὑποβὰς δὲ, περὶ τῶν Δελφῶν, οἵτινές εἰσι, διαλεγόμενος, φησὶ τὸ παλαιὸν Παρνασίους τινὰς αὐτόχθονας καλουμένους οἰκεῖν τὸν Παρνασόν· καθ' ὃν χρόνον τὸν Ἀπόλλωνα, τὴν γῆν ἐπιόντα, ἡμεροῦν τοὺς ἀνθρώπους ἀπό τε τῶν ἀνημέρων καρπῶν καὶ τῶν βίων, ἐξ Ἀθηνῶν δ' ὁρμηθέντα ἐπὶ Δελφοὺς, ταύτην ἰέναι τὴν ὁδὸν, ᾗ νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθιάδα πέμπουσι· γενόμενον δὲ κατὰ Πανοπέας, Τιτυὸν καταλῦσαι, ἔχοντα τὸν τόπον, βίαιον ἄνδρα καὶ παράνομον· τοὺς δὲ Παρνασίους, συμμίξαντας αὐτῷ, καὶ ἄλλον μηνῦσαι χαλεπὸν ἄνδρα, Πύθωνα τοὔνομα, ἐπίκλησιν δὲ δράκοντα· κατατοξεύοντος δ' ἐπικελεύειν ἴε (sic Tz. pro vulgato ἴε. Vid. ipse t. III, p. 520 et Athen. XV, p. 696 F) παιάν· ἀφ' οὗ τὸν παιανισμὸν οὕτως ἐξ ἔθους παραδοθῆναι τοῖς μέλλουσι συμπίπτειν εἰς παράταξιν· ἐμπρησθῆναι δὲ καὶ σκηνὴν τότε τοῦ Πύθωνος ὑπὸ τῶν Δελφῶν, καθάπερ καὶ νῦν ἔτι καίειν, ὑπόμνημα ποιουμένους τῶν τότε γενομένων.

Theo Progymn. VI, p. 60, postquam fabularum explicandi rationem allatis ex Herodoto et Platone exemplis monstraverat, pergit ita: Καὶ μέντοι καὶ Ἔφορος ἐν τῇ τετάρτῃ χρῆται τούτῳ τῷ τρόπῳ· ὅτι ἄρα Τιτυὸς μὲν ἦν Πανοπέως δυνάστης, ἀνὴρ παράνομος καὶ βίαιος· Πύθων δὲ θηριώδης τὴν φύσιν, δράκων ἐπικαλούμενος. Οἱ δὲ περὶ τὴν πάλαι μὲν Φλέγραν, νῦν δὲ Παλλήνην ὀνομαζομένην κατοικοῦντες, ἦσαν ἄνθρωποι ὠμοὶ καὶ ἱερόσυλοι καὶ ἀνθρωποφάγοι οἱ καλούμενοι Γίγαντες, οὓς Ἡρακλῆς λέγεται χειρώσασθαι τὴν Τροίαν ἑλὼν, καὶ διὰ τὸ κρατῆσαι τοὺς περὶ Ἡρακλέα ὀλίγους ὄντας τῶν Γιγάντων πολλῶν ὄντων, καὶ ἀσεβῶν, θεῶν ἔργον ἅπασιν ἐδόκει γεγονέναι τὸ περὶ τὴν μάχην· καὶ ὅσα

69.

Histiæa, urbs Eubœæ, de qua Homerus: « multas uvas habentem Histiæam. Iones enim per ι vocem scribunt. Nunc audit Orepus. Civis Histiæus. Ephorus vero gentile *Hestiæus* » esse dicit.

70.

Ephorus, quo plurimum utimur ob diligentiam in talibus rebus (quam et Polybius testatur, vir magnæ auctoritatis), videtur mihi nonnunquam contrarium ejus facere quod ab initio instituerat ac promiserat. Quum enim insectatus esset eos, qui in scriptione historiæ fabulis gaudent admiscendis, veritatemque laudibus evexisset, sermoni de Delphico oraculo promissum adjicit gravitatis plenum, se quum alias veritatem maximi facere, tum vel apprime in hoc argumento. Absurdum enim est, inquit, si veritatem aliis in rebus sectantes, de oraculo dicturi omnium veracissimo, ita incredibilibus et falsis utamur narrationibus. His statim subjicit, opinionem receptam esse, Apollinem cum Themide oraculum istud condidisse, quum prodesse nostro generi vellet: deinde utilitatem exprimit: nempe eum homines ad mansuetudinem et modestiam provocasse, dum aliis oracula edens vel mandaret aliquid vel interdiceret, alios omnino arceret. Hæc, inquit, ipsum censent facere alii corpore adsumto, alii, quod hominibus suæ voluntatis notitiam inderet. Progressus deinde eo, ut de Delphis disputaret, quinam ii essent, ait, Parnasios quosdam indigenas priscis temporibus Parnasum habitavisse: quo tempore Apollo terras obiens homines ad morum placiditatem composuisset, frugibusque uti et ratione victus mitioribus docuit: atque eum ab Athenis Delphos proficiscentem ea perrexisse via, qua nunc Athenienses pompam Pythicam mitterent. Ibi quum ad Panopeos pervenisset, Tityum ab eo interfectum fuisse, qui ejus loci dominus erat, violentus atque injurius homo. Tum ad eum venisse Parnasios, aliumque intolerabilem detulisse hominem, Pythonem nomine, cognomento Draconem: quo sagittis debellato acclamasse, Ie Pæan: atque hinc pugnam inituris conflicturisque jam hunc morem receptum, perque manus traditum, ut Pæana concla marent: tum quoque incensum fuisse a Delphis tabernaculum Pythonis: cujus rei memoriam etiamnum renovarent.

Qua ratione et Ephorus libro quarto utitur: Tityum, nempe, hominem impium et violentum, Panopensium fuisse tyrannum, Pythonem autem ferum natura, cognomento Draconem. Qui autem quondam Phlegram, nunc Pallenen vocatam tenuissent, crudeles sacrilegosque homines fuisse, qui et humanis vescerentur carnibus, appellatosque Gigantes, atque hos capta Troja ab Hercule subactos. Quod autem parva manus fuisset cum Hercule, illorum vero copiæ ingentes, ideo hanc victoriam divinum esse opus omnibus visum. Et multa ejusdem generis alia

Digitized by Google

ἄλλα τοιαῦτα ἐπιλύεται περὶ τοῦ Λυκούργου καὶ Μίνωος καὶ Ῥαδαμάνθυος καὶ Διὸς καὶ Κουρήτων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ Κρήτῃ μυθολογουμένων.

Etymol. Magn. : Ἐποιχομένην] Ἱστὸν ἐποιχομένην (Hom. Il. I, 31), τὸν ἱστὸν ἐπιπορευομένην, ἤγουν ἱστουργοῦσαν καὶ ὑφαίνουσαν. ... Αἱ πάλαι γυναῖκες ἑστῶσαι ὕφαινον καὶ ἐπιπορευόμεναι τὸν ἱστόν· πρώτην δὲ γυναῖκα Αἰγυπτίαν τοὔνομα Ὑῖὸν καθεζομένην ὑφᾶναί φασιν· ἀφ' ἧς καὶ Αἰγύπτιοι τῆς Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἱδρύσαντο, ὥς φησιν Ἔφορος ἐν τῇ Εὐρώπῃ.

71.

Schol. Theocrit. VII, 103: Ὅμολος δὲ Θετταλίας ὄρος, ὡς Ἔφορος καὶ Ἀριστόδημος ὁ Θηβαῖος, ἐν οἷς ἱστορεῖ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Ὁμολίων καὶ Πίνδαρος ἐν τοῖς Ὑπορχήμασι.

72.

Stephanus : Ἄβδηρα ... Ἔφορος καὶ τὴν πόλιν Ἄβδηρόν φησιν, ἀφ' οὗ τὰ Ἄβδηρα.

Harpocration : Κριθώτη, μία πόλις τῶν ἐν Χερρονήσῳ.... Ἔφορος δ' ἐν τετάρτῃ φησὶν αὐτὴν κατοικισθῆναι ὑπὸ Ἀθηναίων τῶν μετὰ Μιλτιάδου ἐκεῖ παραγενομένων. Eadem habent Suidas et Stephanus.

73.

Harpocration : Αἶνος ... Ἔφορος δ' ἐν τετάρτῃ περὶ Θρᾳκῶν πολισμάτων λέγων φησί· « ἐχομένη δὲ τούτων Αἶνος πόλις, ἣν πρῶτον Ἕλληνες Ἀλωπεκοννήσιοι κατῴκησαν, ὕστερον δ' ἐκ Μυτιλήνης ἐπηγάγοντο καὶ Κύμης ἐποίκους. »

Eadem habent Suidas v. Ἀλωπεκόννησος et Αἶνος, Grammaticus in Bekkeri Anecdott. Græcc. p. 358. Cf. Stephanus v. Αἶνος.

74.

Harpocrat. : Μαρώνεια ... τόπος ἐστὶ τῆς Ἀτικῆς· ἔστι μέντοι καὶ πόλις ἐν Θρᾴκῃ, ἣν φασιν εἶναι τὴν ὑφ' Ὁμήρου Ἴσμαρον καλουμένην· μνημονεύουσι δὲ αὐτῆς Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Πολυκλέα καὶ Ἔφορος ἐν τῇ τετάρτῃ.

Idem: Οἰσύμη ... πόλις ἐστὶ τῆς Θρᾴκης, καθά φασιν ἄλλοι τε καὶ Ἔφορος ἐν τρίτῃ (leg. τετάρτῃ).

75.

Harpocrat.: Δατὸς πόλις ἐστὶ Θρᾴκης, σφόδρα εὐδαίμων ... modo neutrius modo feminini generis, ὡς ἀεὶ Ἔφορος ἐν τῇ τετάρτῃ· ἅπαξ δ' ἀρρενικῶς τὸν Δατὸν Θεόπομπος τρίτῃ Φιλιππικῶν. Μετωνομάσθη μέντοι ἡ πόλις τῶν Δατηνῶν (Φλιππποι Gronov. Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος (τῶν Μακεδόνων id.) βασιλέως κρατήσαντος αὐτῆς, ὡς Ἐφορός τε φησὶ, καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ πέμπτῃ. Cf. Strabo VII, p. 511; Diodor. XVI, 71; Suidas et Phavorin. s. v.; Apostol. Cent. VI, 74.

Idem : Τορώνη ... πόλις ἐν Θρᾴκῃ, ὡς ὁ Ἔφορος ἐν τετάρτῳ ἱστορεῖ.

76.

Strabo VII, p. 463 : Ἔφορος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ μὲν τῆς Ἱστορίας, Εὐρώπῃ δ' ἐπιγραφομένῃ βίβλῳ, περιοδεύσας τὴν Εὐρώπην μέχρι Σκυθῶν, ἐπὶ τέλει φησὶν, εἶναι τῶν τε ἄλλων Σκυθῶν καὶ τῶν Σαυροματῶν τοὺς βίους ἀνομοίους· τοὺς μὲν γὰρ εἶναι γαλεπούς, ὥστε καὶ ἀνθρωποφαγεῖν· τοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀπέχεσθαι. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι, φησὶ, τὰ περὶ τῆς ὠμότητος αὐτῶν λέγουσιν, εἰδότες τὸ δεινὸν καὶ τὸ θαυμαστὸν, ἐκπληκτικὸν ὄν· δέον τἀναντία καὶ λέγειν καὶ παραδείγματα ποιεῖσθαι· καὶ αὐτὸν οὖν περὶ τῶν δικαιοτάτοις ἤθεσι χρωμένων ποιήσεσθαι

---

de Lycurgo, Minoe, Rhadamantho, itemque Jove et Curetibus, aliisque fabulis Creticis ab eo exponuntur.

Olim mulieres stantes et ambulantes texebant. Primam vero mulierem Ægyptiam, Hyium nomine, sedentem texisse aiunt, a qua etiam Ægyptii Minervæ simulacrum posuerunt, ut dicit Ephorus in Europa.

71.

Homolus, mons Thessaliæ, ut tradunt Ephorus et Aristodemus Thebanus, ubi agit de festo Homoliorum, et Pindarus in Hyporchematis.

72.

Abdera. Ephorus autem hanc urbem Abderum nuncupat, a quo plurale Abdera formatur.

Crithote, una ex Chersonesi urbibus. Ephorus libro quarto incoluisse eam dicit Athenienses, qui cum Miltiade huc se contulissent.

73.

Ænus. ... Ephorus libro quarto de Thraciis oppidis loquens ait : « Hæc Ænus urbs excipit, quam Græci Alopeconnesii primum habitarunt, dein ex Mytilene et Cyme colonos eo deduxerunt. »

74.

Maronea. ... Atticæ locus : itemque Maronea Thraciæ civitas, ab Homero, ut fertur, Ismarus dicta; cujus Demosthenes in oratione contra Polyclem, et Ephorus libro quarto meminerunt.

Œsyme. ... Est Thraciæ civitas, ut præter alios Ephorus tradit libro quarto.

75.

Datus, urbs Thraciæ valde opulenta ... modo neutrius, modo feminini generis, ut Ephorus assidue libro quarto. Semel autem genere masculino, apud Theopompum libro tertio Philippicorum. Datenorum tamen civitas, quum eam Philippus Macedonum rex occupasset, transnominata est, ut Ephorus testatur, et Philochorus in quinto.

Torone, urbs Thraciæ, ut Ephorus refert libro quarto.

76.

Jam Ephorus quarto Historiarum libro, qui inscribitur Europa, Europæ partibus ad Scythiam usque explicando peragratis, ad finem refert, quum aliorum Scytharum, tum Sauromatarum non unum esse vitæ institutum : quosdam enim eo immanitatis progredi, ut humanis etiam vescantur carnibus : contra alios ab aliis etiam animantibus abstinere. Atque alii quidem, ait, de crudelitate eorum verba faciunt, quod sciant, animos rerum atrocium ac terribilium narratione percelli : quum tamen et in alteram partem referre et exempla commemorare debuissent. Itaque ipse, inquit, de iis loquar, qui moribus utuntur probissi-

Digitized by Google

τοὺς λόγους· εἶναι γάρ τινας τῶν Νομάδων Σκυθῶν γάλακτι τρεφομένους ἵππων, τῇ τε δικαιοσύνῃ πάντων διαφέρειν· μεμνῆσθαι δ' αὐτῶν τοὺς ποιητάς· Ὅμηρον μὲν,

Γλακτοφάγων Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων

φήσαντα (sc. τὸν Δία τὴν γῆν καθορᾶν)· τὸν Ἡσίοδον δὲ, ἐν τῇ καλουμένῃ Γῆς περιόδῳ, τὸν Φινέα ὑπὸ τῶν ἁρπυιῶν ἄγεσθαι

Γλακτοφάγων εἰς γαῖαν, ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων.

Εἶτα αἰτιολογεῖ, διότι ταῖς διαίταις εὐτελεῖς ὄντες, καὶ οὐ χρηματισταὶ, πρός τε ἀλλήλους εὐνομοῦνται, κοινὰ πάντα ἔχοντες τά τε ἄλλα, καὶ γυναῖκας, καὶ τέκνα, καὶ τὴν ὅλην συγγένειαν· πρός τε τοὺς ἐκτὸς ἄμαχοί εἰσι, καὶ ἀνίκητοι, οὐδὲν ἔχοντες, ὑπὲρ οὗ δουλεύσουσι. Καλεῖ δὲ καὶ Χοιρίλον, εἰπόντα ἐν τῇ διαβάσει τῆς σχεδίας, ἣν ἔζευξε Δαρεῖος·

Μηλονόμοι τε Σάκαι, γενεᾷ Σκύθαι· αὐτὰρ ἔναιον
Ἀσίδα πυροφόρον· νομάδων γε μὲν ἦσαν ἄποικοι
ἀνθρώπων νομίμων.

Καὶ τὸν Ἀνάχαρσιν δὲ ἄνθρωπον σοφὸν καλῶν ὁ Ἔφορος, τούτου φησὶν εἶναι τοῦ γένους· νομισθῆναι δὲ καὶ ἑπτὰ σοφῶν ἕνα, τελείᾳ σωφροσύνῃ καὶ συνέσει· εὑρήματά τε αὐτοῦ λέγει τά τε ζώπυρα, καὶ τὴν ἀμφίβολον ἄγκυραν, καὶ τὸν κεραμεικὸν τροχόν. Ταῦτα δὲ λέγω, σαφῶς μὲν εἰδὼς, ὅτι καὶ οὗτος αὐτὸς οὐ τὰ ἀληθέστατα λέγει περὶ πάντων, καὶ δὴ καὶ τὸ τοῦ Ἀναχάρσιδος. Πῶς γὰρ ὁ τροχὸς εὕρημα αὐτοῦ, ὃν οἶδεν Ὅμηρος πρεσβύτερος ὤν;

Ὡς δ' ὅτε τις κεραμεὺς τροχὸν ἅρμενον ἐν παλάμῃσι,

καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλ' ἐκεῖνα διασημῆναι βουλόμενος, ὅτι κοινῇ τινι φήμῃ, καὶ ὑπὸ τῶν παλαιῶν καὶ ὑπὸ τῶν ὕστερον, πεπιστεῦσθαι συνέβαινε τὸ τῶν Νομάδων τοὺς μάλιστα ἀπῳκισμένους ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, γαλακτοφάγους τε εἶναι καὶ ἀβίους καὶ δικαιοτάτους, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ Ὁμήρου πεπλάσθαι.

Schol. Apollon. Rh. I, 1276: Ὕψι δὲ νηὸς ... εὐναίας ἐρύσαντες ἀνεκρούσαντο κάλωας.] Γελοῖος δὲ Ἔφορος νομίζων πρῶτον Ἀνάχαρσιν τὴν διπλῆν ἄγκυραν εὑρηκέναι· πρεσβύτεροι γὰρ Ἀναχάρσιδος οἱ Ἀργοναῦται.

77.

Strabo VII, p. 469: Ἔφορος δὲ πεντάστομον εἴρηκε τὸν Ἴστρον. Cf. Dionysius Perieg. vs. 299.

78.

Scymnus Chius v. 102 sqq. epitomes, v. 847 sqq. Letronn. :

Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Καρπίδας
εἰρηκεν Ἔφορος, εἶτεν Ἀροτῆρας, πρόσω
Νευρούς τ' ἄχρις γῆς πάλιν ἐρήμου διὰ πάγων.
Πρὸς ἀνατολὰς δὲ ἐκβάντι τὸν Βορυσθένην
τοὺς τὴν λεγομένην Ὕβλαν οἰκοῦντας Σκύθας.
Εἶναι δὲ Γεωργοὺς ἐχομένους τούτων ἄνω,
ἔπειτα πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον.
Ὑπὲρ δὲ ταύτην ἔθνος Ἀνδροφάγων Σκυθῶν.
Ἐπεκεῖνα πάλιν ἔρημον ὑπάρχειν ἐχομένην.
Τὸν Παντικάπη διαβάντι Λιμναίων ἔθνος,
ἕτερά τε πλείον' οὐ διωνομασμένα,
Νομαδικὰ δ' ἐπικαλούμεν', εὐσεβῆ πάνυ,
ὡς οὐδὲ εἰς ἔμψυχον ἀδικῆσαι ποτ' ἄν,
οἰκοφόρα δ', ὡς εἴρηκε, καὶ σιτούμενα
γάλακτι, ταῖς Σκυθικαῖσί θ' ἱπποπολγίαις,
ζῶσιν δὲ τήν τε κτῆσιν ἀναδεδειχότες

---

mis. Sunt enim quidam de vagis seu Nomadibus Scythis qui equorum lacte vescuntur, justitia omnibus hominibus superiores : quorum et poetæ meminerunt. Homerus enim Jovem ait respexisse ad

Lactivoros Abiosque : his non est justior ulla
gens hominum.

Et Hesiodus in poemate, quod Circuitum terræ inscripsit, ait Phineum ab Harpyiis abductum in terram eorum, quibus

Pro domibus currus sunt, vivere lacte suerunt.

Subjicit deinde caussam, quod quum exili utantur victu, neque sint quæstui dediti, sed invicem vitam degant justam, omnia habentes communia, et uxores et liberos ac cognatos : tum adversus exteros invicti sint atque inexpugnabiles, quod nihil habeant, cujus caussa servitutem sustinere velint. Citatque Chœrilum, qui in ponte ratium, quo Darius Hellespontum junxit, hæc posuerit :

Pastores ovium Scythica de gente creati
Asida triticeam clarorum habitare coloni
integritate Sacæ.

Ephorus porro Anacharsidem, cui sapientis nomen tribuit, ea de gente fuisse scribit, ac propter perfectionem, temperantiam ac sapientiam unum de septem sapientibus habitum : et esse ejus inventa recenset, fomites, ancipitem ancoram, ac rotam figuli. Hæc ego commemoro, quanquam mihi constat, eum non plane vera quum de aliis, tum de Anacharside dixisse. Quomodo enim rota hujus sit inventum, Homero, qui eum ætate antecessit, nota?

Ut quum forte rotam manibus solertibus aptam
explorat figulus.

Verum id volui significare, communi quadam et priscorum et posteriorum fama creditum fuisse, Nomadum eos, qui maxime ab aliis hominibus essent remoti, lacte vesci, opibus carere et esse justissimos, neque id fuisse ab Homero confictum.

Ineptus Ephorus, qui Anacharsin ancoram ancipitem invenisse putat, quum tamen Argonautæ Anacharsin ætate antecesserint.

77.

Ephorus quinque ostia Istro tribuit.

78.

Primos autem Istri accolas esse Carpides retulit Ephorus; postea Aroteres (Aratores), ulterius Neuros, usque ad desertam ob glacies terram. Orientem versus transeunti Borysthenem (refert ille obvios esse) Scythas, Hyblam quæ dicitur habitantes; et iis conterminos Georgos esse superiorem versus (i. e. mediterraneam) regionem; deinde rursus desertum (patere) in magna spatia. Supra autem illud gentem Scytharum Androphagorum : ibi rursus desertum esse contiguum. Panticapen transgresso (reperitur) Limnæorum gens, et multæ aliæ sine nomine, Nomadicæ tamen cognominatæ, religiosæ admodum, ita ut nemo animantium ulli unquam nocere velit; (plaustris) autem domos vehentes, ut ait (Ephorus), et lacte victitantes atque Scythicis equarum mulctibus. Vivunt etiam communem

Digitized by Google

κοινὴν ἁπάντων τήν τε σύνολον οὐσίαν.
Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν
φησὶν γενέσθαι τῶν σφόδ' εὐσεβεστάτων.
— — — — — καὶ κατοικῆσαι τινὰς
εἰς Ἀσίαν ἐλθόντας, οὓς δὴ καὶ Σάκας
καλοῦσιν· ἔθνος εὐσημότατον δέ φησι τὸ
τῶν Σαυροματῶν τε καὶ Γελώνων καὶ τρίτον
τὸ τῶν Ἀγαθύρσων ἐπικαλούμενον γένος.
Ἀπὸ τῶν δὲ Μαιωτῶν λαβοῦσα τοὔνομα
Μαιῶτις ἑξῆς ἐστι λίμνη κειμένη,
εἰς ἣν ὁ Τάναϊς .....
ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν τὸ ῥεῦμ' Ἀράξεως
ἐπιμίσγεθ', ὡς Ἑκαταῖος εἶφ' οὑρετριεύς·
ὡς δ' Ἔφορος ἱστόρηκεν, ἐκ λίμνης τινὸς
ἧς ἐστιν ἄφραστον τὸ πέρας· ἔξεισι δὲ
δίστομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον εἰς τὴν λεγομένην
Μαιῶτιν, εἰς τὸν Κιμμερικόν τε Βόσπορον. — — —
Εἶτα μετὰ Σαρμάτας τὸ Μαιωτῶν γένος
Ἰαξαματῶν (sic Ephorus et ap. Stephanum s. v.)
λεγόμενον, ὡς Δημήτριος
εἴρηκεν, ὧν Μαιῶτις ἡ λίμνη ϝχεται·
ὡς δ' Ἔφορος ἱστόρηκε, Σαυροματῶν ἔθνος.
Τούτοις ἐπιμεμίχθαι δὲ τὰς Ἀμαζόνας
τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν, ἐλθούσας ποτὲ
ἀπὸ τῆς περὶ Θερμώδοντα γενομένης μάχης·
ἐφ' οἷς ἐπεκλήθησαν Γυναικοκρατούμενοι
οἱ Σαυρομάται.

79.

Schol. Apollon. Rh. II, 168 (p. 134 Lips.): Ἔφορος δέ φησιν, ἁρπασθῆναι μὲν τὴν Ἰὼ ὑπὸ τῶν Φοινίκων, κομισθῆναι δὲ εἰς Αἴγυπτον· τὸν δὲ βασιλέα τῆς Αἰγύπτου ἀντὶ ταύτης πέμψαι τῷ Ἰνάχῳ ταῦρον· τεθνηκότος δ' ἐκείνου, περιιέναι τινὰς δεικνύντας τὸν ταῦρον πᾶσι, καθ' οὓς οὐκ ἐγινώσκετο πρότερον τὸ ζῷον· καὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅτι δι' αὐτοῦ οἱ τὸν ταῦρον ἔχοντες ἔπλευσαν, ὀνομασθῆναι Βόσπορον.

LIBER QUINTUS.

ΑΣΙΗ ΚΑΙ ΛΙΒΥΗ.

80.

Strabo XIV, p. 996: Φήσαντος δὲ τοῦ Ἐφόρου, διότι τὴν Χερρόνησον (Asiam Minorem) κατοικεῖ ταύτην ἐκκαίδεκα γένη, τρία μὲν Ἑλληνικά, τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρα χωρὶς τῶν μιγάδων, ἐπὶ θαλάττῃ μὲν Κίλικες καὶ Λύκιοι, καὶ Πάμφυλοι, καὶ Βιθυνοὶ, καὶ Παφλαγόνες, καὶ Μαριανδυνοί, καὶ Τρῶες, καὶ Κᾶρες· Πισίδαι δὲ καὶ Μυσοὶ, καὶ Χάλυβες, καὶ Φρύγες, καὶ Μιλύαι ἐν τῇ μεσογαίᾳ· διαιτῶν ταῦτα ὁ Ἀπολλόδωρος, ἑπτακαιδέκατόν φησιν εἶναι τὸ τῶν Γαλατῶν, ὃ νεώτερόν ἐστι τοῦ Ἐφόρου. Τῶν δ' εἰρημένων τὰ μὲν Ἑλληνικὰ μήπω κατὰ τὰ Τρωϊκὰ κατῳκίσθαι, τὰ δὲ βάρβαρα πολλὴν ἔχειν σύγχυσιν διὰ τὸν χρόνον. ... ... Φαίνεται δ' οὔτε τοῦ Ἐφόρου τὴν ἀπόφασιν διαιτῶν ἱκανῶς, τά τε τοῦ ποιητοῦ ταράττων καὶ καταψευδόμενος. Ἐφόρου τε γὰρ τοῦτο πρῶτον ἀπαιτεῖν ἐχρῆν, τί δὴ τοὺς Χάλυβας τίθησιν ἐντὸς τῆς Χερρονήσου, τοσοῦτον ἀφεστῶτας καὶ Σινώπης καὶ Ἀμισοῦ πρὸς ἕω; Tum curnam οὐδὲ Λυδοὺς, οὐδὲ Μῆονας εἴρηκεν, εἴτε δύο, εἴθ' οἱ αὐτοί εἰσι· καὶ εἴτε καθ' ἑαυτοὺς, εἴθ' ἐν ἑτέρῳ γένει περιεχομένους; quinam deinde οἱ μιγάδες; Καὶ γὰρ εἰ κατεμίχθησαν, ἀλλ' ἡ ἐπικράτεια πεποίηκεν ἢ Ἕλληνας ἢ βαρβάρους· τρίτον δὲ γένος οὐδὲν ἴσμεν τὸ μικτόν. Quomodo tandem tria Græcorum genera Asiam incolere dixerit, quum aut quattuor (Athenienses et Iones, Dores et Æoles), aut duo (Iones et Æoles) dicendi fuissent. Οἰκοῦσι δὲ τὴν Χερρόνησον ταύτην, καὶ μάλιστα κατὰ τὸν τοῦ Ἐφόρου διορισμὸν

---

omnium rerum possessionem et omnes opes (in medium) afferentes. Et contendit (Ephorus idem) sapientem Anacharsim ex Nomadicis illis fuisse, valde religiosis, horumque nonnullos, in Asiam postquam devenissent, ibi sedem elegisse, quos Sacas vocant. Clarissimam autem contendit gentem esse Sauromatarum, et Gelonorum, et tertiam Agathyrsorum. Proxima autem jacet Mæotis palus, a Mæotis nacta nomen: in quam Tanaïs..... qui ab Araxe fluvio undas accipit et sese miscet; sed, ut prodidit Ephorus, ex lacu quodam, cujus terminus indicari non potest. Exit autem in vocatam Mæotim paludem cum duplici alveo, et (inde) in Cimmericum Bosporum..... Deinde post Sarmatas, Mæotarum gens, qui Iaxamatæ vocantur, ut Demetrius retulit, quibus Mæotis palus proxima est: sed, ut Ephorus ait, Sauromatarum gens (hic est). Cum iis Sauromatis commixtas fuisse ferunt Amazonas, quum olim ex pugna ad Thermodontem (commissa) illuc venissent: ex his vocati sunt Sauromatæ Gynæcocratumeni.

79.

Ephorus ait Io raptam a Phœnicibus in Ægyptum esse transductam. Regem vero Ægypti pro ea Inacho misisse taurum. Quo mortuo, circumiisse quosdam taurum monstrantes omnibus, quibus hocce animal nondum cognitum esset. Atque locum illum, quo bovem trajecerant, propterea appellatum esse Bosporum.

LIBER QUINTUS.

80.

Ephorus dixit, peninsulam istam (Asiam min.) habitari a sedecim gentibus, quarum tres sint Græcanicæ, reliquæ barbaræ, exceptis convenis: ut ad mare scilicet sint Cilices, Lycii, Pamphyli, Bithyni, Paphlagones, Mariandyni, Troes, Cares: mediterranea autem teneant Pisidæ, Mysi, Chalybes, Phryges, Milyæ. Quas Apollodorus quum recensuisset, addit decimam septimam Galatarum, quæ Ephoro est recentior. De dictis autem quædam quum Græcæ fuerint, Trojani belli tempore nondum a Græcis fuerunt frequentatæ: barbaricæ propter tempus magnæ sunt confusioni obnoxiæ. ... Videtur autem mihi Apollodorus neque Ephori sententiam recte disceptare, et Homeri verba partim conturbare, partim falso traducere. Primum enim id ex Ephoro fuit quærendum, cur intra peninsulam is Chalybes collocaret, tam procul versus orientem a Sinopa et Amiso remotos. ... Tum curnam neque Lydos neque Mæones nominaret, sive duæ sunt eæ, sive unica gens: et sive seorsum habitabant, sive in alia quapiam contenti gente. ... tum qui sint convenæ isti. Nam etsi permixti fuissent aliis, tamen potior pars eos vel Græcos, vel barbaros fecisset: tertiam gentem commixtam novimus nullam.

Habitant autem peninsulam, præcipue si Ephori dis-

Digitized by Google

οὐκ Ἴωνες μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι, καθάπερ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα δεδήλωται. Anonymi Peripl. in Geogrr. Min. t. II, p. 272 ed. Vienn. Ephori distributionem respicere videtur, quamvis populorum nomina paullulum aliter exhibeat. *Marx.*

81.

Schol. Apollon. Rhod. II, 1030: Περὶ δὲ τῶν Μοσυνοίκων Ἔφορος καὶ Νυμφόδωρος φασὶν, ὅτι τὸν βασιλέα αὐτῶν, ἐάν τι ἄδικον κρίνῃ, ἐγκλείουσι καὶ λιμαγχονοῦσι.

Eadem ex Ephoro narrant Scymnus v. 907, Nicolaus Damasc. p. 148 et in Orellii Suppl. p. 74 seq.

82.

Stephanus: Τιβαρηνία χώρα πρὸς τῷ Πόντῳ, πρόσοικος Χάλυψι καὶ Μοσσυνοίκοις. ... Ἔφορος ἐν πέμπτῳ φησὶν ὅτι Τιβαρηνοὶ καὶ τὸ παίζειν καὶ τὸ γελᾶν εἰσιν ἐζηλωκότες, καὶ μεγίστην εὐδαιμονίαν τοῦτο νομίζουσιν. Ὁμοροι δὲ τούτοις Χάλυβες, καὶ τὸ τῶν Λευκοσύρων ἔθνος.

Cf. Pomponius Mela I. 19, et Anonym. l. l. p. 273.

83.

Schol. Apollon. Rhod. II, 845: Ὅτι δὲ Βοιωτοὶ καὶ Μεγαρεῖς ἔκτισαν τὴν ἐν Πόντῳ Ἡράκλειαν καὶ Ἔφορος ἐν πέμπτῳ καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσιν. Cf. Pausanias V, 26. Idem Schol. Apoll. Rh. II, 351: Τὴν δὲ Μαριανδυνῶν γῆν σὺν Γνησιόχῳ τῷ Μεγαρεῖ Βοιωτοὶ κατέσχον, ὡς Ἔφορος (vulgo Εὐφορίων) ἱστορεῖ.

84.

Schol. Apoll. Rh. II, 360: Ὅτι ἡ Καράμβις ἄκρα ὑψηλή τε καὶ καταντρικὺ τῆς Παφλαγονίας καὶ εἰς τὸ πέλαγος τείνει πρὸς ἄρκτον, μνημονεύει καὶ Ἔφορος. « Miror editorem non vidisse mutilum esse locum. Quî enim Carambis, quod Paphlagoniæ promontorium est, ei dici potest adversa? Scilicet scribendum καταντικρὺ τοῦ Κριοῦ μετώπου. Anonym. Peripl. pag. 269: Καταντικρὺς δὲ Καράμβεως ἐν τῇ Εὐρώπῃ κεῖται μέγιστον ἀκρωτήριον, ἀπότομον εἰς θάλασσαν ὑψηλὸν ὄρος, τὸ λεγόμενον Κριοῦ μέτωπον. » *Marx.*

85.

Strabo XII, p. 820: Τὸ δὲ Κύτωρον ἐμπορεῖον ἦν πότε Σινωπέων· ὠνόμασται δ' ἀπὸ Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδὸς, ὡς Ἔφορός φησι.

86.

Stephanus: Βρύλλιον, πόλις ἐν τῇ Προποντίδι· Ἔφορος δὲ ἐν πέμπτῃ Κεῖον αὐτὴν φησιν εἶναι.

Idem: Σηστὸς, πόλις πρὸς τῇ Προποντίδι. Λέγεται δὲ ἀρσηνικῶς παρ' Ἐφόρῳ. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐν τῇ Σηστῷ φασι.

Idem: Ἀναία. ... Ἔστι δὲ Καρίας, ἀντικρὺ Σάμου, κέκληται ἀπὸ Ἀναίας Ἀμαζόνος ἐκεῖ ταφείσης, ὡς Ἔφορος.

87.

Strabo XII, p. 827, in Homeri Il. II, 856,

Αὐτὰρ Ἀλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη,

Chalybes sive Chaldæos intelligit, multa suæ sententiæ struens adjumenta, aliorumque de iis opiniones, in his etiam Ephori, qui Ἀλιζῶνας, Ἀμαζόνας putaverit, subinde examinat: Τὰς δ' Ἀμαζόνας μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ Λυδίας, καθάπερ Ἔφορος νομίζει, πλησίον Κύμης τῆς πατρίδος αὐτοῦ· καὶ τοῦτο μὲν ἔχεται τινὸς λόγου τυχὸν ἴσως· εἴη γὰρ ἂν λέγων τὴν (sc. Κύμην) ὑπὸ τῶν Αἰολέων καὶ Ἰώνων οἰκισθεῖσαν ὕστερον, πρότερον δ' ὑπὸ Ἀμαζόνων· καὶ ἐπωνύμους πόλεις τινὰς εἶναί φασι, καὶ γὰρ Ἔφεσον καὶ Σμύρναν καὶ Κύμην καὶ Μύρι-

---

tinctionem sequimur, non Iones duntaxat, verum etiam Athenienses: sicut in singulorum enarratione demonstratum fuit.

81.

Mosynœcos Ephorus et Nymphodorus tradunt regem, si injustum fecerit judicium, in custodiam includere fameque enecare.

82.

Tibarenia, regio juxta Pontum, vicina Chalybibus et Mossynœcis. ... Ephorus in quinto inquit, « Tibarenos studio ludendi et ridendi teneri, et maximam felicitatem hoc judicare. His vero finitimi Chalybes et Leucosyrorum natio. »

83.

Bœotos et Megarenses Heracleam Ponticam condidisse tum Ephorus libro quinto, tum alii tradunt.

Mariandynorum terram cum Gnesiocho Megarensi Bœoti obtinebant, ut narrat Ephorus.

84.

Carambis, altum promontorium Paphlagoniæ, e regione Crii montis situm, septemtrionem versus in mare procurrit. Ejus etiam Ephorus facit mentionem.

85.

Cytorum emporium aliquando fuit Sinopensium: nomen habere a Cytoro, Phrixi filio, Ephorus ait.

86.

Bryllium, urbs in Propontide. Ephorus vero libro quinto eam Cium esse perhibet.

Sestus, urbs ad Propontidem. Usurpatur autem masculine apud Ephorum. Athenienses vero *in illa Sesto* dicunt.

Anæa, ... Est autem Cariæ oppidum e regione Sami: ita dictum ab Anæa Amazone ibi sepulta, quemadmodum Ephorus auctor est.

87.

Duxit Alizones Odiusque, et Epistrophus una,
ex Alyba procul, argenti qua vena secatur.

... Amazonas autem inter Mysiam, Cariam et Lydiam, quas Ephorus Cumæ, patriæ suæ, vicinas facit. Atque id aliqua fortassis defendi potest ratione. Videtur enim loqui de urbe, quæ olim ab Amazonibus condita, deinde ab Æolensibus et Ionibus est instaurata: et aiunt urbes quasdam Amazonum esse cognomines, Ephesum, Smyrnam, Cumam, Myrinam; Alybe autem, aut, ut alii

Digitized by Google

ναν. Ἡ δὲ Ἀλόβη, [ἢ] ὥς τινες Ἀλόπη ἢ Ἀλόβη, πῶς ἂν ἐν τοῖς τόποις τούτοις ἐξητάζετο; πῶς δὲ τηλόθεν; πῶς δὲ ἡ τοῦ ἀργύρου γενέθλη; Ταῦτα μὲν ἀπολύεται τῇ μεταγραφῇ, γράφει γὰρ οὕτως·

Αὐτὰρ Ἀμαζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης, δθ' Ἀμαζονίδων γένος ἐστί.

Ταῦτα δ' ἀπολυσάμενος εἰς ἄλλο ἐμπέπτωκε πλάσμα· οὐδαμοῦ γὰρ ἐνθάδε εὑρίσκεται Ἀλόπη, καὶ ἡ μεταγραφὴ δὲ παρὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων τῶν ἀρχαίων πίστιν καινοτομουμένη ἐπὶ τοσοῦτον σχεδιασμῷ ἔοικεν.

Eadem ex Ephoro narrant Eustathius ad Homeri l. l. et Stephanus v. Ἀλίζωνες et Ἀλόπη.

88.

Stephanus: Πᾶσσα, πόλις Θρᾴκης. Ἔστι δὲ καὶ Πασσάνδα χωρίον παρὰ Ἀδραμύτειον πόλιν καὶ Κισθήνην. Τὸ ἐθνικὸν Πασσανδεὺς, τῷ τῆς χώρας τύπῳ. Ἔφορος· « Ὀλίγοι δέ τινες εἰς τὸ τῶν Πασσανδέων χωρίον ἔφυγον. »

Idem: Βύβασσος, πόλις Καρίας, ἀπὸ Βυβάσσου νομέως περισώσαντος ἀπὸ θαλάσσης καὶ χειμῶνος εἰς Καρίαν ἐμπεσόντα Ποδαλείριον· τὸ ἐθνικὸν, Βυβάσσιος. Ἔφορος δὲ Βύβαστόν φησι καὶ Βυβάστιον.

89.

Strabo XIII, p. 873: Alios aliter Troadem terminare, ὁμοίως δὲ τὴν Αἰολίδα. Ἔφορος μὲν λέγει ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Κύμης, ἄλλοι δ' ἄλλως. Itemque p. 896: Τὸ δὲ παλαιὸν ὑπὸ τοῖς Αἰολεῦσιν ἦν τὰ πλεῖστα, ὥστε Ἔφορος οὐκ ὀκνεῖ πᾶσαν τὴν ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Κύμης καλεῖν Αἰολίδα.

90.

Macrobius Sat. V, 20: *Ephorus notissimus historiarum scriptor in libro quinto sic ait:* Μετὰ δὲ τὴν Ἄσσον ἔστι Γάργαρα πλήσιον πόλις.

91.

Athenæus VII, p. 311, E: Ἔφορος δ' ἐν πέμπτῃ ποταμὸν εἶναί φησι τὸν Γαίσωνα περὶ Πριήνην, ὃν εἰσρεῖν εἰς λίμνην.

92.

Athenæus XII, p. 523: Μιλήσιοι δ' ἕως μὲν οὐκ ἐτρύφων, ἐνίκων Σκύθας, ὥς φησιν Ἔφορος, καὶ τάς τε ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις ἔκτισαν καὶ τὸν Εὔξεινον πόντον κατῴκισαν πόλεσι λαμπραῖς, καὶ πάντες ἐπὶ τὴν Μίλητον ἔθεον. Ὡς δ' ὑπήχθησαν ἡδονῇ καὶ τρυφῇ, κατερρύη τὸ τῆς πόλεως ἀνδρεῖον, φησὶν Ἀριστοτέλης, καὶ παροιμία τις ἐγεννήθη ἐπ' αὐτῶν· Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

93.

Stephanus: Ἄβαρνος, ... Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, Λαμψάκου ἄκρην εἶναί φησιν. Ἔφορος δὲ ἐν τῇ πέμπτῃ λέγει, κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἐν Φωκαΐδι Ἀβαρνίδος ὑπὸ Φωκαέων τὴν Λάμψακον κτιζόντων.

94.

Harpocrat.: Σόλοι, ἡ μὲν Κυπρικὴ πόλις, ἡ δὲ τῆς Κιλικίας, ὡς ἄλλοι τε ἱστοροῦσι καὶ Ἔφορος ἐν τῇ πέμπτῃ.

95.

Stephanus: Νάρμαλις, πόλις Πισιδίας, ὡς Κάβαλις. Οἱ πολῖται Ναρμαλεῖς, ὡς Καβαλεῖς, ὡς Ἔφορός φησι.

Idem: Βάρις, πόλις· τὸ ἐθνικὸν Βαρίτης. Λέγεται

---

legunt, Alope vel Alobe, quonam pacto in his locis censebitur? quomodo tandem? et quomodo argenti venæ locum habebunt? Hæc ille ut diluat, versus istos ita legi vult:

Duxit Amazones Odius, et Epistrophus una
ex Alopa, pridem unde et Amazonidum genus exstat.

Verum hac ille solutione in aliud commentum excidit: nusquam enim ibi locorum Alopa exstat, et hæc lectio, contra veterum librorum auctoritatem ita novata, temeritatem sapit.

88.

Passa, urbs Thraciæ. Est etiam Passanda castellum juxta Adramytium urbem et Cisthenen. Gentile, Passandeus, regionis typo. Ephorus: « Pauci vero aliqui ad Passandeorum castellum fugerunt. »

Bybassus, urbs Cariæ, ita dicta a Bybasso pastore, qui Podalirium ex mari et tempestate in Cariam appellentem conservavit. Gentile, Bybassius. Ephorus vero Bybastum inquit, et Bybastium.

89.

Idem de Æolide est factum: quam Ephorus Abydo et Cuma terminat: alii aliter.

Olim sub Æolensibus fuerunt propemodum omnia, adeo quidem, ut Ephorus etiam sine hæsitatione totam ab Abydo ad Cumam usque oram Æolidi adscripserit.

90.

Post Assum est Gargara urbs haud longe dissita.

91.

Ephorus autem libro quinto ait, fluvium esse Gæsonem circa Prienen, qui in paludem influat.

92.

Milesii vero, ut scribit Ephorus, quousque voluptatibus non indulserunt, Scythas vicerant, et ad Hellespontum civitates condiderant, et Euxinum Pontum splendidis coloniis frequentaverunt: et omnes Miletum confluebant. Postquam vero voluptatibus et luxuriæ succubuerunt, enervatum concidit civitatis robur, ut ait Aristoteles, et enatum est in eos proverbium: « Fortes fuerunt olim Milesii. »

93.

Abarnus, ... Hecatæus Milesius in Asiæ descriptione perhibet Abarnum Lampsaci promontorium esse. Ephorus autem libro quinto nominis illi originem tribuit ab Abarnide Phocaidis, quia Phocæenses Lampsacum condiderunt.

94.

Soli civitas, una Cypri, altera Ciliciæ; ut quum alii memorant, tum Ephorus libro quinto.

95.

Narmalis, urbs Pisidiæ, uti Cabalis: ejus cives Narmalenses, uti Cabalenses, quemadmodum Ephorus perhibet.

Baris, urbs, cujus gentile Barites. Βᾶρις etiam de domo

Digitized by Google

βᾶρις ἡ οἰκία, ὡς Ποσείδιππος, καὶ ἡ συνοικία ὡς Ἔφορος.

« Sitne hic locus usquequaque incorruptus, non affirmaverim, eum saltem admodum oscitanter excerptum ad nos pervenisse, pæne certo dixerim. Ephori narrationis vestigia in Plinio animadvertuntur, V, 31 : *Attingit Galatia et Pamphylia* Cabaliam *et Milyas, qui circa* Barin *sunt et Cyllandicum et Oroandicum Pisidiæ tractum.* Fortasse etiam Ephoro sua debet Nicol. Damasc. p. 122 Or. (e Joseph. A. J. 4) : Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμηνίαν, Βᾶρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι κτλ. » *Marx.*

96.

Stephanus : Καρικὸν Τεῖχος, πόλις Λιβύης ἐν ἀριστερᾷ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, ὡς Ἔφορος πέμπτῃ. Ex Ephoro Marx desumtum suspicatur etiam locum Plinii (VI, 25), ubi Θεῶν Ὄχημα et Ἑσπέρου Κέρας commemorat.

Idem : Ἀβρότονον, πόλις Λιβυφοινίκων. Καλεῖται δὲ καὶ Νεάπολις, ὡς Ἔφορος.

Idem : Χαλισία, πόλις Λιβύης. Ἔφορος πέμπτῳ (vulg. πρώτῳ) · « Ἀναχθέντι δ' ἀπὸ τούτων, πόλις ὀνομαζομένη Χαλισία. »

Idem : Ὕδρα, νῆσος Λιβύης, περὶ Καρχηδόνα, ὡς Ἔφορος πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ὑδραῖος ἢ Ὑδράτης.

Apostolius Proverb. VII, 37 : Δούλων πόλις, ἐν Λιβύῃ. Ἔφορος ε'. Eadem Suidas. Conf. Hesych. et Stephan. s. v.

96 a.

Plin. H. N. VI, 36, ubi de insula Cerne loquitur : *Ephorus auctor est a rubro mari navigantes in eam non posse propter ardores ultra quasdam columnas* (*ita appellantur parvæ insulæ*) *provehi.* Cf. quæ habet Plin. II, 67 de Hannonis periplo, ex eodem Ephoro, ut videtur, petita.

LIBER SEXTUS.

97.

Athenæus IV, p. 154, D : Ἔφορος δ' ἐν ἕκτῃ Ἱστοριῶν · Ἥσκουν, φησί, τὰ πολεμικὰ οἱ Μαντινεῖς καὶ Ἀρκάδες · τήν τε στολὴν τὴν πολεμικὴν καὶ τὴν ὅπλισιν τὴν ἀρχαίαν, ὡς εὑρόντων ἐκείνων, ἔτι καὶ νῦν Μαντινικὴν ἀποκαλοῦσι · πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁπλομαχίας μαθήσεις ἐν Μαντινείᾳ πρῶτον εὑρέθησαν, Δημέου τὸ τέχνημα καταδείξαντος.

Stephanus : Φορίεια, κώμη Ἀρκαδίας· τὸ ἐθνικὸν Φοριαεὺς, ὡς Ἔφορος ἐν ἕκτῳ τῶν Ἱστοριῶν.

98.

Stephanus : Ἁλιεῖς, πόλις Λακωνικῆς παραθαλασσία. ... Ἔφορος ἐν τῷ ἕκτῳ, ὅτι οὗτοι Τιρύνθιοί εἰσι, καὶ ἐξαναστάντες ἐβουλεύοντο οἰκεῖν τινα τόπον καὶ ἠρώτων τὸν θεόν · ἔχρησε δὲ οὕτω · Ποῖ τὸ λαβῶν καὶ ποῖ τὸ καθίζω καὶ ποῖ τὸ οἴκησιν ἔχων ἁλιέα τε κεκλῆσθαι.

Berkelius (pag. 98) Λακωνικῆς in Ἀργολικῆς mutari vult.

LIBER SEPTIMUS.

99.

Theon. Progymn. p. 12 ed. Bas., cap. 2 : Ἔχουσι δὲ καὶ περὶ Δαιδάλου τῆς ἀφίξεως πρὸς Κώκαλον τὸν Σικανῶν βασιλέα Ἔφορος μὲν ἐν τῇ ζ', Φίλιστος δὲ ἐν τῇ πρώτῃ.

Cf. Diodor. IV, 78 ; et quam Zenobius IV, 92 de Minoe narrationem habet, ex Ephoro, ut videtur Valckenario ad Herodot. VII, 169, p. 584, repetitam.

---

accipitur apud Posidippum, nec non de vico apud Ephorum.

96.

Caricontichos, *Caricus murus,* urbs Libyæ ad sinistram Herculearum columnarum, cujus Ephorus libro quinto meminit.

Abrotonum, urbs Libyphœnicum, quæ apud Ephorum Neapolis appellatur.

Chalisia, urbs Libyæ. Ephorus quinto (*vulgo* primo) ; « Hinc autem solventi urbs nominata Chalisia. »

Hydra, insula Libyæ, circa Carthaginem, ut Ephorus quinto. Gentile, Hydræus, vel Hydrates.

Servorum urbs, in Libya, ut Ephorus scribit libro quinto.

LIBER SEXTUS.

97.

Ephorus autem sexto Historiarum, « Bellicas exercitationes, inquit, instituerunt Mantinenses et Arcades : et ad hunc usque diem militaris cultus, et vetusta armatura, tamquam ab illis inventa, *Mantinensis* vocatur. Ad hæc etiam armis digladiandi ars ac disciplina Mantineæ inventa est, Demea illud artificium ex professo docente. »

Phoriea, vicus Arcadiæ. Gentile, Phoriæus, ut Ephorus in sexto Historiarum.

98.

Haliees, urbs Laconiæ maritima. ... Refert Ephorus libro sexto, eos esse Tirynthios, qui demigraturi, de loco quodam colendo consilium inibant, deumque interrogabant, qui ipsis hunc in modum respondit : Ubicunque domicilium acceperis, ubicunque consederis, et ubicunque habitaveris, te piscatorem dictum iri pronuntio.

LIBER SEPTIMUS.

99.

Extat narratio de adventu Dædali ad Cocalum, regem Sicanorum, tam apud Ephorum in septimo, quam apud Philistum in primo.

Digitized by Google

LIBER OCTAVUS.

100.

Harpocration: Εὐρυβάτης, Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντα (p. 293). ... Ἔφορος ἐν τῇ ὀγδοῇ Εὐρυβάτην φησὶν ἄνδρα Ἐφέσιον λαβόντα χρήματα παρὰ Κροίσου ὥστε στρατιὰν συναγαγεῖν εἰς τὸν πόλεμον τὸν εἰς τοὺς Πέρσας, εἶτα προδότην γενόμενον ἐγχειρίσαι τὰ δοθέντα χρήματα τῷ Κύρῳ.

« Eadem fere, laudato aut suppresso auctore, narrant Suidas, Apostolius IX, 33, Ulpian. ad Demosth. p. 137., Eustath. ad Hom. p. 1864 Rom., Eudocia p. 161, Diodori Excerptt. t. IV, p. 48, ibiq. Wessel., Schol. Aristid. t. II, p. 310., Schol. Lucian. Pseudom. p. 66 Bip., Lex. Seguier. in Bekkeri Anecdott. Gr. pag. 67 et 168, Schol. Hermogen. in Reiskii Oratt. Gr. t. VIII, p. 924 seq. » *Marx.*

101.

Diogenes Laertius I, 40: Ἔφορος δὲ παρὰ Κροίσῳ πλὴν Θαλοῦ septem convenisse sapientes tradit. Ibidem: Ἔφορος δ' ἀντὶ Μύσωνος Ἀνάχαρσιν in septem sapientium numero habet. Cf. fragm. 77 et 78, Diodor. Exc. IX. p. 24 Bip., Exc. Vat. p. 14 sq.

102.

Athenæus XII, p. 515, E: Λυδοὶ εἰς τοσοῦτον ἦλθον τρυφῆς, ὡς καὶ πρῶτοι γυναῖκας εὐνουχίσαι, ὡς ἱστορεῖ Ξάνθος ὁ Λυδὸς ἢ ὁ εἰς αὐτὸν τὰς ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφὼς Διονύσιος ὁ Σκυθοβραχίων, ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς βιβλίων, ἀγνοῶν ὅτι Ἔφορος ὁ συγγραφεὺς μνημονεύει αὐτοῦ ὡς παλαιοτέρου ὄντος, καὶ Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκότος.

LIBER NONUS.

103.

Schol. Apoll. Rh. II, 967: Ἔφορος δ' ἐν ἐνάτῳ φησὶ τὰς Ἀμαζόνας ὑβριζομένας ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἐξελθόντων αὐτῶν ἐπί τινα πόλεμον, τοὺς μὲν καταλειφθέντας ἀναιρεῖν, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς ξένης προσιόντας μὴ δέχεσθαι.

Stephanus: Ἀμαζόνες, ἔθνος γυναικεῖον πρὸς τῷ Θερμώδοντι, ὡς Ἔφορος, ἃς νῦν Σαυροματίδας καλοῦσι. Cf. Herodotus IX, 27. Cf. fr. 78.

104.

Schol. Apoll. Rh. I, 976: Κλειτὴ θυγάτηρ Μέροπος, Περκωσίου τὸ γένος, μάντεως, ἣν Κύζικος ἔγημεν, ὡς ἱστορεῖ Δηίλοχος καὶ Ἔφορος. Cf. Parthen. Erot. XVIII.

Idem Schol. ibid. 1037: Περὶ δὲ τῆς τοῦ Κυζίκου ἀναιρέσεως καὶ τῆς ὅλης μάχης οὐ συμφωνεῖται. Ἔφορος μὲν γὰρ τοὺς Δολίονας, Πελασγοὺς ὄντας καὶ ἐχθρῶδῶς διακειμένους πρὸς τοὺς τὴν Θεσσαλίαν καὶ Μαγνησίαν κατοικοῦντας, διὰ τὸ ἀπελασθῆναι ὑπ' αὐτῶν, ἐπιθέσθαι αὐτοῖς νύκτωρ γράφει ἐν τῇ ἐννάτῃ. Cf. Strabo XII, p. 861: Δολίονας μὲν οὖν μάλιστα καλοῦσι τοὺς περὶ Κύζικον, ἀπὸ Αἰσήπου ἕως Ῥυνδάκου καὶ τῆς Δασκυλίτιδος λίμνης.

105.

Stephanus: Φάλαννα, πόλις Περῤῥαιβίας, ἀπὸ Φαλάννης τῆς Τύρου θυγατρὸς. Λυκόφρων·

Γόνον, Φάλανναν ἠδ' Ὀλοσσόνων γύας.

Ἑκαταῖος Ἱστοριῶν α' Ἱππίαν αὐτὴν καλεῖ. Καὶ Ἔφορος Φάλαννον αὐτὴν καλεῖ ἐν τῷ θ'.

Cf. Tzetz. ad Lycophr. vs. 906.

LIBER DECIMUS.

106.

Diogenes Laert. I, 96, in vita Periandri:

LIBER OCTAVUS.

100.

Eurybates. Æschines in Ctesiphontem. Ephorus libro octavo, Eurybatem ait virum fuisse Ephesium, qui accepta a Crœso pecunia, ut conduceret militem ad bellum in Persas movendum, proditor factus commissas sibi pecunias Cyro tradidisset.

101.

Ephorus apud Crœsum septem sapientes præter unum Thaletem convenisse tradit.

Ephorus pro Mysone Anacharsim in septem sapientium numero habet.

102.

Lydi eo mollitiei progressi sunt, ut etiam feminas castrarent; quod tradit Xanthus Lydius, sive qui Historias conscripsit quæ illi tribuuntur, Dionysius Scythobrachion, ut ait Artemon Cassandrensis in commentario de librorum collectione; nescius scilicet, Ephorum historiarum scriptorem illius tamquam vetustioris meminisse, qui etiam Herodoto ansam scribendi præbuisset.

LIBER NONUS.

103.

Ephorus libro nono dicit Amazones injuriis affectas a viris, his in bellum profectis, superstites interficere, eos vero, qui ex terra peregrina advenirent, non excipere.

Amazones, gens solis mulieribus constans ad Thermodontem, auctore Ephoro, quas nunc Sauromatidas appellant.

104.

Clite, filia Meropis, Percosii gente, vatis, quam Cyzicus uxorem duxit, ut narrant Deilochus et Ephorus.

De excidio Cyzici atque de tota pugna non conciunt scriptores. Ephorus enim libro nono narrat Dolliones, Pelasgos atque infesti animi contra Thessaliæ Magnesiæque incolas, quum ab his patria essent expulsi, noctu eos aggressos esse.

105.

Phalanna, urbs Perrhæbiæ, a Phalanne Tyri filia. Ephorus Phalannum eam dicit in nono.

LIBER DECIMUS.

106.

Porro Ephorus in historia vovisse illum (Periandrum)

Digitized by Google

Ἀλλὰ καὶ Ἔφορος ἱστορεῖ ὡς εὔξαιτο εἰ νικήσειεν Ὀλύμπια τεθρίππῳ χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀναθεῖναι. Νικήσας δὲ καὶ ἀπορῶν χρυσίου, κατά τινα ἑορτὴν ἐπιχώριον κεκοσμημένας ἰδὼν τὰς γυναῖκας, πάντα ἀφείλετο τὸν κόσμον, καὶ ἔπεμψε τὸ ἀνάθημα.

Ibidem, I, 98, de eodem: Οὗτος πρῶτος δορυφόρους ἔσχε, καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τυραννίδα μετέστησε, καὶ οὐκ εἴα ἐν ἄστει ζῆν τοὺς βουλομένους, καθά φησιν Ἔφορος καὶ Ἀριστοτέλης (Politic. V, 8). « Heraclid. p. 209 Cor. fere iisdem verbis, quibus Ephorus, utitur; a quo etiam Nicolai (Fragmm. p. 50 Or.) de Periandro fluxisse videri potest narratio. » *Marx.*

107.

Stephanus: Πάρος, νῆσος..... Ἀπὸ ταύτης λέγεται παροιμία τὸ ἀναπαριάζειν, ὡς Ἔφορος ἐν δεκάτῳ· « Ὁ δὲ Μιλτιάδης τῶν μὲν ἄλλων νήσων τινὰς ἀποβάσεις ποιησάμενος ἐπόρθησε· Πάρον δὲ, εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην οὖσαν τότε τῶν Κυκλάδων, καθεζόμενος ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον τῆς θαλάττης εἴργων, καὶ κατὰ γῆν μηχανήματα ἄγων· ἤδη τῶν τειχῶν πιπτόντων, καὶ ἐπὶ τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν διωμολογημένων, ὕλης τινὸς ἐξ αὐτομάτου περὶ τὴν Μύκονον ἐξαφθείσης, οἱ μὲν Πάριοι τὸν Δᾶτιν αὐτοῖς πυρσεύειν ὑπολαβόντες, ἐψεύσαντο τὰς ὁμολογίας, καὶ τὴν πόλιν οὐκέτι τῷ Μιλτιάδῃ παρέδοσαν. Ὅθεν φασὶν ἡμᾶς ἔτι καὶ νῦν χρῆσθαι τῇ παροιμίᾳ, τοὺς ψευδομένους τὰς ὁμολογίας ἀναπαριάζειν φάσκοντας. «

Ephorum sequitur Cornel. Nep. Miltiad. c. 7; v. Valckenaer. ad Herodot. VI, 126 et 137, et quod ibi in medium profert scholium inedituм ad Aristid. t. III, p. 292, quod collatum cum editis, t. II, p. 177 et 243 Jebb., item ex Ephoro depromtum videri dicit Marx.

LIBER UNDECIMUS.

108.

Joannes Lydus De mensibus p. 113 Schow: Ἔφορός γε μὴν ὁ Κυμαῖος ἐν τῇ πρώτῃ (ἑνδεκάτῃ ex Theone [v. fr. 109] leg. Marx.) τῶν Ἱστοριῶν φησιν, ἀραιὰν εἶναι κατὰ φύσιν τὴν Αἴγυπτον καὶ κατ' ἔτος ἐπαγομένης ἴλυος ὑπὸ τοῦ Νείλου στεγανοῦσθαι, τὸν δὲ ποταμὸν δίκην ἱδρῶτος κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ καύματος ἐπὶ τὰ κουφότερα καὶ ἀραιότερα καταῤῥεῖν.

Plutarchus De placit. philos. IV, 1: Ἔφορος ὁ ἱστοριογράφος κατὰ θέρος φησὶν ἀναχαλᾶσθαι τὴν ὅλην Αἴγυπτον, καὶ οἱονεὶ ἐξιδροῦν τὸ πολὺ νᾶμα, συνδίδωσι δ' αὐτῇ καὶ ἡ Ἀραβία καὶ ἡ Λιβύη παρὰ τὸ ἀραιὸν καὶ τὸ ὑπόψαμμον.

Schol. Apollon. Rh. IV, 269: Ἔφορος δὲ ποταμόχωστον εἶναι φησὶ τὴν Αἴγυπτον· ῥηγνυμένης δὲ τῆς γῆς ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῷ ἔαρι ἀναπηδᾷν τὸ ὕδωρ, καὶ ἐπαύξεσθαι τὸ ῥεῦμα.

Diodorus Siculus I, 39: Ἔφορος δὲ καινοτάτην αἰτίαν εἰσφέρων, πιθανολογεῖν μὲν πειρᾶται, τῆς δ' ἀληθείας οὐδαμῶς ἐπιτυγχάνων θεωρεῖται. Φησὶ γὰρ ἅπασαν τὴν Αἴγυπτον, ποταμόχωστον οὖσαν καὶ χαύνην, ἔτι δὲ κισσηρώδη τὴν φύσιν, ῥαγάδας τε μεγάλας καὶ διηνεκεῖς ἔχειν· διὰ δὲ τούτων εἰς ἑαυτὴν ἀναλαμβάνειν ὑγροῦ πλῆθος· καὶ κατὰ μὲν τὴν χειμερινὴν ὥραν συνέχειν ἐν ἑαυτῇ τοῦτο, κατὰ δὲ τὴν θερινὴν ὥσπερ ἱδρῶτας τινὰς ἐξ αὐτῆς πανταχόθεν ἀνιέναι, καὶ διὰ τούτων πληροῦν τὸν ποταμόν. Ὁ δὲ συγγραφεὺς οὗτος οὐ μόνον ἡμῖν φαίνεται μὴ τεθεαμένος τὴν φύσιν τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον τόπων, ἀλλὰ μηδὲ παρὰ τῶν εἰδότων τὰ κατὰ τὴν χώραν ταύτην ἐπιμελῶς

---

tradit, si Olympia quadriga vicisset, auream statuam deo sacraturum: victoria vero potitum et auro egentem, quadam celebritate populari, mulieribus procedentibus ornatis, mundum ademisse muliebrem, atque ita donarium misisse. ... Idem Periander, secundum Ephorum et Aristotelem, primus habuit satellites, imperium tyrannicum instituit, nec sinebat in urbe manere qui volebant.

107.

Paros insula. ... Ab hac dicitur proverbium τὸ ἀναπαριάζειν, i. e. « more Pariorum pacta frangere, » ut Ephorus libro decimo: « Miltiades vero alias quidem insulas, quum excensiones ad eas fecisset, vastavit, Parum vero, felicissimam ac maximam eo tempore Cycladum, diu obsidione cinctam oppugnabat; commeatus, qui ei mari poterant inferri, arcebat, ac terra tormentis premebat. Jam vero cadentibus muris, ac paciscentibus urbem tradere, silva quadam fortuito circa Myconum incensa, Parii existimantes Datim ipsis igne signum dare, ne urbem traderent, pacta irrita fecerunt, ac urbem Miltiadi non tradidere: unde aiunt nos adhuc parœmia uti dicentes de eis, qui pacta fallunt, ἀναπαριάζειν, » quasi dicas, *repariare*, tanquam resolvere Pario more.

LIBER UNDECIMUS.

108.

Ephorus Cumanus libro primo (XI?) Historiarum Ægyptum dicit natura aridam quotannis limo ex Nilo aggesto obduci, atque hunc fluvium, quasi sudorem, calida æstatis tempestate in leviorem et aridiorem terram defluere.

Ephorus, historicus, æstate ait relaxari totam Ægyptum, ac quasi exsudare copiosam aquam; ac conferre ad hoc etiam Arabiam et Africam ob rarum et sabulosum solum.

Ephorus Ægyptum dicit a fluvio aggestam. Verno autem tempore ruptam solis radiis terram aquam ex se emittere, ideoque Nilo fluvio præbere incrementum.

Ephorus, caussam afferens recentissimam (inundationis Nili), persuadere quidem conatur, sed veritatem minime assequi cernitur. Tota Ægyptus, ait, a flumine congesta est et laxa naturâque pumicosa, rimas in se habet magnas et continuas, per quas humoris copiam in se recipit, et hic mali tempore in se continet, æstate autem tanquam sudores ex se undequaque emittit; unde incrementum Nilo præbetur. Scriptor hic non solum ipse locorum Ægypti naturam non vidisse, sed nec ab iis, quibus regionis illius ratio cognita est, diligenter percunctatus nobis videtur.

Digitized by Google

πεπυσμένος. Sed tamen cap. 37 dixerat: Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἔφορον καὶ Θεόπομπον μάλιστα πάντων εἰς ταῦτα ἐπιταθέντες, ἥκιστα τῆς ἀληθείας ἐπέτυχον, καὶ διεσφάλησαν οὗτοι πάντες οὐ διὰ τὴν ἀμέλειαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς χώρας ἰδιότητα. Diodorum exscripsit Theophylact. Simocatta p. 186 Par.

Aristides Orat. Ægypt. t. III, pag. 585 seq. Canteri (t. II, p. 348 seq. Jebb.): Ἀλλά γε δὴ μετάβηθι; Ἐφόρου δὲ τοῦ φιλοσόφου καὶ σοφιστοῦ κόσμον ἄεισον, ᾧ κεκόσμηκεν ἀνὴρ αὐτόν τε καὶ τὴν συγγραφήν. « Tum Ephori commentum, perpensis singulorum argumentorum rationibus, ad examen vocat. Sicuti vero nec quæ Diodorus contra Ephorum disputavit, transcribenda duximus, cum in ipso melius legantur, nec verbosam Aristidis orationem (implet enim fere undecim pagellas) exscribere voluimus, exceptis quæ esse ipsius viderentur Ephori argumenta. Nilum igitur, hieme terra constrictum, sole æstivo sudoris instar e terra excitari, statuerat. Φησὶ γάρ, ὡς ἄρα οὐ δυνατὸν τοῦτο συμβαίνειν περὶ τὴν ἄλλην γῆν, διὰ τὸ μήτε κοίλην εἶναι, μήτ' ἐπίκτητον·ὥσπερ τὴν Αἴγυπτον, ἀλλ' ἀρχαίαν τε καὶ ὡς ἐκεῖνος κέκληκεν αὐτοπαγῆ (Aristid. pag. 590). Ἀραιὰ γὰρ ἡ Αἴγυπτος καὶ ῥαδία λιβάδας διαδοῦναι (id. p. 593). Ἔφορος ... εἰπὼν μὴ δεῖν ἄλλοθι ζητεῖν, οὐ γὰρ εἶναι ταυτόν (id. p. 295). Πῶς οὖν αἱ πόῤῥω τοῦ Νείλου, φησὶ, λίμναι πληροῦνται, εἴπερ ἐξ ὄμβρων ἢ χιόνος λυθείσης αἴρεται; (id. p. 589). His tandem finit: Τοσαῦτα δὴ ἡμῖν καὶ πρὸς τὴν Ἐφόρου σοφίαν καὶ γνώμην καινὴν εἰρήσθω, ὅτι καὶ μόνος ἥφθαι φησὶ τῆς ἀληθείας. » *Marx.*

Stephan. Byz.: Δέλτα, ... νῆσος Αἰγύπτου· ὡς Ἔφορος, κατ' Αἰγυπτίους καλουμένη Πτίμυρις, ἀπὸ τῆς τοῦ σχήματος ὁμοιότητος. « Marx. scribendum putat mutato verborum ordine, νῆσος Α. ἀπὸ τῆς τ. σ. ὁ., ὡς Ε. κ. Α. κ. Π., quod probandum, siquidem recte dixit Hugius (*Ueber den Mythus* p. 306) vocem Πτίμυρις significare: *donum Mœridis.*

109.

Ephorum aliorum quoque de Nili incrementi sententias recensuisse declarant Aristid. t. III, p. 593 (t. II, p. 352 Jebb.), ubi Ephoro objicit, καίτοι πρός γε οὓς αὐτὸς ἀντιλέγει, καὶ ἓν ποιησάμενος παράδειγμα ἀπαλλάττεται, et Theo Progymn. cap. II, p. 12 Basil.: Καὶ δεῖ ἁρμόττειν ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος (sc. χρειῶν καὶ γνωμῶν καὶ ἀποφάσεων) ὅσα λέγεται ὑπὸ τοῦ Ἐφόρου ἐν τῇ ἐνδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν πρὸς τὰς ὑπὸ τῶν παλαιοτέρων περὶ τοῦ Νείλου καταβεβλημένας ἀποφάσεις. Cf. Schol. Apollon. IV, 269, ubi ex Aristone Chio eandem quam Ephorus habebat de Nilo sententiam exponit.

LIBER DUODECIMUS (13).

110.

Stephanus Τύχη, πόλις Σικελίας πλησίον Συρακουσῶν. Ἔφορος ἐν δυοκαιδεκάτῳ νῆσον Τυχίαν φησίν.

111.

Schol.: Pindari Pyth. I, 146: Ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεθ' ἁλικίαν, Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας δουλείας.] Εἰκὸς δὲ ταῖς Ἐφόρου ἱστορίαις ἐντυχόντα (εἰκὸς δὲ τὸν Ἔφορον ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐντυχόντα τῷ Πινδάρῳ emend. Marx.) τὸν Πίνδαρον ἐξηκολουθηκέναι αὐτὸν αὐτῷ· ἱστορεῖ γὰρ Ἔφορος τοιοῦτον, ὅτι παρασκευαζομένου Ξέρξου τὸν ἐπὶ τῇ Ἑλλάδι στόλον, πρέσβεις παραγενέσθαι πρὸς Γέλωνα τὸν τύραννον, ἱκετεύοντας εἰς τὸν τῶν Ἑλλήνων σύλλογον ἐλθεῖν· ἐκ δὲ Περσῶν καὶ Φοινίκων πρέσβεις πρὸς Καρχηδονίους, προστάσσοντας ὡς πλεῖστον δέοι στόλον· εἰς Σικελίαν τε βαδίζειν, [καὶ] καταστρεψαμένους τοὺς τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονοῦντας, πλεῖν ἐπὶ Πελοπόννησον· ἀμφοτέρων δὲ τόνδε τὸν λόγον ὑποδεξαμένων, καὶ τοῦ μὲν Ἱέρωνος (leg. Γέλωνος) συμμαχῆσαι τοῖς Ἕλλησι προθυμου-

---

Ephorus et Theopompus, licet maxime omnium in hanc quæstionem vires intenderint, veritatem tamen minime assequuntur. Hi omnes non quidem negligentia, sed ignoratione loci aberrarunt.

Dicit Ephorus fieri non posse, ut aliis terris hoc accideret, quippe quæ nec concavæ essent, nec aggestæ, sicut Ægyptus, sed antiquæ ac, quemadmodum ipse ait, ab origine firmæ. — Ægyptus enim arida est atque facile excipit aquam. — Ephorus dicit non debere hoc alibi quæri; rem enim non eandem esse. — Quomodo igitur lacus longe a Nilo dissiti implentur, si imbribus et nive soluta flumen incrementa capit? — Hæc dicta nobis sint de sapientia Ephori deque nova ejus sententia, qui solum se verum dicit attigisse.

Delta, .. Ægypti insula, a figuræ similitudine nominata, quæ ab Ægyptiis, teste Ephoro, Ptimyris appellatur.

109.

Atque ad hoc (sententiarum, opinionum, placitorum) genus quæ ab Ephoro undecimo Historiarum libro contra veterum de Nilo opinionem disputantur, referenda sunt.

LIBER DUODECIMUS.

110.

Tyche, urbs Siciliæ, prope Syracusas. Ephorus in duodecimo insulam Tychiam dicit.

111.

Probabile est Pindarum in Ephori (imo *Ephorum in Pindari*) narrationem incidisse, eamque secutum esse. Narrat enim Ephorus, Xerxe classem contra Græciam parante, legatos adiisse Gelonem tyrannum, precantes ut ad Græcorum societatem accederet; a Persis vero et Phœnicibus legatos missos esse ad Carthaginienses, imperantes ut quam maximam classem pararent, ut in Siciliam trajicerent, et, superatis ibi qui a Græcorum partibus starent, in Peloponnesum. Utrisque rem a legatis propositam approbantibus, Gelone ad belli cum Græcis

Digitized by Google

μένου, τῶν δὲ Καρχηδονίων ἑτοίμων ὄντων συμπρᾶξαι τῷ Ξέρξῃ, Γέλωνα διακοσίας ναῦς εὐτρεπίσαντα καὶ δισχιλίους ἱππεῖς καὶ πεζοὺς μυρίους κατακοῦσαι πόλον Καρχηδονίων πλέοντα ἐπὶ Σικελίαν καὶ διαμαχησάμενον οὐ μόνον τοὺς Σικελιώτας ἐλευθερῶσαι, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν. Εἰκὸς οὖν ταύτῃ τῇ ἱστορίᾳ ἐντετυχηκέναι τὸν Πίνδαρον. Legendum foret Ἔφορον, sed nefas est corrigere hunc Scholiastæ stuporem.

Cf. Diod. XI, 20 seq.

112.

Schol. Pind. Isthm. V, 63: Ἐν πολυφθόρῳ, Σαλαμῖς, Διὸς ὄμβρῳ] ὑπαινίττεται τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν τῶν Ἑλλήνων, ἧς ἔλαβον τὰ ἀριστεῖα οἱ Αἰγινῆται· καθά φησιν Ἡρόδοτός τε καὶ Ἔφορος. Herodot. VIII, 93. Cf. Diodor. XI, 80, p. 417; Strabo VIII, p. 603, B; Plutarch. Themist. cap. XVII.

113.

Plutarch. De Herod. malign. cap. 36, p. 869, A: Malitiose agere Herodotum, quum Naxios primum a Barbarorum parte stetisse dicat: Ἀντιμαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ τῶν μὲν πρεσβυτέρων Ἑλλάνικος, τῶν δὲ νεωτέρων Ἔφορος, ὁ μὲν ἓξ, ὁ δὲ πέντε ναυσὶν αὐτοὺς Ναξίους ἐλθεῖν τοῖς Ἕλλησι βοηθοῦντας, ἱστορήσας. Cf. Herodot, VIII, 46. Diodor. XI, 30, in prœlio ad Platæas pugnasse dicit circa centum millia; Herodotus quinquaginta millia posuit. — Idem Diodor. c. 33 cecidisse ait supra decem millia, qui numerus longe excedit illum a Plutarcho in Arist. c. 19 proditum. Vides autem hæc omnia fluxisse ex Ephoro.

114.

Plutarch. ibid. cap. 5, p. 855, F: Quosdam historicos deteriora potissimum memoriæ tradere, πολλοὶ δὲ ὅλως παραλείπουσιν· ὥσπερ ἀμέλει περὶ Θεμιστοκλέους Ἔφορος μὲν εἰπὼν ὅτι τὴν Παυσανίου προδοσίαν ἀνέγνω, καὶ τὰ πρασσόμενα πρὸς τοὺς βασιλέως στρατηγούς· ἀλλ' οὐκ ἐπείσθη, φησίν, οὐδὲ προσεδέξατο κοινουμένου καὶ παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἐλπίδας· Θουκυδίδης δὲ καὶ τὸ παράπαν τὸν λόγον τοῦτον ὡς κατεγνωκὼς παρῆκεν. Eadem narrant Diodor. XI, 54. Cf. Plutarch. Vit. Themistocl. c. 23, et Aristid. Defens. IV virorum, t. II, p. 243, Jebb., quorum uterque Ephorum ante oculos habuisse videtur.

115.

Plutarch. Vit. Themistoclis cap. 27, p. 125: Θουκυδίδης μὲν καὶ Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστοροῦσι τεθνηκότος Ξέρξου πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῷ Θεμιστοκλεῖ γενέσθαι τὴν ἔντευξιν· Ἔφορος δὲ καὶ Δείνων καὶ Κλείταρχος καὶ Ἡρακλείδης, ἔτι δ' ἄλλοι πλείονες, πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὸν Ξέρξην. Cf. Diodor. IX, 56.

116.

Plutarch. Vit. Cimon. cap. 12, p. 486, B sq., de pugna ad Eurymedontem: Ἔφορος μὲν οὖν Τιθραύστην φησὶ τῶν βασιλικῶν νεῶν ἄρχειν καὶ τοῦ πεζοῦ Φερενδάτην· Καλλισθένης δὲ Ἀριομάνδην τὸν Γωβρύου, κυριώτατον ὄντα τῆς δυνάμεως, παρὰ τὸν Εὐρυμέδοντα ταῖς ναυσὶ παορμεῖν· .... προσφερομένων δὲ τῶν Ἀθηναίων, ἀντεξέπλευσαν, ὡς ἱστορεῖ Φανόδημος, ἑξακοσίαις ναυσίν· ὡς δ' Ἔφορος, πεντήκοντα καὶ τριακοσίαις.

Ephorum sectatur Diodorus XI, 60.

117.

Plutarch. Pericl. cap. 27: Ἔφορος δὲ καὶ μηχαναῖς (in Sami obsidione) χρήσασθαι τὸν Περικλέα (φησὶ), τὴν καινότητα θαυμάσαντα, Ἀρτέμωνος τοῦ μηχανικοῦ παρόντος, ὃν χωλὸν ὄντα καὶ φορείῳ πρὸς τὰ κατεπείγοντα τῶν ἔργων προσκομιζό-

---

societatem propenso, Carthaginiensibus vero ad opem Xerxi ferendam paratis, nuntiatum esse Geloni, qui ducentas naves, atque duo millia equitum, peditum vero decem instruxisset, Carthaginiensium classem navigare in Siciliam: commissam esse pugnam navalem, qua non modo Siciliam liberasset, sed etiam Græciam universam. Probabile est igitur in hancce narrationem Pindarum (*Ephorum*) incidisse.

112.

Subobscure significat Græcorum ad Salaminem pugnam navalem, ubi Æginetæ fortitudinis præmium abstulerunt, sicut Herodotus dicit et Ephorus.

113.

Testimonium contra Herodotum de vetustioribus Hellanicus, de recentioribus Ephorus, alter sex, alter quinque navibus ipsos Naxios auxilio venisse Græcis scribentes.

114.

Et sunt qui omnino prætermittant deteriora. Verbi gratia de Themistocle Ephorus scribit, eum Pausaniæ proditionem, et quæ cum regiis ducibus tractaret, legisse, non tamen passum sibi hoc persuaderi, neque admisisse Pausaniam, a quo ad spei societatem vocabatur. Thucydides id, ut plane damnatum falsi, omisit.

115.

Ac Thucydides et Charon Lampsacenus, Xerxe defuncto prodiunt in sermonem venisse Themistoclem cum filio ejus: Ephorus vero, Dinon, Clitarchus, Heraclides, aliique complures, ipsum convenisse Xerxem.

116.

Porro Ephorus quidem Tithrausten classi regiæ tradit præfuisse, terrestribus copiis Pherendaten: Callisthenes vero, Ariomanden Gobryæ filium summo cum imperio in exercitu fuisse; hunc classem ad Eurymedontem in statione habuisse. ... Ceterum ubi ingruerunt Athenienses, sexcentis navibus, ut scribit Phanodemus, ut Ephorus, trecentis quinquaginta ei occurrerunt.

117.

Addit Ephorus et machinis usum Periclem, quum captus esset novæ rei admiratione, et habuisse secum Artemona mechanicum: quem, quod claudus esset, et, si quando necessitas eum vocaret ad opera, lectica defer-

Digitized by Google

μενον, ὀνομασθῆναι Περιφόρητον· τοῦτο μὲν οὖν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐλέγχει τοῖς Ἀνακρέοντος ποιήμασιν, ἐν οἷς ὁ Περιφόρητος Ἀρτέμων ὀνομάζεται, πολλαῖς ἔμπροσθεν ἡλικίαις τοῦ περὶ Σάμον πολέμου, καὶ τῶν πραγμάτων ἐκείνων. Τὸν δ' Ἀρτέμωνα φησὶ τρυφερὸν μέν τινα τῷ βίῳ, καὶ πρὸς τοὺς φόβους μαλακὸν ὄντα καὶ καταπλῆγα, τὰ πολλὰ μὲν οἴκοι καθέζεσθαι, χαλκῆν ἀσπίδα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ δυοῖν οἰκετῶν ὑπερεχόντων, ὥστε μηδὲν ἐμπεσεῖν τῶν ἄνωθεν· εἰ δὲ βιασθείη προελθεῖν, ἐν κλινιδίῳ κρεμαστῷ παρὰ τὴν γῆν αὐτὴν περιφερόμενον κομίζεσθαι καὶ διὰ τοῦτο κληθῆναι Περιφόρητον. ... Ἐννάτῳ δὲ μηνὶ τῶν Σαμίων παραστάντων ὁ Περικλῆς τὰ τείχη καθεῖλε.... Δοῦρις δὲ ὁ Σάμιος ... Atheniensium et Periclis in Samios crudelitatem ἐπιτραγῳδεῖ, ἣν οὔτε Θουκυδίδης ἱστόρηκεν οὔτ' Ἔφορος οὔτ' Ἀριστοτέλης. Cf. Diodor. XII 28.

118.

Schol. Aristophanis Nub. v. 855:

ΦΕΙΔ. Τὰς δ' ἐμβάδας ποῖ τέτροφας, ὦ 'νόητε σύ,
ΣΤΡΕΨ. Ὥσπερ Περικλέης εἰς τὸ δέον — ἀπώλεσα.

Περικλῆς πολλῶν ὄντων χρημάτων ἐν τῇ ἀκροπόλει, εἰς τὸν πόλεμον τὰ πλεῖστα ἀνάλωσε· φασὶ δὲ ὅτι καὶ λογισμοὺς διδοὺς τάλαντα εἴκοσιν ἁπλῶς εἶπεν εἰς τὸ δέον ἀνηλωκέναι.... Φησὶ δ' Ἔφορος, ὅτι μετὰ ταῦτα μαθόντες οἱ Λακεδαιμόνιοι Κλεανδρίδην (Κλέανδρον alter Schol. et Suidas) μὲν ἐδήμευσαν, Πλειστοάνακτα δὲ ιε' ταλάντοις ἐζημίωσαν, ὑπολαβόντες δωροδοκήσαντας αὐτοὺς, διὰ τὸ φείσασθαι τῆς λοιπῆς Ἀθηναίων γῆς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Περικλέα, μὴ θελήσαντα γυμνῶς εἰπεῖν ὅτι δέδωκα τοῖς Λακεδαιμονίων βασιλεῦσι τὸ ἐνδεές.

Cf. Plutarchus in Vita Periclis cap. 23.

LIBER QUARTUSDECIMUS.

119.

Diodorus XII, 38 — 41: Αἰτίαι μὲν οὖν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τοιαῦταί τινες ὑπῆρξαν, ὡς Ἔφορος ἀνέγραψε. Ἀθηναῖοι τῆς κατὰ θάλατταν ἡγεμονίας ἀντεχόμενοι, τὰ ἐν Δήλῳ κοινῇ συνηγμένα χρήματα, τάλαντα σχεδὸν ὀκτακισχίλια, μετήνεγκαν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ παρέδωκαν φυλάττειν Περικλεῖ. Οὗτος δ' ἦν εὐγενείᾳ καὶ δόξῃ καὶ λόγου δεινότητι πολὺ προέχων τῶν πολιτῶν. Μετὰ δέ τινα χρόνον ἀνηλωκὼς ἀπ' αὐτῶν ἰδίᾳ πλῆθος ἱκανὸν χρημάτων, καὶ λόγον ἀπαιτούμενος, εἰς ἀῤῥωστίαν ἐνέπεσεν, ὡς δυνάμενος τῶν πεπιστευμένων ἀποδοῦναι τὸν ἀπολογισμόν. Ἀδημονοῦντος δ' αὐτοῦ περὶ τούτων, Ἀλκιβιάδης ὁ ἀδελφιδοῦς ὀρφανὸς ὤν, τρεφόμενος παρ' αὐτῷ, παῖς ὢν τὴν ἡλικίαν, ἀφορμὴν αὐτῷ παρέσχετο τῆς περὶ τῶν χρημάτων ἀπολογίας. Θεωρῶν γὰρ τὸν θεῖον λυπούμενον, ἐπηρώτησε τὴν αἰτίαν τῆς λύπης. Τοῦ δὲ Περικλέους εἰπόντος, ὅτι τὴν περὶ τῶν χρημάτων ἀπολογίαν αἰτούμενος, ζητῶ πῶς ἂν δυναίμην ἀποδοῦναι τὸν περὶ τούτων λόγον τοῖς πολίταις· ὁ Ἀλκιβιάδης ἔφησε, δεῖν αὐτὸν σκοπεῖν μὴ πῶς ἀποδῷ τὸν λόγον, ἀλλὰ πῶς μὴ ἀποδῷ. Διόπερ Περικλῆς ἀποδεξάμενος τὴν τοῦ παιδὸς ἀπόφασιν, ἐζήτει δι' οὗ τρόπου τοὺς Ἀθηναίους δύναιτ' ἂν ἐμβαλεῖν εἰς μέγαν πόλεμον. Οὕτω γὰρ μάλιστα ὑπελάμβανε, διὰ τὴν ταραχὴν καὶ τοὺς τῆς πόλεως περισπασμοὺς καὶ φόβους, ἐκφεύξεσθαι τὸν ἀκριβῆ λόγον τῶν χρημάτων. Πρὸς δὲ ταύτην τὴν ἀφορμὴν συνέβαινεν αὐτῷ καὶ

retur, Periphoretum (*circumlatum*) dictum. Id confutat Ponticus Heraclides versibus Anacreontis, in quibus Artemonis Periphoreti multis ante bellum Samium et has res gestas ætatibus mentio fit. Hic Artemona refert fuisse mollem hominem, meticulosum et pavidum, domi fere residem, supra cujus caput, ne quid decideret superne, duo servi clypeum æneum tenerent. Quum necesse habebat exire, circumferri solitum in lectulo pensili humi pæne: hinc nuncupatum Periphoretum. ... Nono mense Samii fecerant deditionem: quorum muros Pericles diruit. ... Duris autem Samius (Atheniensium et Periclis in Samios crudelitatem) exaggerat, de qua nihil meminit nec Thucydides, nec Ephorus, nec Aristoteles.

118.

Quum multa in Acropoli pecunia esset, majorem ejus partem Pericles in bellum impendit. Quem rationes reddentem simpliciter dixisse aiunt, viginti talenta in res necessarias a se insumta esse. His auditis, ut Ephorus dicit, Lacedæmonii Cleandridem proscripserunt, Plistoanactem vero quindecim talentis multarunt, existimantes illos, quum reliquæ Atheniensium regioni pepercissent, pecunia corruptos esse a Pericle, quippe qui nollet nudis verbis confiteri Lacedæmoniorum regibus se eam quæ deesset pecuniam dedisse.

LIBER QUARTUSDECIMUS.

119.

Caussæ belli Peloponnesiaci, ut Ephorus scribit, erant fere hæ: Athenienses jam maris imperium sibi vindicantes, coactas ex communi Græcorum contributione pecunias in Delo depositas ad octo millia talentorum Athenas transtulerunt, easque Periclis fidei custodiendas tradidere. Vir ille generis nobilitate, gloria, et disserendi facultate cives alios longe anteibat. Sed aliquanto post, magna ejus parte in privatos usus expensa, quum rationem populo reddere jussus satisfacere non posset, in ægritudinem incidit. Animique dubio et mœrore de ea re conturbato, Alcibiades avunculi Periclis nepos, qui orphanus tunc apud illum et puerilis adhuc ætatis educabatur, rationem, qua peculatus crimen dilueret, suggessit. Nam avunculum mœrore affectum cernens, caussam tristitiæ quærebat. Respondet ille, Rationem pecuniarum expedire jussus, quanam via illam reddere possim, mecum disquiro. Ad quod ille, potius quomodo non reddat, consilium ineundum esse subjecit, quam quomodo reddat. Pericles igitur, sententiam pueri amplexus, quo pacto Athenienses gravi alicui bello implicaret, meditari cœpit. Sic enim futurum prospiciebat, ut perturbata variisque negotiis distracta, metu etiam perculsa civitate, exactum ipse calculum subterfugeret. His consiliorum initiis casus

Digitized by Google

ταὐτόματον, διὰ τοιαύτας αἰτίας. Τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἄγαλμα Φειδίας μὲν κατεσκεύαζε, Περικλῆς δὲ ὁ Ξανθίππου καθεσταμένος ἦν ἐπιμελητής. Τῶν δὲ συνεργασαμένων τῷ Φειδίᾳ τινὲς διενεχθέντες ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τοῦ Περικλέους, ἐκάθισαν ἐπὶ τὸν τῶν θεῶν βωμόν. Διὰ τὸ παράδοξον δὲ προσκαλούμενοι, ἔφασαν ἔτι πολλὰ τῶν ἱερῶν χρημάτων ἔχοντα Φειδίαν δείκνειν, ἐπισταμένου καὶ συνεργοῦντος τοῦ ἐπιμελητοῦ Περικλέους. Διόπερ ἐκκλησίας συνελθούσης περὶ τούτων, οἱ μὲν ἐχθροὶ τοῦ Περικλέους ἔπεισαν τὸν δῆμον συλλαβεῖν τὸν Φειδίαν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Περικλέους κατηγόρουν ἱεροσυλίαν. Πρὸς δὲ τούτοις Ἀναξαγόραν τὸν σοφιστὴν, διδάσκαλον ὄντα Περικλέους, ὡς ἀσεβοῦντα εἰς τοὺς θεοὺς ἐσυκοφάντουν. Συνέπλεκον δ' ἐν ταῖς κατηγορίαις καὶ διαβολαῖς τὸν Περικλέα, διὰ τὸν φθόνον, σπεύδοντες διαβαλεῖν τὴν τἀνδρὸς ὑπεροχήν τε καὶ δόξαν. Ὁ δὲ Περικλῆς, εἰδὼς τὸν δῆμον ἐν μὲν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις θαυμάζοντα τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας διὰ τὰς κατεπειγούσας χρείας, κατὰ δὲ τὴν εἰρήνην τοὺς αὐτοὺς συκοφαντοῦντα διὰ τὴν σχολὴν καὶ φθόνον, ἔκρινε συμφέρειν αὐτῷ τὴν πόλιν ἐμβαλεῖν εἰς μέγαν πόλεμον, ὅπως χρείαν ἔχουσα τῆς Περικλέους ἀρετῆς καὶ στρατηγίας, μὴ προσδέχηται τὰς κατ' αὐτοῦ διαβολὰς, μηδὲ ἔχῃ σχολὴν καὶ χρόνον ἐξετάζειν ἀκριβῶς τὸν περὶ τῶν χρημάτων λόγον. Ὄντος δὲ ψηφίσματος παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις Μεγαρέας εἴργεσθαι τῆς τε ἀγορᾶς καὶ τῶν λιμένων, οἱ Μεγαρεῖς κατέφυγον ἐπὶ τοὺς Σπαρτιάτας. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πεισθέντες τοῖς Μεγαρεῦσιν, ἀπέστειλαν πρέσβεις ἐκ τοῦ προφανεστάτου ἀπὸ τῆς τοῦ κοινοῦ συνεδρίου γνώμης, προστάττοντες τοῖς Ἀθηναίοις ἀνελεῖν τὸ κατὰ τῶν Μεγαρέων ψήφισμα· μὴ πειθομένων δὲ αὐτῶν, ἀπειλοῦντες πολεμήσειν αὐτοῖς μετὰ τῶν συμμάχων. Συναχθείσης οὖν περὶ τούτων ἐκκλησίας, ὁ Περικλῆς, δεινότητι λόγου πολὺ διαφέρων ἁπάντων τῶν πολιτῶν, ἔπεισε τοὺς Ἀθηναίους μὴ ἀναιρεῖν τὸ ψήφισμα, λέγων ἀρχὴν δουλείας εἶναι τὸ πείθεσθαι παρὰ τὸ συμφέρον τοῖς Λακεδαιμονίων προστάγμασι. Συνεβούλευεν οὖν τὰ ἀπὸ τῆς χώρας κατακομίζειν εἰς τὴν πόλιν, καὶ θαλαττοκρατοῦντας διαπολεμεῖν τοῖς Σπαρτιάταις. Περὶ δὲ τοῦ πολέμου πεφροντισμένως ἀπολογησάμενος, ἐξηριθμήσατο μὲν τὸ πλῆθος τῶν συμμάχων τῇ πόλει, καὶ τὴν ὑπεροχὴν τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, πρὸς δὲ τούτοις τὸ πλῆθος τῶν μετακεκομισμένων ἐκ Δήλου χρημάτων εἰς τὰς Ἀθήνας, ἃ συνέβαινεν ἐκ τῶν φόρων ταῖς πόλεσι κοινῇ συνηθροῖσθαι. Κοινῶν δ' ὄντων τῶν μυρίων ταλάντων, ἀπανήλωτο πρὸς τὴν κατασκευὴν τῶν Προπυλαίων καὶ τὴν Ποτιδαίας πολιορκίαν τετρακισχίλια τάλαντα· καὶ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐκ τοῦ φόρου τῶν συμμάχων ἀνεφέρετο τάλαντα τετρακόσια ἑξήκοντα. Χωρὶς δὲ τούτων τά τε στομπεῖα σκεύη, καὶ τὰ Μηδικὰ σκῦλα πενταχοσίων ἄξια ταλάντων ἀπεφήνατο· ἔν τε τοῖς ἔργοις ἀπεδείκνυεν, ἀναθημάτων τε πλῆθος, καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἔχειν χρυσίου πεντήκοντα τάλαντα, ὡς περιαιρετῆς οὔσης τῆς περὶ τὸν κόσμον κατασκευῆς· καὶ ταῦτα, ἀναγκαία εἰ καταλάβοι χρεία, χρησαμένους παρὰ τὴν θεὸν πάλιν ἀποκαταστήσειν ἐν εἰρήνῃ. Τούς τε τῶν πολιτῶν βίους, διὰ τὴν πολυχρόνιον εἰρήνην, πολλὴν ἐπίδοσιν εἰληφέναι πρὸς εὐδαιμο-

quidam fortuitus se accommodavit, hoc quidem modo et his de caussis. Phidias statuam Minervæ elaboraverat, Pericle Xanthippi filio operis curatore. Nonnulli vero ex operariis et administris Phidiæ, dissidio quodam orto, ab inimicis Periclis instigati, ad aras deûm confugiunt. Qui quum propter rei novitatem incepti sui caussam exponere juberentur, magnam pecuniæ vim a Phidia surreptam, sciente et adjuvante Pericle operis locatore, se demonstraturos aiunt. Advocata igitur ob hoc concione, inimici Periclis suasores populo exsistunt, ut Phidiam comprehendant, ipsumque Periclem sacrilegii requirant. Anaxagoram præterea sophistam, qui præceptor Periclis erat, quod impie de diis sentiat, criminantur. Eisdem interim criminibus et calumniis etiam Periclem involvunt, hoc unice agentes, ut excellentem viri auctoritatem et gloriam calumniis suis convellerent ac labefactarent. At Pericles, cui probe cognita erat vulgi natura, quod urgentibus belli negotiis viros præstantes in pretio habeat, quum præsens necessitas id omnino exigat: in pace contra otio diffluens et invidiæ frena laxans; eosdem criminibus obnoxios reddat: consultissimum id fore rebus suis ratus est, si civitatem in bellum aliquod ingens conjiceret, ut opera Periclis indigens calumnias ipsi intentatas non admitteret, neque otium aut tempus haberet accuratam pecuniarum rationem exquirendi. Decretum jam pridem Atheniensium erat Megarenses foro ac portubus arcendos esse. Quamobrem isti ad Lacedæmoniorum intercessionem confugerant. Hi postulatis Megarensium assensi, palam de communi totius conventus sententia legatos Athenas expediunt cum mandato, ut decretum contra Megarenses rescindant: quodsi dicto audientes non sint, bellum cum suo tum sociorum nomine illis indicant. Convocato igitur ad harum deliberationem rerum populo, Pericles, qui orationis vi et acrimonia ceteris omnibus præcellebat, decreti non abrogandi suasionem proponit; initium servitutis fore confirmans, si, contra utilitatem reipublicæ, Lacedæmoniorum postulatis cederent. Addit præterea consilium, ut res ex agris hinc inde in urbem convehant, et confirmato maris imperio cum Lacedæmoniis strenue belligerentur. De bello etiam accurate ac prudenter disserens, quanta urbi sit sociorum multitudo, quam eximius nauticarum copiarum apparatus exponit, ad hæc quanta vis opum ex Delo Athenas transvectarum, quas ex communi urbium pensione collegissent: summam harum esse ad decem millia talentorum. Unde licet in Propylæorum nuper exstructionem et ad Potidææ obsidionem quattuor millia sint expensa: singulis tamen annis ex confœderatorum stipendiis quater centum et sexaginta referri talenta. Et præter hæc omnia pomparum ornatum et spolia Medica quingentis talentis æstimari. In templis quoque aliisque civitatis operibus magnam donariorum copiam haberi, adeoque unicum Minervæ simulacrum quinquaginta auri talenta pendere: cujus ornatus ita sit circumjectus, ut detrahi aliquando possit. Hæc omnia, si qua necessitas ingruerit, commodato a dea sumi, dum recuperata pace commode restituantur, posse. Quod ad facultates præterea civium attineat, per diuturnæ pacis tempora civitatem ad magna felicitatis incrementa provectam esse. His præ-

Digitized by Google

νίαν. Χωρὶς δὲ τῶν χρημάτων τούτων στρατιώτας ὑπεδείκνυεν ὑπάρχειν τῇ πόλει, χωρὶς συμμάχων, καὶ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις ὄντων, ὁπλίτας μὲν μυρίους καὶ δισχιλίους, τοὺς δ'ἐν τοῖς φρουρίοις ὄντας· καὶ τοὺς μετοίκους ὑπάρχειν πλείους τῶν μυρίων ἑπτακισχιλίων· τριήρεις τε τὰς παρούσας τριακοσίας. Τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους χρημάτων τε σπανίζειν ἀπεδείκνυε, καὶ ταῖς ναυτικαῖς δυνάμεσι πολὺ λείπεσθαι τῶν Αθηναίων. Ταῦτα διελθὼν, καὶ παρορμήσας τοὺς πολίτας εἰς τὸν πόλεμον, ἔπεισε τὸν δῆμον μὴ προσέχειν τοῖς Λακεδαιμονίοις. Ταῦτα δὲ ῥᾳδίως συνετέλεσε διὰ τὴν δεινότητα τοῦ λόγου, δι'ἣν αἰτίαν ὠνομάσθη Ὀλύμπιος.

120.

Harpocrat.: Ἀρχιδάμιος πόλεμος..... Τὰ πρῶτα δέκα ἔτη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου Ἀρχιδάμιος ἐκλήθη πόλεμος, ὡς ἔοικεν ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀρχίδαμον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλεῖν, καθὰ Θουκυδίδης καὶ Ἔφορος καὶ Ἀναξιμένης φασίν.

Eadem leguntur in Apostolio Cent. IV, 30, solum additis: ἐπὶ τῶν λίαν πικρῶν πολέμων. Fortasse Ephori sunt, ut monet Marxius, quæ Suidas v. Ἰδιοξενία de Archidamo narrat. Idem in Addendis Ephori esse suspicatur descriptionem pestis apud Diodor. XII, 45.

121.

Diodor. XIII, 41: Mindarus Lacedæmoniorum classi præfectus a clade navali fuga in Abydum elapsus, naves concussas reficit, et in Eubœam, ad triremes inde adducendas, Epiclem Spartanum properare jubet. Qui celeri illuc cursu transvectus, navibus quinquaginta collectis, quum montem Atho præterlegeret, tempestate obruitur tanta, ὥστε τὰς μὲν ναῦς ἁπάσας ἀπολέσθαι, τῶν δὲ ἀνδρῶν δώδεκα μόνους διασωθῆναι· δηλοῖ δὲ τὸ περὶ τούτων ἀνάθημα κείμενον ἐν τῷ περὶ Κορωνείαν νεῷ, καθάπερ φησὶν Ἔφορος, τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον ταύτην·

Οἵδ' ἀπὸ πεντήκοντα νεῶν θάνατον προφυγόντες,
πρὸς σκοπέλοισιν Ἄθω σώματα γῇ πέλασαν,
δώδεκα, τοὺς δ' ἄλλους ὄλεσεν μέγα λαῖτμα θαλάσσης,
νηῶν τε στυγεροῖς πνεύμασι χρησαμένας.

121 a.

Plutarch. Alcib. cap. 32: Duris Alcibiadem narravit scenico ornatu Athenas venisse. Quod vero οὔτε Θεόπομπος, οὔτε Ἔφορος, οὔτ' Ξενοφῶν γέγραφε.

LIBER QUINTUSDECIMUS ET SEXTUSDECIMUS.

122.

Harpocration: Σκῆψις, πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Τροίᾳ, ἧς μνημονεύουσιν ἄλλοι τε καὶ Ἔφορος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ. « Stephanus s. v. advocat Xenophontem Ἑλληνικῶν τρίτῃ (cap. I, 12, cujus ibi narrationem de Midia fortasse et Ephorus exposuit. » *Marx.*

123.

Diodorus Sic. XIII, 54, de Hannibalis in Siciliam incursione: Εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας Ἀννίβας, ὡς μὲν Ἔφορος ἀνέγραψε πεζῶν μυριάδας εἴκοσιν, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους· ὡς δὲ Τίμαιός φησιν οὐ πολλῷ πλείους τῶν δέκα μυριάδων.

Diodorus XIII, 60, Himeræos Carthaginiensium interfecisse, πλείους τῶν ἑξακισχιλίων, ὡς Τίμαιος· ὡς δὲ Ἔφορός φησι, δισμυρίων.

Diodor. XIII, 80, de nova Hannibalis in Siciliam expeditione, conductis copiis, οὐ πολλῷ πλείους, ὡς μὲν Τίμαιος, τῶν δώδεκα μυριάδων· ὡς δ' Ἔφορος τριάκοντα μυριάδων.

---

terea adjecit, quantæ militum copiæ urbi suppeterent, quod præter socios et præsidia castellorum duodecim millia bene armatorum essent; præsidiarii vero et inquilini ultra septem et decem millia censerentur. Triremes præterea in promtu haberi trecentas. Sed e contrario Spartanos pecuniæ inopia laborare, et nauticis copiis longe post Athenienses relinqui, ostendebat. Harum commemoratione rerum quum ad bellum civium animos accendisset, populo hortator est, ne imperiosis Lacedæmoniorum postulatis sese attemperent. Hæc per eloquentiæ suæ vim facile perfecta dedit: quam ob caussam Olympius audire meruit.

120.

Belli Peloponnesiaci decem priores anni Archidamium bellum appellati, ab Archidami, ut videtur, in Atticam irruptione; prout Thucydides, Ephorus et Anaximenes testantur.

121.

Epicles navium omnium jacturam fecit, et ex omni classiariorum numero duodecim duntaxat periculo superfuere. Id quod monimenti in templo ad Coroneam repositi inscriptio, his verbis, ut Ephorus annotat, concepta, testatur·

E decies quinis fugere triremibus Orcum,
ejecta ad scopulos corpora montis Atho,
ter quater: at reliquos fractis cum navibus hausit
horrificis grassans flatibus ira maris.

121 a.

Illa de Alcibiade scripsit neque Theopompus, neque Ephorus, neque Xenophon.

LIBER QUINTUSDECIMUS ET SEXTUSDECIMUS.

122.

Scepsis est civitas in agro Trojano, cujus præter ceteros Ephorus meminit libro quintodecimo.

123.

Universus Hannibalis exercitus, ut Ephorus recensel, ducentis peditum, et quattuor equitum millibus constabat. Timæus non multo plures centum millibus fuisse tradit.

Himeræi supra sex millia, ut Timæus recenset, vel decem millia, ut Ephorus scriptum reliquit, Carthaginiensium interemerunt.

Ut Timæus refert, haud multo plures centum et viginti millibus, ut Ephorus autem numerat, millia trecenta militum erant Hannibalis in Sicula expeditione.

Digitized by Google

124.

Stephanus : Ἔντελα, πόλις Σικελίας. Ἔφορος ις'. Ἦσαν δ' οἱ οἰκοῦντες Καμπανοὶ τὸ γένος, σύμμαχοι Καρχηδονίων. Cf. Diodorus XIV, 9.

125.

Plutarchus De solertia animal. p. 959, E : Ἐν Ἀθήναις πρῶτός τις ὑπὸ τῶν τριάκοντα συκοφάντης ἀποθανὼν, ἐπιτήδειος ἐλέχθη, καὶ δεύτερος ὁμοίως καὶ τρίτος· ἐκ τούτου δὲ κατὰ μικρὸν ἤδη προϊόντες ἥπτοντο τῶν ἐπιεικῶν, καὶ τέλος οὔτε τῶν ἀρίστων ἐπέσχοντο πολιτῶν.

Cf. Sallust. Catil. 51: *Lacedæmonii devictis Atheniensibus triginta viros imposuere, qui rempublicam eorum tractarent. Hi primum cœpere pessimum quemque, et omnibus invisum, indemnatum necare; ea populus lætari, et merito dicere fieri. Post ubi paullatim licentia crevit, juxta bonos et malos libidinose interficere, ceteros metu terrere.*

LIBER DECIMUSSEPTIMUS.

126.

Diodorus XIV, 11 : Φαρνάβαζος ὁ Δαρείου τοῦ βασιλέως σατράπης Ἀλκιβιάδην τὸν Ἀθηναῖον συλλαβὼν ἀνεῖλε, χαρίσασθαι βουλόμενος Λακεδαιμονίοις. Τοῦ δ' Ἐφόρου δι' ἄλλας αἰτίας ἐπιβουλευθῆναι γεγραφότος, οὐκ ἄχρηστον εἶναι νομίζω παραθεῖναι τὴν παραδοθεῖσαν ὑπὸ τοῦ συγγραφέως ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου. Φησὶ γὰρ κατὰ τὴν ἑπταικαιδεκάτην βίβλον, Κῦρον μὲν καὶ Λακεδαιμονίους λάθρα παρασκευάζεσθαι ἅμα πολεμεῖν πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν ἀδελφόν. Ἀλκιβιάδην δὲ διά τινων αἰσθόμενον τὴν Κύρου προαίρεσιν, ἐλθεῖν πρὸς τὸν Φαρνάβαζον, καὶ περὶ τούτων ἐξηγήσασθαι κατὰ μέρος, ἀξιῶσαι δὲ αὐτὸν δοῦναι ἀναβάσεως ὁδὸν πρὸς Ἀρταξέρξην· βούλεσθαι γὰρ ἐμφανίσαι πρῶτον τὴν ἐπιβουλὴν τῷ βασιλεῖ. Τὸν δὲ Φαρνάβαζον ἀκούσαντα τῶν λόγων, σφετερίσασθαι τὴν ἀπαγγελίαν, καὶ πέμψαι πιστοὺς ἄνδρας ὑπὲρ τούτων τῷ βασιλεῖ δηλώσοντας. Οὐ διδόντος δὲ τοῦ Φαρναβάζου τοὺς παραπέμψοντας εἰς τὰ βασίλεια, φησὶ τὸν μὲν Ἀλκιβιάδην ὁρμῆσαι πρὸς τὸν σατράπην τῆς Παφλαγονίας, ὅπως δι' ἐκείνου ποιήσαιτο τὴν ἀνάβασιν. Τὸν δὲ Φαρνάβαζον φοβηθέντα μὴ περὶ τούτων ἀκούσῃ τὴν ἀλήθειαν ὁ βασιλεὺς, ἐπαποστεῖλαι τοὺς ἀνελόντας κατὰ τὴν ὁδὸν τὸν Ἀλκιβιάδην. Τοὺς δὲ καταλαβόντας ἔν τινι κώμῃ τῆς Φρυγίας κατεσκηνωκότα, νυκτὸς περιθεῖναι ξύλων πλῆθος. Ἀναφθέντος οὖν πολλοῦ πυρὸς, τὸν Ἀλκιβιάδην ἐπιχειρῆσαι μὲν ἀμύνεσθαι, κρατηθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ πυρὸς καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἀκοντιζόντων, τελευτῆσαι.

Cf. Nepos Vit. Alcib. cap. 19 seq. et Plutarch. c. 39, quorum uterque sectatur Ephorum.

127.

Plutarchus Vit. Lysandri cap. XVII : Lysander multam pecuniam aut bello et tributis comparatam, aut dono acceptam Lacedæmonem miserat, quam antiqui moris homines a civitate prohibendam censuerunt. Καὶ Θεόπομπος μέν φησι Σκιρραφίδαν, Ἔφορος δὲ Φλογίδαν εἶναι τὸν ἀποφηνάμενον ὡς οὐ χρὴ προσδέχεσθαι νόμισμα χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλὰ χρῆσθαι τῷ πατρίῳ.

Ibidem cap. 24, p. 447 (coll. cap. 20 fin.) : Τῶν ἀναμιχθέντων Δωριεῦσιν Ἡρακλειδῶν καὶ κατελθόντων εἰς Πελοπόννησον, πολὺ μὲν ἐν Σπάρτῃ καὶ λαμπρὸν ἤνθησε γένος· οὐ παντὶ δ' αὐτῶν τῆς βασιλικῆς μετῆν διαδοχῆς, ἀλλ' ἐβασίλευον ἐκ δυοῖν οἴκων μόνον, Εὐρυποντίδαι καὶ Ἀγιάδαι προσαγορευό-

---

124.

Entela, urbs Siciliæ, de qua Ephorus libro sextodecimo. Erant autem ejus incolæ genere Campani, Carthaginiensium socii.

125.

Athenis primum aliquis sycophanta a triginta tyrannis necatus, dignus supplicio fuit existimatus, itemque secundus ac tertius : paulatim deinde ii progressi, etiam probos arripuerunt, et ad extremum ne ab optimis quidem civibus abstinuerunt injuriam.

LIBER DECIMUSSEPTIMUS.

126.

Pharnabazus, Darii regis satrapes, Alcibiadem Atheniensem insidiis circumventum, gratificandi Lacedæmoniis studio, necavit. Verum quum Ephorus alias ob causas oppressum esse tradat, non citra operæ pretium fore arbitror, si, quo insidiarum modo sublatum memoret Alcibiadem hic scriptor, adjiciamus. In septimodecimo ergo libro narrat, Cyrum cum Lacedæmoniis clam Artaxerxi fratri bellum inferre constituisse. Quæ consilia quum Alcibiades intellexisset, ad Pharnabazum itinere suscepto, de singulis certiorem illum fecisse : postulasse etiam, ut commeatum sibi ad regem traderet : consultum enim videri, ut primus ipse de insidiosis hisce molitionibus regem edoceret. Pharnabazum vero his auditis indicium sibi ipsi vindicasse, ac missis statim quibus maxime fideret, rem totam regi detexisse. Quum itaque Pharnabazus nullos daret, a quibus ad regiam deduceretur, Alcibiadem ad Paphlagoniæ satrapam iter arripuisse, ut illius ope ad regem contenderet. Tum Pharnabazum, ne veritas regi proderetur, veritum, submisisse qui in via Alcibiadem interficerent. Hos, quum in vico quodam Phrygiæ diversantem deprehendissent, magnam lignorum struem, tabernaculo noctu circumgestam, succendisse, flammaque ingravescente, Alcibiadem, defendere se conantem, quum et ab igne et insidiantium jaculis superaretur, illic mortem oppetiisse.

127.

Scirrhaphidam Theopompus refert, Ephorus Phlogidam fuisse, qui non recipiendam Spartæ monetam auream vel argenteam censuit, sed retinendam patriam.

Ex posteritate Herculis, qui confusi cum Doriensibus fuerunt et in Peloponnesum remeaverunt, magna et clara gens floruit Spartæ : non admissi tamen ad regni successionem omnes sunt, verum hæsit id penes duas solum familias, quæ Eurypontidæ et Agiadæ appellabantur. Ceteri ex ge-

Digitized by Google

μενοι, τοῖς δ' ἄλλοις οὐδὲν ἑτέρου πλέον ἔχειν ἐν τῇ πολιτείᾳ διὰ τὴν εὐγένειαν ὑπῆρχεν.

Lysander, quum e neutro genere esset, sed si Lacedæmoniis eligendi regis potestas data esset, nemini quam sibi ipsi regnum oblatum iri existimaret, ad omnes deinceps Lacedæmonios electionis munus ab Heraclidis transferre constituit. Ἔφορος μὲν οὖν φησὶν αὐτὸν, ὡς τὴν τε Πυθίαν ἐπιχειρήσας διαφθεῖραι, καὶ τὰς Δωδωνίδας αὖθις ἀναπείθων διὰ Φερεκλέους (Φερεκράτους Diod.) ἀπέτυχεν, εἰς Ἄμμωνος ἀναβῆναι, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς πολίταις πολὺ χρυσίον διδόντα· τοὺς δὲ δυσχεραίνοντας, εἰς Σπάρτην τινὰς ἀποστεῖλαι τοῦ Λυσάνδρου κατηγορήσοντας· ἐπεὶ δ' ἀπελύθη, τοὺς Λίβυας ἀπιόντας εἰπεῖν· Ἀλλ' ἡμεῖς γε βέλτιον, ὦ Σπαρτιᾶται, κρινοῦμεν, ὅταν ἥκητε πρὸς ἡμᾶς εἰς Λιβύην οἰκήσοντες· ὡς δὲ χρησμοῦ τινος ὄντος παλαιοῦ, Λακεδαιμονίους ἐν Λιβύῃ κατοικῆσαι (cap. 25).

Ibid. cap. 30, p. 450 : Ἔφορός φησιν ἀντιλογίας τινὸς συμμαχικῆς ἐν Σπάρτῃ γενομένης, καὶ τὰ γράμματα διασκέψασθαι δεῆσαν, ἃ παρ' ἑαυτῷ κατέσχεν ὁ Λύσανδρος, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τὸν Ἀγησίλαον. Εὑρόντα δὲ τὸ βιβλίον, ἐν ᾧ γεγραμμένος ἦν ὁ περὶ τῆς πολιτείας λόγος, ὡς χρὴ τῶν Εὐρυποντιδῶν καὶ Ἀγιαδῶν τὴν βασιλείαν ἀφελομένους εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν ἐκ τῶν ἀρίστων, ὁρμῆσαι μὲν εἰς τοὺς πολίτας τὸν λόγον ἐξενεγκεῖν, καὶ παραδεικνύναι τὸν Λύσανδρον, οἷος ὢν πολίτης διαλάθοι· Λακρατίδαν δ', ἄνδρα φρόνιμον, καὶ τότε προεστῶτα τῶν ἐφόρων, ἐπιλαβέσθαι τοῦ Ἀγησιλάου, καὶ εἰπεῖν, ὡς δεῖ μὴ ἀνορύττειν τὸν Λύσανδρον, ἀλλὰ καὶ τὸν λόγον αὐτῷ συγκατορύττειν, οὕτω συντεταγμένον πιθανῶς καὶ πανούργως.

Eadem Diodor. XIV, 13 et Cornel. Nepos Lysand. cap. III : « Primum Delphos corrumpere est conatus. Quum id non potuisset, Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsus, dixit, se vota suscepisse, quæ Jovi Ammoni solveret : existimans, se Afros facilius corrupturum. Hac spe quum profectus esset in Africam, multum eum antistites Jovis fefelleruut. Nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam legatos Lacedæmonem miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod sacerdotes fani corrumpere conatus esset. »

128.

Clemens Alex. Strom. I, p. 362 Pott.: Κάδμος δὲ ὁ Φοίνιξ ἦν ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρέτης, ὡς φησιν Ἔφορος.

Schol. Villois. in Homer. Il. VII, 185, p. 182 : Οὐχ οἱ αὐτοὶ ἦσαν παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι χαρακτῆρες, διάφορα δὲ καὶ τὰ τῶν στοιχείων ὀνόματα, ὡς τὸ σάν. Καλλίστρατος δὲ ὁ Σάμιος ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν ταύτην μετήνεγκε τὴν γραμματικὴν καὶ παρέδωκεν Ἀθηναίοις, ὡς φησιν Ἔφορος.

F. A. Wolfius Prolegg. in Hom. p. 53 : « Herodoti sententiam (v, 58) deinde pleriqu probarunt, quorum rationes in occulto sunt nomina et loca cumulare nihil attinet. A pæne omnes posterioris sunt ætatis; ex deperditis superioribus si unum haberemus *Epho Excessum historicum, hac de re proprie scr ptum* (?), cujus auctoritate in Cadmo ornand utitur Clemens, fortasse plura nobis commenta refellenda essent. » Et p. 63 : « Suspico hunc scriptorem (*Ephorum*) *in ultima part historiæ suæ ubi ad novam recensionem legum A ticarum, ejectis XXX viris factam venisset* (? hanc omnem rem copiose tractasse, indidemqu excerptum esse locum Clementis. »

129.

Diodorus XIV, 22 : Artaxerxes postquam con pertum habebat, arma a Cyro in se parari, exe citu collecto ei obviam pergit; Εἶχε δὲ τοὺς ἅπα τας στρατιώτας σὺν ἱππεῦσιν οὐκ ἐλάττους τετταρ κοντα μυριάδων, καθά φησιν Ἔφορος.

Cf. Ctesias apud Plutarchum Artaxerx. c. 1 et 13.

---

neris dignitate prærogativam in republica nullam habebant.

Refert Ephorus Lysandrum, ubi Pythiam aggressus esset pervertere, ac mox sollicitarit per Phereclem Dodonidas, et rejectus ab his esset, ad Ammonis templum profectum, ostensa magna mercede cum sacerdotibus egisse, quos ex indignatione Spartam aliquos ad accusandum Lysandrum legasse. Absoluto illo, dixisse abeuntes Afros, Nos vero judicabimus, Spartiatæ, rectius, quum apud nos in Africa habitabitis : quod vetus vaticinium esset migraturos Lacedæmonios in Africam.

Ait Ephorus, quum disceptatio quædam sociorum Spartæ esset, et scripta, quæ apud se asservaverat Lysander, essent inspicienda, domum ejus Agesilaum profectum. Quem, ut codicem reperit, in quo descripta illa de republica oratio erat, regnum Eurypontidis et Agiadis eripiendum atque in medio esse ponendum, legendosque reges ex optimis, instituisse orationem in lucem p concione proferre, et Lysandrum aperire qui civis i operto fuisset. Verum Lacratidam, prudentem virum principem ephororum, retinuisse Agesilaum, monuisseq ne refoderet Lysandrum, sed orationem cum eo defod ret, ita artificiose et astute concinnatam.

128.

Cadmus autem, Phœnix, Græcis fuit literarum inve tor, ut ait Ephorus.

Non eædem apud omnes Græcos erant literæ, divers etiam earum nomina, ut *san*. Quam grammaticam Cal listratus Samius belli Peloponnesiaci tempore mutata tradidit Atheniensibus, uti Ephorus refert.

129.

Numerus militum Artaxerxis in universum, ut quide Ephorus tradit, numeratis simul equitibus, non infr quadringentis millibus erat.

Digitized by Google

LIBER DECIMUSOCTAVUS.

130.

Athenæus XI, p. 500, B : Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ερκυλίδας ὁ Λακεδαιμόνιος Σκύφος (deceptus est thenæus prava scriptura, nam Σίσυφος Derylidæ cognomen fuit. *Dindorf.*), ὥς φησιν Ἔφο-ος ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ λέγων οὕτως· « Λακεδαιμόνιοι ντὶ Θίβρωνος Δερκυλίδαν ἔπεμψαν εἰς τὴν Ἀσίαν, ωούοντες ὅτι πάντα πράττειν εἰώθασιν οἱ περὶ τὴν σίαν βάρβαροι μετὰ ἀπάτης καὶ δόλου. Διόπερ Δερ-υλίδαν ἔπεμψαν ἥκιστα νομίζοντες ἐξαπατηθήσεσθαι· ι γὰρ οὐδὲν ἐν τῷ τρόπῳ Λακωνικὸν οὐδὲ ἁπλοῦν ων, ἀλλὰ πολὺ τὸ πανοῦργον καὶ τὸ θηριῶδες. Διὸ αὶ Σκύθον αὐτὸν οἱ Λακεδαιμόνιοι προσηγόρευον.»

131.

Stephanus : Ἑρμοῦ Πεδίον, τόπος πλησίον Κύμης. Ἔφορος ὀκτωκαιδεκάτῃ.

132.

Diodorus XIV, 154 : Carthaginienses, de virium Dionysii amplitudine certiores facti, rerum bellicarum apparatu longe superare ipsum decreverunt. Διόπερ Ἱμίλκωνα βασιλέα κατὰ νόμον καταστήσαντες, ἐκ τῆς Λιβύης ὅλης, ἔτι δ' ἐκ τῆς Ἰβηρίας συνήγαγον δυνάμεις, τὰς μὲν παρὰ τῶν συμμάχων μεταπεμπόμενοι, τὰς δὲ μισθούμενοι· καὶ πέρας, ἠθροισαν μὲν πεζῶν ὑπὲρ τὰς τριάκοντα μυριάδας, ππεῖς δὲ τετρακισχιλίους, χωρὶς τῶν ἁρμάτων· ταῦτα ' ἦσαν τετρακόσια· ναῦς δὲ μακρὰς μὲν τετρακοσίας, ὰς δὲ τὸν σῖτον καὶ τὰ μηχανήματα καὶ τὴν ἄλλην πηρεσίαν παρακομιζούσας πλείους τῶν ἑξακοσίων, αθάπερ φησὶν Ἔφορος. Τίμαιος μὲν γὰρ τὰς ἐκ τῆς ιβύης περαιωθείσας δυνάμεις οὐ πλείους φησὶν εἶναι ἕκα μυριάδων, καὶ πρὸς ταύταις ἑτέρας τρεῖς ἀπο-αίνεται κατὰ Σικελίαν στρατολογηθείσας. Cf. Polyæn. V, 2, 9.

133.

Ulpianus ad Demosth. Lept. 41, de prœlio in agro Corinthio, nominatim in agro Nemeensi, quod a Demosthene ἡ μεγάλη μάχη πρὸς Λακεδαιμονίους ἡ ἐν Κορίνθῳ dicitur] Περὶ ταύτης τῆς μάχης Ὑπερίδης εἴρηκε, καὶ παρὰ Ἐφόρῳ καὶ Ἀνδροτίωνι ἱστορεῖται, ὡς ἐνίκησαν τοὺς Ἀθηναίους οἱ Λακεδαιμόνιοι σφόδρα.

LIBER DECIMUSNONUS.

134.

Stephanus : Ὠτιεῖς, μοῖρα Κυπρίων. Ἔφορος ἐνεακαιδεκάτῃ· « Ἀμαθούσιοι δὲ καὶ Σόλιοι καὶ Ὠτιεῖς ἀντέχοντες ἔτι τῷ πολέμῳ. »

Diodor. XIV, 98 : Ἀμαθούσιοι δὲ καὶ Σόλιοι καὶ Κιτιεῖς ἀντέχοντες τῷ πολέμῳ πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν Περσῶν βασιλέα περὶ βοηθείας. Vides alterum locum ex altero corrigendum esse. Quare Meursius in Cypro I, 10, p. 33, adstipulante Marxio, in Diodoro pro Κιτιεῖς probabiliter scribit Ὠτιεῖς.

135.

Harpocration : Ἱερώνυμος....Ἱερωνύμου τοῦ στρατηγήσαντος Ἀθηναίων ἄλλοι τε μνημονεύουσιν, καὶ Ἔφορος ἐν τῇ ὀγδόῃ καὶ δεκάτῃ, καὶ ἐν τῇ ἐννάτῃ καὶ δεκάτῃ.

136.

Stephanus : Χυτὸν, χωρίον Ἠπείρου· Ἔφορος ἐνεακαιδεκάτῳ· « Οἱ δ' ἐκ Κλαζομενῶν κατῴκισαν τῆς Ἠπείρου τὸ Χυτὸν καλούμενον. »

Pro Ἠπείρου cum Casaubono ad Strab. XIV, p. 956 legendum ἠπείρου. — Cf. Aristotel. Polit. V, 3 (V, 2, 12, p. 192 Schneider.) : Στασιάζουσι δ' ἐνιότε αἱ πόλεις καὶ διὰ τοὺς τόπους, ὅταν μὴ εὐφυῶς ἔχῃ ἡ χώρα πρὸς τὸ μίαν εἶναι πόλιν· οἷον ἐν Κλαζομεναῖς οἱ ἐπὶ Χύτρῳ πρὸς τοὺς ἐν νήσῳ. Ce-

LIBER DECIMUSOCTAVUS.

130.

Porro etiam Dercylidas Lacedæmonius, ut ait Ephorus libro decimo octavo, *Scyphus* (imo *Sisyphus*) nominatus est. Verba Ephori hæc sunt : « Lacedæmonii loco Thimbronis Dercylidam miserunt in Asiam, postquam intellexerant consuesse Asiaticos barbaros astu atque dolo agere omnia. Quam ob causam Dercylidam miserunt, existimantes minime hunc se decipi passurum : nam in moribus hominis nihil inerat Laconici ingenii aut simplicitatis, sed multa astutia et feritas. Quare etiam *Scythum* cognominarunt eum Lacedæmonii. »

131.

Hermæcampus, locus prope Cumas, auctore Ephoro libro octavodecimo.

132.

Carthaginienses Imilconem pro legum suarum placitis regem sibi creant, et tum ex universa Africa, tum etiam ex Hispania militum copias conscribunt, quarum partem a confœderatis evocant, partem ære suo conducunt, tandem peditum ultra trecenta millia, et quattuor millia equitum coguut; curribus hinc exceptis qui quadringentorum numerum explebant. His accesserunt longæ naves quater centum, quæque frumenta, machinasque et reliquam ministerii copiam adveherent, non infra sexcentas, ut quidem ab Ephoro recensetur.

133.

De pugna ad Corinthum Hyperides dixit atque apud Ephorum et Androtionem narratur, Athenienses plane devictos esse a Lacedæmoniis.

LIBER DECIMUSNONUS.

134.

Otiees, pars Cypriorum. Ephorus nonodecimo : « Amathusii autem, et Solii, et Otiees resistentes adhuc bello. »

135.

Hieronymi Atheniensium prætoris cum alii meminere, tum Ephorus libro octavodecimo atque undevicesimo.

136.

Chyton, locus in continente Isthmi Clazomenii. Ephorus nonodecimo : « Qui vero ex Clazomenis locum in continente Chyton vocatum incoluere. »

Digitized by Google

terum, Marxius ait, in Apollonio Rhod. 987 occurrit etiam Χυτὸς, λίμην ἐν Κυζίκῳ, uti explicat Schol. Ephori vero fragmentum, collatum cum Xenophontis Hellen. V, 1, 31, pertinere videtur ad formulam pacis, legato Antalcida factæ, quacum forte librum XIX. terminavit.

137.

Stephanus : Φοινίκαιον, ὄρος Κορίνθου. Ἔφορος ἐννεακαιδεκάτῳ.

Idem : Ἄργος ... Καὶ ἀργολίζω ῥῆμα, οὗ τὴν μετοχὴν Ἔφορος ἐννεακαιδεκάτῃ. V. Xenophontis Hell. V. 1, fin. et 2 init.

LIBER VIGESIMUS.

138.

Harpocration : Μαντινέων Διοικισμός. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ Εἰρήνης περὶ τῶν Λακεδαιμονίων λέγων φησί· Μαντινέας δὲ διῴκισαν. Καὶ Ἔφορος ἐν τῇ εἰκοστῇ φησιν, ὅτι εἰς πέντε κώμας τὴν Μαντινέαν διῴκισαν πόλιν Λακεδαιμόνιοι. Cum Ephoro faciunt Diodor. XV, 5 et Strabo VIII, p. 519. Aliter Xenophon.

139.

Stephanus : Ἐπαρίται, ἔθνος Ἀρκαδίας. Ἡ δὲ πόλις αὐτῶν Ἔπαρις ἔδει, οὐχ εὕρηται δέ. Περὶ δὲ τοῦ ἔθνους Ξενοφῶν (Hell. VII, 4, 33, 36) καὶ Ἔφορος καὶ Ἀνδρωτίων φησίν.

Stephanus corrigendus et explicandus est ex Hesychio : Ἐπαρόῃτοι, τάγμα Ἀρκαδικὸν μαχιμώτατον, καὶ οἱ παρὰ Ἀρκάσι δημόσιοι φύλακες.

140.

Plutarchus Pelop. cap. 16 : Τὴν δὲ μόραν Ἔφορος μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους, ἄλλοι δέ τινες ἐνακοσίους, ὧν Πολύβιός ἐστι.

Ephorum sequitur Diodorus XV, 32 : Ὁ δὲ Ἀγησίλαος, προσαγαγὼν τὴν δύναμιν, ἦκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἔχων τοὺς σύμπαντας στρατιώτας πλείους τῶν μυρίων ὀκτακισχιλίων· ὧν ἦσαν Λακεδαιμόνιοι πέντε μοῖραι· τὴν δὲ μοῖραν ἀναπληροῦσιν ἀνδρες πεντακόσιοι.

141.

Aristides Panathen. t. I, p. 177 Jebb. (t. I p. 310 Cant.) : Διονυσίου γὰρ τοῦ Σικελίας μὲν τυράννου, πολλῶν δὲ καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἐπάρχοντος, εἰς νοῦν ἐμβαλλομένου ἐπιθέσθαι τῇ Ἑλλάδι τῷ μήκει τῶν πολέμων κεκακωμένῃ, καὶ τοῦτο μὲν τοὺς προσοίκους τοῖς Ἕλλησι βαρβάρους τεθεραπευκότος ἐκ πολλοῦ, τοῦτο δὲ τῶν Περσῶν βασιλέα καλοῦντος, καὶ τοῦ πράγματος ἤδη ζέοντος, ἔσχον τὴν πεῖραν Ἀθηναίων στρατηγοὶ δύο, ὁ μὲν τὰς ἀπὸ Σικελίας ναῦς προσπλεούσας ἁπάσας λαβὼν αὐτοῖς ἀνδράσιν, ὁ δὲ καταναυμαχήσας Λακεδαιμονίους ἐν Λευκάδι, καὶ τὴν θάλατταν δι' αὐτοῦ ποιησάμενος.

Ad hæc verba sic Schol. Mscr. Leidens. : Λέγει τοῦ δευτέρου Διονυσίου· οὗτος γὰρ ἦλθε βοηθῶν μὲν τῷ σχήματι Λακεδαιμονίοις βοηθῆσαι κατὰ Ἀθηναίων, τῇ δ' ἀληθείᾳ βουλόμενος τὴν Ἑλλάδα μετὰ τοῦ Πέρσου μερίσασθαι, ἐκείνου διήμαρτεν αὐτῷ, ὡς Ἔφορος ἱστορεῖ.

141 a.

Polyb. XII, 4 a : Ἐφόρου δὲ παλιλλογίαν κατηψεύδεται (sc. Τίμαιος), φάσκων λέγειν αὐτὸν, ὅτι Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος παρελάμβανε τὴν ἀρχὴν ἐπὶ εἰκοσι τριῶν ὑπάρχων, βασιλεῦσαι δὲ τετταράκοντα καὶ δύο, μεταλλάξαι δὲ τὸν βίον προσλαβόντα τὰ ἑξήκοντα τρία· τοῦτο γὰρ οὐδεὶς εἴποι ἂν δήπου τῶν συγγραφέως εἶναι τὸ διάπτωμα, τοῦ δὲ γραφέως ὁμολογουμένως.

137.

Phœnicæum, mons Corinthi. Ephorus nonodecimo.

Argos. In usu etiam est verbum Ἀργολίζω, cujus participium exstat apud Ephorum libro nonodecimo.

LIBER VIGESIMUS.

138.

Mantinensium dissociatio. Isocrates in oratione De pace de Lacedæmoniis disserens inquit : « Mantineam in vicos redegerunt » Ephorus autem libro vigesimo scribit : « Lacedæmonii Mantinensium civitatem in pagos quinque diviserunt. »

139.

Eparitæ, populus (imo *tribus militaris*) Arcadiæ, cujus urbs appellanda Eparis, sed nomen ejus non invenitur. De populo mentionem faciunt Xenophon, et Ephorus, et Androtio.

140.

Moram Lacedæmoniorum Ephorus ait militum quingentorum esse, nonnulli (in quibus est Polybius) nongentorum.

141.

Quum Dionysius, Siciliæ tyrannus, multis etiam Itali urbibus imperans, Græciæ potiundæ consilium cepisset bel diuturnitate defessæ, atque propterea barbaris Græci finitimis multum inserviisset, simulque Persarum rege adsciscceret, et res jam esset in discrimine, periculum fec runt Atheniensium imperatores duo, quorum alter nav ex Sicilia advenientes una cum viris cepit, alter navi Lacedæmonios ad Leucadem prœlio devicit, marisqu imperio potitus est.

Loquitur de Dionysio secundo. Hic enim venit speci quidem ut Lacedæmoniis contra Athenienses auxilium ferret, re autem vera ut Græciam cum Persarum rege qui consilium, ut ait Ephorus, cum illo communicaverat divideret.

141 a.

Ephorum autem mendaciter traducit (Timæus), ut con traria sibi narrantem, quia is dicit superiorem Dionysium annos natum tres supra viginti imperium occupasse; re gnavisse autem annis duobus et quadraginta, anno demque vitæ suæ tertio et sexagesimo mortem obiisse. Hu jusmodi enim peccatum nemo historici esse dixerit, sed librario haud dubie imputaverit.

Digitized by Google

142.

Seneca Nat. Quæst. VII, 16, adversus eorum ententiam pugnans, qui cometas plurium stellarum concursu oriri statuerant : *Contra argumentum dictum est, contra testes dicendum est. Nec magna molitione detrahenda est auctoritas Ephoro : historicus est. ... Sicut hic Cometen qui omnium mortalium oculis custoditus est, quia incertis rei traxit eventus, cum Helicen et Burin ortu suo mersit, ait ille discessisse in duas stellas ; quod præter illum nemo tradidit.* « Hanc sententiam, ut fallor aut respicit Ammianus Marcellinus XXV, 10, ubi de cometis : *Quidam eos hoc nomine ideo existimant appellari, quod tortos ignes spargunt ut crines, in unum stellis multiplicibus congregatis.* Ephori locum ob memoratum duarum urbium casum, terræ motu, marisque inundatione absumtarum, huc collocavi. *Marx.* Cf. Strabo VII, p. 596; Diodor. XIV, 48.

143.

Plutarchus De garrulit. cap. 22, p. 514, C : Ferri non posse ambitiosam illorum garrulitatem, qui res obsoletas et usu protritas aliis obtrudere cupiant. Ὡς τῶν παρ' ἡμῖν τις κατὰ τύχην ἀνεγνωκὼς δύο τῶν Ἐφόρου βιβλίων ἢ τρία, πάντας ἀνθρώπους κατέτριβε καὶ πᾶν ἀνάστατον ἐποίει συμπόσιον, ἀεὶ τὴν ἐν Λεύκτραις μάχην καὶ τὰ συνεχῆ διηγούμενος· ὅθεν Ἐπαμινώνδας παρωνύμιον ἔσχεν.

Ephorum habebis in Diodor. XV, 55.

144.

Diodorus XV, 60: Ἰάσων ὁ Φεραῖος, ἡγεμὼν βρημένος τῆς Θετταλίας, καὶ δοκῶν ἐπιεικῶς ἄρχειν τῶν ὑποτεταγμένων, ἐδολοφονήθη, ὡς μὲν Ἔφορος γέγραφεν, ὑπό τινων ἑπτὰ νεανίσκων συνομοσαμένων δόξης ἕνεκα· ὡς δ' ἔνιοι γράφουσιν, ὑπὸ Πολυδώρου τἀδελφοῦ.

LIBRI XXI — XXIX.

145.

Stephanus : Χρυσόπολις, πλησίον Χαλκηδόνος ἐν Βιθυνίᾳ, τὸν ἀνάπλουν πλέοντι ἐν δεξιᾷ. Ἔφορος εἰκοστῷ τρίτῳ· « Παραδοῦναι τὴν Χαλκηδονίων Χρυσόπολιν τοῖς συμμαχοῖς. » Καὶ Θεόπομπος ἐν πρώτῳ Ἑλληνικῶν· Ἀνήχθησαν εἰς Χαλκηδόνα καὶ Βυζάντιον μετὰ τοῦ λοιποῦ στρατεύματος, βουλόμενοι Χρυσόπολιν κατασχεῖν.

Idem : Βουφία, κώμη τῆς Σικυωνίας, Ἔφορος εἰκοστῷ τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Βουφιεύς.

146.

Stephanus : Δύμη, ὁ πολίτης Δυμαῖος. Ἔφορος κδ'· « Παραγενομένης δὲ τῆς στρατιᾶς εἰς τὴν Δύμην, οἱ Δυμαῖοι καταπλαγέντες » ... Forte ad hunc l. pertinet Diodori narratio XV, 75, ubi Epaminondas dicitur μετὰ δυνάμεως ἐμβαλὼν εἰς Πελοπόννησον ... Δύμην φρουρουμένην ὑπ' Ἀχαιῶν ἐλευθερῶσαι. *Marx.*

146 a.

Diogen. Laert. II, 54 : Ὁ δὲ Γρύλλος τεταγμένος κατὰ τοὺς ἱππέας (ἦν δὲ ἡ μάχη περὶ Μαντίνειαν) ἰσχυρῶς ἀγωνισάμενος ἐτελεύτησεν, ὡς Ἔφορος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ.

147.

Stephanus : Κασσάνορος (Κασσάνωρος Berkel.), πόλις Αἰγυπτίας, ἧς μέμνηται Ἔφορος κς'.

148.

Stephanus : Ζηράνιοι, ἔθνος Θράκης. Θεόπομπος εἰκοστῷ πέμπτῳ. Καὶ Ζηρανία, ἐπὶ τῆς χώρας Ἔφορος εἰκοστῷ ἑβδόμῳ. Cf. v. Ζειρινία et Wessel. ad Diodor. XVI, 52, p. 123.

Idem : Βύμαζος, πόλις Παιόνων· Ἔφορος κζ'.

143.

Ita quidam apud nos, quum forte fortuna duos aut tres legisset Ephori libros, omnes obtundebat homines, et omnia convivia devastabat, semper Leuctricam pugnam, et quæ sequuntur narrans : unde Epaminondæ cognomentum ei factum fuit.

144.

Iason Pheræus, quem Thessali ducem sibi nuper creaverant, quanquam moderate ac humaniter subditis præesse videretur, a septem adolescentibus quibusdam, qui gloriæ causa inter se conjuraverant, ut Ephorus prodit, vel ut alii scribunt, a Polydoro fratre, per dolum obtruncatus fuit.

LIBRI XXI — XXIX.

145.

Chrysopolis, prope Chalcedonem in Bithynia, renaviganti ad dexteram. Ephorus tertio et vicesimo : « Tradere Chalcedoniorum Chrysopolin sociis. » Et Theopompus in Rerum Hellenicarum primo : « Revecti sunt in Chalcedonem et Byzantium cum reliquo exercitu, volentes Chrysopolin obtinere. »

Buphia, vicus Sicyoniæ, auctore Ephoro libro vicesimo tertio. Gentile Buphiensis.

146.

Dyma, civis Dymæus. Ephorus libro quarto et vigesimo : « Immisso autem in Dymam regionem exercitu, Dymæi terrore perculsi .... »

146 a.

Gryllus (Xenophontis filius), inter equites collocatus in pugna apud Mantineam, fortiter pugnans vitam finivit, ut Ephorus dicit libro vicesimo quinto.

147.

Cassanorus, urbs Ægyptia, cujus meminit Ephorus libro sexto et vicesimo.

148.

Zerami, gens Thraciæ, teste Theopompo libro quinto et vicesimo. Et Zerania de regione dicitur apud Ephorum libro septimo et vicesimo.

Bymazus, urbs Paeonum, auctore Ephoro libro septimo et vicesimo.

Digitized by Google

149.

Stephanus: Ἐρβίτα, πόλις Σικελίας. Ἔφορος κη'. Cf. Wessel. ad Diodor. XII, 8, p. 482.

149 a.

Idem: Μύνδονες, ἔθνος Λιβύης. Ἔφορος εἰκοστῷ ὀγδόῳ· « Μύνδονες ὑπερευγνωμότατοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ πλουσιώτατοι τὸν βίον. »

150.

Idem: Φάρος, νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα. Ἔστι δὲ κτίσμα Παρίων, ὡς Ἔφορος εἰκοστῷ ὀγδόῳ.

Cf. Diodorus XV, 13: Πάριοι κατά τινα χρησμὸν ἀποικίαν ἐκπέμψαντες εἰς τὸν Ἀδρίαν, ἔκτισαν ἐν αὐτῷ νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Φάρον, συμπράξαντος αὐτοῖς Διονυσίου τοῦ τυράννου.

Steph.: Ἴστρος, ... πόλις τῆς Ἰαπυγίας, ὡς Ἔφορος εἰκοστῷ ἐννάτῳ.

LIBER TRIGESIMUS.

151.

Diod. XVI, 14: Τῶν δὲ συγγραφέων Δημόφιλος μὲν ὁ Ἐφόρου τοῦ ἱστοριογράφου υἱὸς, τὸν παραλειφθέντα πόλεμον ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὀνομασθέντα δὲ ἱερὸν, συντεταγμένος, ἐντεῦθεν ἦρκται ἀπὸ τῆς παραλήψεως τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ καὶ τῆς συλήσεως τοῦ μαντείου ὑπὸ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως· ἐγένετο δ' ὁ πόλεμος οὗτος ἔτη ἕνδεκα, ἕως τῆς φθορᾶς τῶν διανειμαμένων τὰ ἱερὰ χρήματα.

152.

Plutarchus Dion. cap. 35, p. 973, de morte Philisti, historici, Dionysii prioris familiaris: Ἔφορος μὲν οὖν φησι, ὡς ἁλισκομένης τῆς νεὼς ἑαυτὸν ἀνέλοι.

Idem ibid. c. 36: Sunt qui Philistum vehementer reprehendant, οὐ μὴν οὐδ' Ἔφορος ὑγιαίνει τὸν Φίλιστον ἐγκωμιάζων. Ex Ephoro Diodorus XVI, 16: Ὁ δὲ Φίλιστος, εὐλαβηθεὶς τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας αἰκίαν, ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν, πλείστας μὲν καὶ μεγίστας χρείας παρεσχημένος τοῖς τυράννοις, πιστότατος δὲ τῶν φίλων τοῖς δυνάσταις γεγονώς.

153.

Anonymus in Ethica Nic. Aristotelis III, 8, p. 49 Manut., ad illa p. 50, 3 Sylb.: Ὅπερ καὶ τῷ Ἑρμαίῳ συνέβη· τοῖς μὲν γὰρ αἰσχρὸν τὸ φεύγειν, καὶ ὁ θάνατος τῆς τοιαύτης σωτηρίας αἱρετώτερος.] Ἑρμαῖον ἐν Κορωνείᾳ τῆς Βοιωτίας τόπος οὕτω καλούμενος ἐστὶ πεδινὸς ἐν αὐτῇ, τῶν ἄλλων ἀνωμάλων ὄντων· ἐν ᾧ παρατεταγμένοι ποτὲ Κορωνεῖς σὺν τοῖς βοηθήσουσιν αὐτοῖς στρατιώταις ἐκ τοῦ Μεταχοίου (vulg. μετὰ τοίχου) μετὰ τῶν Βοιωταρχῶν, ὅτε τὴν τόλιν κατέλαβε (vulg. κατέλαβον), καὶ τὴν ἀκρόπολιν εἶχεν ὑφ' ἑαυτῷ Ὀνόμαρχος (vulg. ὁ Μόναρχος) ὁ Φωκεὺς προδοθεῖσαν αὐτῷ, αὐτοὶ μὲν μείναντες ἀπέθανον ὑπὸ τῶν ἀμφὶ τὸν Ὀνόμαρχον (vulg. Μόναρχον), ἀποκλείσαντες τὰς πύλας, ἵνα αὐτοῖς μηδὲ βουλομένοις ἐξεῖη φυγεῖν καὶ καταλιπεῖν τὴν πατρίδα. Οἱ δὲ τῶν Βοιωτῶν βοηθήσαντες αὐτοῖς στρατιῶται ἐκ τοῦ Μεταχοίου (vulgo μετὰ τοίχου) ἔφυγον εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς μάχης, αἰσθόμενοι ἕνα τεθνάναι τῶν Βοιωταρχῶν Χίρωνα. Ἱστοροῦσι περὶ τῆς μάχης ταύτης Κηφισόδωρος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, καὶ Ἀναξιμένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν περὶ Φλιππον, καὶ Ἔφορος ἐν τῇ τριακοστῇ.

Verba μετὰ τοίχου et ὁ Μόναρχος emendavit Marx.; κατέλαβε pro κατέλαβον dedit C. O. Müller. in Minyis p. 421.

Stephan. Byz.: Μετάχοιον, φρούριον Βοιωτίας μεταξὺ Ὀρχομενοῦ καὶ Κορωνείας. Ἔφορος τριακοστῷ. Τὸ ἐθνικὸν, ἐκ Μεταχοίου.

149.

Herbita, urbs Siciliæ, de qua Ephorus libro octavo et vicesimo.

Myndones, gens Libyæ, cujus meminit Ephorus libro octavo et vigesimo: « Myndones longe æquissimi videntur esse et victu ditissimi. »

150.

Pharos, insula in mari Adriatico, fluvium habens cognominem. Est vero Pariorum colonia, ut Ephorus octavo et vigesimo.

Istrus, urbs Iapygiæ, de qua Ephorus libro nono et vicesimo.

LIBER TRIGESIMUS.

151.

Inter scriptores Demophilus, Ephori historici filius, qui derelictam a patre historiam belli, quod Sacrum nominatur, concinnavit, ab eo tempore exorditur, quo Delphici oraculi templum a Philomelo Phocensi occupatum direptumque fuit. Bellum vero id per annos undecim, donec sacræ pecuniæ raptores misere periissent, duravit.

152.

Ephorus quidem ait, Philistum, dum navis ejus capitur, sibimet ipsum manus intulisse.

Non satis sobrius Ephorus est, dum Philistum celebrat. Philistus ut vitaret, quæ in captivos committi solent, probra et cruciatus, mortem sibi conscivit; postquam maximum sui usum tyrannis præbuisset, summamque fidei integritatem præ ceteris amicis principibus declarasset.

153.

Hermæum Coroneæ in Bœotia locus est planus, quum reliqui sint inæquales. Ibi Coronenses quondam et qui ex Metachœo auxiliandi caussa aderant milites cum Bœotarchis in acie collocati, quum urbem cepisset et arcem teneret Onomarchus Phocensis proditione ei traditam; ipsi quidem hostem sustinentes ab Onomarchi copiis interemti sunt, postquam portas clauserant, ut omnem sibi fugæ patriamque derelinquendi spem præciderent; sed qui ex Metachœo Bœoti iis auxilio erant, statim initio prœlii, quum Chironem, ex Bœotarchis unum, interfectum vidissent, fuga quæsiverunt salutem. Narrant hoc prœlium Cephissodorus libro decimo de bello Sacro, et Anaximenes quarto de Philippi rebus gestis, nec non Ephorus tricesimo.

Metachœum, castellum Bœotiæ inter Orchomenum et Coroneam. Ephorus tricesimo.

Digitized by Google

154.

Stephanus: Μελιταία, πόλις Θετταλίας. Ἔφορος · « Οἱ δὲ τύραννοι τῶν Φερῶν καὶ Μελιταιεῖς, φίλοι πρότερον ὑπάρχοντες.... »

Cf. Diodor. XVI, 38: Philippus νικήσας τὸν Ἠνόμαρχον ἐπιφανεῖ παρατάξει, τήν τε ἐν Φεραῖς τυραννίδα καθεῖλε καὶ τῇ πόλει τὴν ἐλευθερίαν ἀπέδωκε, καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὴν Θετταλίαν κατεστήσατο, προῆγεν ἐπὶ τὰς Πύλας πολεμήσων τοῖς Φωκεῦσι.

155.

Athenæus VI, p. 232, D (t. II, p. 392, Schw.): Ἔφορος ἢ Δημόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν τῇ τριακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ λέγων φησίν· Ὀνόμαρχος δὲ καὶ Φάϋλλος καὶ Φάλαικος, οὐ μόνον πάντα τὰ τοῦ θεοῦ ἐξεκόμισαν, ἀλλὰ τὸ τελευταῖον αἱ γυναῖκες αὐτῶν τόν τε τῆς Ἐριφύλης κόσμον ἔλαβον, ὃν Ἀλκμαίων εἰς Δελφοὺς ἀνέθηκε κελεύσαντος τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν τῆς Ἑλένης ὅρμον Μενελάου ἀναθέντος. Ἑκατέρῳ γὰρ ὁ θεὸς ἔχρησεν· Ἀλκμαίωνι μὲν πυνθανομένῳ πῶς ἂν τῆς μανίας ἀπαλλαγείη,

Τιμῆέν μ' αἰτεῖς δῶρον, μανίαν ἀποπαῦσαι.
Καὶ σὺ φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας, ᾧ ποτε μήτηρ
Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις·

Μενελάῳ δὲ, πῶς ἂν τὸν Ἀλέξανδρον τιμωρήσαιτο,

Πάγχρυσον φέρε κόσμον ἐλὼν ἀπὸ σῆς ἀλόχοιο
δειρῆς, ὃν ποτε Κύπρις ἔδωχ' Ἑλένῃ μέγα χάρμα·
ὥς σοι Ἀλέξανδρος τίσιν ἐχθίστην ἀποδώσει.

Συνέβη δὲ ταῖς γυναιξὶν ἔριν ἐμπεσεῖν περὶ τοῦ κόσμου τούτου, ποτέρα πότερον λήψεται. Καὶ διακληρουμένων ἡ μὲν σκυθρωπὴ οὖσα κατὰ τὸν βίον καὶ σεμνότητος πλήρης τὸν Ἐριφύλης ὅρμον, ἡ δὲ ὥρᾳ διαφέρουσα καὶ μάχλος οὖσα, τὸν τῆς Ἑλένης εἴληφε· καὶ αὕτη μὲν ἐρασθεῖσα νεανίσκου τινὸς Ἠπειρώτου συνεξεδήμησεν, ἡ δὲ τῷ ἀνδρὶ θάνατον ἐβούλευσεν. »

Eadem fere leguntur apud Diodor. XVI, 64. Cf. Parthen. XXV, p. 59.

156.

Plutarchus Timol. p. 277, cap. 4: Timoleon fratrem, patriæ tyrannidem affectantem, percussurus, ad eum perrexit, παραλαβὼν τῶν φίλων τὸν μάντιν, ὃν Σάτυρον μὲν Θεόπομπος, Ἔφορος δὲ καὶ Τίμαιος Ὀρθαγόραν ὀνομάζουσιν.

Clemens Alex. Strom. I, p. 400 Pott.: Θεόπομπος (?) καὶ Ἔφορος καὶ Τίμαιος Ὀρθαγόραν τινὰ μάντιν ἀναγράφουσιν. Cf. Diodor. XVI, 65.

157.

Diodorus XVI, 76: Τῶν δὲ συγγραφέων Ἔφορος μὲν ὁ Κυμαῖος τὴν ἱστορίαν ἐνθάδε [Nicomachi anno, Ol. 109, 4; 341 a. Chr.] κατέστροφεν εἰς τὴν Περίνθου πολιορκίαν.

Ipsius oppugnationis satis ampla descriptio exstat apud Diodorum l. l. Quam utrum ex Ephoro an ex Diyllo petiverit, non dijudicaverim. Hoc tamen verisimilius, quum Philochorus ap. Dionys. p. 741 dicat: Theophrasto archonte [Ol. 110, 1, a. Chr. 340] Φίλιππος τὸ μὲν πρῶτον ἀναπλεύσας Περίνθῳ προσέβαλεν. Itaque usque ad initium obsidionis historiam Ephorus perduxisse videtur. V. Clinton. F. H. p. 157 ad annum 340.

ΕΥΡΗΜΑΤΑ.

158.

Athenæus VIII, p. 352, C, postquam Stratonici lepide dicta multa attulit: Ζηλωτὴς δὲ τῶν εὐτραπέλων λόγων τούτων ἐγένετο ὁ Στρατόνικος

154.

Melitæa, urbs Thessaliæ, cujus meminit Ephorus libro trigesimo: « Tyranni vero Pherarum et Melitæenses quum prius amicitiam coluissent.... »

155.

Ephorus, aut Demophilus Ephori filius, trigesimo Historiarum libro, de Delphico templo loquens, ait: « Onomarchus vero et Phaylius et Phalæcus non modo omnia quæ dei fuerant, rapuerunt; sed ad extremum uxores eorum etiam Eriphyles mundum abstulerunt, quem Alcmæon dei jussu Delphis dedicaverat, et Helenæ torquem a Menelao consecratum. Nam utrique in eamdem sententiam responsum dederat deus; Alcmæoni quidem, consulenti qua ratione insania liberaretur:

Pretiosum a me donum postulas, insaniæ remedium.
Pretiosum tu quoque munus mihi adferto: illud, quo
mater olim Amphiaraum cum equis sub terram occultavit.

Menelao vero, quærenti quo pacto injuriam ulcisceretur ab Alexandro acceptam, responderat:

Aureum adfer mundum, uxoris tuæ cervici
detractum, quem Cypris olim Helenæ dedit gratissimum:
sic tibi Alexander pœnas dabit gravissimas.

Accidit autem ut de illo mundo lis oriretur inter mulieres, utra illarum utrum nanciscetur: et, jacta sorte, Eriphyles monile nacta ea est, quæ austera et morosa fuerat in vita, et gravitatis plena; Helenæ autem mundum illa, quæ forma præstabat, et erat libidinosa. Et hæc quidem, amore adolescentis cujusdam Epirotæ capta, secuta est abeuntem: illa vero maritum per insidias interficiendum curavit. »

156.

Asciscit Timoleon ex amicis vatem, quem Satyrum Theopompus, Ephorus et Timæus Orthagoram vocant.

Theopompus [?] autem et Ephorus et Timæus Orthagoram quendam vatem fuisse scribunt.

157.

Hic Ephorus, scriptorum unus, historiæ suæ opus cum obsidione Perinthi concludit.

LIBRI DE INVENTIS.

158.

Fuerat autem Stratonicus in his facete dictis imitator

Digitized by Google

Σιμωνίδου τοῦ ποιητοῦ, ὥς φησιν Ἔφορος ἐν δευτέρῳ περὶ Εὑρημάτων, φάσκων καὶ Φιλόξενον τὸν Κυθήριον περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακέναι.

159.

Athen. XIV, p. 637, B: Φοίνικα δὲ τὸ ὄργανον Ἔφορος καὶ Σκάμων ἐν τοῖς περὶ Εὑρημάτων, ὑπὸ Φοινίκων εὑρηθέντα ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας.

160.

Athenæus IV, p. 182, C: Οἶδα δὲ καὶ ἄλλα γένη αὐλῶν τραγικῶν τε καὶ λυσιῳδῶν καὶ κιθαριστηρίων, ὧν μνημονεύουσιν Ἔφορός τ' ἐν τοῖς Εὑρήμασι, καὶ Εὐφράνωρ ὁ Πυθαγορικὸς ἐν τῷ περὶ αὐλῶν.

161.

Suidas: Ἐπὶ τὰ Μανδροβούλου· ἐπὶ τῶν εἰς τὰ χείρονα τρεπομένων, ἀπὸ Μανδροβούλου τινὸς τὸ ἐν Σάμῳ γεωφάνιον εὑρόντος, καὶ πρῶτον μὲν κριὸν χρυσοῦν ἀναθέντος, ἔπειτα ἀργυροῦν, ἔπειτα χαλκοῦν ἐλάττονα, εἶτα οὐκέτι, ὡς Ἔφορος.

Eadem habent Apostol. Cent. VIII, 95 et Zenobius in v. Ἐπὶ τοῦ Μανδροβούλου.

Harpocrat.: Γεωφάνιον, χωρίον ἐν ᾧ γῆς μέταλλον. Περὶ δὲ τοῦ ἐν Σάμῳ γεωφανίου ὃν τρόπον ἐξευρέθη Ἔφορος περὶ Χωρίων. (Cod. Vatican. ἐν ε' χωρίων, cod. Morell. ἐν θ' περὶ χωρίων, Medic. et al. simpliciter Ἔφορος δεδήλωκεν ἐν τῇ θ (θ'). Χωρίων Marx mutandum censet in Εὑρημάτων. Violentius. Locus petitus videtur e libro quarto (si θ' cum δ' permutatum statuas), vel probabilius ex libro quinto, ubi Asiæ regiones et insulas adjacentes Ephorus descripsit. Sicut idem Harpocration v. Αἶνος fr. 73 laudat Ephorum ἐν τῇ τετάρτῃ περὶ Θρᾳκίων πολισμάτων, sic, quæ est veterum in hac re negligentia, etiam ἐν ε' περὶ χωρίων citare potuit.

162.

Arnobius Adversus Gentes III, p. 121 Lugd. de Musis: *Ephorus has igitur numero tres refert, Mnaseas quem diximus quattuor, Myrtilus inducit septem, octo asseverat Crates, ad extremum Hesiodas novem cum nominibus tradit.*

ΠΕΡΙ ΛΕΞΕΩΣ.

163.

Theo Progymn. cap. II, p. 19 ed. Basil.: Numerum poeticum, orationi pedestri immixtum, elegantiæ adversari. Συγγνώμης δ' ἄξιον ὅταν εἰς ἐκεῖνά τις ἐμπέσῃ ποτε τὰ μέτρα ἅπερ ἔχει ὁμοιότητα πρὸς τὸ πεζὸν, οἷόν ἐστι τὸ ἰαμβικόν. Διὸ καὶ πάντες οἱ συγγραφεῖς ἄκοντες ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ γένος τοῦτο. Ὁ γοῦν Ἔφορος ἐν τῷ περὶ λέξεως δι' αὐτοῦ τοῦ ἀπαγορεύοντος λόγου, μὴ τῇ εὐρύθμῳ χρῆσθαι διαλέκτῳ, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ στίχον εἴρηκεν, εἰπών·

Πάλιν δὲ περὶ τῆς εὐρύθμου διέξειμι.

Cicero Orat. 57, qui numeri orationi sint apti: *Sunt enim qui iambicum putent, quod sit orationi simillimus. ... Ephorus autem, levis ipse orator, sed profectus ex optima disciplina, pæona sequitur aut dactylum; fugit autem spondeum et trochæum. Quod enim pæon habeat tres breves, dactylus autem duas, temperata gravitate et celeritate syllabarum, labi putat verba proclivius; contraque accidere in spondeo et trochæo quod alter longis constaret, alter e brevibus fieret; alteram nimis incitatam, alteram nimis tardam orationem, neutram temperatam. Sed et illi priores errant, et Ephorus in culpa est, etc.* Idem infra: *Ephorus vero ne spondeum quidem, quem fugit, intelligit esse æqualem dactylo quem probat.* Cf. et seq. et cap. 58 et 64. Quintilianus Inst. Orat. IX, 4, 87: *Miror autem in hac opinione doctissimos homines fuisse, ut alios pedes ita eligerent aliosque damnarent, quasi ullus esset quem non sit necesse in oratione deprehendi. Licet igitur pæona sequatur Ephorus, inventum a Thrasymacho, probatum ab Aristotele* (Rhet. III, 8; IV, 5) *dactylumque, ut temperatiores brevibus ac longis, fugiat spondeum et trochæum, alterius tarditate, alterius celeritate damnata ...: irrumpent*

Simonidis poetæ, ut scribit Ephorus secundo libro de Inventionibus; ubi Philoxenum etiam Cytherium eidem generi ait studuisse.

159.

Phœnicem vero instrumentum Ephorus et Scamon in libro de Inventionibus aiunt, ex eo quod a Phœnicibus inventum esset, nomen hoc nactum esse.

160.

Novi vero etiam alia genera tibiarum; tragicas, lysiodas et citharisterias: quarum meminit Ephorus in Inventionibus, et Euphranor Pythagoricus, in libro de Tibiis.

161.

More Mandrobuli. Dicitur de eo qui in pejus proficit. Mandrobulus enim, quum *geophanium* Sami invenisset, primo anno auream ovem Junoni dicavit; secundo argenteam, et tertio æream minorem, deinde ne hanc quidem, ut dicit Ephorus.

Geophanium, locus in quo metallum nascitur. Sed de inventione Geophanii in Samo insula, Ephorus scripsit.

DE DICTIONE.

163.

Venia tamen dari debet iis qui forte in versus qui, ut iambici, quam proxime ad solutam accedunt orationem, incidunt; quod omnibus fere scriptoribus invitis evenire solet. Ephorus certe in libro de sermone, eo ipso loco, ubi nimis numerosam usurpare elocutionem vetat, statim initio versum ipse extulit, hoc modo:

Posthac modos orationis inquiram.

Digitized by Google

etiam ad vicinos, nec semper illis heroo aut pæone suo, quem, quia versus raro faciat, maxime laudant, uti licebit.

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΕΠΙΧΩΡΙΟΝ.

164.

Plutarchus De vita et poesi Homeri cap. II: Ἔφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος ἐν συντάγματι τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐπιχωρίῳ, Κυμαῖον αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρώμενος, φησὶν ὅτι Ἀπελλῆς (sic scribi vult Welcker. Cycl. Hom. p. 148, quod confirmant codices optimi A et E; vulgo Ἀτελλῆς) καὶ Μαίων καὶ Δῖος ἀδελφοὶ Κυμαῖοι τὸ γένος. Ὧν Δῖος μὲν διὰ χρέα μετῴκησεν εἰς Ἄσκρην κώμην τῆς Βοιωτίας, κἀκεῖ γήμας Πυκιμήδην, ἐγέννησεν Ἡσίοδον· Ἀπελλῆς δὲ τελευτήσας ἐν τῇ πατρίδι Κύμῃ, κατέλιπε θυγατέρα Κριθηΐδα τοὔνομα, προστησάμενος αὐτῇ τὸν ἀδελφὸν Μαίονα· ὃς διακορεύσας τὴν προειρημένην, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τῷ γεγονότι δείσας κατάγνωσιν, ἔδωκεν αὐτὴν πρὸς γάμον Φημίῳ τῷ Σμυρναίῳ, διδασκάλῳ γραμμάτων. Φοιτῶσα δὲ αὐτὴ ἐπὶ τοὺς πλυνοὺς οἳ ἦσαν παρὰ τῷ Μέλητι, ἀπεκύησε τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ, καὶ διὰ τοῦτο Μελησιγενὴς ἐκλήθη· μετωνομάσθη δὲ Ὅμηρος, ἐπειδὴ τὰς ὄψεις ἐπτρώθη· οὕτω δὲ ἐκάλουν οἵ τε Κυμαῖοι καὶ οἱ Ἴωνες τοὺς τὰς ὄψεις πεπηρωμένους παρὰ τὸ δεῖσθαι τῶν ὁμηρευόντων, ὅ ἐστι τῶν ἡγουμένων. Ταῦτα μὲν Ἔφορος.

Vita altera Homeri Plutarcho tributa cap. II. Ἔφορος δὲ ὁ ἱστορικὸς Ὅμηρον ἔφη Κυμαῖον γενέσθαι. Anonym. in Vit. Hom. ap. Allatium D. P. H.: Κατὰ δὲ Ἔφορον καὶ τοὺς ἱστορικοὺς Κυμαῖος. Tatianus C. Græcos § 48, p. 285 (quem locum repetiit Euseb. Pr. E. X, 11): Περὶ γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασε, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, Θεαγένης ὁ Ῥηγῖνος ... μετὰ δὲ ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος.

G. Syncellus Chron. p. 173 ed. Paris.: Ἡσίοδός τε ἐγνωρίζετο, ὃν Ἔφορος ἀνεψιὸν καὶ σύγχρονον Ὁμήρου φησί.

A. Gellius N. A. III, 11: *Ephorus, historiæ scriptor, Homerum quam Hesiodum minorem natu fuisse scripsit.*

Proclus ad Hesiodi Opera et Dies II, p. 142 Heins.: Ἔφορος δέ φησι τοῦτον (sc. Hesiodi patrem) εἰς Ἄσκρην ἐλθεῖν χρῷ δι' ἐμπορίαν, ἀλλὰ φόνον ἐμφύλιον ἐργασάμενον.

165.

Stephanus: Βολισσὸς, πόλις Αἰολικὴ ἐπ' ἄκρου, Χίου πλησίον. ... Καί φασιν ὅτι Ὅμηρος ἐν τούτῳ τῷ πολίσματι τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, ὡς Ἔφορος.

Cum his confer Pseudo-Herodot. Vit. Hom. c. 24, quæ ex Ephoro fluxisse conjectura est Heynii (in Excurs. ad Il Ω, tom. VIII, p. 823), non probata tamen Welckero de Cyclo Hom. p. 146.

LIBER DE REBUS PATRIIS.

164.

Ephorus igitur Cumæus, in libro cui titulum fecit *de rebus patriis*, id agens ut Homerum Cumæum fuisse ostendat, prodit, Apellem, Mæonem, et Dium, fratres genere Cumæos fuisse: quorum Dium æris alieni caussa, Ascram, Bœotiæ pagum, commigrasse, ibique Pycimede uxore ducta Hesiodum procreasse: Apellem in patria Cuma mortuum esse, relicta filia Critheide, ejusque tutela fratri Mæoni commendata. At hunc puellæ virginitatem violasse, indeque veritum ne cives facinoris ab ipso pœnas exigerent, eam Phemio Smyrnæo ludimagistro in matrimonium dedisse. Illam commeantem ad lavacra juxta Meletem fluvium sita, ibi prope fluvium peperisse Homerum, inde Melesigenem appellatum: postea autem mutato nomine Homerum vocatum, quod oculorum lumine captus esset: ita enim a Cumæis et Ionibus lumine oculorum captos ὁμήρους dici solitos fuisse, quod ὁμηρευόντων, id est, *ductorum*, indigerent. Hæc Ephorus.

Ephorus historicus Homerum tradit fuisse Cumanum.

Ac de Homeri quidem poesi, genereque simul ac tempore quo floruerit, inquisiverunt antiquissim Rheginus ille Theagenes..... quibus eadem in opera successit Ephorus Cumæus.

Hesiodus florebat, quem Ephorus nepotem Homeri et coævum dicit.

Ephorus dicit Hesiodi patrem Ascram venisse, non mercaturæ faciendæ caussa, sed quod popularem hominem interfecisset.

165.

Bolissus, urbs Æolica, in promontorio, prope Chium. Dicunt vero, ut Ephorus, Homerum in hoc oppido degisse.

Digitized by Google

THEOPOMPI

FRAGMENTA.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

1.

Suidas in Σπουδάζω. . . . . ἐπὶ δὲ τοῦ κατεπείγομαι. Θεόπομπος Ἐπιτομῇ τῶν Ἡροδότου· ἐπὶ δὲ τοῦ βούλομαι, ὁ αὐτὸς ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιτομῇ.

Eadem habet Photius in Lex. h. v.

2.

Grammaticus Seguerianus Anecd. Bekkeri p. 80. : Ἀναβῆναι τὸν ἵππον ἐπὶ τοῦ ἐπιβῆναι· Θεόπομπος ἐν ἐπιτομῇ Ἡροδότου.

3.

Idem ibid. p. 104 : Κακόβιος· Θεόπομπος ἐν τῇ ἐπιτομῇ Ἡροδότου.

4.

Idem, ibid. p. 115 : Φυγαδεῦσαι· τὸ φυγάδα ἐλάσαι. Θεόπομπος ἐπιτομῇ Ἡροδότου.

5.

Hesychius : Ζειρά· οἱ μὲν εἶδος χιτῶνος, οἱ δὲ ζώνην· βέλτιον δὲ ἄλλο τι ἐπιβόλαιον κατὰ τῶν ὤμων φορούμενον, ἐοικὸς ἐφαπτίδι· καὶ Ἡρόδοτος μαρτυρεῖ καὶ Θεόπομπος ὁ Χῖος. V. Herodot. VII, 69 et 76 ibique interpretes. « Quoniam Theopompus una cum Herodoto ab Hesychio citatur, suspicor illum in hujus epitome conficienda hac voce usum esse, immo vero quum hunc ipsum Herodoti locum in epitomen redigeret. » *Wichers.*

ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

LIBER I.

6.

Strabo XIII, p. 884 : Φησὶ δὲ τὴν Σεστὸν Θεόπομπος βραχεῖαν μὲν εὐερκῆ δὲ· καὶ σκέλει διπλέθρῳ συνάπτειν πρὸς τὴν λιμένα· καὶ διὰ ταῦτ' οὖν καὶ διὰ ῥοῦν κυρίαν εἶναι τῶν παρόδων.

Petita hæc videntur ex initio totius operis, ubi narranda erat pugna illa, qua Athenienses juxta Sestum commorantes vicerunt Lacedæmonios et Pharnabazum. Ol. 92, 2. Cf. Xen. Hell. 1, 2, 1–13, Diodor. XIII, 45, 46, qui, quum rem Xenophonte accuratius exponat, in multisque ab eo recedat, ducem habuerit Theopompum.

7.

Stephanus: Χρυσόπολις ... Θεόπομπος ἐν πρώτῳ Ἑλληνικῶν· « Ἀνήχθησαν εἰς Χαλκηδόνα, καὶ Βυζάντιον μετὰ τοῦ λοιποῦ στρατεύματος, βουλόμενοι Χρυσόπολιν κατασχεῖν. » V. Xenoph. Hell. I, 1, 22 sqq.; Diodor. XIII, 64. (Ol. 92, 4.)

8.

Diodor. Sic. XIII, 105 : Οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ πυθόμενοι τοὺς Λακεδαιμονίους πάσῃ τῇ δυνάμει πολιορκεῖν Λάμψακον, συνήγαγόν τε παντα-χόθεν τριήρεις, καὶ κατὰ σπουδὴν ἀνήχθησαν ἐπ' αὐ-

EPITOME HISTORIARUM HERODOTI.

1.

Σπουδάζω — pro κατεπείγομαι (festino) : Theopompus in epitome Herodoti Historiarum; pro βούλομαι (volo) : idem in eadem epitome.

2.

Ἀναβῆναι ἵππον pro ἐπιβῆναι (*conscendere equum*) : Theopompus in Herodoti epitome.

3.

Κακόβιος (*dure vivens*) : Theopompus in Herodoti epitome.

4.

Φυγαδεύσαι, fugitivum propellere : Theopompus in Herodoti epitome.

5.

Ζειρά; alii explicant *tunicæ genus*, alii *cingulum*; melius vero aliud quoddam indumentum humeris injectum, pallio simile fibula astricto, uti Herodotus testatur et Theopompus Chius.

HELLENICA.

LIBER I.

6.

Theopompus Sestum ait exiguam quidem, sed probe munitam esse, et duorum jugerum muro cum portu connexam : itaque cum ea de causa, tum ob fluxum præternavigationem in sua habere potestate.

7.

Chrysopolis ... Theopompus in Rerum Hellenicarum primo : « Revecti sunt Chalcedonem et Byzantium cum « reliquo exercitu, volentes Chrysopolin obtinere. »

8.

Atheniensium præfecti certiores facti Lacedæmonios omnibus Lampsacum viribus oppugnare, triremes undecunque cogunt, et rapto illuc cursu cum octoginta et

Digitized by Google

τοὺς ναυσὶν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα· εὑρόντες δὲ τὴν πόλιν ἡλωκυῖαν, τότε μὲν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς καθώρμισαν τὰς ναῦς· μετὰ δὲ ταῦτ' ἐπιπλέοντες τοῖς πολεμίοις, καθ' ἡμέραν εἰς ναυμαχίαν προεκαλοῦντο. Οὐκ ἀντεναγομένων δὲ τῶν Πελοποννησίων, οἱ μὲν Ἀθηναῖοι διηπόρουν ὅ, τι χρήσωνται τοῖς πράγμασιν, οὐ δυνάμενοι τὸν πλείω χρόνον ἐκεῖ διατρέφειν τὰς δυνάμεις· Ἀλκιβιάδου δὲ πρὸς αὐτοὺς ἐλθόντος, καὶ λέγοντος ὅτι Μήδοκος καὶ Σεύθης οἱ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεῖς εἰσὶν αὐτῷ φίλοι, καὶ δύναμιν πολλὴν ὡμολόγησαν δώσειν, ἐὰν βούληται διαπολεμεῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις· διόπερ αὐτοὺς ἠξίου μεταδοῦναι τῆς ἡγεμονίας, ἐπαγγελλόμενος αὐτοῖς δυοῖν θάτερον, ἢ ναυμαχεῖν τοὺς πολεμίους ἀναγκάσειν, ἢ πεζῇ μετὰ Θρᾳκῶν πρὸς αὐτοὺς διαγωνιεῖσθαι. Ταῦτα δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης ἔπραττεν, ἐπιθυμῶν δι' ἑαυτοῦ τῇ πατρίδι μέγα τι κατεργάσασθαι, καὶ διὰ τῶν εὐεργεσιῶν τὸν δῆμον ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν ἀρχαίαν εὔνοιαν. Οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοί, νομίσαντες τῶν μὲν ἐλαττωμάτων ἑαυτοῖς τὴν μέμψιν ἀκολουθήσειν, τὰ δ' ἐπιτεύγματα προσάψειν ἅπαντας Ἀλκιβιάδῃ, ταχέως αὐτὸν ἐκέλευσαν ἀπιέναι καὶ μηκέτι προσεγγίζειν τῷ στρατοπέδῳ.

Hæc, sicut quæ sequuntur c. 106, ex Theopompo desumta esse ipsa narratio a Xenophontea multum discrepans demonstrat. Ex eodem fonte sua hausit Cornel. Nep. Alcib. c. 8.

LIBER II.

9.

Harpocrat.: Πεδάριτος ... τῶν ἐκ Λακεδαίμονος ἐκπεμφθέντων ἔστιν οὗτος, ἁρμοστὴς ἀνὴρ, εἷς (quod omitt. Bekk.) τῶν γεγονότων καλῶν, ὡς φησὶ Θεόπομπος ἐν δεύτερᾳ Ἑλληνικῶν.

Eadem Suidas, ubi vero Παιδάριτος legitur. Πεδάριτος habent Isocrat. p. 127, A, Thucyd. VIII, 28.

10.

Plutarch. Lysandro p. 442, c. 17: Καὶ Θεόπομπος μέν φησι Σκιραφίδαν, Ἔφορος δὲ Φλογίδαν εἶναι τὸν ἀποφηνάμενον ὡς οὐ χρὴ προσδέχεσθαι νόμισμα χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλὰ χρῆσθαι τῷ πατρίῳ.

Spectat ad ea, quæ Diodorus XIV, 10, de argento narrat ex vectigalibus devictarum civitatum a Lacedæmoniis contracto. Cf. Plutarch. Lys. 16, 17, Polyb. VI, 49.

LIBER III.

11.

Athenæus XV, p. 676, D, ubi reprehendit eos, qui Naucratitem coronam e byblo coronaria confectam esse putent, παρατιθέμενοι Θεοπόμπου ἐκ τῆς τρίτης τῶν Ἑλληνικῶν, ὅς φησιν Ἀγησιλάῳ τῷ Λάκωνι παραγινομένῳ εἰς Αἴγυπτον δῶρα πέμψαι τοὺς Αἰγυπτίους ἄλλα τέ τινα καὶ δὴ καὶ τὴν στεφανωτρίδα βύβλον.

Eundem locum ante oculos habuit Plutarch. Agesil. c. 36, ubi pro Theopompo perperam laudatur Theophrastus. (Cf. Apophthegm. Lac. tom. II, p. 210.) De donis Agesilao ab Ægyptiis missis iterum Theopompus loquitur libro undecimo et Philippicorum decimo tertio (v. fr. 23). Quare Wichers. Athenæum h. l. in laudando libro errasse suspicatur, idque eo magis, quod quæ Athenæus h. l. et fr. 23 tamquam ex diversis libris citaret, ea conjunctim referret Plutarchus. Quod ut fieri potuisse haud nego, ita non est quod cogat, ut hanc sententiam amplectaris; immo quum Plutarchus Agesilaum dicat delectatum esse coronæ simplicitate, aptam hujus rei Theopompus mentionem facere potuit in eorum temporum descriptione, quibus Ly-

---

centum navibus trajiciunt. Ast ubi captam urbem accepere, tum quidem circa Ægospotamos ancoris naves sistunt. Postea vero in hostes evecti in dies ad certamen eos provocant. Sed quum Peloponnesii non occurrerent, dubitari ab Atheniensibus cœptum est, quomodo res gerere deberent, siquidem diutius ibi exercitum alendi facultas non daretur. Tum Alcibiades ad ipsos excurrens pro certo affirmat Medocum et Seuthen, Thracum reges, amicitia sibi junctos, magnas ad subsidium copias præbituros, si ipse bellum cum Lacedæmoniis pertexere velit. Imperii ergo militaris partem sibi concedi postulat, e duobus hisce alterum haud dubie promittens, se vel ad conflictum navalem hostes adacturum, aut terrestri prœlio, adjuvantibus Thracibus, cum iis decertaturum. Hoc Alcibiadi negotium eo directum erat, ut quæ honestissima ejus cupido erat, præclarum patriæ facinus ederet, et beneficiorum magnitudine pristinam populi benevolentiam sibi reconciliaret. At duces Atheniensium hac opinione tenebantur, si res male gereretur, omnem culpam in se recasuram; sin prospere succederet, victoriæ decus Alcibiadi omnes vindicaturos. Quapropter ut continuo se inde amoliatur, nec unquam deinde propius ad exercitum accedat, serio edicunt.

LIBER II.

9.

Pedaritus fuit unus harmostarum, qui Lacedæmone mittebantur; unus ex illis qui loco illustri erant nati.

10.

Sciraphidam Theopompus refert, Ephorus Phlogidam fuisse, qui non recipiendam in urbem monetam auream vel argenteam censuit, sed retinendam patriam.

LIBER III.

11.

Memorant Theopompi verba ex tertio libro Hellenicorum, ubi ait, « Agesilao Lacedæmonio, quum in Ægyptum pervenisset, dona misisse Ægyptios cum alia, tum byblum coronariam. »

Digitized by Google

sandri institutis, de quibus hisce libris disserere debebat, fastus et luxuria plerosque Spartanorum invaserunt.

LIBER IV.

12.

Stephanus: Ἄσπενδος ... Θεόπομπος τετάρτῃ Ἑλληνικῶν· « Ἀποτυχὼν δὲ τῶν Ἀσπενδίων. »

13.

Idem: Σελλασία, πόλις Λακωνική· Θεόπομπος ἐν τετάρτῳ Ἑλληνικῶν.

14.

Idem: Τρίνησσα, τόπος Φρυγίας· Θεόπομπος Ἑλληνικῶν τετάρτῳ.

LIBER VII.

15.

Athenæus VI, p. 271, F, 272, A: Θεόπομπος δ' ἐν ἑβδόμῳ Ἑλληνικῶν περὶ τῶν εἱλώτων λέγων, ὅτι καὶ Ἐλεᾶται καλοῦνται, γράφει οὕτως· « Τὸ δὲ τῶν Εἱλώτων ἔθνος παντάπασιν ὠμῶς διάκειται καὶ πικρῶς. Εἰσὶ γὰρ οὗτοι καταδεδουλωμένοι πολὺν ἤδη χρόνον ὑπὸ τῶν Σπαρτιατῶν, οἱ μὲν αὐτῶν ἐκ Μεσσήνης ὄντες, οἱ δὲ Ἐλεᾶται κατοικοῦντες πρότερον τὸ καλούμενον Ἕλος τῆς Λακωνικῆς.

LIBER VIII.

15 a.

Stephan.: Ὠρωπός. ... Θεόπομπος η' Ἑλληνικῶν (sic cod. Rhediger. pro vulg. Θ. καὶ Ἑλλάνικος)· « Ἀνακοινοῦνται τῶν Ὠρωπίων Τηλέφῳ καὶ τοῖς μετ' ἐκείνου βουλομένοις καὶ τὸν Ὠρωπὸν ὑπάρχειν αὐτοῖς. »

Vix hæc sana. Videntur spectare ad frequentes illas Atheniensium cum Bœotis de possessione hujus urbis contestationes. Sed accuratius quiddam statui nequit, quum neque de Telepho illo aliunde constet, neque ex tempore, cujus historia hoc Hellenicorum libro tradenda erat, quidquam de Oropi fatis habeamus compertum. Fortasse Theopompus rerum ordinem ex more suo paulisper relinquens h. l. egit de Themisone (quod nomen in voce Τηλέφῳ latere suspicari licet) Eretriæ tyranno, qui Ol. 103, 3, Oropum oppidum tum ad Atheniensium ditionem pertinens in potestatem suam redegit; Ὡς δὲ Ἀθηναῖοι ἔμελλον πολεμεῖν, ἔδοξε δίκῃ μᾶλλον κρίνεσθαι, τὸν δὲ μέχρι τῆς κρίσεως χρόνον Θηβαῖοι ἔφασαν αὐτοὶ λαβόντες φυλάξειν τὸ χωρίον· ὡς δὲ ἔλαβον οὐδετέροις ἀπέδοσαν, Ulpian ad Demosthen. Or. pro Coron. p. 153 et in Midiam p. 335; cf. Diodor. XV, 76, ibique Wesseling. O. Müller. de Minyis, p. 411.

16.

Stephanus: Ἔμβατον, τόπος τῆς Ἐρυθραίας. Θεόπομπος Ἑλληνικῶν ὀγδόῃ.

17.

Idem: Κάλπαι· πόλις Βιθυνῶν. Θεόπομπος ὀγδόῳ Ἑλληνικῶν.

18.

Idem: Λαδεψοὶ καὶ Τρανιψοί, ἔθνη Βιθυνῶν· Θεόπομπος ὀγδόῳ Ἑλληνικῶν.

19.

Idem: Κυτιώνιον, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας· Θεόπομπος Ἑλληνικῶν ὀγδόῳ.

LIBER IX.

20.

Athenæus VI, p. 252, F: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ ἐν-

LIBER IV.

12.

Aspendus ... Theopompus libro quarto Hellenicorum: « Qui aberravit ab Aspendiis. »

13.

Sellasia, urbs Laconica. Theopompus in quarto Hellenicorum.

14.

Trinessa, locus Phrygiæ. Theopompus Hellenicorum quarto.

LIBER VII.

15.

Theopompus vero septimo libro Rerum Græcarum, de Helotibus loquens, fuisse etiam *Heleatas* nominatos scribit, his verbis: « Helotum vero gens prorsus crudeliter et acerbe tractatur. Sunt autem hi a multo tempore in servitutem redacti a Spartiatis: et eorum alii quidem Messena sunt oriundi; alii vero Heleates, qui olim *Helos* quod vocatur, Laconiæ oppidum, incoluerant. »

LIBER VIII.

15 a.

Theopompus libro octavo Hellenicorum: « Deliberandi caussa communicant cum Telepho Oropio et qui cum illo volebant Oropum quoque ipsis esse subjectam. »

16.

Embatum, locus Erythrææ, de quo Theopompus libro octavo Hellenicorum.

17.

Calpæ, urbs Bithynorum, de qua Theopompus libro octavo Hellenicorum.

18.

Ladepsi, et Tranipsi, gentes Bithyniæ, de quibus Theopompus libro octavo Hellenicorum.

19.

Cytonium, urbs Mysiam inter et Lydiam, de qua Theopompus libro octavo Hellenicorum.

LIBER IX.

20.

Theopompus vero, nono libro Rerum Græcanicarum,

Digitized by Google

νάτῃ τῶν Ἑλληνικῶν, Σισύφου φησὶ τοῦ Φαρσαλίου κόλακα καὶ ὑπηρέτην γενέσθαι Ἀθήναιον τὸν Ἐρετριέα.

LIBER X.

21.

Athenæus XII, p. 543, B, C: Θεόπομπος δὲ ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Ἑλληνικῶν τἀναντία φησὶ περὶ τοῦ Λυσάνδρου, ὅτι φιλόπονος ἦν καὶ θεραπεύειν δυνάμενος καὶ ἰδιώτας καὶ βασιλεῖς, σώφρων ὢν καὶ τῶν ἡδονῶν ἁπασῶν κρείττων· γενόμενος γοῦν τῆς Ἑλλάδος σχεδὸν ἁπάσης κύριος ἐν οὐδεμιᾷ φανήσεται τῶν πόλεων, οὔτε πρὸς τὰς ἀφροδισίους ἡδονὰς ὁρμήσας, οὔτε μέθαις καὶ πότοις ἀκαίροις χρησάμενος.

22.

Plutarch. Lysandr. p. 450, c. 30: Καὶ γὰρ ἡ πενία τοῦ Λυσάνδρου τελευτήσαντος ἐκκαλυφθεῖσα φανερωτέραν ἐποίησε τὴν ἀρετὴν, ἀπὸ χρημάτων πολλῶν καὶ δυνάμεως, θεραπείας τε πόλεων καὶ βασιλείας τοιαύτης, μηδὲ μικρὸν ἐπιλαμπρύναντος τὸν οἶκον εἰς χρημάτων λόγον, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος.

LIBER XI.

23.

Athenæus XIV, p. 657, B, C: Θεόπομπος ἐν τρισκαιδεκάτῳ Φιλιππικῶν καὶ ἑνδεκάτῳ Ἑλληνικῶν, ἐν οἷς ἐμφανίζει τὸ περὶ τὴν γαστέρα τῶν Λακώνων ἐγκρατὲς, γράφει οὕτως· « Καὶ οἱ Θάσιοι ἔπεμψαν Ἀγησιλάῳ προσιόντι πρόβατα παντοδαπὰ καὶ βοῦς εὖ τεθραμμένους, πρὸς τούτοις δὲ καὶ πέμματα καὶ τραγημάτων εἶδος παντοδαπόν. Ὁ δ' Ἀγησίλαος τὰ μὲν πρόβατα καὶ τοὺς βοῦς ἔλαβε, τὰ δὲ πέμματα καὶ τὰ τραγήματα πρῶτον μὲν οὐδὲ ἔγνω· κατεκεκάλυπτο γάρ· ὡς δὲ κατεῖδεν, ἀποφέρειν αὐτοὺς ἐκέλευσεν, εἰπὼν, οὐ νόμιμον εἶναι Λακεδαιμονίοις χρῆσθαι τούτοις τοῖς ἐδέσμασι. Λιπαρούντων δὲ τῶν Θασίων, Δότε, φησὶ, φέροντες ἐκείνοις, δείξας αὐτοῖς τοὺς εἵλωτας, εἰπὼν ὅτι τούτους δέοι διαφθείρεσθαι τρώγοντας αὐτὰ πολὺ μᾶλλον ἢ αὐτὸν καὶ τοὺς παρόντας Λακεδαιμονίων. »

Verba καὶ οἱ Θάσιοι et Λιπαρούντων δὲ τῶν Θασίων corrupta esse satis apparet ex eodem Athenæo IX, p. 384, A: Θεόπομπος μὲν ὁ Χῖος ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς κἀν τῇ τρισκαιδεκάτῃ δὲ τῶν Φιλιππικῶν Ἀγησιλάῳ τῷ Λάκωνι εἰς Αἴγυπτον ἀφικομένῳ πέμψαι τοὺς Αἰγυπτίους χῆνας, καὶ μόσχους σιτευτούς· idemque colligitur ex Nepotis Agesil. c. 8, quem Theopompum habuisse auctorem in aperto est: *Quod ei usu venit, quum annorum octoginta, subsidio Thaco in Ægyptum ivisset. ... Hujus de adventu fama quum ad regios esset perlata, celeriter munera eo cujusque generis sunt allata. His quærentibus Agesilaum, vix fides facta est, unum esse ex his, qui tum accubabant. Qui quum regis verbis, quæ attulerant, dedissent, ille præter vitulina et hujusmodi genera obsonii, quæ præsens tempus desiderabat, nihil accepit, unguenta, coronas secundamque mensam servis dispertiit, cætera referri jussit.* Cf. Plutarch. Agesil. c. 36. His locis eadem res constanter de Ægyptiis narratur, neque usquam traditur Agesilaus Thasiis opem tulisse, aut omnino negotii quid cum iis habuisse. Elucet nomen Tachi regis corruptelæ ansam dedisse; quare cum Wichersio legamus: καὶ ὁ Τάχως ἔπεμψε pro καὶ οἱ Θάσιοι ἔπεμψαν, et τῶν τοῦ Ταχὼ (στρατηγῶν) pro τῶν Θασίων.

24.

Plutarch. Agesil. p. 601, c. 10, de Agesilao: Καὶ μέγιστος μὲν ἦν ὁμολογουμένως, καὶ τῶν τότε ζώντων ἐπιφανέστατος, ὡς εἴρηκέ που καὶ Θεόπομπος.

25.

Stephan.: Τραλλία, μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας. Λέγονται καὶ Τράλλοι καὶ Τράλλες παρὰ Θεοπόμπῳ.

Sisyphi Pharsalii adsentatorem ministrumque fuisse ait Athenæum Eretriensem.

LIBER X.

21.

Theopompus vero decimo libro Hellenicorum contraria de Lysandro scribit: « fuisse eum industrium, qui officiis demereri novisset et privatos et reges, eumdem temperantem, nullique voluptati servientem. Sane, quum totius fere Græciæ, inquit, dominus esset, in nulla civitate aut venereis indulsisse voluptatibus, aut temulentiæ et intempestivis compotationibus, comperietur. »

22.

Etenim detecta defuncti paupertas Lysandri laudem reddidit ejus illustriorem, qui ex ingenti pecunia, potentia, urbium clientela, et regno tali domum suam, quod ad opes pecuniarias attinet, ne obolo quidem reddidit lautiorem, ut tradit Theopompus.

LIBER XI.

23.

Theopompus decimo tertio Philippicorum et undecimo Hellenicorum, ubi continentiam Lacedæmoniorum quod ad gulam declarat, ita scribit: « Et Tachos adpropinquanti « Agesilao cibariorum omne genus misit, oves et bo- « ves bene saginatos, ad hæc pistorii operis et bellario- « rum omne genus. Agesilaus vero oves quidem et boves « accepit: pistorium autem opus et bellaria primum ne « animadverterat quidem; tecta quippe erant: postquam « vero conspexit, auferre illos hæc jussit, dicens *non fas « esse Lacedæmoniis uti hisce eduliis.* Instantibus vero « regis legatis: *Istis*, inquit, *hæc date*, Helotas ostendens, « dicensque, hos potius talibus eduliis corrumpendos, « quam aut se aut præsentes Lacedæmonios. »

24.

Citra controversiam maximus erat (Agesilaus) omniumque memoriæ suæ clarissimus, ut etiam testatus est alicubi Theopompus.

25.

Trallia, pars Illyriæ. Incolæ dicuntur et Tralli, et Tralles apud Theopompum.

Digitized by Google

« Est fortasse hoc fragmentum pars enarrationis Agesilai ex Asia reditus, quod propter Trallum mentionem suspicari licet. » *Wichers.*, qui laudat Plutarch. Agesil. 16, Diodor. XIV, 83.

ΦΙΛΙΠΠΙΚΑ.

LIBER I.

26.

Photius Biblioth. Cod. CLXXVI, p. 203 ed. Augustæ Vind. 1601 : Συναχμάσαι δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν λέγει (Theopompus) Ἰσοκράτει τε τῷ Ἀθηναίῳ καὶ Θεοδέκτῃ τῷ Φασηλίτῃ, καὶ Ναυκράτει τῷ Ἐρυθραίῳ, καὶ τούτους ἅμα αὐτῷ τὰ πρωτεῖα τῆς ἐν λόγοις παιδείας ἔχειν ἐν τοῖς Ἕλλησιν· ἀλλὰ Ἰσοκράτην μὲν δι' ἀπορίαν βίου, καὶ Θεοδέκτην μισθοῦ λόγους γράφειν καὶ σοφιστεύειν, ἐκπαιδεύοντας τοὺς νέους, κἀκεῖθεν καρπουμένους τὰς ὠφελείας· αὐτὸν δὲ καὶ Ναυκράτην, αὐτάρκως ἔχοντας, ἐν τούτοις ἀεὶ τὴν διατριβὴν, ἐν τῷ φιλοσοφεῖν καὶ φιλομαθεῖν, ποιεῖσθαι. Καὶ ὡς οὐκ ἂν εἴη αὐτῷ παράλογον, ἀντιποιουμένῳ τῶν πρωτείων, οὐκ ἐλαττόνων μὲν ἢ δισμυρίων ἐπῶν, τοὺς ἐπιδεικτικοὺς τῶν λόγων συγγραψαμένῳ, πλείους δὲ ἢ πεντεκαίδεκα μυριάδας, ἐν οἷς τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων πράξεις μέχρι νῦν ἀπαγγελλομένας [ἔστι] λαβεῖν. Ἔτι δὲ καὶ, διότι οὐδεὶς ἔστι τόπος κοινὸς τῶν Ἑλλήνων, οὐδὲ πόλις ἀξιόχρεως, εἰς οὓς αὐτὸς οὐκ ἐπιδημῶν, καὶ τὰς τῶν λόγων ἐπιδείξεις ποιούμενος, οὐχὶ μέγα κλέος καὶ ὑπόμνημα τῆς ἐν λόγοις αὐτοῦ κατέλιπεν ἀρετῆς. Ταῦτα αὐτὸς περὶ αὑτοῦ λέγων, τοὺς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἔχοντας ἐν λόγοις τὸ πρωτεύειν, πολὺ καταδεεστέρους ἀποφαίνεται τῶν καθ' ἑαυτὸν, οὐδὲ τῆς δευτέρας τάξεως ἀξιουμένων· καὶ τοῦτο δῆλον εἶναί φησι καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν παρ' ἑκατέροις ἐκπεπονημένων καὶ καταλελειμμένων λόγων· πολλὴν γὰρ τὴν τοιαύτην παίδευσιν ἐπίδοσιν λαβεῖν κατὰ τὴν αὐτοῦ ἡλικίαν.

Cf. Dionysius Hal. A. R. init. : Οὔτε ἐν τοῖς ἰδίοις μέλλων πλεονάζειν ἐπαίνοις, οὓς ἐπαχθεῖς οἶδα φαινομένους τοῖς ἀκούουσιν, οὔτε διαβολὰς καθ' ἑτέρων ἐγνωκὼς ποιεῖσθαι συγγραφέων, ὥσπερ Ἀναξίλαος καὶ Θεόπομπος ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν Ἱστοριῶν ἐποίησαν. Quæ indicio sunt antecedentia ex procœmio aliquo Historiarum petita esse.

27.

Polyb. VIII, 11, postquam dixerat nec vituperari falso, nec laudari reges oportere, atque videndum esse ne pugnantia inter se scribas, pergit ita : Μάλιστα δ' ἂν τις ἐπιτιμήσειε περὶ τοῦτο τὸ μέρος Θεοπόμπῳ· ὃς γ' ἐν ἀρχῇ τῆς περὶ Φιλίππου συντάξεως δι' αὐτὸ μάλιστα παρορμηθῆναι φήσας πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τῆς πραγματείας, διὰ τὸ μηδέποτε τὴν Εὐρώπην ἐνηνοχέναι τοιοῦτον ἄνδρα τὸ παράπαν, οἷον τὸν Ἀμύντου Φίλιππον· μετὰ ταῦτα παρὰ πόδας, ἔν τε τῷ προοιμίῳ, καὶ παρ' ὅλην δὲ τὴν ἱστορίαν, ἀκρατέστατον μὲν αὐτὸν ἀποδείκνυσι πρὸς γυναῖκας, ὥστε καὶ τὸν ἴδιον οἶκον ἐσφαλκέναι τὸ καθ' αὑτὸν διὰ τὴν πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ὁρμὴν καὶ προστασίαν· ἀδικώτατον δὲ καὶ κακοπραγμονέστατον περὶ τὰς τῶν φίλων καὶ συμμάχων κατασκευάς· πλείστας δὲ πόλεις ἐξηνδραποδισμένον καὶ πεπραξικοπηκότα μετὰ δόλου καὶ βίας· ἐκπαθῆ δὲ γεγονότα καὶ πρὸς τὰς ἀκρατοποσίας, ὥστε καὶ μεθ' ἡμέραν πλεονάκις μεθύοντα καταφανῆ γενέσθαι τοῖς φίλοις.

28.

Polybius XII, 27 : Ὁ δὲ Θεόπομπος τοῦτον μὲν ἄριστον ἐν τοῖς πολεμικοῖς, τὸν πλείστοις κινδύνοις παρατετευχότα· τοῦτον δὲ δυνατώτατον ἐν λόγοις, τὸν

PHILIPPICA.

LIBER I.

26.

Æquales suos ipsemet (Theopompus) nominat : Isocratem Atheniensem, Theodecten Phaseliten, et Naucraten Erythræum, quos et secum in dicendi facultate principatum in Græcia tenuisse refert. Sed Isocratem quidem rei familiaris angustia, uti et Theodecten, pretio orationes conscribere, ac ludo aperto adolescentes instituere, indeque lucrum reportare : se vero cum Naucrate, quod vitam tueri honeste possent, assidue in his, in philosophia, inquam, ac literis exerceri. Neque vero temere se, aut præter rationem primas sibi vindicare, quum demonstrativi generis orationes non pauciores, quam viginti millium versuum conscripserit : quin et supra quindecim versuum myriadas, in quibus Græcorum ac Barbarorum res gestas hactenus narratas legere liceat. Ad hæc vero nullum esse ait Græciæ locum publicum urbemve alicujus pretii, quo non ipse pervenerit, publiceque perorans magnum decus, ac virtutis in dicendo suæ monumentum reliquerit. Hæc de se ipso pronuncians, eos qui prioribus temporibus dicendo claruerunt, ætatis suæ oratoribus longe postponit, ac ne in secundis quidem subsistere posse affirmat, clarumque id esse vel e scriptis utrorumque, et orationibus ad posteros transmissis. Crevisse namque immensum quantum sua ætate hanc ipsam dicendi facultatem.

27.

Maxime omnium Theopompus hanc inconstantiæ reprehensionem meretur : qui, quum initio historiæ Philippi dixisset, hac maxime caussa se ad scribendum impulsum esse, quod Philippo, Amyntæ filio, parem virum numquam antea Europa protulisset ; continuo deinde, cum in ipso procœmio, tum per totam historiam eumdem in mulieres intemperantissimum fuisse memorat, adeo ut, per suam hac in parte cupiditatem atque profusionem, propriam etiam domum, quantum in ipso erat, in summum periculum adduxerit. Eumdem præterea injustissimum atque in parandis amicis et sociis dolosissimum describit, et qui urbes plurimas, per vim ac fraudem captas, in servitutem redegerit. Eumdem porro ebrietati valde deditum fuisse narrat, adeo ut diurno etiam tempore ebrius ab amicis fuerit deprehensus.

28.

Et Theopompus, In bellicis quidem rebus, ait, ille præstat omnibus, qui prœliis quam plurimis interfuit : inter

Digitized by Google

κλείστων μετεσχηκότα πολιτικῶν ἀγώνων· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον συμβαίνει ἐπὶ ἰατρικῆς καὶ κυβερνητικῆς.

29.

Strabo I, p. 74, A Almel., p. 116 ed. Tzsch.: Θεόπομπος δὲ ἐξομολογεῖται φήσας, ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ κρεῖττον, ἢ ὡς Ἡρόδοτος καὶ Κτησίας καὶ Ἑλλάνικος καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες.

30.

Syncellus Chron. p. 262, p. 499 ed. Dindorf. (cf. Diod. fragm. tom. IV, p. 18): Ὁ Κάρανος ἀπὸ μὲν Ἡρακλέους ια' ἦν, ἀπὸ δὲ Τημένου τοῦ μετὰ τῶν ἄλλων Ἡρακλειδῶν κατελθόντος εἰς Πελοπόννησον ἕβδομος. Γενεαλογοῦσι δὲ αὐτὸν οὕτως, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος καὶ οἱ πολλοὶ τῶν συγγραφέων, ὧν εἷς καὶ Θεόπομπος· Κάρανος Φείδωνος, τοῦ Ἀριστοδαμίδα, τοῦ Μέροπος, τοῦ Θεοστίου, τοῦ Κισσίου, τοῦ Τημένου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδάτους, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέους. Cum Theopompo facit Justin. VII, 1.

31.

Athenæus V, p. 217, E: Περδίκκας τοίνυν πρὸ Ἀρχελάου βασιλεύει, ὡς μὲν ὁ Ἀκάνθιός φησι Νικομήδης, ἔτη μα', Θεόπομπος δὲ λε', Ἀναξιμένης μ', Ἱερώνυμος κη', Μαρσύας δὲ καὶ Φιλόχορος κγ'.

32.

Harpocration: Ἀργαῖος... περὶ τούτου καὶ Θεόπομπος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Φιλιππικῶν λέγει· « Τὸν Ἀγγέλαον καλοῦσι καὶ Ἀργαῖον καὶ Παυσανίαν. Gronovius τὸν Ἀρχέλαον, quod recepit Bekker. Ad rem v. Diodor. XVI, 2, 3.

33.

Athenæus XII, p. 531, E: Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ τῶν Φιλιππικῶν Θεόπομπος περὶ Φιλίππου λέγων φησί· « Καὶ τριταῖος εἰς Ὀνόκαρσιν ἀφικνεῖται, χωρίον τι τῆς Θράκης, ἄλσος ἔχον πολὺ, κατεσκευασμένον καλῶς, καὶ πρὸς τῷ διαιτηθῆναι κεχαρισμένον ἄλλως τε καὶ τὴν θερινὴν ὥραν. Ἦν γὰρ καὶ τῶν ὑπὸ Κότυος προκριθέντων, ὃς ἁπάντων τῶν βασιλέων τῶν ἐν τῇ Θράκῃ γεγενημένων μάλιστα πρὸς ἡδυπαθείας καὶ τρυφὰς ὥρμησε. Καὶ περιὼν τὴν χώραν, ὅπου κατίδοι τόπους δένδρεσι συσκίους καὶ καταῤῥύτους ὕδασι, τούτους κατεσκεύασεν ἑστιατόρια· καὶ φοιτῶν εἰς ἑκάστους ὁπότε τύχοι, θυσίας τε τοῖς θεοῖς ἐποιεῖτο, καὶ συνῆν μετὰ τῶν ὑπάρχων, εὐδαίμων καὶ μακαριστὸς ὤν, ἕως εἰς τὴν Ἀθηνᾶν βλασφημεῖν καὶ πλημμελεῖν ἐπεχείρησε. » Διηγεῖται τε ἑξῆς ὁ συγγραφεὺς, ὅτι δεῖπνον κατεσκεύασεν ὁ Κότυς, ὡς γαμουμένης αὐτῷ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ θάλαμον κατασκευάσας ἀνέμενε μεθύων τὴν θεόν. Ἥδη δ' ἔκφρων γενόμενος ἐπεμπέ τινα τῶν δορυφόρων ὀψόμενον, εἰ παραγέγονεν ἡ θεὸς εἰς τὸν θάλαμον· ἀφικομένου δ' ἐκείνου, καὶ εἰπόντος μηδένα εἶναι ἐν τῷ θαλάμῳ, τοξεύσας τοῦτον ἀπέκτεινε, καὶ ἄλλον δεύτερον ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἕως ὁ τρίτος συνεὶς παραγενόμενος ἔφη, πάλαι τὴν θεὸν αὐτὸν ἀναμένειν. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὗτός ποτε καὶ ζηλοτυπήσας τὴν αὐτοῦ γυναῖκα, ταῖς αὐτοῦ χερσὶν ἀνέτεμε τὴν ἄνθρωπον, ἀπὸ τῶν αἰδοίων ἀρξάμενος. V. Diodor. XVI, 2.

---

oratores vero excellit, qui plurimas ipse res in republica tractarit. Eodem modo se res habet in medicina et in arte nautica.

29.

Theopompus quidem diserte profitetur se in historia fabulas narraturum rectius quam fecerint Herodotus, Ctesias, Hellanicus, et Indicarum rerum scriptores.

30.

Caranus iste ab Hercule undecimus, a Temeno vero et Heraclidis in Peloponnesum olim redeuntibus septimus numeratur. Generis ejus seriem, teste Diodoro, scriptorum plerique, quorum unus est Theopompus, ita describunt: Caranus, Phidonis filius, filii Aristodamidæ, filii Meropis, filii Theostii, filii Cissii, filii Temeni, filii Aristomachi, filii Cleodatis, filii Hylli, filii Herculis.

31.

Ante Archelaum regnat Perdiccas, annos, ut quidem Nicomedes Acanthius ait, unum et quadraginta: Theopompus vero ait quinque et triginta, Anaximenes, quadraginta: Hieronymus, octo et viginti: Marsyas vero et Philochorus, tres et viginti.

32.

Argæus ... De hoc Theopompus in primo Rerum Philippicarum dicit: « Angelaum vocant et Argæum, et Pausaniam. »

33.

Primo vero libro Philippicorum, de Philippo loquens, Theopompus ait: « Tertio die Onocarsin pervenit, Thraciæ locum quemdam, ubi magnus erat lucus, pulchre instructus cultusque, et ad mollem ibi vitam agendam, cum alias, tum præsertim æstivo tempore, gratissimus. Erat enim hic locus ex iis unus, quos præ ceteris sibi elegerat Cotys; qui omnium Thraciæ regum, quotquot fuerant, maxime voluptatibus et vitæ deliciis deditus fuerat. Is enim regionem peragrans, ubicumque conspexisset loca arboribus umbrosa et aquis irrigua, ex his cœnacula fecerat, in quibus epula institueret: et unumquemque ex illis, quoties res ferret, adiens, sacrificia ibi diis celebrare et cum præfectis suis convivari consueverat, felix et beatus prædicatus ab omnibus, donec Minervæ maledicere et improbe in eam agere conatus est. » Narrat deinde idem scriptor, cœnam parasse Cotyn, quasi occasione nuptiarum quas Minerva cum ipso esset contractura: et instructo ornatoque thalamo, ebrium exspectasse deam. Quum igitur mentis jam impos esset, misit quemdam e satellitibus, prospecturum an in thalamum advenisset dea: qui quum rediens nunciasset, neminem in thalamo esse, sagitta hunc confodit, rursusque mox alium, eadem de caussa. Quod quum intellexisset tertius, rediens dixit, jamdudum deam illum exspectare. Idem rex aliquando zelotypia adversus uxorem suam correptus, propriis manibus discidit miseram, a pudendis facto initio.

Digitized by Google

34.

Stephanus : Μόκαρσος, Θράκης χωρίον· Θεόπομπος πρώτῳ Φιλιππικῶν.

35.

Cicero De off. II, 11 : *Itaque propter æquabilem prædæ partitionem et Bardylis Illyrius latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes habuit.* V. Diodor. XVI, 4, Justin. VII, 6. Melius fortasse hæc referuntur ad librum secundum.

36.

Stephanus B.: Χάλκη ... λέγεται καὶ πληθυντικῶς Χάλκαι· Θεόπομπος πρώτῳ Φιλιππικῶν, καὶ τρίτῳ· « Ἔτι συνεπολέμησεν ὁρμώμενος ἐκ Χαλκῶν τῆς Λαρισσαίας. »

Cf. Justin. VII, 6, 7 : *Post hos bello in Illyrios translato multa millia hostium cædit : urbem nobilissimam Larissam capit. Hinc Thessaliam non prædæ cupiditate, sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adjungere gestiebat, nil minus quam bellum metuentem improvisus expugnat.* Sic vulgata, quam explicare studuerunt viri docti. Verum quum antiquissimi codices (v. Dübneri editionem) pro *Larissam* exhibeant *Larisseam* vel *Larissæam*, ac pro *hinc* legant *hic in* vel *hinc in;* ex Theopompo restituendum puto: *urbem (nobilissimam) Larissæam capit Chalcen : Thessaliam non prædæ cupiditate,* etc.

37.

Harpocrat. : Κινέας ... ὡμολόγηται καὶ παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς, ὅτι Κινέας εἷς ἦν τῶν προϊεμένων Φιλίππῳ τὰ Θετταλῶν πράγματα, καὶ μάλιστα Θεοπόμπῳ ἐν πρώτῃ, ἅμα καὶ διεξερχομένῳ τὰ ἐπὶ τὸν ἄνδρα.

38.

Stephanus : Ἀλλάντη, πόλις Μακεδονίας καὶ Ἀρκαδίας· Θέοπομπος δ' ἐν πρώτῳ Φιλιππικῶν Ἀλλάντιον αὐτὴν εἶπε.

39.

Athenæus VI extr. : Νῦν δὲ, ὡς ὁ Θεόπομπος ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Φιλιππικῶν, οὐδείς ἐστι καὶ τῶν μετρίως εὐπορουμένων, ὅστις οὐ πολυτελῆ μὲν τράπεζαν παρατίθεται, μαγείρους δὲ καὶ θεραπείαν ἄλλην πολλὴν κέκτηται, καὶ πλείω δαπανᾷ τὰ καθ' ἡμέραν, ἢ πρότερον ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ ταῖς θυσίαις ἀνήλισκον.

40.

Suidas : Λόγον ἔχειν ἀντὶ τοῦ φροντίζειν, Θεόπομπος Φιλ. α'. Eadem habent sine libri notitia Photius et Grammaticus Seguerianus editus a Bekkero in Anecd. Gr. p. 107.

LIBER II.

41.

Athenæus X, p. 443 A, B, C : Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν Φιλιππικῶν, « Ἰλλύριοι, φησὶ, δειπνοῦσι καθήμενοι καὶ πίνουσιν· ἄγουσι δὲ καὶ τὰς γυναῖκας εἰς τὰς συνουσίας, καὶ καλὸν αὐταῖς προπίνειν οἷς ἂν τύχωσι τῶν παρόντων. Ἐκ δὲ τῶν συμποσίων αὗται τοὺς ἄνδρας ἀπάγουσι· καὶ κακόβιοι δὲ πάντες εἰσὶ, καὶ ζώννυνται τὰς κοιλίας ζώναις πλατείαις, ὅταν πίνωσι. Καὶ τοῦτο μὲν πρῶτον μετρίως ποιοῦσιν· ἐπειδὰν δὲ σφοδρότερον πίνωσι, μᾶλλον ἀεὶ συνάγουσι τὴν ζώνην. Ἀριαῖοι δὲ, φησὶ, κέκτηνται προσπελατῶν, ὥσπερ Εἵλωτων, τριάκοντα μυριάδας· καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν μεθύουσι καὶ ποιοῦνται συνουσίας, καὶ διάκεινται πρὸς ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἀκρατέστερον. Διὸ καὶ Κελτοὶ πολεμοῦντες αὐτοῖς, καὶ εἰδότες αὐτῶν τὴν ἀκρασίαν, παρήγγειλαν ἅπασι τοῖς στρατιώταις δεῖπνον ὡς λαμπρότατον παρασκευάσαντας κατὰ σκηνὴν, ἐμβαλεῖν εἰς τὰ σιτία πόαν τινὰ φαρμακώδη, δυναμένην δια-

---

34.

Mocarsus, Thraciæ castellum.

36.

Chalce.... Dicitur etiam plurali Chalcæ. Theopompus Philippicorum primo et tertio : « Adhuc bellum una gessit profectus ex Chalcis quæ urbs erat regionis Larissææ. »

37.

Cineas. ... Cineas inter eos qui Philippo libertatem Thessaliæ prodiderunt unus fuit ; quod cum historicorum consensu receptum, tum præcipue Theopompi, qui res illius libro primo persequitur.

38.

Allante, urbs Macedoniæ et Arcadiæ. Sed Theopompus libro primo Philippicorum eam Allantium appellavit.

39.

At nunc, quod (de sua ætate loquens) Theopompus ait Philippicorum libro primo, nemo est, etiam ex his qui modicas opes possident, quin sumtuosam sibi apponi mensam curet, et coquos et magnum aliorum sibi ministrantium numerum alat, et singulis diebus majores sumtus faciat, quam olim festis diebus ad sacrificia impendebantur.

40.

Λόγον ἔχειν: *Rationem habere*, pro curare. Theopompus Philippicorum libro primo.

LIBER II.

41.

Secundo vero Philippicorum (Theopompus) hæc scribit: « Illyrii cœnant potantque sedentes. Adhibent vero in convivia etiam uxores : quibus decorum habetur, propinare cuicumque voluerint e convivis. Domumque abducunt illæ maritos e compotationibus. Ceterum aspero tenuique victu utuntur omnes : quumque bibunt, cingunt ventrem latis cingulis : idque primum modice faciunt ; quum vero largius bibunt, arctius identidem adstringunt cingulum. Ardiæi vero, ait idem, habent clientum, quasi Helotum, triginta myriadas. Quotidie vero inebriantur, et convivia agunt, et comessationibus compotationibusque intemperantius indulgent. Quare etiam Galli bellum eis facientes, quum non ignorarent illorum intemperantiam, milites jusserunt omnes cœnam in tentoriis adparare quam lautissimam possent, cibisque injicere herbam

Digitized by Google

κόπτειν τὰς κοιλίας καὶ διακαθαίρειν· γενομένου δὲ τούτου, οἱ μὲν αὐτῶν καταληφθέντες ὑπὸ τῶν Κελτῶν ἀπώλοντο· οἱ δὲ καὶ εἰς τοὺς ποταμοὺς ἔβριψαν ἑαυτοὺς, ἀκράτορες τῶν γαστέρων γενόμενοι.» Casaubonus et Schweighæuser. legendum censent Ἀρδιαῖοι pro Ἀριαῖοι, Strabonis loco (VII, p. 485), ubi Ἀρδιαῖοι inter gentes Illyricas referuntur, adducti. Iidem tamen Ἀρδυαῖοι apud Polybium II, p. 99, audiunt. Partem hujus loci idem Athenæus VI, p. 271, exhibet: Ἔτι Θεόπομπος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Φιλιππικῶν, Ἀρκαδίους φησὶ κεκτῆσθαι προσπελατῶν ὥσπερ Εἵλωτῶν τριάκοντα μυριάδας, ubi item cum Casaubono legendum est Ἀρδιαίους. Ceterum cf. Ælian. V. H. III, 15, qui sua ex eodem Theopompo sumsisse videtur.

42.

Stephanus: Ἀκυλῖνα, πόλις Ἰλλυρική· Θεόπομπος.

43.

Athenæus XI, p. 476, D, E: Τοὺς δὲ Παιόνων βασιλεῖς φησι Θεόπομπος ἐν δευτέρᾳ Φιλιππικῶν, τῶν βοῶν τῶν παρ' αὐτοῖς γινομένων μεγάλα κέρατα φυόντων, ὡς χωρεῖν τρεῖς καὶ τέτταρας χόας, ἐκπώματα ποιεῖν ἐξ αὐτῶν, τὰ χείλη περιαργυροῦντας καὶ χρυσοῦντας. Cf. Athenæus XI, p. 468, D: Περὶ δὲ τὴν Μολοττίδα οἱ βόες ἱστοροῦνται ὑπερφυῆ τὰ κέρατα ἔχειν· περὶ ὧν τῆς κατασκευῆς Θεόπομπος ἱστορεῖ.

44.

Stephanus: Ἀγρίαι ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας μεταξὺ Αἵμου καὶ Ῥοδόπης· ... λέγονται καὶ Ἀγραῖοι τετρασυλλάβως, καὶ Ἀγριεῖς, ὡς Θεόπομπος.

45.

Harpocrat.: Νέων... περὶ τῆς πρὸς Φίλιππον τοῦ φιλίας Θεόπομπος ἐν δευτέρᾳ Φιλιππικῶν ἱστορεῖ. V. Demosth. Or. pro Coron. p. 324.

46.

Suidas: Φρουρήσεις ἐν Ναυπάκτῳ ... ἔνιοι δὲ ὅτι Φίλιππος ἑλὼν Ναύπακτον Ἀχαιῶν γνώμῃ τοὺς φρουροὺς αὐτῆς ἀπέκτεινε πάντας· ἱστορεῖ δὲ τοῦτο καὶ Θεόπομπος ἐν δευτέρῳ.

LIBER III.

47.

Harpocration: Ἱεραξ ... ὅτι Ἱεραξ εἷς ἦν τῶν ὑπ' Ἀμφιπολιτῶν πεμφθέντων πρέσβεων Ἀθήναζε, βουλομένων αὐτῶν Ἀθηναίοις παραδοῦναι καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν, εἴρηκε Θεόπομπος ἐν τρίτῳ Φιλιππικῶν. Cf. Demosthen. Olynth. I, p. 4, Justin. VII, 6.

48.

Stephanus: Ζειρινία, πόλις Θρᾴκης· Θεόπομπος Φιλιππικῶν γ'.

Harpocrat: Δατὸς, πόλις ἐστὶ Θρᾴκης σφόδρα εὐδαίμων· ἀπὸ ταύτης γοῦν ἐλέγετό τις καὶ παροιμία, Δατὸς ἀγαθῶν· ... ἅπαξ δ' ἀρρενικῶς τὸν Δατὸν Θεόπομπος τρίτῃ Φιλιππικῶν.

Eadem Apostolius Cent. VI, 74: Δάτος ἀγαθῶν ἐπὶ εὐδαιμονούντων· ἡ γὰρ Δάτος πόλις ἦν ἐπὶ Θρᾴκης, σφόδρα εὐδαίμων· δεδηλώκατον δὲ περὶ αὐτῆς Θεόπομπος ἐν γ' Φιλιππικῶν καὶ Ἔφορος ἐν τετάρτῳ.

49.

Harpocrat.: Πανδοσία... περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν ἐν Κασσωπείᾳ πόλεων, ὧν ἐστι καὶ Πανδοσία, Θεόπομπος ἐν τρίτῃ ἱστόρηκεν.

---

quamdam medicatam, quæ vim haberet incidendi alvum et perpurgandi. Quo facto, alii ex illis deprehensi a Gallis interfecti sunt, alii vero ipsi se in flumina projecerunt, quum alvi dolorem ferre non possent.»

42.

Aquilina, urbs Illyrica, cujus Theopompus meminit.

43.

Pæonum reges scribit Theopompus secundo libro Philippicorum, quum bobus, quos alit illorum regio, tam ampla sint cornua, ut tres aut quattuor capiant congios, pocula ex illis conficere, quorum labia argento aut auro obducant.

Circa Molossidem inusitatæ magnitudinis cornua habere boves narrantur; e quibus quo pacto pocula conficiantur, Theopompus narrat.

44.

Agriæ, masculino genere, gens est Pæoniæ inter Hæmum et Rhodopen. Vocantur etiam quattuor syllabis Agraii, et Agrienses apud Theopompum.

45.

Neon. ... Neonis cum Philippo amicitiam Theopompus in secundo Rerum Philippicarum memoriæ prodit.

46.

Naupacti excubabis. ... Quidam dicunt, Philippum, capto Naupacto, ex Achæorum sententia præsidiarios omnes occidisse. Historiam hanc narrat etiam Theopompus libro secundo.

LIBER III.

47.

Hierax. ... Hierax e legatis unus fuit qui ab Amphipolitis missi Athenas, urbem agrosque in Atheniensium ditionem dedituri veniebant, teste Theopompo in tertio Philippicorum.

48.

Zerinia, urbs Thraciæ, apud Theopompum libro tertio Philippicorum.

Datus, urbs Thraciæ valde opulenta, unde proverbium deductum: *Datus bonorum.* ... Semel autem τὸν Δατὸν genere masculino Theopompus dicit libro tertio de Rebus gestis Philippi, de illa urbe loquens.

49.

Pandosia. ... Expugnationis urbium Cassopiæ, quarum una fuit Pandosia, Theopompus meminit libro tertio.

Digitized by Google

50.

Stephanus: Χάλκη ... Ἔτι συνεπολέμησεν ὁρμώμενος ἐκ Χαλκῶν τῆς Λαρισσαίας. Cf. fr. 36.

51.

Hesychius: Ἱππάκη· Σκυθικὸν βρῶμα ἐξ ἵππου γάλακτος· οἱ δὲ, ὀξύγαλα ἱππεῖον, ᾧ χρῶνται Σκύθαι· πίνεται δὲ καὶ ἐσθίεται πηγνύμενον, ὡς Θεόπομπος ἐν τρίτῳ αὐτοῦ λόγῳ. Conf. HSteph. Thes. s. v.

52.

Scholiastes Apollon. Rh. IV, v. 272: Σεσόγχωσις, Αἰγύπτου πάσης βασιλεὺς μετὰ Ὧρον τὸν Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος παῖδα.... Ἀκριβέστερον δέ ἐστι τὰ περὶ αὐτοῦ παρὰ Ἡροδότῳ (II, 104)· Θεόπομπος δ' ἐν τρίτῳ Σέσωστριν αὐτὸν καλεῖ.

53.

Stephanus: Θάψακος, πόλις Συρίας πρὸς τῷ Εὐφράτῃ. Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν τρίτῳ.

LIBER IV.

54.

Athenæus XII, p. 527, A: Περὶ δὲ Θετταλῶν λέγων ἐν τῇ τετάρτῃ φησὶν ὅτι ζῶσιν οἱ μὲν σὺν ταῖς ὀρχηστρίσι καὶ ταῖς αὐλητρίσι διατρίβοντες, οἱ δ' ἐν κύβοις καὶ πότοις καὶ ταῖς τοιαύταις ἀκολασίαις διημερεύοντες, καὶ μᾶλλον σπουδάζουσιν, ὅπως ὄψων παντοδαπῶν τὰς τραπέζας παραθήσονται πλήρεις, ἢ τὸν αὑτῶν βίον ὅπως παρασχήσονται κεκοσμημένον· Φαρσάλιοι δὲ πάντων, φησὶν, ἀνθρώπων εἰσὶν ἀργότατοι καὶ πολυτελέστατοι.

55.

Harpocrat.: Ἠϊών... Θεόπομπος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ φησὶν, ὡς Ἀθηναῖοι ἐκβαλόντες ἐξ Ἠιόνος Ἀμφιπολίτας κατέσκαψαν τὸ χωρίον.

56.

Idem: Ἀλόννησος, νησύδριον ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει· ... μνημονεύει δὲ τῆς ἀμφισβητήσεως τῆς περὶ Ἀλοννήσου καὶ Θεόπομπος ἐν τετάρτῳ.

LIBER V.

57.

Athenæus IV, p. 157, D, E: Θεοπομπος οὖν ἐν πέμπτῳ Φιλιππικῶν φησι, « Τὸ γὰρ ἐσθίειν πολλὰ καὶ κρέα φαγεῖν τοὺς μὲν λογισμοὺς ἐξαιρεῖ καὶ τὰς ψυχὰς ποιεῖται βραδυτέρας, ὀργῆς δὲ καὶ σκληρότητος καὶ πολλῆς σκαιότητος ἐμπίπλησι. »

Theopompi verba affert etiam Eustathius ad Hom. p. 1724, non addito tamen libri numero.

58.

Stephanus: Ἀμφαναί, πόλις Δωρικὴ... Θεόπομπος Ἀμφαναίαν αὐτὴν καλεῖ ἐν πέμπτῳ Φιλιππικῶν.

59.

Idem: Μάκκαραι, χώρα ὑπὲρ Φάρσαλον· Θεόπομπος πέμπτῳ Φιλιππικῶν.

60.

Idem: Ὄλυκα, πόλις Μακεδονίας· Θεόπομπος πέμπτῳ Φιλιππικῶν.

61.

Harpocrat.: Παγασαὶ... ἐπίνειόν εἰσι Φεραίων οἱ Παγασαὶ, ὡς Θεόπομπος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Φιλιππικῶν δηλοῖ.

50.

Chalce.... « Adhuc bellum gessit profectus ex Chalcis Larissææ. »

51.

Ἱππάκη, cibus Scythicus ex lacte equino; alii explicant *lac equinum acidum*, quo Scythæ utuntur; bibitur et compactum editur, ut Theopompus libro tertio.

52.

Sesonchosis, totius Ægypti rex post Horum, Isidis et Osiridis filium.... Accuratiora de eo tradit Herodotus. Theopompus libro tertio eum appellat Sesostrin.

53.

Thapsacus, oppidum Syriæ ad Euphratem, de quo Theopompus libro tertio Philippicorum.

LIBER IV.

54.

De Thessalis vero loquens (Theopompus) libro quarto: « Vivunt illi, ait, cum saltatricibus et tibicinis tempus terentes: alii totos dies talis ludendo, potando, et alia ejusmodi petulantia traducunt, magis solliciti ut omnifariis obsoniis repletas mensas adponant, quam ut vitam ostendant honeste compositam. Pharsalii vero, inquit, omnium hominum sunt ignavissimi et in faciendo sumtu profusissimi. »

55.

Eion. ... Theopompus libro quarto Historiarum scribit, Athenienses, pulsis ex Eione Amphipolitis, oppidum illud solo adæquasse.

56.

Halonnesus, parva est insula in Ægæo mari. Controversiæ de Halonneso meminit etiam Theopompus libro quarto.

LIBER V.

57.

Theopompus in Philippicorum quinto libro ait: « Multum cibum capere, ac præsertim carne multa vesci, rationis judicium eripit, et animos tradiores facit, eosque iracundia et duritia et multa vecordia implet. »

58.

Amphanæ, urbs Dorica. ... Theopompus eam in libro quinto Philippicorum Amphanæam appellat.

59.

Maccaræ, regio super Pharsalum, de qua Theopompus libro quinto Philippicorum.

60.

Olyca, urbs Macedoniæ, de qua Theopompus libro quinto Philippicorum.

61.

Pagasæ, navale Pheræorum, ut docet Theopompus in quinto Philippicorum.

Digitized by Google

LIBER VI.

62.

Harpocrat.: Πύγελα... πόλις ἐστὶ ἐν τῇ Ἰωνίᾳ τὰ Πύγελα, ἣν Θεόπομπός φησιν ἐν ἕκτῃ λαβεῖν τοὔνομα, πειδὴ τῶν μετ' Ἀγαμέμνονός τινες διὰ νόσον περὶ τὰς πυγὰς ἐνταῦθα κατέμειναν.

Theopompum ob oculos habuisse videtur Strabo XIV, p. 947. Aliam nominis explicationem habent Pompon. Mela I, 17, et Plin. Hist. Nat. V, 29.

63.

Stephanus: Εὖα, πόλις Ἀρκαδίας· Θεόπομπος ἕκτῳ.

64.

Idem: Εὐαίμων, πόλις Ὀρχομενίων· Θεόπομπος ἐν ἕκτω.

LIBER VIII.

65.

Athenæus XII, p. 526, D, E, F: Καὶ τῶν παροξεανιτῶν δέ τινάς φησι Θεόπομπος ἐν ὀγδόῃ Φιλιππικῶν ἁβροδιαίτους γενέσθαι. Περὶ δὲ Βυζαντίων καὶ Χαλκηδονίων ὁ αὐτός φησι Θεόπομπος τάδε· « Ἦσαν δὲ οἱ Βυζάντιοι καὶ διὰ τὸ δημοκρατεῖσθαι πολὺν ἤδη χρόνον καὶ τὴν πόλιν ἐπ' ἐμπορίου κειμένην ἔχειν καὶ τὸν δῆμον ἅπαντα περὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τὸν λιμένα διατρίβειν, ἀκόλαστοι καὶ συνουσιάζειν καὶ πίνειν εἰθισμένοι ἐπὶ τῶν καπηλείων. Καλχηδόνιοι δὲ πρὶν μὲν μετασχεῖν αὐτοῖς τῆς πολιτείας, ἅπαντες ἐν ἐπιτηδεύμασι καὶ βίῳ βελτίονι διετέλουν ὄντες· ἐπεὶ δὲ τῆς δημοκρατίας τῶν Βυζαντίων ἐγεύσαντο, διεφθάρησαν εἰς τρυφὴν, καὶ τὸν καθ' ἡμέραν βίον ἐκ σωφρονεστάτων καὶ μετριωτάτων φιλοπόται καὶ πολυτελεῖς γενόμενοι. »

66.

Diogenes Laert. I, 11, 2, p. 86 ed. Hübner.: Τοῦτον (τὸν Φερεκύδην) φησὶ Θεόπομπος πρῶτον περὶ φύσεως καὶ θεῶν Ἕλλησι γράψαι. Πολλὰ δὲ καὶ θαυμάσια λέγεται περὶ αὐτοῦ. Καὶ γὰρ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς Σάμου περιπατοῦντα καὶ ναῦν οὐριοδρομοῦσαν ἰδόντα, εἰπεῖν ὡς μετ' οὐ πολὺ καταδύσεται· καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ καταδῦναι. Καὶ ἀνιμηθέντος ἐκ φρέατος ὕδατος πιόντα προειπεῖν ὡς εἰς τρίτην ἡμέραν ἔσοιτο σεισμός· καὶ γενέσθαι. Ἀνιόντα τε εἰς Ὀλυμπίαν ἐς Μεσσήνην, τῷ ξένῳ Περιλάῳ συμβουλεῦσαι μετοικῆσαι μετὰ τῶν οἰκείων, καὶ τὸν μὴ πείσθῆναι· Μεσσήνην δὲ ἁλωκέναι. Καὶ Λακεδαιμονίοις εἰπεῖν, μήτε χρυσὸν τιμᾶν μήτε ἄργυρον, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν τοῖς Θαυμασίοις· προστάξαι δὲ αὐτῷ ὄναρ τοῦτο τὸν Ἡρακλέα· ὃν καὶ τῆς αὐτῆς νυκτὸς τοῖς βασιλεῦσι κελεῦσαι Φερεκύδῃ πείθεσθαι.

Eadem fere habet Apollon. Dyscolus Histor. commentit. c. 5. Porphyrius autem in Euseb. Præpar. evang. X, 3, p. 464, dicit hæc a Theopompo mala fraude ad Pherecydem relata esse, quo furtum celaret in Androne Ephesio commissum, quare etiam locorum nomina mutavisset. Nam ex narratione Andronis Pythagoram, non Pherecydem; submersionem navis non Sami, sed Megaræ in Sicilia; terræ motum non in Syro (hanc insulam nominat Apollonius l. l.), sed Metaponti; expugnationem non Messenes, sed Sybaris prædixisse.

67

Clemens Alexandr. Strom. I, p. 352 Potter.: Πυθαγόρας μὲν οὖν Μνησάρχου, Σάμιος, ὥς φησιν

LIBER VI.

62.

Pygela ... urbs Ioniæ, inde nomen sortita, teste Theopompo libro sexto, quod ibi quidam Agamemnonis socii propter morbum nates infestantem substitere.

63.

Eua, urbs Arcadiæ, cujus meminit Theopompus libro sexto.

64.

Euæmon, urbs Orchomeniorum, de qua Theopompus libro sexto.

LIBER VIII.

65.

Etiam Oceani accolarum nonnullos molli vitæ generi deditos fuisse, scribit Theopompus libro octavo Philippicorum. De Byzantiis vero et Chalcedoniis hæc scribit idem Theopompus: « Erant autem Byzantii, cum ob popularem statum, qui per longum jam tempus in illorum civitate obtinuerat, tum quod situs urbis ad mercaturam esset opportunus, quodque universus populus in foro et in portu constanter versaretur, libidinosi et ad comessandum compotandumque in cauponis adsueti. Chalcedonii vero, priusquam illorum reipublicæ fuissent participes, universi constanter melioribus institutis et honestiore vita usi erant: postquam vero popularem Byzantiorum statum gustarunt, in luxuriam corrupti sunt, in quotidiana etiam vita ex moderatissimis et temperantissimis bibaces facti et sumtuosi. »

66.

Pherecydem Theopompus asserit Græcis primum omnium de natura et de diis scripsisse. Plurima de illo et stupenda memorantur. Deambulantem enim apud litus Sami, quum intuitus fuisset navem plenis velis currentem, prædixisse, post paullum eam undis mersum iri atque ut dixerat, se inspectante contigisse. Haustam rursus aquam ex puteo quum biberet, post diem tertium terræ motum futurum prædixisse: atque ita factum esse. Quum Olympiam proficiscens Messenam venisset, Perilao hospiti suasisse eum, ut cum tota familia emigraret: neglexisse illum; Messenamque paullo post captam ab hostibus fuisse. Lacedæmoniis solitum eum dicere, neque aurum neque argentum honorandum, ut Theopompus in Mirabilibus scribit. Præcepisse hoc sibi in somnis Herculem: quem eadem quoque nocte regibus, Pherecydi ut obtemperarent, jussisse.

67.

Pythagoras autem, Mnesarchi filius, Samius quidem

Digitized by Google

Ἱππόβοτος· ὡς δ' Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος, Τυῤῥηνὸς ἦν.

68.

Athenæus V, p. 213, F: Καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας τύραννον αὐτὸν ἀναδείξας ὁ φιλόσοφος (Athenio peripateticus) καὶ τὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἀναδείξας δόγμα περὶ τῆς ἐπιβουλῆς καὶ τί ἐβούλετο αὐτοῖς ἡ φιλοσοφία, ἣν ὁ καλὸς Πυθαγόρας εἰσηγήσατο, καθάπερ ἱστόρησε Θεόπομπος ἐν ὀγδόῃ Φιλιππικῶν καὶ Ἕρμιππος ὁ Καλλιμάχειος· εὐθέως καὶ οὗτος τοὺς μὲν εὖ φρονοῦντας τῶν πολιτῶν — παρὰ τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου δόγματα· ὡς ἀληθῆ εἶναι τὴν παροιμίαν τὴν λέγουσαν, μὴ παιδὶ μάχαιραν — ἐκποδὼν εὐθὺς ἐποιήσατο, φύλακας δ' ἐπὶ τὰς πύλας κατέστησεν, ὡς νύκτωρ πολλοὺς τῶν Ἀθηναίων εὐλαβουμένους τὸ μέλλον διὰ τῶν τειχῶν αὐτοὺς καθιμήσαντας φεύγειν.

Quum talem contra Pythagoreorum philosophiam Theopompus animum prodat, dubitaveris num recte Heerenius (Novi Comm. Soc. Gœtting. XV, p. 228) ea, quæ in ejus laudem a Justino XX, 4 proferuntur, a Theopompo mutuata esse dicat. Contra vero similiter statuit Wichersius Theopompum fuisse inter eos, qui teste Diogene Laertio (VIII, p. 223) tradidissent Crotoniatas nonnullos domum Milonis, in qua erat Pythagoras, incendisse, metuentes ne tyrannide opprimerentur.

69.

Apollonius Dysc. Hist. Comm. c. 1: Βώλου Ἐπιμενίδης ὁ Κρὴς λέγεται ὑπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν τοῦ πατρὸς ἀποσταλεὶς εἰς ἀγρὸν, πρόβατον ἀγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν, καταλαβούσης αὐτὸν νυκτὸς, παραλλάξαι τῆς τρίβου· καὶ κατακοιμηθῆναι ἔτη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα· καθάπερ ἄλλοι τε πολλοὶ εἰρήκασιν, ἔτι καὶ Θεόπομπος ἐν ταῖς Ἱστορίαις, ἐπιτρέχων τὰ κατὰ τόπους θαυμάσια. Ἔπειτα συμβῆναι ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, τοὺς μὲν οἰκείους τοῦ Ἐπιμενίδου ἀποθανεῖν· αὐτὸν δὲ ἐγερθέντα ἐκ τοῦ ὕπνου, ζητεῖν ἐφ' ὃ ἀπεσταλη πρόβατον· μὴ εὑρόντα δὲ, πορεύεσθ' εἰς τὸν ἀγρόν· ὑπελάμβανε δὲ ἐγηγέρθαι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ᾗπερ ἔδοξεν κεκοιμῆσθαι· καὶ καταλαβὼν τὸν ἀγρὸν πεπραμένον, καὶ τὴν σκευὴν ἠλλαγμένην, ἀπαίρειν εἰς τὴν πόλιν· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν ἐκεῖθεν πάντα ἔγνω· ἐν οἷς καὶ τὰ περὶ τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ἀφανὴς ἐγένετο· λέγουσι δὲ οἱ Κρῆτες, ὥς φησι Θεόπομπος, ἔτη βιώσαντα αὐτὸν ἑκατὸν πεντήκοντα ἀποθανεῖν· λέγεται δὲ περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα παράδοξα.

Eadem fere tradit Diog. Laert. in Epimenide init., dissentit autem ab Apollonio in nomine patris. Dicit enim: Ἐπιμενίδης, καθά φησι Θεόπομπος καὶ ἄλλοι συχνοὶ, πατρὸς μὲν ἦν Φαιστίου, οἱ δὲ Δωσιάδου, οἱ δὲ Ἀγησάρχου. Sed quum plures de Epimenide scriptores ante oculos habuerit, Theopompum cum alio quodam auctore confudisse videtur. De somni tempore cum Apollonio præter Laertium facit Plinius VII, 52. Itaque in Valerio Max. VII, 13, in Append. Vat. Cent. III, 97, ubi sic: Ἐβίω δὲ οὗτος, ὥς φησιν ὁ Θεόπομπος, ἔτη ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ, ἅπερ ἑπτὰ ἐκαθεύδησεν, Meursius restituit ἅπερ ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα. Minus probanda est Wichersii sententia, qui, quum Diogenes Epimenidem ex Cretensium sententia obiisse dicat ætatis anno ducentesimo nonagesimo nono, in Apollonio scribendum putat: λέγουσι μὲν οἱ Κρῆτες ἔτη βιώσαντα αὐτὸν ἑνὸς δέοντος [debebat δέοντα] τριακόσια ἀποθανεῖν, ὡς δέ φησι Θεόπομπος, ἐβίω ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ἑπτά. Postrema quidem, καὶ ἑπτά, apud Apollonium facile poterant intercidere. In reliquis vero nil mutaverim, quum eadem habeat Plin. VII, 48, 52, atque Laertius non ex solo Theopompo hauserit, nec omnino de hac re inter vett. scriptt. conveniat.

---

erat, ut dicit Hippobotus: ut autem dicit Aristoxenus in Vita Pythagoræ, et Aristarchus et Theopompus, erat Tuscus.

68.

Diebus haud multis post tyrannidem occupans philosophus (Athenio Peripateticus), ac Pythagoreorum decretum de insidiis quam vim habeat ostendens, et quorsum tenderit illis philosophia ea, quam præclarus introduxerat Pythagoras, quemadmodum Theopompus docuit octavo libro Rerum Philippicarum, et Hermippus Callimachi discipulus; continuo hic quoque, quicunque bene animati erant ex civibus — contra Aristotelis et Theophrasti præcepta; ut veritatem agnoscas proverbii, *Ne gladium puero!* — recta e medio sustulit, custodes vero ad portas locavit. Quo factum, ut Atheniensium multi imminens metuentes periculum, noctu per muros loris se demittentes profugerent.

69.

Epimenidem, Boli filium, Cretensem, tradunt a patre et a fratribus patris in agrum missum, ut ovem in urbem ageret, superveniente nocte a via devertisse et dormisse quinquaginta septem annos, ut alii multi dixerunt et Theopompus in Historiis, ubi singulorum locorum mirabilia persequitur. Deinde, hoc temporis intervallo, accidisse ut omnes ejus propinqui morerentur; ipsum vero somno expergefactum, quæsivisse ad quamnam ovem quærendam missus esset: qua non inventa, in agrum reversum esse. Opinabatur enim, se eodem die expergefactum esse, quo somno captus esse sibi visus est. Atque quum agrum reperisset venditum et instrumenta mutata, in urbem se contulit: domum autem ingressus totam rem hic cognovit et tempus quoque, quo absens fuerat. Auctore Theopompo Cretenses tradunt, eum, centum quinquaginta (septem) annis peractis, mortuum esse. Narrantur de hoc viro etiam alia non minus mirabilia.

Digitized by Google

70.

Diogenes Laert. lib. I, 10, 11, de Epimenide: Θεόπομπος δ' ἐν τοῖς Θαυμασίοις, κατασκευάζοντος αὐτοῦ (Ἐπιμενίδου) τὸ τῶν Νυμφῶν ἱερὸν, ῥαγῆναι φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ· « Ἐπιμενίδη, μὴ Νυμφῶν, ἀλλὰ Διός· » Κρησί τε προειπεῖν τὴν Λακεδαιμονίων ἧτταν ὑπὸ Ἀρκάδων, καθάπερ προείρηται· καὶ δὴ καὶ ἐλήφθησαν πρὸς Ὀρχομενῷ. Γηράσαι τε ἐν τοσαύταις ἡμέραις αὐτὸν ὅσαπερ ἔτη κατεκοιμήθη· καὶ γὰρ τοῦτό φησι Θεόπομπος.

71.

Diogenes Laert. Procem. p. 2: Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας καὶ πρεσβυτέρους εἶναι (Magos) τῶν Αἰγυπτίων, καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχὰς, ἀγαθὸν δαίμονα, καὶ κακὸν δαίμονα· καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς καὶ Ὡρομάσδης, τῷ δὲ Ἅδης καὶ Ἀρειμάνιος. Φησὶ δὲ τοῦτο καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μάγων, καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ, καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν· ὃς καὶ ἀναβιώσεσθαι κατὰ τοὺς Μάγους φησὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους, καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεσι διαμενεῖν.

De hac re citat Theopompum etiam Æneas Gazæus Dial. de animi immort. p. 77: Ὁ δὲ Ζωροάστρης προλέγει, ὡς ἔσται πότε χρόνος, ἐν ᾧ πάντων νεκρῶν ἀνάστασις ἔσται· οἶδεν ὁ Θεόπομπος.

72.

Plutarch. De Is. et Os. p. 370: Θεόπομπος δέ φησι κατὰ τοὺς μάγους ἀνὰ μέρος τρισχίλια ἔτη τὸν μὲν κρατεῖν, τὸν δὲ κρατεῖσθαι τῶν θεῶν, ἄλλα δὲ τρισχίλια μάχεσθαι καὶ πολεμεῖν, καὶ ἀναλύειν τὰ τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον· τέλος δὲ ἀπολείπεσθαι τὸν Ἅδην, καὶ τοὺς μὲν ἀνθρώπους εὐδαίμονας ἔσεσθαι, μήτε τροφῆς δεομένους, μήτε σκιὰν ποιοῦντας· τὸν δὲ ταῦτα μηχανησάμενον θεὸν, ἡρεμεῖν καὶ ἀναπαύεσθαι χρόνον, καθὼς μὲν οὐ πολὺν τῷ θεῷ, ὥσπερ ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ μέτριον.

73.

Photius Lex.: Ζωπύρου τάλαντα ... τοῦτόν φησι Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν περὶ Φίλιππον, Πέρσην ὄντα ὑπὸ φιλοτιμίας χαριζόμενον βασιλεῖ μαστιγώσαντα ἑαυτὸν, καὶ τῆς ῥινὸς καὶ τῶν ὤτων ἀποστερήσαντα, εἰσελθεῖν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πιστευθέντα διὰ ταύτην τὴν κακουχίαν καταλαβεῖν τὴν πόλιν· ἐκ μεταφορᾶς οὖν εἶπε τάλαντα καὶ ζυγὰ, οἱονεὶ ἔργα καὶ πράξεις.

Cf. Herodot. III, 154; Justin. I, 10. Etiam illa quæ laudatum Herodoti locum præcedunt, de prodigioso partu mulæ, quo facto Zopyrus Babylonis expugnationem prædixit, a Theopompo h. l. narrata esse apte suspicatur Wichers.

74.

Athenæus II, p. 45, C: Ἡλιόδωρος δέ φησι τὸν Ἐπιφανῆ Ἀντίοχον ... τὴν κρήνην τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ κεράσαι οἴνῳ· καθάπερ καὶ τὸν Φρύγα Μίδαν φησὶ Θεόπομπος, ὅτε ἐλεῖν τὸν Σειληνὸν ὑπὸ μέθης ἠθέλησεν.

75.

Servius ad Virgil. Ecl. VI, v. 13: *Sane hoc de Silleno non dicitur fictum a Virgilio, sed a Theopompo translatum. Is enim apprehensum Silenum a Midæ regis pastoribus dicit, crapula madentem, et ex ea soporatum: illos dolo aggressos dormientem vinxisse, postea vinculis sponte labentibus liberatum, de rebus naturalibus et antiquis Midæ interroganti respondisse.*

76.

Ælianus V. H. III, 18: Περιηγεῖταί τινα Θεόπομπος συνουσίαν Μίδου τοῦ Φρυγὸς καὶ Σειληνοῦ.

70.

Theopompus autem in Mirabilibus refert, quum Nympharum templum exædificaret, vocem e cælo lapsam: « Epimenides, non Nymphis, sed Jovi dedicato. » Cretensibus item eum prædixisse Lacedæmonios devictum iri ab Arcadibus, sicut jam commemoravimus; atque sane devicti sunt ad Orchomenum. Senuisse illum intra tot dies quot obdormisset annos, non desunt qui asseverant: hoc enim Theopompus ait.

71.

Ægyptiis vero antiquiores esse Magos Aristoteles auctor est in primo de Philosophia libro, duoque secundum illos esse principia, bonum dæmonem et malum: alterum ex his Jovem et Oromasden, alterum Plutonem et Arimanium dici. Quod Hermippus quoque in primo de Magis ait atque Eudoxus in Periodo et Theopompus octavo Philippicorum libro. Qui et revicturos homines ex Magorum sententia dicit, immortalesque futuros, et universa illorum precationibus constitura.

72.

Theopompus ait de sententia Magorum vicibus ter mille annorum alterum deorum superare, alterum succumbere: et per alia tria annorum millia bellum eos inter se gerere, pugnare, et alterum alterius opera demoliri: tandem Plutonem deficere; et tunc homines fore beatos, neque alimento utentes, neque umbram edentes: deum porro ista qui machinetur, quiescere ad aliquod tempus, quod quidem non longum sit deo, sed rectum et mediocre tamquam hominis dormientis.

73.

Zopyri talenta. Theopompus tradit, Zopyrum, qui Persa erat, ambitione regi gratificantem Babylonem ingressum esse, postquam se flagellasset et naso auribusque privasset; atque quum misero hoc statu fidem incolis fecisset, urbem cepisse. Metaphorice igitur dixit talenta et juga tamquam opera et res gestas.

74.

Heliodorus auctor est Antiochum Epiphanem Antiochiæ fontem vino miscuisse: quemadmodum et Phrygium Midam fecisse Theopompus scribit, quum vellet Silenum per ebrietatem capere.

76.

Narrat Theopompus, colloquium quoddam inter Midam Phrygem et Silenum intercessisse. Hic Silenus erat Nym-

Digitized by Google

Νύμφης δὲ παῖς ὁ Σειληνὸς οὗτος, θεοῦ μὲν ἀφανέστερος τὴν φύσιν, ἀνθρώπου δὲ κρείττων καὶ θανάτου ἦν. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα ἀλλήλοις διελέχθησαν, καὶ ὑπὲρ τούτων ὁ Σειληνὸς ἔλεγε πρὸς τὸν Μίδαν· τὴν μὲν Εὐρώπην, καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν Λιβύην νήσους εἶναι, ἃς περιῤῥεῖν κύκλῳ τὸν Ὠκεανόν. Ἤπειρον δὲ μόνην εἶναι ἐκείνην τὴν ἔξω τούτου τοῦ κόσμου. Καὶ τὸ μὲν μέγεθος αὐτῆς ἄπειρον διηγεῖτο· τρέφειν δὲ τὰ ἄλλα ζῷα μεγάλα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ τῶν ἐνταῦθα διπλασίονας τὸ μέγεθος· καὶ χρόνον ζῆν αὐτοὺς, οὐχ ὅσον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνον διπλοῦν· καὶ πολλὰς μὲν εἶναι καὶ μεγάλας πόλεις, καὶ βίων ἰδιότητας, καὶ νόμους αὐτοῖς τετάχθαι ἐναντίως κειμένους τοῖς παρ' ἡμῖν νομιζομένοις. Δύο δὲ εἶναι πόλεις ἔλεγε μεγέθει μεγίστας, οὐδὲν δὲ ἀλλήλαις ἐοικέναι· καὶ τὴν μὲν ὀνομάζεσθαι Μάχιμον, τὴν δὲ Εὐσεβῆ. Τοὺς μὲν οὖν Εὐσεβεῖς ἐν εἰρήνῃ τε διάγειν καὶ πλούτῳ βαθεῖ, καὶ λαμβάνειν τοὺς καρποὺς ἐκ τῆς γῆς χωρὶς ἀρότρων καὶ βοῶν· γεωργεῖν δὲ καὶ σπείρειν οὐδὲν αὐτοῖς ἔργον εἶναι. Καὶ διατελοῦσιν ὑγιεῖς καὶ ἄνοσοι, καὶ καταστρέφουσι τὸν ἑαυτῶν βίον γελῶντες εὖ μάλα καὶ ἡδόμενοι. Οὕτω δὲ ἀναμφιλόγως εἰσὶ δίκαιοι, ὡς μήτε τοὺς θεοὺς πολλάκις ἀπαξιοῦν ἐπιφοιτᾶν αὐτοῖς. Οἱ δὲ τῆς Μαχίμου πόλεως, μαχιμώτατοί τέ εἰσι καὶ αὐτοὶ, καὶ γίνονται μεθ' ὅπλων, καὶ ἀεὶ πολεμοῦσι, καὶ καταστρέφονται τοὺς ὁμόρους, καὶ παμπόλλων ἐθνῶν μία πόλις κρατεῖ αὕτη. Εἰσὶ δὲ οἱ οἰκήτορες οὐκ ἐλάττους διακοσίων μυριάδων. Ἀποθνήσκουσι δὲ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον νοσήσαντες, σπάνιον δὲ τοῦτο, ἐπεὶ τά γε πολλὰ ἐν τοῖς πολέμοις, ἢ λίθοις, ἢ ξύλοις παιόμενοι· ἄτρωτοι γὰρ εἰσι σιδήρῳ· Χρυσοῦ δὲ ἔχουσι καὶ ἀργύρου ἀφθονίαν, ὡς ἀτιμότερον εἶναι παρ' αὐτοῖς τὸν χρυσὸν τοῦ παρ' ἡμῖν σιδήρου. Ἐπιχειρῆσαι δέ ποτε καὶ διαβῆναι τούτους εἰς τάσδε τὰς ἡμεδαπὰς νήσους ἔλεγε, καὶ διαπλεύσαντάς γε τὸν Ὠκεανὸν μυριάσι χιλίαις τῶν ἀνθρώπων, ἵνας Ὑπερβορέων ἀφικέσθαι· καὶ πυθομένους τῶν παρ' ἡμῖν τούτους εἶναι τοὺς εὐδαιμονεστάτους, καταφρονῆσαι ὡς φαύλους καὶ ταπεινῶς πράττοντας, καὶ διὰ ταῦτα ἀτιμάσαι προελθεῖν περαιτέρω. Τὸ δὲ ἔτι θαυμασιώτερον προσετίθει· Μέροπάς τινας οὕτω καλουμένους ἀνθρώπους οἰκεῖν παρ' αὐτοῖς ἔφη πόλεις πολλὰς καὶ μεγάλας· ἐπ' ἐσχάτῳ δὲ τῆς χώρας αὐτῶν τόπον εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι Ἄνοστον, ἐοικέναι δὲ χάσματι, κατειλῆφθαι δὲ οὔτε ὑπὸ σκότους, οὔτε ὑπὸ φωτὸς, ἀέρα δὲ ἐπικεῖσθαι ἐρυθήματι μεμιγμένον θολερῷ· δύο δὲ ποταμοὺς περὶ τοῦτον τὸν τόπον ῥεῖν, καὶ τὸν μὲν Ἡδονῆς καλεῖσθαι, τὸν δὲ Λύπης· καὶ παρ' ἑκάτερον τούτων ἑστηκέναι δένδρα τὸ μέγεθος πλατάνου μεγάλης· φέρειν δὲ καρποὺς τὰ μὲν περὶ τὸν τῆς Λύπης ποταμὸν, τοιαύτην ἔχοντας τὴν φύσιν· ἐάν τις αὐτῶν ἀπογεύσηται, τοσοῦτον ἐκβάλλει δάκρυον, ὥστε κατατήκεσθαι, πάντα τὸν ἑαυτοῦ βίον τὸν λοιπὸν θρηνοῦντα, καὶ οὕτω τελευτᾷν. Τὰ δὲ ἕτερα τὰ παραπεφυκότα τῷ τῆς Ἡδονῆς ποταμῷ, ἀντίπαλον ἐκφέρειν καρπόν. Ὅς γὰρ ἂν γεύσηται τούτων, τῶν μὲν ἄλλων τῶν πρότερον ἐπιθυμιῶν παύεται· ἀλλὰ καὶ εἴ του ἦρα, καὶ αὐτοῦ λαμβάνει λήθην, καὶ γίνεται κατὰ βραχὺ νεώτερος, καὶ τὰς ἤδη διελθούσας ἀναλαμβάνει ὀπίσω. Τὸ μὲν γὰρ γῆρας ἀποῤῥίψας, ἐπὶ τὴν ἀκμὴν

---

phæ filius, et deo quidem inferior natura, at homine et morte superior. Multa vero alia sunt inter se colloquuti, tum hæc Silenus aliquando Midæ retulit : Europam, Asiam et Libyam insulas esse, quas undique Oceanus circumflueret. Continentem vero unicam esse illam, quæ extra hunc mundum existeret. Et magnitudinem ipsius immensam esse narrabat : alere autem et reliqua animalia grandia, et homines duplo majores iis, qui hanc habitarent : et vivere eos non tantum temporis, quantum nos, sed etiam illud duplum. Et multas quidem esse magnasque civitates, ac vitæ peculiares rationes, et leges apud eos plane nostris contrarias esse constitutas. Duas vero urbes esse magnitudine maximas dixit, nihil vero sibi invicem similes : et alteram quidem nominari Bellicosam, alteram Piam. Pios igitur in pace vitam agere et amplissimis divitiis, fructumque ex terra capere, sine aratris et bobus, neque solere eos agrum colere, neque serere. Et semper sunt, aiebat ille, etiam a morbis immunes, ac vitam cum morte commutant ridentes prorsus ac lætantes. Adeo vero sine controversia justi sunt, ut neque dii dedignentur sæpe ad eos accedere. Qui vero Bellicosam urbem incolunt, bellicosissimi ipsi sunt, et nascuntur cum armis, ac bella semper gerunt, finitimosque in suam potestatem redigunt, atque in plurimas gentes hæc una civitas imperium tenet. Incolæ vero ejus non sunt pauciores ducentis myriadibus. Moriuntur autem alias quidem ægrotantes, sed tamen raro id accidit, siquidem in bellis plerumque moriuntur, lapidibus aut fustibus percussi : nam ferro vulnerari nequeunt. Auri argentique maximam possident copiam, ita ut minoris apud ipsos æstimetur aurum, quam apud nos ferrum. Eos vero dicebat quondam etiam in hasce nostras insulas transire conatos, et trajecto Oceano cum mille myriadibus hominum ad Hyperboreos pervenisse : quumque audivissent hos populos inter nostrates esse beatissimos, contemps se eos tanquam viles, humilique fortuna agentes : et idcirco indignum duxisse progredi ulterius. Quod vero etiam mirabilius, adjecit : Meropes, homines quosdam ita vocatos, habitare apud eos dixit multas magnasque urbes : in extremo autem regionis illorum locum esse et nominari Anostum (*Irremeabilem*), similem voraginis, neque vero tenebris illum, neque lumine circumdari, sed aereum ei incumbere obscuro rubore mixtum. Circa eum vero locum duos labi fluvios, et quidem alterum *Voluptatis* vocari, alterum *Tristitiæ* : et ad utrumque arbores sitas esse magnitudine platani magnæ : quæ autem ad flumen Tristitiæ sunt, ferre fructus, tali indole præditos : si quis eos gustet, tantum emittit lacrimarum, ut contabescat ejulans per universum vitæ suæ reliquum tempus, et sic moriatur. Alteras vero, fluvio Voluptatis adsitas, contrarium ferre fructum : qui enim hunc gustat, ab reliquis pristinis cupiditatibus absistit : sed et si quid amavit, ejus quoque oblivionem capit, paulatimque fit junior, ac superiores ætates, et jam transactas, recipit rursus. Abjecta enim

Digitized by Google

ὑποστρέφει, εἶτα ἐπὶ τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν ἀναχωρεῖ, εἶτα παῖς γίνεται, εἶτα βρέφος, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξαναλώθη.

Colloquium illud inter alios retulerunt Dionys. Halic. Vett. Scriptt. Cens. p. 70 et Epist. ad Cn. Pomp. p. 131. A Theone Sophista Prog. c. 2 init. inter alia elegantis fabularum narrationis exempla nominatur etiam παρὰ Θεοπόμπου ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν ἡ τοῦ Σειληνοῦ.

77.

Clemens Alexandr. Strom. VI, p. 749: Θεόπομπος γράφει· «Εἰ μὲν γὰρ ἦν, τὸν κίνδυνον τὸν παρόντα διαφυγόντας, ἀδεῶς διάγειν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, οὐκ ἂν ἦν θαυμαστὸν φιλοψυχεῖν· νῦν δὲ τοσαῦται κῆρες τῷ βίῳ παραπεφύκασιν, ὥστε τὸν ἐν ταῖς μάχαις θάνατον αἱρετώτερον εἶναι δοκεῖν.»

Hæc cum antecedentibus cohærere innuit Cic. Tusc. Quæst. I, 48: *Affertur etiam de Sileno fabella quædam; qui quum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, non nasci homini longe optimum esse; proximum autem, quam primum mori.*

78.

Ammianus Marc. XXII, 9, quum notasset nonnullos urbem Pessinuntem dictam putasse ἀπὸ τοῦ πεσεῖν; alios Ilum Trois filium, Dardaniæ regem, ei nomen dedisse, addit: *Theopompus non Ilum id egisse, sed Midam affirmat, Phrygiæ quondam potentissimum regem.* Cf. Diodor. III, 59.

79.

Apollon. Dysc. c. 10: Θεόπομπος δ' ἐν τοῖς Θαυμασίοις, ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Ὀλυμπίων πολλῶν ἐπιπολαζόντων ἰκτίνων ἐν τῇ πανηγύρει, καὶ διασυριζόντων, τὰ διαφερόμενα κρέα τῶν ἱεροθύτων ἀθιγῆ μένειν. Eadem ap. Pausan. V, 14, Ælian. H. A. II, 47, Pseudo-Aristot. De mir. ausc. c. 135.

80.

Harpocr.: Ἀμφικτύονες· συνέδριόν τί ἐστιν Ἑλληνικὸν, συναγόμενον ἐν Θερμοπύλαις· ὠνομάσθη δὲ ἤτοι ἀπὸ Ἀμφικτύονος τοῦ Δευκαλίωνος· ὅτι αὐτὸς συνήγαγε τὰ ἔθνη βασιλεύων, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν ὀγδόῃ· ταῦτα δὲ ἦν δώδεκα· Ἴωνες, Δωριεῖς, Περραιβοὶ, Βοιωτοὶ, Μάγνητες, Ἀχαιοὶ, Φθιῶται, Μηλιεῖς, Δόλοπες, Αἰνιᾶνες, Δελφοὶ, Φωκεῖς. Eadem Apost. Cent. III, 4.

LIBER IX.

81.

Schol. Aristoph. Avium v. 962: ... Θεόπομπος δ' ἐν τῇ θ' τῶν Φιλιππικῶν ἄλλα τε πολλὰ περὶ τοῦ Βοιωτοῦ Βάκιδος ἱστορεῖ παράδοξα, καὶ ὅτι ποτὲ τῶν Λακεδαιμονίων μανείσας τὰς γυναῖκας ἐκάθηρεν, Ἀπόλλωνος αὐτοῖς τοῦτον καθαρτὴν δόντος. Cf. Schol. ad Pac. v. 1071, et Suidas s. v. Βάκις et Κάθαρσις γυναικῶν.

82.

Priscianus lib. XVIII, p. 1198 ed. Putsch.: Attici περὶ τόσους καὶ περὶ τόσοις, Theopompus Phil. IX: «Τὸ μὲν μῆκος περὶ τοὺς τεσσαράκοντα σταδίους.»

83.

Theo Progymn. c. 2, p. 19: Ἔχομεν δὲ καὶ ἐν τῇ ἐννάτῃ Φιλιππικῶν Θεοπόμπου τὰ ἐν Θετταλίᾳ Τέμπη, ἃ ἐστι μὲν μεταξὺ δύο ὀρῶν μεγάλων, τῆς τε Ὄσσης καὶ τοῦ Ὀλύμπου· ῥεῖ δὲ δι' αὐτῶν μέσος ὁ Πηνειὸς, εἰς ὃν ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν Θετταλίαν ποταμοὶ συῤῥέουσι.

84.

Plinius H. N. XXXI, c. 2: *Theopompus in Scotussa lacum esse dicit, qui vulneribus medetur.*

Wichers.: «Eadem ac Plinius e Theopompo retulit Sotion p. 139. Apud Antigon. Caryst. c. 157

---

senectute in robur ipsum revertitur, deinde in adolescentium ætatem redit; tum puer, deinde infans evadit, et postea exstinguitur.

77.

Scribit Theopompus: «Nam si, quum præsens quidem vitassemus periculum, liceret reliquum tempus secure transigere, non esset mirandum si vitæ essemus cupidi: nunc autem vitæ nostræ tot fatalia imminent pericula, ut mortem in prælio oppetere, videatur esse magis optandum.»

79.

Theopompus in Mirabilibus narrat, ludis Olympicis, quamvis multi milvi circumvolent in solemni conventu sibilumque edant, carnem tamen sacrarum hostiarum intactam relinqui.

80.

Amphictyones, consessus quidam fuit Græcus, ad Thermopylas convenire solitus. Nominatus vero est ab Amphictyone Deucalionis filio, quippe qui illos populos, quum regnaret, ad conventus convocaverit, ut auctor est Theopompus libro octavo. Hi autem erant numero duodecim: Iones, Dores, Perrhæbi, Bœoti, Magnetes, Achæi, Phthiotæ, Malienses, Dolopes, Ænianes, Delphi, Phocenses.

LIBER IX.

81.

Theopompus nono Philippicorum libro et alia multa de Bacide Bœoto narrat mirabilia, et lustrasse eum ait delirantes Lacedæmoniorum mulieres, quibus Apollo hunc dedisset lustratorem.

82.

«Ad longitudinem quadraginta circiter stadia.»

83.

Habemus et in nono Rerum Philippi apud Theopompum Thessalica Tempe: quæ sunt ipsa quidem inter duos altos montes, Ossam et Olympum. Quorum per media Peneus fluit: in quem omnes Thessalici confluunt fluvii.

Digitized by Google

eadem ex Theopompo, ut videtur, commemoravit Callimachus (non vero Theophrastus; nam, capite 145, pro Θεόφραστος legendum esse Θεόφραστον, et hoc et sequentia capita a capite 144 pendere, in quo Callimachi ἐκλογὴ τῶν παραδόξων memoratur, optime vidit Bentleius): Ἐν Σκοτούσσῃ δ' εἶναι κρήνην ἰδίαν, οὐ μόνον ἀνθρώπων ἕλκη, ἀλλὰ καὶ βοσκημάτων ὑγιάζειν δυναμένην· κἂν ξύλον δὲ σχίσας ἡ θραύσας ἐμβάλῃς, συμφύειν. In quo loco perplacet emendatio Bentleii, legentis κρηνίδιον, οὐ μόνον ... δυνάμενον, quomodo eadem de re legitur apud Sotion. l. c.; neque enim hic unus, sed multi alii fontes, quos commemorat Antigonus, in suo quique genere peculiares erant. Fragmentum autem hic collocandum putavi, quod pars videtur descriptionis Tempe Thessalicorum, quam hoc libro Theopompus dedit. Nam Ælianus, V. H. III, 1, in sua item descriptione notavit, plures fontes Tempe perfluere, quorum aquæ ad sanandos homines multum conferant. Ac pæne crediderim Æliani locum profectum esse a Theopompo, cujus descriptionem inter illustria exempla dilaudat Theo Sophista in præcedenti fragm.»

85.

Antigonus Caryst. Histor. mirab. c. 15: Ἐν δὲ Κράνωνι τῆς Θετταλίας δύο φασὶ μόνον εἶναι κόρακας· διὸ καὶ ἐπὶ τῶν προξενιῶν τῶν ἀναγραφομένων τὸ παράσημον τῆς πόλεως (καθάπερ ἐστὶν ἔθιμον πᾶσι προσπαρατιθέναι) ὑπογράφονται δύο κοράκες ἐφ' ἁμαξίου χαλκοῦ, διὰ τὸ μηδέποτε πλείους τούτων ὤφθαι. Ἡ δὲ ἅμαξα προσπαράκειται διὰ τοιαύτην αἰτίαν· ξένον γὰρ ἴσως ἂν καὶ τοῦτο φανείη. Ἔστιν δὲ αὐτοῖς ἀνακειμένη χαλκῆ, ἣν, ὅταν αὐχμὸς ᾖ, σείοντες, ὕδωρ αἰτοῦνται τὸν θεὸν, καί φασι γίνεσθαι· τούτου δέ τι ἰδιώτερον ὁ Θεόπομπος λέγει· φησὶν γὰρ ἕως τούτου διατρίβειν αὐτοὺς ἐν τῷ Κράνωνι, ἕως ἂν τοὺς νεοττοὺς ἐκνεοττεύσωσιν· τοὺς δὲ ποιήσαντας, τοὺς μὲν νεοττοὺς καταλείπειν, αὐτοὺς δὲ ἀπιέναι.

Cf. Stephan. v. Κράνων, qui præter Callimachum etiam Theopompum laudat.

86.

Stephanus: Δρόγγιλον, χωρίον Θετταλίας· Θεόπ. Φιλ. θ'.

87.

Idem: Φαρκηδών, πόλις Θετταλίας. Θεόπομπος δὲ θ' Φιλιππικῶν, Φαρκαδόνα, διὰ τοῦ α φησίν.

88.

Idem: Κῶβρυς, πόλις Θρᾴκης· Θεόπομπος Φιλιππικῶν ἐννάτῳ.

LIBER X.

89.

Plutarchus Them. p. 121, c. 19: Γενόμενος δὲ (Θεμιστοκλῆς) ἀπὸ τῶν πράξεων ἐκείνων, εὐθὺς ἐπεχείρει τὴν πόλιν ἀνοικοδομεῖν καὶ τειχίζειν, ὡς μὲν ἱστορεῖ Θεόπομπος, χρήμασι πείσας μὴ ἐναντιωθῆναι τοὺς Ἐφόρους, ὡς δ' οἱ πλεῖστοι, παρακρουσάμενος.

90.

Idem ibid. p. 124, c. 25: Τῶν δὲ χρημάτων αὐτῷ (τῷ Θεμιστοκλεῖ) πολλὰ μὲν ὑπεκκλαπέντα διὰ τῶν φίλων εἰς Ἀσίαν ἔπλει· τῶν δὲ φανερῶν γενομένων καὶ συναχθέντων εἰς τὸ δημόσιον, Θεόπομπος μὲν ἑκατὸν τάλαντα, Θεόφραστος δὲ ὀγδοήκοντά φησι γενέσθαι τὸ πλῆθος, οὐδὲ τριῶν ἄξια ταλάντων κεκτημένου τοῦ Θεμιστοκλέους, πρὶν ἅπτεσθαι τῆς πολιτείας. Theopompo accedit Critias ap. Ælian. V. H. X, 17; cf. Plut. Cato p. 371 (?).

91.

Idem ibid. p. 127, c. 31: Οὐ γὰρ πλανώμενος περὶ τὴν Ἀσίαν, ὥς φησι Θεόπομπος, ἀλλ' ἐν Μα-

---

85.

Cranone in Thessalia duos tantum corvos esse aiunt: quare literis publicis, quibus jus hospitii datur, urbis sigillo consignatis (quale mos est omnibus adjicere), supponuntur duo corvi in curriculo æneo, quia nunquam plures in conspectum venerunt. Currus autem additur hanc ob caussam: nam etiam hoc fortasse mirum videtur. Etenim est illis æneus currus consecratus, quem siccitatis tempestate concutiunt, aquam ex deo petentes, atque dicunt eam apparere. Theopompus vero narrat rem, quæ magis etiam mirationem movet: dicit enim, eos (corvos) Cranone remanere, donec pullos genuissent: quo facto, eos pullos quidem relinquere, ipsos vero abire.

86.

Drongilum, oppidum Thessaliæ, de quo Theopompus libro nono Philippicorum.

87.

Pharcedon, urbs Thessaliæ. Theopompus autem nono Philippicorum Pharcadonem per *a* scribit.

88.

Cobrys, urbs Thraciæ, de qua Theopompus libro nono Philippicorum.

LIBER X.

89.

Hinc statim Themistocles instituit urbem instaurare et muris cingere, Ephoris, ne adversarentur, pecunia, ut Theopompus scribit, redemptis, ut vero plerique alii, elusis.

90.

Pecunia ejus magna ex parte furtim per amicos egesta et in Asiam est devecta. Deprehensam et publicatam summam, centum Theopompus, Theophrastus octoginta talentorum dicit fuisse: quum bona Themistoclis, priusquam ad rempublicam accederet, trium non essent talentorum.

91.

Themistocles non perreravit, ut Theopompus ait, Asiam,

Digitized by Google

νησίᾳ μὲν οἰκῶν, καρπούμενος δὲ δωρεὰς μεγάλας καὶ τιμώμενος ὅμοια Περσῶν τοῖς ἀρίστοις, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀδεῶς διῆγεν.

92.

Scholiast. in Aristid. Orat. in Cimonem, tom. I, p. 284 : Θεόπομπος ἐν τῇ ι' τῶν Φιλιππικῶν περὶ Κίμωνος· « Οὐδέπω δὲ πέντε ἐτῶν παρεληλυθότων, πολέμου συμβάντος πρὸς Λακεδαιμονίους, ὁ δῆμος μετεπέμψατο τὸν Κίμωνα, νομίζων διὰ τὴν προξενίαν ταχίστην ἂν αὐτὸν εἰρήνην ποιήσασθαι. Ὁ δὲ παραγενόμενος τῇ πόλει τὸν πόλεμον κατέλυσε. » Theopompum sequitur Cornel. Nep. Cimon. 3; cf. Plutarch. Cimon. c. 13 et Pericles c. 10. V. Clinton. Fasti H. p. 52.

93.

Stephanus: Καρπασία, πόλις Κύπρου ... τὸ κτητικὸν Καρπασεωτικός ... Θεόπομπος ἐν δεκάτῳ Καρτασεῖς αὐτούς φησιν· ἴσως ἀπὸ τοῦ Κάρπασος.

Hujus urbis mentio facta esse videtur, ubi de Cimonis in Cyprum expeditione agebatur.

94.

Athenæus XII, p. 533, A : Ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν ὁ Θεόπομπός φησι· « Κίμων ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ τοῖς κήποις οὐδένα τοῦ καρποῦ καθίστα φύλακα, ὅπως οἱ βουλόμενοι τῶν πολιτῶν εἰσιόντες ὀπωρίζωνται καὶ λαμβάνωσιν εἴ τινος δέοιντο τῶν ἐν τοῖς χωρίοις. Ἔπειτα τὴν οἰκίαν παρεῖχε κοινὴν ἅπασι· καὶ δεῖπνον ἀεὶ εὐτελὲς παρασκευάζεσθαι πολλοῖς ἀνθρώποις, καὶ τοὺς ἀπόρους προσιόντας τῶν Ἀθηναίων εἰσιόντας δειπνεῖν. Ἐθεράπευε δὲ καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐτοῦ τι δεομένους· καὶ λέγουσιν ὡς περιήγετο μὲν ἀεὶ νεανίσκους δύ' ἢ τρεῖς, ἔχοντας κέρματα· τούτοις δὲ διδόναι προσέταττεν, ὁπότε τις προσέλθοι αὐτοῦ δεόμενος. Καί φασι μὲν αὐτὸν καὶ εἰς ταφὴν εἰσφέρειν· ποιεῖν δὲ καὶ τοῦτο πολλάκις, ὁπότε τῶν πολιτῶν τινα ἴδοι κακῶς ἠμφιεσμένον, κελεύειν αὐτῷ μεταμφιέννυσθαι τῶν νεανίσκων τινὰ τῶν συνακολουθούντων αὐτῷ. Ἐκ δὴ τούτων ἁπάντων ἠὐδοκίμει καὶ πρῶτος ἦν τῶν πολιτῶν. »

Eadem ex eodem fonte narrat Cornel. Nepos Cim. c. 4. Cf. Plutarch. Cim. c. 10, Pericle c. 9.

95.

Athenæus IV, p. 166, D, E : Θεόπομπος δ' ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν, ἀφ' ἧς τινες τὸ τελευταῖον μέρος χωρίσαντες ἐν ᾧ ἐστι τὰ περὶ τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν, Εὔβουλόν φησι τὸν δημαγωγὸν ἄσωτον γενέσθαι. Τῇ λέξει δὲ ταύτῃ ἐχρήσατο· « Καὶ τοσοῦτον ἀσωτίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ διενήνοχε τοῦ δήμου τοῦ Ταραντίνων, ὅσον ὁ μὲν περὶ τὰς ἑστιάσεις εἶχε μόνον ἀκρατῶς, ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τὰς προσόδους καταμισθοφορῶν διατετέλεκε· Καλλίστρατος δέ, φησίν, ὁ Καλλικράτους δημαγωγὸς καὶ αὐτὸς πρὸς μὲν τὰς ἡδονὰς ἦν ἀκρατής· τῶν δὲ πολιτικῶν πραγμάτων ἦν ἐπιμελής. » Ad rem cf. Justin. VI, 9.

96.

Harpocrat.: Εὔβουλος ... ὅτι δὴ δημαγωγὸς ἦν ἐπιφανέστατος, ἐπιμελής τε καὶ φιλόπονος, ἀργύριόν τε συχνὸν πορίζων τοῖς Ἀθηναίοις διένειμε· διὸ καὶ τὴν πόλιν, ἐπὶ τῆς τούτου πολιτείας, ἀνανδροτάτην καὶ ῥᾳθυμοτάτην συνέβη γενέσθαι, Θεόπομπος ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν.

---

sed Magnesiæ sedem habens, et dona magna accipiens et honoratus æque ac Persarum optimi, multum temporis in tuto vixit.

92.

Theopompus libro decimo Philippicorum de Cimone : « Nondum elapsis quinque annis, quum bellum cum Lacedæmoniis inceptum esset, populus revocavit Cimonem, existimans, eum propter hospitium celerrime pacem facturum esse. Is quum advenisset, civitati bellum composuit. »

93.

Carpasia, urbs Cypri ... possessivum Carpaseoticus. ... Theopompus libro decimo eos Carpasenses nominat, fortassis a voce Carpasus.

94.

Theopompus Philippicorum libro decimo ita scribit : « Cimon Atheniensis prædiis suis hortisque nullum fructuum custodem imponebat, ne quis civium impediretur quominus intraret fructusque arborum carperet, aut quibus rebus vellet in prædiis ipsius frueretur. Deinde domum suam in commune præbebat omnibus; ita quidem ut etiam quotidie frugalis cœna multis hominibus parata esset, et, quicumque tenuioris fortunæ cives accederent, iis intrare cœnareque liceret. Curabatque etiam eos, qui quolibet die aliquid ab eo peterent aut opis ejus indigerent : diciturque constanter quocumque iret secum habuisse duos aut tres adolescentes, nummis instructos, quibus mandatum erat, ut darent quoties accederet quispiam qui a se aliquid petiturus videretur. Dicunt etiam ad efferendos mortuos sæpe sumtus eum contulisse; etiam hoc sæpius fecisse, ut, si quem civium vidisset male vestitum, juberet aliquem ex adolescentibus, qui ipsum sequebantur, cum illo permutare amiculum. Quibus rebus omnibus magnam famam est consecutus, et civium princeps est habitus. »

95.

Theopompus Rerum Philippicarum libro decimo (a quo sunt qui separent posteriorem partem, quæ de demagogis agit Atheniensium) Eubulum dicit demagogum luxuriosum fuisse. His autem utitur verbis:

« Et luxuria et corradendæ pecuniæ studio in tantum superavit populum Tarentinum, ut, quum hic nonnisi quod ad convivia spectat modum tenere nesciat, ille Atheniensium vel publicos reditus largitionibus exhaurire non desierit. Callistratus vero, inquit, Callicratis filius, itidem populi orator, ad voluptates quidem intemperans erat, ceterum in administratione reipublicæ industrius. »

96.

Eubulus ... demagogus fuit clarissimus, diligens ac industrius, qui multam conficiens pecuniam Atheniensibus distribuit : unde accidit, ut eo rempublicam gerente, civitas iners admodum fieret et ignaviæ plena. Narrat Theopompus libro decimo Philippicorum.

Digitized by Google

97.

Harpocrat.: Σύνταξις. ... Ἔλεγε (Demosthenes) δὲ ἑκάστους φόρους συντάξεις, ἐπειδὴ χαλεπῶς ἔφερον οἱ Ἕλληνες τὸ τῶν φόρων ὄνομα, Καλλιστράτου οὕτω καλέσαντος, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν δεκάτῳ Φιλιππικῶν.

98.

Schol. Aristoph Vesp. v. 941: Θεόπομπος ὁ ἱστορικὸς τὸν Πανταίνου φησὶν ἀντιπολιτεύσασθαι Περικλεῖ, ἀλλ' οὐκ Ἀνδροτίων· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τὸν Μελησίου.

Ammonius v. Διαπολιτεύεσθαι: Θεόπομπος δὲ τοὺς ἐν μιᾷ πόλει φιλοτιμουμένους πρὸς ἀλλήλους, ἀντιπολιτεύεσθαι ἔφη.

99.

Schol. Lucian. Tim. c. 29, tom. I, p. 143 Reitz.: Ὁ δὲ Κλέων δημαγωγὸς ἦν Ἀθηναίων προστὰς αὐτῶν ἑπτὰ ἔτη, ὃς πρῶτος δημηγορῶν ἀνέκραγεν ἐπὶ βήματος καὶ ἐλοιδορήσατο, θρασὺς ὢν οὕτως, ὥστε, καθὼς Θεόπομπος ἱστορεῖ, συνεληλυθότων Ἀθηναίων παρελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν στέφανον ἔχοντα, καὶ κελεῦσαι αὐτοὺς ἀναβαλέσθαι τὸν σύλλογον· τυγχάνειν γὰρ αὐτὸν θύοντα, καὶ ξένους ἑστιᾷν μέλλοντα, καὶ διαλῦσαι τὴν ἐκκλησίαν. Rem narrat etiam Plutarchus in Præceptt. pol., non addito auctore.

100.

Schol. Aristoph. Eq. v. 226: Θεόπομπος ἐν δεκάτῳ (sic Wichers. pro vulg. ἐνδεκάτῳ) Φιλιππικῶν φησιν, ὅτι οἱ ἱππεῖς ἐμίσουν αὐτόν (Cleonem)· προπηλακισθεὶς γὰρ ὑπ' αὐτῶν καὶ παροξυνθεὶς ἐπετέθη τῇ πολιτείᾳ, καὶ διετέλεσεν εἰς αὐτοὺς κακὰ μηχανώμενος· κατηγόρησε γὰρ αὐτῶν ὡς λειποστρατούντων.

101.

Schol. Aristoph. Acharn. v. 6: ... Ἐζημιώθη γὰρ ὁ Κλέων πέντε τάλαντα, διὰ τὸ ὑβρίζειν τοὺς ἱππέας· παρὰ τῶν νησιωτῶν γὰρ ἔλαβε πέντε τάλαντα ὁ Κλέων, ἵνα πείσῃ τοὺς Ἀθηναίους κουφίσαι αὐτοὺς τῆς εἰσφορᾶς· αἰσθόμενοι δὲ οἱ Ἱππεῖς, ἀντέλεγον καὶ ἀπῄτησαν αὐτόν. Μέμνηται Θεόπομπος.

102.

Schol. Lucian. Tim. c. 29, tom. I, p. 142: Ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ (Hyperbolus) Χρέμητος, ὡς Θεόπομπος ἐν τῷ περὶ Δημαγωγῶν. Cf. Schol. ad Aristoph. Pac. 680; ad Vesp. 1001.

103.

Schol. Aristoph. Vesp. v. 1001: Θεόπομπος δέ φησι ... γράφων, ὅτι ἐξωστράκισαν τὸν Ὑπέρβολον ἔξ ἔτη· ὁ δὲ καταπλεύσας εἰς Σάμον, καὶ τὴν οἴκησιν αὐτοῦ ποιησάμενος, ἀπέθανε· καὶ τούτου τὸν νεκρὸν εἰς ἀσκὸν ἀγαγόντες, εἰς τὸ πέλαγος κατεπόντωσαν.

Hanc rem Luciani quoque Scholiastes ad Tim. 29 ex Theopompo affert, addito libri numero.

104.

A. Gellius N. A. XV, 20: *Euripidis poetæ matrem Theopompus agrestia olera vendentem victum quæsisse dicit; patri autem ejus, nato illo responsum est a Chaldæis eum victorem in certaminibus fore.*

105.

Plut. Dem. p. 847, c. 4: Δημοσθένης, ὁ πατὴρ Δημοσθένους, ἦν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος· ἐπεκαλεῖτο δὲ μαχαιροποιός, ἐργαστήριον ἔχων μέγα, καὶ δούλους τεχνίτας τοῦτο πράττοντας.

106.

Idem ibid. p. 851, c. 13: Ὅθεν οὐκ οἶδ' ὅπως παρέστη Θεοπόμπῳ λέγειν, αὐτὸν ἀβέβαιον τῷ τρόπῳ

97.

Σύνταξις. — Quum vocabulum τῶν φόρων Græcos offenderet, tributa singula (Demosthenes) vocabat συντάξεις, illius nominis auctore Callistrato, ut refert Theopompus in decimo Philippicorum.

98.

Theopompus historicus Pantæni filium ait in republica gerenda Pericli adversatum fuisse; non ita Androtio, qui de Melesiæ filio hoc tradit.

Theopompus ἀντιπολιτεύεσθαι dicit eos, qui in eadem civitate ambitione inter se decertant.

99.

Cleon demagogus erat Atheniensium, quibus præfuit septem annos. Is primus demagogorum in rostris clamoribus usus est et conviciis. Tanta erat temeritate ut, auctore Theopompo, quum Athenienses convenissent, in concilium intraret coronam portans et juberet eos differre conventum, sacrum enim se facere et convivio excipere velle hospites, hisque verbis concionem solveret.

100.

Theopompus decimo Philippicorum ait: Equites odium in Cleonem habebant: nam contumelia ab iis affectus et exacerbatus, reipublicæ gerendæ rationem quocunque modo reprehendit, et mala iis machinari non desiit: accusavit enim eos quod militiam deseruissent.

101.

Cleon multatus est quinque talentis, quod Equites contumeliis affecerat: namque acceperat Cleon ab insulanis quinque talenta, ut Athenienses adduceret ad diminuendum iis tributum; hoc quum Equites animadvertissent, oblocuti sunt et pecuniam ab eo repetierunt. Hoc memorat Theopompus.

102.

Est revera Chremetis filius (Hyperbolus), ut Theopompus tradit in libro de Demagogis.

103.

Theopompus scribit: In exilium miserunt Hyperbolum in sex annos: hic deinde in Samum trajecit ibique domicilio posito mortuus est: ejus cadaver sacco immissum in mare dejecerunt.

105.

Demosthenes, pater Demosthenis, fuit, ut tradit Theopompus, ex optimatibus, sed cognomen fuit ei Machæropœo, quod officinam magnam gladiorum faciendorum exerceret, et servos ejus artificii haberet peritos.

106.

Quare Theopompo miror quid in mentem venerit, inge-

Digitized by Google

γεγονέναι, καὶ μήτε πράγμασι, μήτ' ἀνθρώποις, ποιῶν χρόνον τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν δυνάμενον.

107.

Plut. Dem. p. 852, c. 14 : Ἱστορεῖ δὲ καὶ Θεόπομπος, ὅτι, τῶν Ἀθηναίων ἐπί τινα προβαλλομένων αὐτὸν κατηγορίαν, ὡς οὐχ ὑπήκουε, θορυβούντων, ἐναστὰς εἶπεν· Ὑμεῖς ἐμοί, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, συμβούλῳ μὲν, κἂν μὴ θέλητε, χρήσεσθε· συκοφάντῃ δ', οὐδὲ ἐὰν θέλητε.

108.

Idem ibid. p. 857, c. 25 : Μόνην γὰρ τὴν τούτου (scil. οἰκίαν Καλλικλέους τοῦ Ἀρρενίδου) νεωστὶ γεγαμηκότος οὐκ εἴασαν ἐλεγχθῆναι, νύμφης ἔνδον οὔσης, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος.

LIBER XI.

109.

Harpocrat. : Ἀμάδοκος ... Δύο γεγόνασιν οὗτοι, πατὴρ καὶ υἱός ... ἀμφοτέρων μέμνηται Θεόπομπος ἐν τῇ ἑνδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν.

110.

Porphyrius apud Euseb. P. E. X, p. 464 : Τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλούτοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια καὶ μετὰ ταύτην ἀκολασία· ταῖς δ' ἐνδείαις καὶ ταῖς ταπεινότησι, σωφροσύνη καὶ μετριότης· ὥστε χαλεπὸν εἶναι διαγνῶναι, πότερον ἄν τις δέξαιτο τῶν μερίδων τούτων τοῖς παισὶ τοῖς αὑτοῦ καταλιπεῖν.

« Locum hunc, cujus priorem tantum partem exhibuit Eusebius, supplevi ex Isocratis Or. Paneg. init., quoniam hujus locum integrum, ne verbis quidem mutatis, in hunc undecimum Philippicorum librum intulit Theopompus, teste Porphyrio ibid.; quamquam nescimus in quibus Isocratis verbis substiterit. » *Wichers.*

LIBER XII.

111.

Photius Biblioth. Cod. CLXXVI, p. 202 sq.: Καὶ περιέχει ὁ δωδέκατος λόγος περί τε Ἀκώριος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, ὡς πρός τε τοὺς βαρβάρους (vulg. Βαρκαίους), ἐσπείσατο, καὶ ὑπὲρ Εὐαγόρου ἔπραττε τοῦ Κυπρίου, ἐναντία πράττων τῷ Πέρσῃ· ὅν τε τρόπον παρὰ δόξαν Εὐαγόρας τῆς Κυπρίων ἀρχῆς ἐπέβη, Αὐδύμονα κατασχὼν τὸν Κιτιέα, ταύτης ἐπάρχοντα. Τίνα τε τρόπον Ἕλληνες οἱ σὺν Ἀγαμέμνονι τὴν Κύπρον κατέσχον, ἀπελάσαντες τοὺς μετὰ Κινύρου, ὧν εἰσιν ὑπολιπεῖς Ἀμαθούσιοι. Ὅπως τε ὁ βασιλεὺς Εὐαγόρᾳ συνεπείσθη πολεμῆσαι, στρατηγὸν ἐπιστήσας Αὐτοφραδάτην τὸν Λυδίας σατράπην, ναύαρχον δὲ Ἑκατόμνων. Καὶ περὶ τῆς εἰρήνης, ἣν αὐτὸς τοῖς Ἕλλησιν ἐβράβευσεν· ὅπως τε πρὸς Εὐαγόραν ἐπικρατέστερον ἐπολέμει, καὶ περὶ τῆς ἐν Κύπρῳ ναυμαχίας. Καὶ ὡς Ἀθηναίων ἡ πόλις ταῖς πρὸς βασιλέα συνθήκαις ἐπειρᾶτο ἐμμένειν, Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑπέρογκα φρονοῦντες παρέβαινον τὰς συνθήκας. Τίνα τε τρόπον τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου ἔθεντο εἰρήνην, καὶ ὡς Τιρίβαζος ἐπολέμησεν· ὅπως τε Εὐαγόρᾳ ἐπεβούλευσεν· ὅπως τε αὐτὸν Εὐαγόρας πρὸς βασιλέα διαβαλὼν, συνέβαλε μετ' Ὀρόντου, καὶ ὡς Νεκτανίβιος παρειληφότος τὴν Αἰγύπτου βασίλειαν, πρὸς Λακεδαιμονίους πρέσβεις ἀπέστειλεν Εὐαγόρας· τίνα τε τρόπον ὁ περὶ Κύπρον αὐτῷ πόλεμος διελύθη. Καὶ περὶ Νικοκρέοντος, ὡς ἐπεβούλευσεν, ὡς παραδόξως ἐφωράθη, ὡς ἔφυγε. Καὶ ὡς τῇ ἐκείνου παιδὶ κατα-

---

nio ut Demosthenem mobili dicat fuisse, neque vel rebus vel hominibus diu iisdem delectatum.

107.

Scribit etiam Theopompus, quum populus Atheniensis accusatorem in caussa quadam eum nominaret, obstreperet autem morem non gerenti : surrexisse eum ac dixisse, Vos me, Athenienses, consiliarium vel inviti habebitis, calumniatorem ne si volueritis quidem.

108.

Unum hujus Calliclis domicilium, ut auctor est Theopompus, quod nuper uxorem domum duxisset, sponsæ caussa, quæ intus erat, non permiserunt excuti.

LIBER XI.

109.

Amadocus ... Hi bini fuere, pater et filius ... utriusque meminit Theopompus libro undecimo Philippicorum.

110.

Boni malique nihil per se evenit hominibus, sed divitias et potentiam sequitur tamquam socia dementia, hanc vero licentia ; inopiam contra et humilitatem temperantia sequitur et moderatio : ut difficile sit ad dijudicandum utram harum rerum liberis relinquendam esse existimes.

LIBER XII.

111.

Narrat liber duodecimus res gestas Acoridis Ægyptiorum regis, ut cum barbaris fœdus inierit, et pro Evagora Cyprio adversus Persas steterit ; qua ratione inopinato Cypriorum imperio potitus sit Evagoras, Audymone Citieo, qui eam tenebat, capto. Qua arte Græci Agamemnonem secuti Cyprum occuparint, Cinnyra cum suis ejecto, quorum posteri reliqui sunt Amathusii. Ut rex cum Evagora bellum gerere animum induxerit, imperatore creato Autophradata Lydiæ Satrapa, navarcho vero Hecatomno : et de pace quam ut summus rerum moderator Græcis concessit, utque acrius cum Evagora dimicarit, ac de navali ad Cyprum pugna. Ut Atheniensium civitas in fœdere cum rege inito perseverare studuerit ; Lacedæmonii vero, secundis rebus elati, pacta conventa ruperint. Quomodo item sub Antalcida pacis fœdus percusserint. Ut Tiribazus bellum gesserit, et Evagoræ insidias struxerit, utque apud regem Evagoras illum accusarit, ac cum Oronte transegerit. Ut a Nectanibi occupato Ægyptiorum regno, ad Lacedæmonios Evagoras legatos miserit, quaque ratione Cyprium bellum confecerit. De Nicocreonte, quomodo insidias locaverit, quomodo necopinato deprehensus sit, effugeritque. Quomodo cum ejus filia virgine

Digitized by Google

λειφθείσῃ κόρῃ Εὐαγόρας τε καὶ ὁ τούτου παῖς Πνυταγόρας, λανθάνοντες ἀλλήλους, συνεκάθευδον· Θρασυδαίου τοῦ ἡμιάρρενος (ὃς ἦν Ἠλεῖος τὸ γένος) αὐτοῖς παρὰ μέρος ὑπηρετουμένου τῇ πρὸς τὴν κόρην ἀκολασίᾳ. Καὶ ὡς τοῦτο αὐτοῖς αἴτιον ὀλέθρου γέγονε, Θρασυδαίου τὴν ἐκείνων ἀναίρεσιν κατεργασαμένου. Εἶτα τίνα τρόπον Ἄκωρις ὁ Αἰγύπτιος πρὸς τοὺς Πισίδας ἐποιήσατο συμμαχίαν· περί τε τῆς χώρας αὐτῶν καὶ τῶν Ἀσπενδίων· περί τε τῶν ἐν Κῷ καὶ Κνίδῳ ἰατρῶν, ὡς Ἀσκληπιάδαι, καὶ ὡς ἐκ Σύρνου οἱ πρῶτοι ἀφίκοντο ἀπόγονοι Ποδαλειρίου· καὶ περὶ Μόψου τοῦ μάντεως, καὶ τῶν θυγατέρων Ῥοδῆς καὶ Μηλιάδος καὶ Παμφυλίας· ἐξ ὧν ἥ τε Μοψουεστία, καὶ ἡ ἐν Λυκίᾳ Ῥοδία, καὶ ἡ Παμφυλία χώρα τὰς ἐπωνυμίας ἔλαβον. Τίνα τε τρόπον ὑφ' Ἑλλήνων ἡ Παμφυλία κατῳκίσθη, καὶ ὁ πρὸς ἀλλήλους συνέστη πόλεμος. Καὶ ὡς Λύκιοι πρὸς Τελμισσεῖς, ἡγουμένου αὐτοῖς τοῦ σφῶν βασιλέως Περικλέους, ἐπολέμησαν, καὶ οὐκ ἀνῆκαν πολεμοῦντες, ἕως αὐτοὺς τειχήρεις ποιήσαντες καθ' ὁμολογίαν παρεστήσαντο.

In iis, quæ de bello Evagoræ narrantur, in plurimis Theopompum secutus esse videtur Diodorus XIV, 98; XV, 2, 5, 8—11. Ad reliqua confer XV, 29, 47; Stephan. Byz. v. Σύρνα de Podalirio.

112.

Schol. Homeri Il. II, 135: Δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται.] Ταῦτα δὲ ἀμφοτέρους συνᾴδει, τῷ μὲν ἀπιέναι, πρὶν διαφθαρῆναι τέλεον τὰς νέας, καὶ τῷ μένειν δέ, ὡς διὰ τὸ σεσηπέναι τὰς ναῦς τέως πλεῖν οὐ δυναμένων. Καὶ Θεόπομπος δὲ ταύτην αἰτίαν αὐτοῖς τοῦ ναυαγίου φησίν, ὡς καὶ τοὺς περὶ Κάλχαντα καὶ Ἀμφίλοχον πεζοὺς ἀπαλλάττεσθαι.

Welckerus de Cycl. Hom. p. 29 hæc petita suspicatur ex Theopompo Grammatico. Ad liquidum res perduci nequit.

113.

Schol. Apoll. Rh. I, 388: Κλάρος πόλις πλησίον Κολοφῶνος, ἱερὰ Ἀπόλλωνος· καὶ χρηστήριον τοῦ θεοῦ, ἀπὸ Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου θυγατρὸς καθιδρυμένον, ἢ ἀπὸ Κλάρου τινὸς ἥρωος· ὡς Θεόπομπος.

« Id Theopompum hoc libro retulisse opinor, quoniam eodem libro de Mopso filio Mantus egit, quem etsi Clari conditorem non habuit, id tamen, ut ab aliis traditum memoriæ prodere potuit, quomodo id fecit Strabo XIV, p. 951, Theopompum fortasse secutus. » *Wichers.*

114.

Tzetzes ad Lycophr. v. 806: Θεόπομπός φησιν, ὅτι παραγενόμενος ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ τὰ περὶ τὴν Πενελόπην ἐγνωκὼς, ἀπῆρεν εἰς Τυρσηνίαν, καὶ ᾤκησε τὴν Γορτυναίαν, ἔνθα καὶ τελευτᾷ ὑπ' αὐτῶν.

Dubitari potest utrum hæc ex Chio nostro petita sint an e Theopompo Comico, cujus fabula *Ulysses* inscripta laudatur a multis.

115.

Schol. ad Aristoph. Av. 880: Διδόναι Νεφελοκακκυγίοισιν ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν, αὐτοῖσι καὶ Χίοισι. — Χίοισιν ἦσθην πανταχοῦ προσκειμένοις.] Καὶ τοῦτο ἀφ' ἱστορίας ἔλαβεν. Ἤχοντο γὰρ Ἀθηναῖοι κοινῇ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἑαυτοῖς τε καὶ Χίοις, ἐπειδὴ ἔπεμπον οἱ Χῖοι συμμάχους εἰς Ἀθήνας, ὅτε χρεία πολέμου προσῆν, καθάπερ Θεόπομπος ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν Φιλιππικῶν φησιν οὕτως· « Οἱ δὲ πολλοὶ τοῦ ταῦτα πράττειν ἀπεῖχον, ὥστε τὰς εὐχὰς καὶ περὶ ἐκείνων καὶ σφῶν αὐτῶν ἐποιοῦντο, καὶ σπένδοντες ἐπὶ ταῖς θυσίαις ταῖς δημοτελέσιν ηὔχοντο τοῖς θεοῖς Χίοις διδόναι τἀγαθὰ καὶ σφίσιν αὐτοῖς. »

Quum belli Peloponnesiaci initio Chii a partibus Atheniensium starent, hi in sacrificiis pu-

relicta, et Evagoras, et hujus filius Pnytagoras, clam alterutro, concubuerint, Thrasydæo Eunucho (qui genere Eleus erat) vicissim illis subserviente ad puellæ amorem: utque hæc ipsis interitus caussa fuerit, Thrasydæo necem illis procurante. Refert dein, qua ratione Acoris Ægyptius cum Pisidis belli societatem inierit, deque ipsorum regione, et de Aspendiis. De medicis quoque Cois, et Cnidiis, quod Asclepiadæ sint, quodque e Syrno posteri Podalirii primi accesserint. De Mopso vate, ejusque filiabus Rhode, Meliade, ac Pamphylia. Ab his Mopsuestiam, et in Lycia Rhodiam, Pamphyliamque regionem nomen accepisse. Ut a Græcis habitari Pamphylia cœpta, et mutuum inter eos bellum exarserit: et quomodo Lycii cum Telmisseis, belli duce Pericle eorum rege, pugnarint: nec manus conserere desierint, donec ipsos intra muros compulsos ad concordiam adegerint.

112.

Hoc Homericum Il. suadet utrumque, tum ut abeant, antequam naves prorsus perditæ sint, tum ut maneant, quum jam putrefactis navibus navigare non possint. Atque Theopompus hanc iis naufragii caussam fuisse dicit, eamque ob rem Calchantem et Amphilochum terra iter ingressos esse.

113.

Clarus oppidum prope Colophonem, Apollini sacrum; et oraculum Dei, a Manto Tiresiæ filia institutum, vel a Claro quodam heroe, ut Theopompus.

114.

Theopompus tradit, Ulyssem, quum post reditum cognovisset, quæ Penelopæ accidissent, in Tyrrheniam profectum esse, sedemque fixisse Gortynææ, ubi ab incolis interfectus esset.

115.

Det Nubicuculiensibus sanitatem et salutem, ipsis sociisque Chiis.—Chii sane me delectant ubique adjuncti.] Etiam hoc ex historia sumsit. Nam Athenienses in sacrificiis et sibi et Chiis salutem precabantur, quia auxilia Athenas miserant Chii in belli discrimine. Sicut Theopompus libro duodecimo Philippicorum dicit, his verbis: Plerique ab ea re abstinuerunt, ita ut preces facerent pro illis et pro se ipsis: atque libationes facientes in publicis sacrificiis deos precati sunt, ut et Chiis et sibi ipsis bona darent.

Digitized by Google

blicis sibi simul et Chiis fausta precabantur. Cf. Thuc. IV, 51.

116.

Harpocrat.: Μαύσωλος... ἄρχων Καρῶν· φησὶ δὲ αὐτὸν Θεόπομπος μηδενὸς ἀπέχεσθαι πράγματος χρημάτων ἕνεκα.

Idem: Ἀρτεμισία... θυγάτηρ μὲν ἦν Ἑκατόμνου, γυνὴ δὲ καὶ ἀδελφὴ Μαυσώλου· ἣν φησι Θεόπομπος φθινάδι νόσῳ ληφθεῖσαν, διὰ τὴν λύπην τὴν ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἀδελφοῦ Μαυσώλου, ἀποθανεῖν.

Eadem reperimus apud Suidam et Photium h. v. Cf. Cicer. T. Q. III, 31, Strabo XIV, p. 970. Quæ de Mausolo dicuntur pecuniæ gratia a nullo facinore abstinente aperte spectant ad bellum sociale. Quare minus apte assignantur libro duodecimo, sed in septimum vel octavum releganda sunt. Nam quod Wichers. putat fragm. 115 duodecimo libro disertis verbis adscriptum partem esse historiæ belli socialis, quo Theopompus indicare voluisset, Atheniensium civitas etsi misisset qui defectionem sedarent, multitudinem tamen rebus Chiorum studuisse, adeo ut a diis fausta omnia non minus his, quam sibi ipsa precata esset; hoc longius petitum est, nec rerum ordo hanc conjecturam commendat.

LIBER XIII.

117.

Athenæus XII, p. 532, B: Ἐν δὲ τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν περὶ Χαβρίου τοῦ Ἀθηναίου ἱστορῶν φησιν· «Οὐ δυνάμενος δὲ ζῆν ἐν τῇ πόλει, τὰ μὲν διὰ τὴν ἀσέλγειαν καὶ διὰ τὴν πολυτέλειαν τὴν αὐτοῦ τὴν περὶ τὸν βίον, τὰ δὲ διὰ τοὺς Ἀθηναίους· ἅπασι γάρ εἰσι χαλεποί· διὸ καὶ εἵλοντο αὐτῶν οἱ ἔνδοξοι ἔξω τῆς πόλεως καταβιοῦν· Ἰφικράτης μὲν ἐν Θράκῃ, Κόνων δ' ἐν Κύπρῳ, Τιμόθεος δ' ἐν Λέσβῳ, Χάρης δ' ἐν Σιγείῳ, καὶ αὐτὸς ὁ Χαβρίας ἐν Αἰγύπτῳ.»

Nepos Chabria c. 3, Theopompum imitatus rem ita enarrat: *Non enim libenter erat ante oculos civium suorum, quod et vivebat laute et indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere. Est enim hoc commune vitium in magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriæ comes sit, et libenter de iis detrahant, quos eminere videant altius; neque animo æquo pauperes alienam opulentium intuentur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, plurimum aberat. Neque vero solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes fere principes fecerunt idem, quod tantum se ab invidia putabant abfuturos, quantum a conspectu suorum recessissent. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigeo.*

118.

Nepos Iphicr. c. 3: *Fuit autem et animo magno et corpore, imperatoriaque forma, ut ipso adspectu cuivis injiceret admirationem sui: sed in labore remissus nimis, parumque patiens, ut Theopompus memoriæ prodidit.*

119.

Athenæus XIV, p. 657, A, B: Χηνῶν δὲ σιτευτῶν καὶ μόσχων Θεόπομπος ἐν τρισκαιδεκάτῳ Φιλιππικῶν καὶ ἑνδεκάτῳ Ἑλληνικῶν, ἐν οἷς ἐμφανίζει τὸ περὶ τὴν γαστέρα τῶν Λακώνων ἐγκρατὲς, γράφων οὕτως· «Καὶ οἱ Θάσιοι ἔπεμψαν Ἀγησιλάῳ προσιόντι πρόβατα παντοδαπὰ καὶ βοῦς εὖ τεθραμμένους, πρὸς τούτοις δὲ καὶ πέμματα καὶ τραγημάτων εἶδος παντοδαπόν. Ὁ δ' Ἀγησίλαος τὰ μὲν πρόβατα καὶ τοὺς βοῦς ἔλαβε, τὰ δὲ πέμματα καὶ τὰ τραγήματα πρῶτον μὲν οὐδὲ ἔγνω· κατεκεκάλυπτο γάρ· ὡς δὲ κατεῖδεν, ἀποφέρειν αὐτοὺς ἐκέλευσεν, εἰπὼν οὐ νόμιμον εἶναι Λακεδαιμονίοις χρῆσθαι τούτοις τοῖς ἐδέσμασι· λιπαρούντων δὲ τῶν Θασίων, Δότε, φησὶ, φέροντες ἐκείνοις, δείξας αὐτοῖς τοὺς εἵλωτας, εἰπὼν ὅτι τούτους δέοι δισφθείρεσθαι τρώγοντας αὐτὰ πολὺ μᾶλλον ἢ αὐτὸν καὶ τοὺς παρόντας Λακεδαιμονίων.» Cf. dicta ad fr. 23.

120.

Athenæus XIV, p. 616, E: Ὕστερον γὰρ ἀφισταμένων τῶν Αἰγυπτίων, ὥς φησι Θεόπομπος καὶ Λυκέας ὁ Ναυκρατίτης ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς, οὐδὲν

116.

Mausolus, princeps Carum: de quo Theopompus scribit, eum a nullo facinore, pecuniæ caussa, sibi temperasse.

Artemisia, filia fuit Hecatomni, et uxor eademque soror Mausoli; quam Theopompus ait tabe correptam, præ animi dolore, quem desiderio defuncti mariti et fratris conceperat, obiisse.

LIBER XIII.

117.

Philippicorum libro decimo tertio de Chabria Atheniensi loquens Theopompus, ait: «Non poterat autem in urbe vivere, partim ob morum lasciviam et sumtuosam in vitæ suæ ratione magnificentiam, partim propter ipsos Athenienses. Sunt enim illi omnibus claris viris infensi. Quare clarissimi quique extra urbem vitam degere prætulerunt: Iphicrates quidem in Thracia, Conon in Cypro, Timotheus in Lesbo, Chares in Sigeo, Chabrias vero in Ægypto.»

120.

Deinde deficientibus ab Tacho Ægyptiis, ut Theopompus narrat, et Lyceas Naucratita in Ægyptiacis, nullam ei

Digitized by Google

αὐτῷ συμπράξας (Tacho Agesilaus) ἐποίησεν ἐκπεσόντα τῆς ἀρχῆς φυγεῖν εἰς Πέρσας. Cf. Plut. Ages. 38.

121.

Stephanus: Βούβαστος, πόλις Αἰγύπτου... λέγεται καὶ Βουβάστιος, παρὰ Θεοπόμπῳ.

122.

Mich. Apostolius Cent. VII, 37: Δούλων πόλις] ἐν Λιβύῃ. Ἔφορος ε'. Καὶ ἑτέρα ἱεροδούλων, ἐν ᾗ εἷς ἐλεύθερός ἐστιν· ἔστι δὲ καὶ ἐν Κρήτῃ Δουλόπολις, ὡς Σωσικράτης ἐν τῇ α' τῶν Κρητικῶν· ἔστι δέ τις καὶ περὶ Θράκην Πονηρόπολις, ἣν Φίλιππόν φασι συνοικίσαι, τοὺς ἐπὶ πονηρίᾳ διαβαλλομένους αὐτόθι συναγαγόντα, συκοφάντας καὶ ψευδομάρτυρας καὶ τοὺς συνηγόρους καὶ τοὺς ἄλλους πονηροὺς, ὡς δισχιλίους, ὡς Θεόπομπος ἐν ιγ' τῶν Φιλιππικῶν φησι. Eadem habet Suidas s. v. Δούλων πόλις et Πονηρόπολις.

Cf. Plutarch. Moral., p. 520, B: Ὥσπερ ἡ πόλις, ἣν ἐκ τῶν κακίστων καὶ ἀναγωγοτάτων κτίσας ὁ Φίλιππος Πονηρόπολιν προσηγόρευεν. Plin. H. N. IV, 13.

123.

Stephanus: Ἄνδειρα, πόλις, οὐδετέρως, ἐν ᾗ λίθος, ὃς καιόμενος σίδηρος γίγνεται· εἶτα μετὰ γῆς τινος καμινευθεὶς ἀποστάζει ψευδάργυρον· εἶτα κραθεὶς χαλκῷ, ὀρείχαλκος γίγνεται· Στράβων ιγ' καὶ Θεόπομπος ιγ'. Strabo XIII, p. 908, sua habere videtur ex Theopompo.

Heerenius de fontib. et auct. Justini (Nov. Commentat. Gœtting. XV, p. 219) ea quæ de turbis ob Aspasiam, Cyri pellicem, post necem fratris ab Artaxerxe in matrimonium receptam, inter parentem et filios motis narrantur a Justino X, 2, et Plutarcho Artaxerx. 36 sq., e Theopompo, tamquam e communi fonte fluxisse censet. Quod si verum est, ut est veri simile, de hac re Theopompus agere debuit libro decimo tertio.

LIBER XIV.

124.

Athenæus IV, p. 145, A: Θεόπομπος ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν, «Ὅταν, φησὶ, βασιλεὺς εἴς τινας ἀφίκηται τῶν ἀρχομένων, εἰς τὸ δεῖπνον αὐτοῦ δαπανᾶσθαι εἴκοσι τάλαντα, ποτὲ δὲ καὶ τριάκοντα· οἱ δὲ καὶ πολὺ πλείω δαπανῶσιν· ἑκάσταις γὰρ τῶν πόλεων κατὰ τὸ μέγεθος, ὥσπερ ὁ φόρος, καὶ τὸ δεῖπνον ἐκ παλαιοῦ τεταγμένον ἐστίν.» De re cf. Herodot. VII, 118.

125.

Longinus Περὶ ὕψους cap. 43, § 2: Ὁμοίως καὶ ὁ Θεόπομπος ὑπερφυῶς σκευάσας τὴν τοῦ Πέρσου κατάβασιν ἐπ' Αἴγυπτον, ὀνοματίοις τισὶ τὰ ὅλα διέβαλεν. «Ποία γὰρ πόλις ἢ ποῖον ἔθνος τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐπρεσβεύσατο πρὸς βασιλέα; τί δὲ τῶν ἐκ τῆς γῆς γεννωμένων ἢ τῶν κατὰ τέχνην ἐπιτελουμένων καλῶν ἢ τιμίων οὐκ ἐκομίσθη δῶρον ὡς αὐτόν; οὐ πολλαὶ μὲν καὶ πολυτελεῖς στρωμναὶ καὶ χλανίδες, τὰ μὲν ἁλουργεῖς, τὰ δὲ ποικίλται, τὰ δὲ λευκαὶ, πολλαὶ δὲ σκηναὶ χρυσαῖ, κατεσκευασμέναι πᾶσι τοῖς χρησίμοις, πολλαὶ δὲ καὶ ξυστίδες, καὶ κλῖναι πολυτελεῖς; ἔτι δὲ καὶ κοῖλος ἄργυρος καὶ χρυσὸς ἀπειργασμένος καὶ ἐκπώματα καὶ κρατῆρες, ὧν τοὺς μὲν λιθοκολλήτους, τοὺς δ' ἄλλους ἀκριβῶς καὶ πολυτελῶς εἶδες ἂν ἐκπεπονημένους; πρὸς δὲ τούτοις ἀναρίθμητοι τῶν ὅπλων μυριάδες, τῶν μὲν Ἑλληνικῶν, τῶν δὲ βαρβαρικῶν· ὑπερβάλλοντα δὲ τὸ

---

opem ferens (Tacho Agesilaus) eo adegit eum, ut amisso regno apud Persas salutem peteret.

121.

Bubastus, urbs Ægypti — A Theopompo etiam Bubastius dicitur.

122.

Servorum urbs] in Libya, ut Ephorus scribit libro quinto. Altera, sacrorum servorum urbs, in qua unus ingenuus est. Est etiam in Creta Dulopolis, ut ait Sosicrates de rebus Creticis, libro primo. Est et alia quædam in Thracia Πονηρόπολις, quam Philippum condidisse ferunt: qui eo omnes flagitiis infames conduxit, sycophantas, falsos testes, causidicos, et alios id genus facinorosos ad duo millia, ut ait Theopompus libro tertio decimo Rerum Philippicarum.

123.

Andera, neutro genere, urbs est in qua lapis reperitur, qui ustus in ferrum transit: deinde cum terra quadam in camino excoctus falsum argentum stillat; cum ære tandem permistus fit orichalcum, uti Strabo libro tertio decimo, et Theopompus eodem referunt.

LIBER XIV.

124.

Theopompus Rerum Philippicarum libro quarto decimo ait: « Quando rex (Persarum) ad aliquos suæ ditionis venit, in cœnam ejus impenduntur viginti talenta, nonnunquam vero etiam triginta. Sunt vero qui multo etiam amplius impendant. Singulis enim oppidis, pro ratione magnitudinis, quemadmodum tributum, sic et cœna antiquitus imperata est.

125.

Similiter et Theopompus, quum sublimem in modum parasset describere descensum Persarum in Ægyptum, verbis quibusdam minutis omnia reddidit odiosa: « Quæ enim civitas, vel quæ gens ex iis, quæ in Asia sunt, non legatos miserunt ad Regem? quid vero ex iis quæ terra proveniunt, vel ex iis rebus, quæ arte elaborantur, pulchris vel pretiosis, non dono illi missum fuit? nonne multæ sumtuosæ stragulæ et vestes, partim purpureæ, partim pictæ, partim albæ? nonne multa tentoria aurata, omnibus rebus utilibus instructa? nonne multæ etiam vestes tricliniares lectique pretiosi? nonne insuper etiam cælatum argentum aurumque fabricatum, poculaque et crateres, quorum alios videres gemmis adhærentibus ornatos, alios vero accurate et sumtuose elaboratos. Adhuc etiam ad eum mittebantur innumeræ armorum myriades, partim Græcorum, partim barbaricorum; et excedentia numerum jumenta, victimæque ad cædem designatæ

Digitized by Google

πλῆθος ὑποζύγια καὶ προς κατακοπὴν ἱερεῖα εἰς ταὐτά· καὶ πολλοὶ μὲν ἀρτυμάτων μέδιμνοι, πολλοὶ δ' οἱ θύλακοι καὶ σάκκοι καὶ χάρται βιβλίων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων χρησίμων. Τυσαῦτα δὲ κρέα τεταριχευμένα παντοδαπῶν ἱερείων, ὡς σωροὺς αὐτῶν γενέσθαι τηλικούτους, ὥστε τοὺς προσιόντας πόρρωθεν ὑπολαμβάνειν ὄχθους εἶναι καὶ λόφους ἀντωθουμένους. »

Pertinent hæc ad id tempus, quo Artaxerxes Ochus expeditionem paravit contra Phœnices rebelles. Cf. Diodor. XVI, 40. Verba πολλοὶ μὲν ἀρτυμάτων — χρησίμων ex eodem Theopompo laudat Athenæus II, p. 67, ubi vero pro ἀρτυμάτων legitur ἀρτύματος, et pro θύλακοι καὶ σάκκοι καὶ χάρται βιβλίων exhibetur : καὶ σάκκοι χάρτων καὶ βιβλίων. V. interpr.

LIBER XV.

126.

Athenæus XII, p. 531, A, B, C, D : Θεόπομπος δὲ ἐν πεντεκαιδεκάτῃ Φιλιππικῶν ἱστοριῶν Στράτωνά φησι τὸν Σιδώνιον βασιλέα ὑπερβάλλειν ἡδυπαθείᾳ καὶ τρυφῇ πάντας ἀνθρώπους. « Οἷα γὰρ τοὺς Φαίακας Ὅμηρος ποιεῖν μεμυθολόγηκεν, ἑορτάζοντας καὶ πίνοντας καὶ κιθαρῳδῶν καὶ ῥαψῳδῶν ἀκροωμένους, τοιαῦτα καὶ ὁ Στράτων διετέλει ποιῶν πολὺν χρόνον· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνων παρακεκινήκει πρὸς τὰς ἡδονάς, ὅσῳ οἱ μὲν Φαίακες, ὡς φησιν Ὅμηρος, μετὰ τῶν οἰκείων γυναικῶν καὶ θυγατέρων ἐποιοῦντο τοὺς πότους, ὁ δὲ Στράτων μετ' αὐλητρίδων καὶ ψαλτριῶν καὶ κιθαριστριῶν κατεσκεύαστο τὰς συνουσίας· καὶ μετεπέμπετο πολλὰς μὲν ἑταίρας ἐκ Πελοποννήσου, πολλὰς δὲ μουσουργοὺς ἐξ Ἰωνίας, ἑτέρας δὲ παιδίσκας ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, τὰς μὲν ᾠδικάς, τὰς δὲ ὀρχηστρικάς· ὧν εἰθιστο μετὰ τῶν φίλων ἀγῶνας τιθέναι, καὶ μεθ' ὧν συνουσιάζων διέτριβε· χαίρων μὲν τῷ βίῳ τῷ τοιούτῳ, καὶ δοῦλος ὢν φύσει τῶν ἡδονῶν, ἔτι δὲ μᾶλλον πρὸς τὸν Νικοκλέα φιλοτιμούμενος. Ἐτύγχανον γὰρ ὑπερφιλοτίμως ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους καὶ σπουδάζων ἑκάτερος αὐτὸς ἥδιον καὶ ῥᾳθυμότερον ποιεῖσθαι τὸν βίον· οἵ γε προῆλθον εἰς τοσαύτην ἁμιλλαν, ὡς ἡμεῖς ἀκούομεν, ὥστε πυνθανόμενοι παρὰ τῶν ἀφικνουμένων τάς τε παρασκευὰς τῶν οἰκιῶν καὶ τὰς πολυτελείας τῶν θυσιῶν τὰς παρ' ἑκατέρῳ γινομένας ἐφιλονείκουν ὑπερβάλλεσθαι τοῖς τοιούτοις ἀλλήλους. Ἐσπούδαζον δὲ δοκεῖν εὐδαίμονες εἶναι καὶ μακαριστοί. Οὐ μὴν περί γε τὴν τοῦ βίου τελευτὴν διηυτύχησαν, ἀλλ' ἀμφότεροι βιαίῳ θανάτῳ διεφθάρησαν. »

Strato, rex Sidoniorum, hoc loco commemoratus, idem esse videtur, quem Tennen vocat Diodorus XVI, 46, uti statuit Perizonius ad Ælian. VII, 2, cui adstipulatur Wichers. Nicocles ille filius est Evagoræ, ex Isocrate notus et Diodoro XV, 47. Cf. interpr. ad Diogen. Laert. 11, 129; IX, 59, Anton. Lib. p. 170 ibique Verheyk.

127.

Stephanus : Διωνία, πόλις, ἣν συγκαταλέγει ταῖς Κυπρίαις πόλεσι Θεόπομπος πεντεκαιδεκάτῃ Φιλιππικῶν.

128.

Idem : Κρήσιον, πόλις Κύπρου· Θεόπομπος Φιλιππικῶν πεντεκαιδεκάτῳ.

129.

Athenæus XII, p. 526, C : Θεόπομπος δ' ἐν πεν-

totidem : adhuc etiam multi condimentorum modii, multique culeoli et sacci chartarum, et librorum, aliarumque omnium rerum utilium. Tot vero missæ erant carnes sale conditæ omnigenarum pecudum, ut acervi earum tanti essent, ut illi, qui accederent, e longinquo suspicarentur eos esse colles tumulosque alteros contra alteros erectos. »

LIBER XV.

126.

Theopompus vero, decimo quinto libro Historiarum Philippicarum, Stratonem ait, Sidoniorum regem, luxu et deliciis omnes homines superasse. « Nam, quibus rebus occupatos Phæacas finxit Homerus, dies festos celebrantes, potantesque et citharœdos cantoresque audientes; talibus rebus Strato per longum temporis spatium continuam operam dedit : et tanto majore, quam illi, furore ad voluptates ferebatur, ut, quum Phæaces (ut ait Homerus) cum propriis uxoribus filiabusque compotationes instituerent, ille cum tibicinis et psaltriis et citharistriis ageret cœtus; arcessito magno meretricum numero ex Peloponneso, et musices peritarum ex Ionia, aliarumque puellarum ex universa Græcia, partim cantatricum, partim saltatricum : quarum etiam ludos et certamina instituere solebat cum amicis, et cum illis continuo consuescere. Nam et per se delectabatur tali vitæ genere, et natura servus erat voluptatum; sed magis etiam ad id ipsum agebat æmulatio, qua cum Nicocle contendebat. Mira enim ambitione hi duo inter sese decertabant, uterque studens delicata vita et mollitie superare alterum. Quæ inter illos æmulatio, quod quidem accepimus, eo usque progressa est, ut ex advenientibus uterque percunctatus quisnam esset apud alterum apparatus ædium, et quænam sacrificiorum epulorumque magnificentia, omni studio eniteretur ut illum talibus in rebus antecelleret. Summumque studium ambo in eo posuerunt, ut felices esse viderentur beatique prædicarentur. Nec vero ad finem usque vitæ felicitas ulla duravit : uterque enim violenta morte periit. »

127.

Dionia, urbs quam Theopompus libro quinto decimo Philippicorum inter Cyprias urbes recenset.

128.

Cresium, urbs Cypri, de qua Theopompus libro decimo quinto Philippicorum.

129.

Theopompus vero, Historiarum libro decimo quinto,

Digitized by Google

τεκαιδεκάτῳ Ἱστοριῶν, χιλίους φησὶν ἄνδρας αὐτῶν (Colophoniorum) ἁλουργεῖς φοροῦντας στολὰς ἀστυπολεῖν, ὅγε καὶ βασιλεῦσι σπάνιον τότ' ἦν καὶ περισπούδαστον. Ἰσοστάσιος γὰρ ἦν ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον ἐξεταζομένη. Τοιγαροῦν διὰ τὴν τοιαύτην ἀγωγὴν ἐν τυραννίδι καὶ στάσεσι γενόμενοι αὐτῇ πατρίδι διεφθάρησαν.

Ὅ γε καὶ βασ. Casaubonus in margine scripsit; vulgo ὅθεν. Coraes conjecit ὃ δή. Eadem de Colophoniis tradidit Xenophanes apud Athenæum l. l:

Ἦσαν εἰς ἀγορὴν παναλουργέα φάρε' ἔχοντες
οὐ μείους ἢπερ χίλιοι ὡς ἐπίπαν.

Inde sua hausisse Theopompum suspicatur Karsten De Xenophane. Ceterum ad Theopompi locum respexit Cicero in fragmento e libro septimo de Republica a Nonio servato: *Ut, quemadmodum scribit ille, quotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis, descenderent.*

130.

Pseudo-Plutarch. Vita X rhett. p. 833: Ὅτι δὲ ἀπὸ τῶν τριάκοντα ἀπέθανεν (Antiphon) ἱστορεῖ καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ.

Idem dicit Lysias Orat. pro fil. Antiph. ap. Plut. l. l.

131.

Harpocrat.: Κερκίδας· Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος τοὺς προδότας καταλέγων φησὶν, «Ἀρκάδας Κερκίδας.» Ὅτι δ' οὗτος τῶν τὰ Μακεδονικὰ φρονούντων ἦν, εἴρηκε καὶ Θεόπομπος ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ Φιλιππικῶν.

Cf. Demosthen. Pro coron. p. 188; De falsa legat. p. 256 sq. Polyb. XI, 48.

132.

Idem: Νότιον ... ὅτι ἐστὶ χωρίον προκείμενον τῆς Κολοφωνίων πόλεως Θεόπομπος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ φησίν.

LIBER XVI.

133.

Athenæus X, p. 444, E, F; p. 445, A: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν περὶ Ἄλεω Ῥοδίου διαλεγόμενός φησι· « Τοῦ Ἡγησιλόχου τὰ μὲν ἀχρείου γεγονότος ὑπὸ οἰνοφλυγίας καὶ κύβων, καὶ παντάπασιν οὐκ ἔχοντος ἰδίωμα (ἀξίωμα mavult Casaub.) παρὰ τοῖς Ῥοδίοις, ἀλλὰ διαβεβλημένου διὰ τὴν ἀσωτίαν τὴν τοῦ βίου καὶ παρὰ τοῖς ἑταίροις καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις πολίταις.» Εἶθ' ἑξῆς λέγων περὶ τῆς ὀλιγαρχίας, ἣν κατεστήσατο μετὰ τῶν φίλων, ἐπιφέρει· « Καὶ πολλὰς μὲν γυναῖκας εὐγενεῖς καὶ τῶν πρώτων ἀνθρώπων ἤσχυναν· οὐκ ὀλίγους δὲ παῖδας καὶ νεανίσκους διέφθειραν· εἰς τοῦτο δὲ προέβησαν ἀσελγείας, ὥστε καὶ κυβεύειν ἠξίωσαν πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐλευθέρων, καὶ διωμολογοῦντο τοὺς ἥττω τοῖς ἀστραγάλοις βάλλοντας ἥντινα χρὴ τῶν πολιτίδων τῷ νικῶντι εἰς συνουσίαν ἀγαγεῖν, οὐδεμίαν ὑπεξαιρούμενοι πρόφασιν, ἀλλ' ὅπως ἕκαστος ἦν δυνατὸς, πείθων ἢ βιαζόμενος, οὕτω προστάττοντες ἄγειν. Καὶ ταύτην τὴν κυβείαν ἐπαιζον μὲν καὶ τῶν ἄλλων Ῥοδίων τινὲς, ἐπιφανέστατα δὲ καὶ πλειστάκις αὐτὸς ὁ Ἡγησίλοχος ὁ προστατεῖν τῆς πόλεως ἀξιῶν. «

Ad quænam tempora hæc spectent, nescio. Wichers. Hegesilochum unum fuisse putat magistratuum, quos Lysander passim instituerat. Diod. XIV, 3, coll. 79.

LIBER XVII.

134.

Idem VI, p. 265, B, C: Θεόπομπος ἐν τῇ ἑβδόμῃ καὶ δεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν· « Χῖοι πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων μετὰ Θετταλοὺς καὶ Λακεδαιμονίους

---

scribit: « mille ex Colophoniis civibus purpureis stolis amictos per urbem incessisse: quod indumenti genus etiam regibus tunc rarum et studiose expetitum esse constat. Nam purpurea vestis, ad pondus exacta, æquali pondere argenti æstimabatur. Quare ob hoc vitæ institutum tyrannidi et intestinis dissensionibus impliciti, simul cum patria perierunt.

130.

Theopompus quoque quinto decimo Philippicorum libro scribit, Antiphontem a triginta istis eum trucidatum.

131.

Cercidas. Demosthenes pro Ctesiphonte, proditores recensens inquit, *Arcades Cercidas*. Cercidam ex fautoribus partium Macedonicarum fuisse testatur etiam Theopompus libro quinto decimo rerum Philippicarum.

132.

Notion. ... Est oppidum præjacens urbi Colophoniorum. Theopompus in quinto decimo.

LIBER XVI.

133.

Theopompus vero, sextodecimo libro Historiarum, de alio Rhodio loquens, ait: « Hegesilochus ad res gerendas inutilis redditus ebrietate et aleæ studio, et omnino in nulla apud Rhodios dignatione erat, sed ob vitæ luxuriam, cum apud familiares, tum apud reliquos cives infamis. » Deinde vero ubi de oligarchia disserit, quam ille cum suis sodalibus instituit, hæc subjicit: « Et multas nobiles feminas principumque virorum uxores vitiabant; puerosque haud paucos et adolescentulos corrumpebant: denique eo progressi sunt libidinosæ proterviæ, ut non vererentur tesseris inter se de ingenuis mulieribus ludere, paciscique quamnam ex ingenuis matronis hi, quibus jactus minor obtigisset, victori stuprandam adduceret: nec ullam admittebant exceptionem, sed quacunque ratione posset, sive persuadendo, sive vim adhibendo, adducere eam victus tenebatur. Et hoc tesserarum ludo utebantur etiam alii nonnulli Rhodiorum, sed maxime omnium et creberrime ipse Hegesilochus, is qui videri volebat præsidere civitati. »

LIBER XVII.

134.

Theopompus, decimo septimo Historiarum libro: « Clarii primi Græcorum post Thessalos et Lacedæmonios servi-

Digitized by Google

ἐχρήσαντο δούλοις, τὴν μέντοι κτῆσιν αὐτῶν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκείνοις. Λακεδαιμόνιοι μὲν γὰρ καὶ Θετταλοὶ φανήσονται κατασκευασάμενοι τὴν δουλείαν ἐκ τῶν Ἑλλήνων τῶν οἰκούντων πρότερον τὴν χώραν, ἣν ἐκεῖνοι νῦν ἔχουσιν, οἱ μὲν Ἀχαιῶν, Θετταλοὶ δὲ Περῥαιβῶν καὶ Μαγνήτων· καὶ προσηγόρευσαν τοὺς καταδουλωθέντας οἱ μὲν εἵλωτας, οἱ δὲ πενέστας. Χῖοι δὲ βαρβάρους κέκτηνται τοὺς οἰκέτας, καὶ τιμὴν αὐτῶν καταβάλλοντες. »

Cf. Schol. ad Theocrit. Idyll. XVI, 35, ubi item laudatur Theopompus, et Steph. Byz. v. Χῖος.

LIBER XVIII.

135.

Athen. VI, p. 252, A, B, C: Θεόπομπος δ' ἐν ὀκτωκαιδεκάτῃ Ἱστοριῶν περὶ Νικοστράτου Ἀργείου λέγων, ὡς ἐκολάκευε τὸν Περσῶν βασιλέα, γράφει καὶ ταῦτα· « Νικόστρατον δὲ τὸν Ἀργεῖον πῶς οὐ χρὴ φαῦλον νομίζειν; ὃς προστάτης γενόμενος τῆς Ἀργείων πόλεως καὶ παραλαβὼν καὶ γένος καὶ χρήματα καὶ πολλὴν οὐσίαν παρὰ τῶν προγόνων, ἅπαντας ὑπερεβάλετο τῇ κολακείᾳ καὶ ταῖς θεραπείαις οὐ μόνον τοὺς τότε στρατείας μετασχόντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔμπροσθεν γενομένους. Πρῶτον μὲν γὰρ οὕτως ἠγάπησε τὴν παρὰ τοῦ βαρβάρου τιμήν, ὥστε βουλόμενος ἀρέσκειν καὶ πιστεύεσθαι μᾶλλον ἀνεκόμισε πρὸς βασιλέα τὸν υἱόν· ὃ τῶν ἄλλων οὐδεὶς πώποτε φανήσεται ποιήσας· ἔπειτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὁπότε μέλλοι δειπνεῖν, τράπεζαν παρετίθει χωρὶς ὀνομάζων τῷ δαίμονι τοῦ βασιλέως, ἐμπλήσας σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, ἀκούων μὲν τοῦτο ποιεῖν καὶ τῶν Περσῶν τοὺς περὶ τὰς θύρας διατρίβοντας, οἰόμενος δὲ διὰ τῆς θεραπείας ταύτης χρηματιεῖσθαι μᾶλλον παρὰ τοῦ βασιλέως· ἦν γὰρ αἰσχροκερδὴς καὶ χρημάτων, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἕτερος, ἥττων. »

Hunc Nicostratum Artaxerxes Ochus Ægyptum subacturus ducem mercenariorum ab Argivis expetiverat. Diodor. XVI, 44.

LIBER XIX.

136.

Athenæus VI, p. 259, F; 260, A: Καὶ Θεόπομπος γὰρ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ (Epit. ἐν τῇ θ') τῶν Φιλιππικῶν φησιν· « Ἀγαθοκλέα δοῦλον γενόμενον καὶ τῶν ἐκ Θετταλίας Πενεστῶν Φίλιππος, μέγα παρ' αὐτῷ δυνάμενον διὰ τὴν κολακείαν, καὶ ὅτι ἐν τοῖς συμποσίοις συνὼν αὐτῷ ὠρχεῖτο καὶ γέλωτα παρεσκεύαζεν, ἀπέστειλε διαφθεροῦντα Περῥαιβοὺς καὶ τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ἐπιμελησόμενον. Τοιούτους δ' εἶχεν ἀεὶ περὶ αὑτὸν ἀνθρώπους ὁ Μακεδών, οἷς διὰ φιλοποσίαν καὶ βωμολοχίαν πλείω χρόνον ὡς τὰ πολλὰ συνδιέτριβε καὶ συνήδρευε περὶ τῶν μεγίστων βουλευόμενος. »

LIBER XX.

137.

Idem IX, p. 401, B: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν περὶ τὴν Βισαλτίαν φησὶ λαγωοὺς γίνεσθαι δύο ἥπατα ἔχοντας.

Eadem, Theopompo auctore, Ælian. V. H. V, 27 et XI, 48, Stephan. v. Βισάλτια et Aul. Gellius N. A. XVI, 15. Cf. Aristot. in Mir. ausc.

---

sunt usi: ad quorum possessionem quidem non eadem via pervenerunt. Lacedæmonios enim et Thessalos servitia sua sibi parasse novimus e Græcis, regionem eam, quam ipsi nunc tenent, prius habitantibus: illi quidem ex Achæis; Thessali vero, e Perrhæbis et Magnetibus. Et dominarunt redactos a se in servitutem, illi quidem Helotas, hi Penestas. Chii vero barbaris utuntur servis, quos soluto pro eis pretio possident. »

LIBER XVIII.

135.

Theopompus vero decimo octavo Historiarum libro, de Nicostrato Argivo loquens, qui Persarum regi adulatus est, cum alia scribit, tum hæc: « Nicostratum vero Argivum quo pacto nequitiæ crimine absolvamus? Qui, quum civitati præesset Argivorum, et genus et pecuniam et multas opes a majoribus accepisset, adulatione et servilibus obsequiis omnes anteivit, non modo expeditionis illius participes, sed etiam superiores. Primum enim tanti fecit honorari a Rege, ut, quo magis se in illius gratiam idemque insinuaret, filium suum ad Barbarum adduceret; quod nemo aliorum unquam fecisse comperietur. Deinde quotidie, quando cœnam erat capturus, seorsum mensam posuit Genio regis consecratam, cibis et rebus omnibus ad cœnam pertinentibus abunde instructam. Nempe quum intellexisset a Persis hoc fieri circa aulam regiam viventibus, eodem obsequii genere sperabat majores divitias a rege se impetraturum: erat enim turpis lucri avidus, et pecuniæ ita deditus, ut nesciam an nemo magis. »

LIBER XIX.

136.

Nam et Theopompus, decimo nono Philippicorum, scribit: « Agathoclem, qui servus fuerat et unus ex Penestis Thessalicis, Philippus, apud quem multum ille valebat propter adsentationem, et quod in conviviis sodalis saltaret et risum regi moveret, misit qui Perrhæbos perderet, et res ipsius ibi curaret. Tales vero homines semper circa se habebat Macedo; quibuscum propter bibacitatem et scurrilitatem plurimum temporis trivit, in eorumque consessu de rebus maximis deliberavit. »

LIBER XX.

137.

Theopompus vero vigesimo Historiarum libro scribit, circa Bisaltiam lepores gigni, bina habentes jecinora.

Digitized by Google

138.

Stephanus: Σιρρὰ, πόλις Θρᾴκης· Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν εἰκοστῷ.

139.

Theon. Prog. c. 2: Καὶ ἐν τῇ εἰκοστῇ Θεοπόμπου τῶν Φιλιππικῶν, ὁ [μῦθος] τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὕβρεως, ὃν ὁ Φίλιππος διεξέρχεται πρὸς τοὺς αὐτοκράτορας τῶν Χαλκιδέων. Cf. Justin. VIII, 3.

LIBER XXI.

140.

Strabo VII, p. 488 A, B.=317 Tzsch.: Φησὶ δὲ ὁ Θεόπομπος τῶν ὀνομάτων (maris Ionii et Adriatici) τὸ μὲν ἥκειν ἀπὸ ἀνδρὸς ἡγησαμένου τῶν τόπων, ἐξ Ἴσσης τὸ γένος· τὸν Ἀδρίαν δὲ ποταμοῦ ἐπώνυμον γεγονέναι. Στάδιοι δ' ἀπὸ τῶν Λιβυρνῶν ἐπὶ τὰ Κεραύνια μικρῷ πλείους ἢ δισχίλιοι. Θεόπομπος δὲ τὸν πάντα ἀπὸ τοῦ μυχοῦ πλοῦν ἡμερῶν ἓξ εἴρηκε· πεζῇ δὲ τὸ μῆκος τῆς Ἰλλυρίδος καὶ τριάκοντα· πλεονάζειν δέ μοι δοκεῖ. Καὶ ἄλλα δ' οὐ πιστὰ λέγει· τότε συντετρῆσθαι τὰ πελάγη, ἀπὸ τοῦ εὑρίσκεσθαι κέραμόν τε Θάσιον καὶ Χῖον ἐν τῷ Νάρωνι· καὶ τὸ ἄμφω κατοπτεύεσθαι τὰ πελάγη ἀπό τινος ὄρους, καὶ τῶν νήσων τῶν Λιβυρνίδων τὴν θέσιν, ὥστε κύκλον ἔχειν καὶ πεντακοσίων σταδίων, καὶ τὸ τὸν Ἴστρον ἑνὶ τῶν στομάτων εἰς τὸν Ἀδρίαν ἐμβάλλειν.

Pro ἐξ Ἴσσης, quod dedit Siebenkees., Codd. habent ἐξ Ἴσης. Emendandi vel supplendi viam monstrat Schol. Apollon. Rh. IV, 308: Ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Ἰονίου τὸ γένος Ἰλλυριοῦ, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ. Adde Schol. Pind. Pyth. III, 120: Τὸ Ἰόνιον πέλαγος τὸ περὶ Σικελίαν τὸ ὄνομα ἔλαβεν, ὡς μὲν ἔνιοι, ἀπὸ Ἰοῦς· Θεόπομπος δὲ ἀπὸ Ἰονίου, ἀνδρὸς Ἰλλυριοῦ. Tzetz. ad Lycophr. 631: Ὁ Θεόπομπος καὶ ἄλλοι φασὶν (τὸν Ἰόνιον κληθῆναι) ἀπὸ Ἰονίου Ἰλλυριοῦ τὸ γένος, βασιλεύσαντος τοῦ τόπου. Cf. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 92: Οἱ δέ φασιν ἀπὸ Ἰάονος, ἀνδρὸς Ἰταλοῦ, ἢ ἀπὸ Ἰονίου, ἀνδρὸς Ἰλλυριοῦ Ionium mare nominatum esse. — Etiam quæ sequuntur apud Strabonem, τὸν Ἀδρίαν δὲ ποταμοῦ ἐπώνυμον γεγονέναι, suspicionem moverunt. Nam in eodem (V, p. 328) legimus: Τὴν δὲ Ἀδρίαν ἐπιφανῆ γενέσθαι πόλιν φασὶν, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ κόλπῳ γενέσθαι τῷ Ἀδρίᾳ, μικρὰν μετάθεσιν λαβόν. Atque Tzetz. l. l. ex Theopompo docet Ionium filium fuisse Ἀδρίου, τοῦ περὶ τοῦτο τὸ πέλαγος κτίσαντος πόλιν τὴν λεγομένην Ἀδρίαν. Justinus denique XX, 1, Theopompum, ut videtur, secutus: *Adria quoque Illyrici maris proxima, quæ et Adriatico mari nomen dedit, Græca urbs est.* (Vide tamen de h. l. Niebuhr. H. R. I, p. 56.) Cf. Etym. M. v. Ἀδρίας. Sed hæc omnia nil cogunt, ut pro ποταμοῦ cum Casaubono legamus πόλεως.

141.

Stephanus: Λάδεστα, ἡ Λάδεστον, μία τῶν Λιβυρνίδων νήσων· Θεόπομπος κα' Φιλιππικῶν.

142.

Athenæus XII, p. 526, F: Κἀν τῇ πρώτῃ δὲ πρὸς ταῖς εἴκοσι τῶν Φιλιππικῶν τὸ τῶν Ὀμβρίκων φησὶν ἔθνος, ἔστι δὲ περὶ τὸν Ἀδρίαν, ἐπιεικῶς εἶναι ἀβροδίαιτον, παραπλησίως τε βιοτεύειν τοῖς Λυδοῖς, χώραν τε ἔχειν ἀγαθὴν, ὅθεν προελθεῖν εἰς εὐδαιμονίαν.

143.

Ælianus H. A. XVII, 16: Θεόπομπος λέγει, τοὺς περὶ τὸν Ἀδρίαν οἰκοῦντας Ἐνετοὺς, ὅταν περὶ τὸν ἄροτον τρίτον καὶ σπόρον ἡ ὥρα ᾖ, τοῖς κολοιοῖς ἀποστέλλειν δῶρα, εἰη δ' ἂν τὰ δῶρα ψαιστὰ ἄττα, καὶ μεμαγμέναι μᾶζαι καλῶς τε καὶ εὖ· βεβούλευται δὲ ἁρα

138.

Sirha, urbs Thraciæ. Theopompus in Philippicorum vigesimo.

139.

Itemque in vigesimo Rerum Philippi apud Theopompum libro, belli et injuriarum expositio, quam ibi legatis Chalcidensium, de summa rerum ad se missis, facit Philippus.

LIBER XXI.

140.

Theopompus ait, Ionii maris nomen esse ortum ab Ionio qui istis locis imperaverit, gente Illyrius (Issæus): Adriæ cognomentum a flumine esse deductum. Stadia sunt a Liburnis ad Ceraunios montes paullo plura duobus millibus. Theopompus totam ab intimo sinu navigationem sex dierum esse perhibuit: terrestri autem itinere Illyricum ad triginta dies peragrari. Videtur autem nimium dicere mihi. Sed et alia parum credibilia profert, veluti quum maria ait cavernis seu foraminibus quibusdam in imo latentibus coire, eo argumento, quod later Thasius et Chius in Narone inventus sit: et quod utrumque mare e monte quodam cerni affirmat, et insulis Liburnicis ambitum statuit quingentorum stadiorum; et quod Istrum uno ostiorum suorum in Adriam effluere tradit.

141.

Ladesta, sive Ladestum, una ex insulis Libyrnidum, de qua Theopompus libro vigesimo primo Philippicorum.

142.

Libro vero primo et vicesimo Philippicorum, Umbrorum gentem ait, circa Adriaticum mare incolentem, molitiei admodum esse deditam, idemque vitæ genus atque Lydos sectantem: incolereque fertilem regionem, unde ad opulentiam sint evecti.

143.

Theopompus Venetos inquit Adriam accolentes, quum arationis tertiæ et sementis faciendæ tempus adest, monedulis placentas quasdam, et mazas optime confectas

Digitized by Google

ἡ τῶνδε τῶν δώρων πρόθεσις μειλίγματα τοῖς κολοιοῖς εἶναι καὶ σπονδῶν ὁμολογίαι, ὡς ἐκείνους τὸν καρπὸν τὸν Δημήτριον μὴ ἀνορύττειν καταβληθέντα εἰς τὴν γῆν, μηδὲ παρεκλέγειν.

Eandem rem narrat Antigon. Caryst. Ἱστορ. παραδοξ. c. ult: Τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἀδρίαν ἐνοικοῦντας Ἐνετοὺς, Θεόπομπον φάσκειν, κατὰ τὸν σπόρου καιρὸν τοῖς κολοιοῖς ἀποστέλλειν δῶρα· ταῦτα δ' εἶναι ψαιστὰ καὶ μάζας· προσθέντας δὲ τοὺς ταῦτα κομίζοντας ἀποχωρεῖν· τῶν δὲ ὀρνέων τὸ μὲν πλῆθος ἐπὶ τοῖς ὁρίοις μένειν τῆς χώρας συνηθροισμένον· δύο δ' ἢ τρεῖς προσπτάντας καὶ καταμαθόντας ἀφίπτασθαι πάλιν, καθάπερ εἴ τινας πρεσβεῖς ἢ κατασκόπους. Ἐὰν μὲν οὖν τὸ πλῆ[θος τῶν κολοιῶν γεύσωνται τῶν δώρων, οὐχ ὑπερβαίνουσιν ἐπὶ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ οἴδασιν οἱ Ἐνετοὶ, ὅτι ἔσονται ἐν εἰρήνῃ· ἐὰν δὲ μὴ γεύσωνται, ὡσεὶ πολεμίων ἔφοδον αὐτοῖς γινομένην οὕτω προσδοκῶσι]. Postrema uncis inclusa ex Aristot. Mir. Auscult. c. 129 supplevit Bentleius.

144.

Plinius H. N. III, 9: *Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, urbem* [Romam] *duntaxat a Gallis captam dixit.*

« Memoratu dignum est Justinum l. XX Græcas urbes in Italia recensentem, verbo tantum, prorsus ut Theopompus fecit, Romam memoravisse, c. 5: *Sed Dionysium gerentem bellum, legati Gallorum, qui ante menses Romam incenderant, societatem amicitiamque petentes adeunt.* Cf. VI, 6. Ut non dubitem, quin ita Theopompi exemplo egerit. Quoniam vero quas regiones et gentes Theopompus hoc libro memorat, Adriam, Umbros, Venetos, earundem mentio fit a Justino, et hic in iis ipsis recensendis Romam a Gallis captam retulit, suspicor ad hunc librum pertinere fragmentum sive potius indicium Theopompi apud Plinium. Accedit, quod Justinus hæc retulit Dionysii in Italiam expeditionem enarrans, quæ Theopompo item occasionem præbuisse videntur, ut de iisdem rebus ageret, siquidem hoc libro de Dionysio tyranno quædam exposuit, ut constat ex fragm. 146. » *Wichers.*

145.

Athenæus XIV, p. 650, A: Θεόπομπος δ' ἐν εἰκοστῇ πρώτῃ Φιλιππικῶν μνημονεύει αὐτῶν (τῶν κοννάρων καὶ παλιούρων).

146.

Idem VI, p. 261, A: Καὶ περὶ Διονυσίου δὲ τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς ταῖς εἴκοσι· « Διονύσιος ὁ Σικελίας τύραννος τοὺς ἀποβάλλοντας τὰς οὐσίας εἰς μέθας καὶ κύβους καὶ τὴν τοιαύτην ἀκολασίαν· ἡδούλετο γὰρ ἅπαντας εἶναι διεφθαρμένους καὶ φαύλους· οὓς καὶ εὖ περιεῖπε. »

In postremis Casaubonus restituendum putat οὓς ἐφίλει καὶ εὖ περιεῖπε. Schweighæuserus post οὓς omissum statuit ἀνελάμβανεν. Paullo ante enim Athen. dixit: Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς ἀποβάλλοντας τὰς οὐσίας εἰς μέθας καὶ κύβους, καὶ τὴν τοιαύτην ἀκολασίαν, οὐ μόνον ὁ Διονύσιος ἀνελάμβανεν, ἀλλὰ καὶ ὁ Φίλιππος. Quæ postrema simul indicant, nisi fallor, quomodo Theopompus hoc Philippicorum libro ad res Dionysii fecerit digressionem.

147.

Idem XII, p. 532, F: Καίτοι ὁ πατὴρ αὐτῶν Πεισίστρατος μετρίως ἐχρῆτο ταῖς ἡδοναῖς, ὥστ' οὐδ' ἐν τοῖς χωρίοις οὐδ' ἐν τοῖς κήποις φύλακας ἐφίστα, ὡς Θεόπομπος ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ εἰκοστῇ, ἀλλ' εἶα τὸν βουλόμενον εἰσιόντα ἀπολαύειν καὶ λαμβάνειν ὧν δεηθείη.

« Suspicor Theopompum in iis, quæ hoc fragmentum præcedunt, narrasse Dionysium, tyrannidem sibi vindicaturum, eo multitudinem adduxisse, ut sexcentos custodes, quos ipse vellet, eligendi potestatem ipsi facerent, Pisistrati Atheniensis exemplum imitatum, ut legimus apud Diodorum XIII, 95. Atque ea occasione incidit fortasse Theopompus in Pisistrati mentionem, qui tamen custodibus illis ad tyrannidem comparandam tantum, non vero ad eam sæviter exercendam usus est; siquidem eos post-

---

muneri mittere; quæ quidem idcirco proponunt, ut velut placamenta monedulis sint, et induciæ cum iis pactæ, ne Cereris fructum terræ commissum refodiant, aut sublegant.

Venetos Adriam accolentes Theopompus ait sementis tempore monedulis munera mittere: hæc constare ex placentis et mazis: his expositis abire qui apportaverint; avium autem multitudinem in terræ confinibus manere congregatam, duas vero vel tres advolare, et quum res recognoverint, rursus avolare, quasi legatos quosdam et exploratores. Si monedularum multitudo munera gustat, in eorum terram non volant, atque sciunt Veneti, se in pace futuros esse: si vero non gustant, quasi hostium invasionem sibi imminere prævident.

145.

Meminit vero eorundem (connarorum et paliurorum) et Theopompus libro primo et vicesimo Philippicorum.

146.

De Dionysio eadem narrat idem scriptor primo et vicesimo libro: « Dionysius Siciliæ tyrannus, inquit, eos [maxime recipiebat], qui patrimonium suum in compotationes et in aleam et id genus lasciviæ prodigerent. Volebat enim omnes esse perditos et flagitiosos: talesque homines adsciscebat fovebatque. »

147.

At pater illorum (Hippiæ et Hipparchi) Pisistratus moderate usus erat voluptatibus; ita quidem ut nec prædiis suis nec hortis custodes præficeret, ut narrat Theopompus libro vicesimo primo, sed volenti cuique potestatem faceret intrandi fruendique, et sumendi quod cuperet.

Digitized by Google

ea dimisit; quid, quod ne hortos quidem suos et prædia ab iis muniri sivit, sed cuivis, quibus indigeret, ea inde sumere permisit.» *Wichers.*

148.

Harpocrat.: Λύκειον ... ἓν τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων ἐστὶ Λύκειον· ὁ Θεόπομπος μὲν ἐν τῇ κα' (vulgo ἐν τῇ κατὰ) Πεισιστράτου (leg. Πεισίστρατον ex Suida et cod. Coisl.) ποιῆσαί [φησιν]. Præter Suidam hæc exscripsit Photius.

LIBER XXII.

149.

Athenæus X, p. 442, F: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ περὶ Χαλκιδέων ἱστορῶν τῶν ἐν Θράκῃ φησίν· «Ἐτύγχανον γὰρ τῶν μὲν βελτίστων ἐπιτηδευμάτων ὑπερορῶντες, ἐπὶ δὲ τοὺς πότους καὶ ῥαθυμίαν καὶ πολλὴν ἀκολασίαν ὡρμηκότες ἐπιεικῶς. Τὸ δ' εἰσὶ πάντες οἱ Θρᾷκες πολυπόται.»

150.

Stephanus: Χυτρόπολις, Θράκης χωρίον. Θεόπομπος Φιλιππικῶν εἰκοστῷ δευτέρῳ· «Παρῆλθεν ἡ Χυτρόπολις χω * ἀπῳκισμένον ἐξ Ἀφύτεως.» Τὸ ἐθνικὸν ἐξῆς ἐπάγει· «Εἰσδεξαμένων δὲ τῶν Χυτροπολιτων αὐτῶν.»

Pinedo conjecit: παρῆλθεν Χρυσόπολιν χώριον.

151.

Harpocrat.: Θέρμαν, Αἰσχίνης ἐν τῇ παραπρεσβείας ἀπολογίᾳ. Θρᾴκιον τοῦτό ἐστι πόλισμα, ὡς καὶ Θεόπομπος ἐν εἰκοστῇ δευτέρᾳ φησίν.

Plurimis Therma urbs est Macedoniæ. Ne tamen propterea cum Wichersio statuam Theopompum de alia hujus nominis urbe cogitasse, vetat Steph.: Θέρμη, πόλις Θράκης, Ἀπολλόδωρος δὲ Μακεδονίας φησὶ καὶ Θουκυδίδης, et fragmentum Hecatæi (116) apud eundem: Ἐν δ' αὐτῷ (Θερμαϊκῷ κόλπῳ) Θέρμη, πόλις Ἑλλήνων Θρηίκων.

152.

Steph. Byz.: Θέστωρος, ὡς Κύτωρος, πόλις Θράκης· Θεόπομπος εἰκοστῇ δευτέρᾳ.

153.

Idem: Ὀμάριον, πόλις Θετταλίας· Θεόπομπος Φιλιππικῶν εἰκοστῷ δευτέρῳ.

154.

Idem: Σύμαιθα, πόλις Θετταλίας. Ὁ πολίτης Συμαιθεὺς, ὡς Θεόπομπος Φιλιππικῶν εἰκοστῷ δευτέρῳ.

LIBER XXIII.

155.

Athenæus X, p. 436, B, C: Ἐν δὲ τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ περὶ Χαριδήμου τοῦ Ὠρείτου διηγούμενος, ὃν Ἀθηναῖοι πολίτην ἐποιήσαντο, φησί· «Τήν τε γὰρ δίαιταν ἑωρᾶτο τὴν καθ' ἡμέραν ἀσελγῆ καὶ τοιαύτην ποιούμενος, ὥστε πίνειν καὶ μεθύειν ἀεὶ, καὶ γυναῖκας ἐλευθέρας ἐτόλμα διαφθείρειν· καὶ εἰς τοσοῦτον προῆλθεν ἀκρασίας, ὥστε μειράκιόν τι παρὰ τῆς βουλῆς τῆς τῶν Ὀλυνθίων αἰτεῖν ἐπιχείρησεν, ὃ τὴν μὲν ὄψιν ἦν εὐειδὲς καὶ χάριεν, ἐτύγχανε δὲ μετὰ Δέρδου τοῦ Μακεδόνος αἰχμάλωτον γεγενημένον.» Ejusdem mentionem facit Ælian. V. H. II, 41.

156.

Stephanus: Αἰόλιον, τῆς Θράκης Χερρονήσου πόλις. Θεόπομπος ἐν Φιλιππικοῖς εἰκοστῇ τρίτῃ· «Ἐπορεύθην εἰς πόλιν Αἰόλιον τῆς Ἀττικῆς μὲν οὖσαν, πολιτευομένην δὲ μετὰ Χαλκιδέων.» Berkelius legen-

---

148.

Lyceum, est unum e gymnasiis Atheniensium: quod Theopompus in vigesimo primo, Pisistrato regnante exstructum fuisse testatur.

LIBER XXII.

149.

Theopompus vero, libro secundo et vicesimo, de Chalcidensibus Thraciæ narrans, ait: «Optima instituta hi insuper habentes, in compotationes et mollitiem et omne genus flagitiosæ luxuriæ prorsus ruebant. Sunt autem tales Thraces omnes bibaces.»

150.

Chytropolis, Thraciæ castellum. Theopompus Philippicorum secundo et vicesimo: «Pervenit Chytropolin castellum, Aphytis coloniam.» Gentile deinde adducit: «Excipientibus vero Chytropolitis eum.»

151.

Therma, Æschines in Apologia de falsa legatione. Est Thraciæ oppidulum, ut Theopompus testatur libro Rerum Philippicarum vigesimo secundo.

152.

Thestorus, ut Cytorus, urbs Thraciæ. Theopompus libro vigesimo secundo.

153.

Omarium, urbs Thessaliæ, de qua Theopompus libro secundo et vigesimo Philippicorum.

154.

Symætha, urbs Thessaliæ. Civis Symætheus, ut Theopompus Philippicorum secundo et vicesimo.

LIBER XXIII.

155.

Libro vicesimo tertio de Charidemo Orita disserens, quem Athenienses civitate donaverant, (Theopompus) ait: «Nam quotidianæ vitæ rationem palam ita lascivam luxuriosamque instituit, ut assidue potaret temulentusque esset, et ingenuis mulieribus vim inferre conaretur. Denique eo usque progressus est intemperantiæ, ut a senatu Olynthiorum adolescentulum aliquem poscere auderet formosum venustumque, qui cum Derda Macedone captivus erat factus.»

156.

Æolium, Thraciæ peninsulæ oppidum, de quo Theopompus Rerum Philippicarum libro tertio et vigesimo: «Profectus sum Æolium, Atticæ urbem, sed quæ legibus Chalcidensium utitur.»

Digitized by Google

dum putavit: μετὰ δὲ πολιτευομένην ὑπὸ τῶν Χαλκιδίων.

157.

Idem: Βρεὰ, πόλις, εἰς ἣν ἀποικίαν ἐστείλαντο Ἀθηναῖοι. Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βρεάτης· ἔστι δὲ Βρεαῖος παρὰ Θεοπόμπῳ, εἰκοστῷ τρίτῳ.

De hac urbe aliunde nil constat, nisi huc referre velis Strabon. VII, p. 491, ubi vox *Bria* Thracum lingua urbem significare dicitur.

LIBER XXIV.

158.

Stephan.: Βαίτιον, πόλις Μακεδονίας· Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ.

159.

Idem: Γαστρωνία, χώρα Μακεδονίας· Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ. Cf. fr. 265, ubi eadem appellatur Γραιστωνία.

160.

Idem: Ἄρης, Ἄρητος, ὡς Μένδητος, χωρίον Εὐβοίας· Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ Φιλιππικῶν.

161.

Idem: Ὄκωλον, χωρίον Ἐρετριέων· Θεόπομπος Φιλιππικῶν εἰκοστῷ τετάρτῳ.

162.

Idem: Σκάβαλα, χώρα Ἐρετριέων· Θεόπομπος εἰκοστῷ τετάρτῳ Φιλιππικῶν.

163.

Idem: Δύστος, πόλις Εὐβοίας· Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν κδ'· «Ἀποστήσας δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ περιοικίᾳ τῶν Ἐρετριέων, ἐστράτευσεν ἐπὶ πόλιν Δύστον.»

164.

Strabo X, p. 683, B: Θεόπομπος δέ φησι Περικλέους χειρουμένου τὴν Εὔβοιαν, τοὺς Ἱστιαιεῖς καθ' ὁμολογίαν εἰς Μακεδονίαν μεταστῆναι, δισχιλίους δ' ἐξ Ἀθηναίων ἐλθόντας τὸν Ὠρεὸν οἰκῆσαι, δῆμον ὄντα πρότερον τῶν Ἱστιαιέων.

«Quum ex aliis fragmentis constet, Wichersius ait, Theopompum hoc libro de Eubœa egisse, suspicor fragmentum hocce apud Strabonem, in quo enarrat insulam a Pericle subactam eoque missos esse colonos, ex eodem libro esse desumtum, urbesque, quarum nomina in ceteris fragmentis occurrunt, in eadem re narranda a Theopompo esse memoratas. Pericles igitur in Eubœam, quæ antea sub Atheniensium potestate fuerat, postea defecerat, veniens, totam eam subegit, ut tradit Thucydides I, 114; eademque, opinor, retulit Theopompus in locis, quæ nunc urbium tantum nomina continent, quod item quodammodo efficio ex ejus verbis apud Stephanum v. Δύστος (fr. 163). Insula subacta Χαλκιδέων τοὺς ἱπποβότας λεγομένους, πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέροντας, ἐξέβαλε Pericles, ut scripsit Plutarch. in Vita c. 23, cujus fortasse rei Chius meminit, quum de Chalcidensium urbe Assera agebat, Histiæenses autem sedes relinquere inque Macedoniam (Fortasse in urbes Bætium et Gastroniam hoc libro a Theopompo memoratas) migrare jussit, ut præter Theopompum tradit Thucydides et, post eos, Diodorus XII, 22 et Plutarchus l. l.» De numero Atheniensium, qui Oreum migrarunt, a nostro discrepat Diodor. XV, 30. De Oreo antea Histiæa nominata cf. Schol. Thucyd. l. l., Strabo l. l., Stephan. Byz. s. v. Ἱστίαια (ubi pro Ὠρωπός leg. Ὀρεός), Pausan. VII, 7.

165.

Stephanus: Ἄσσηρα, οὐδετέρως, πόλις Χαλκιδέων. Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ.

166.

Stephanus: Ἀσσησός, πόλις Μιλησίας γῆς. Θεόπομπος Φιλιππικῶν εἰκοστῇ τετάρτῃ. «Particula

---

157.

Brea, urbs in quam Athenienses coloniam misere. Gentile oportebat esse Breates, verum Breæus reperitur apud Theopompum libro tertio et vicesimo.

LIBER XXIV.

158.

Bætium, urbs Macedoniæ, teste Theopompo libro quarto et vigesimo.

159.

Gastronia, regio Macedoniæ, cujus meminit Theopompus libro quarto et vigesimo.

160.

Ares, Aretis, uti Mendetis, castellum Eubœæ, auctore Theopompo Philippicorum libro quarto et vigesimo.

161.

Ocólum, castellum Eretriensium, de quo Theopompus libro quarto et vigesimo Philippicorum.

162.

Scabala, regio Eretriensium Theopompus Philippicorum quarto et vicesimo.

163.

Dystus, urbs Eubœæ. Theopompus Rerum Philippicarum libro quarto et vicesimo: «Relinquens autem eos qui in vicinia Eretriensium habitant, exercitum duxit contra Dystum.»

164.

Theopompus scribit, Eubœa a Pericle subacta, Histiæenses ex pacto in Macedoniam commigrasse, duo autem Atheniensium millia Oreum in coloniam ivisse, quæ curia Histiæensis fuerat.

165.

Assèra, genere neutro, urbs Chalcidensium, cujus Theopompus libro quarto vigesimo meminit

166.

Assesus, oppidum agri Milesii, de quo Theopompus libro quarto et vigesimo Philippicorum mentionem facit.

Digitized by Google

est fortasse hoc fragm. enarrationis belli inter Samios et Milesios de Priene, de qua Thuc. I, 115; Diodor. XII, 27; Plut. Pericl. c. 25. » *Wichers.*

LIBER XXV.

167.

Theo Prog. c. 2, p. 17 seq.: Παρὰ δὲ Θεοπόμπου ἐκ τῆς πέμπτης καὶ εἰκοστῆς τῶν Φιλιππικῶν [ἔστι λαβεῖν] ὅτι Ἑλληνικὸς ὅρκος καταψεύδεται, ὃν Ἀθηναῖοί φασιν ὀμόσαι τοὺς Ἕλληνας πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Πλαταιαῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους· καὶ αἱ πρὸς βασιλέα Δαρεῖον (l. Ξέρξην) Ἀθηναίων καὶ πρὸς Ἕλληνας (l. καὶ τῶν Ἑλλήνων) συνθῆκαι· « ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην, οὐχ ἅμα πάντες ὑμνοῦσι γεγενημένην, καὶ ὅσα ἄλλα, φησίν, ἡ Ἀθηναίων πόλις ἀλαζονεύεται καὶ παρακρούεται τοὺς Ἕλληνας. »

In iis quæ de jurejurando dicit Theopompus, secutus videtur Isocratem, qui illud non ab Atheniensibus, nec simpliciter a Græcis, ut Lycurgus in Orat. in Leocrat. p. 158 et Diodor. XI, 29 referunt, sed a solis Ionibus præstitum memorat. Quomodo Theopompus probaverit commentitia fuisse Atheniensium fœdera post victoriam ad Eurymedontem facta cum rege Persarum, quod idem asseveravit Callisthenes teste Plutarcho in Cim. 13, id intelligitur ex iis, quæ jam sequuntur. Ceterum v. Krügeri comment. *De pace Cimonis* in *Archiv. für Philol. u. Pædagog.* 1824, II, p. 205 sqq.

168.

Harpocrat.: Ἀττικοῖς γράμμασι ... Θεόπομπος δ' ἐν τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τῶν Φιλιππικῶν ἐσκευωρῆσθαι λέγει τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας, ἃς οὐκ Ἀττικοῖς γράμμασιν ἐστηλιτεῦσθαι ἀλλὰ τοῖς τῶν Ἰώνων.

169.

Suidas: Σαμίων ὁ δῆμος. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις ἐπισκώπτων τοὺς ἐστιγμένους. Οἱ γὰρ Σάμιοι καταπονηθέντες ὑπὸ τῶν τυράννων, σπάνει τῶν πολιτευομένων, ἐπέγραψαν τοῖς δούλοις ἐκ ε' στατήρων τὴν ἰσοπολιτείαν· ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Σαμίων πολιτείᾳ. Ἢ ὅτι παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ κδ' γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἄνδρων ἐν Τρίποδι· τοὺς δ' Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναίου ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου· τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης, ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου, καὶ ἐπὶ Εὐκλέους· περὶ δὲ τοῦ πείσαντος ἱστορεῖ Θεόπομπος. Eadem apud Photium in Lex. h. v. V. Bergkium ad fragmenta Aristophanis, p. 78 seqq.

170.

Schol. Pindari Olymp. XIII, vs. 32: Θεόπομπος δέ φησι καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν (τῶν Κορινθίων) εὔξασθαι τῇ Ἀφροδίτῃ, ἔρωτα ἐμπεσεῖν τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν, μάχεσθαι ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τοῖς Μήδοις, εἰσελθούσας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης, ὅπερ ἱδρύσασθαι τὴν Μήδειαν λέγουσιν, Ἥρας προσταξάσης· εἶναι δὲ καὶ νῦν ἀναγεγραμμένον ἐλεγεῖον, εἰσιόντι εἰς τὸν ναὸν ἀριστερᾶς χειρός·

Αἶδ' ὑπὲρ Ἑλλάνων τε καὶ ἀγχεμάχων πολιητᾶν
ἑστασαν εὐχόμεναι Κύπριδι δαιμονίᾳ.
Οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐβούλετο δῖ' Ἀφροδίτα
Μήδοις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν δόμεναι.

Athenæus XIII, p. 573, C, eundem Theopompi locum memorans, Simonidis epigramma sic refert:

Αἶδ' ὑπὲρ Ἑλλήνων τε καὶ εὐθυμάχων πολιητᾶν
ἑστηθεν εὔχεσθαι Κύπριδι δαιμονίᾳ.
Οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐμήσατο δῖ' Ἀφροδίτα
Πέρσαις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.

LIBER XXV.

167.

Et ex Theopompi vicesimo quinto libro Rerum Philippicarum (exempla quædam sumi possunt), quod falso memoretur jusjurandum Græcorum, quod Athenienses a Græcis ante commissum prælium cum barbaris in regione Platæica præstitum aiunt: tum Atheniensium cum Xerxe rege et Græcis fœdera. « Ne Marathoniam quidem pugnam, aliaque, quæ gloriose prædicare, quibusque fucum facere Græcis civitas Atheniensium consuevit, æque ab omnibus celebrari. »

168.

Atticis literis. ... Theopompus enim libro vicesimo quinto Philippicorum inventa fuisse dicit cum barbaro fœdera, quippe quæ non Atticis literis, sed Ionicis in cippo fuissent incisa.

169.

Samiorum populus. Aristophanes in Babyloniis deridens eos, qui notis compuncti erant. Samii enim a tyrannis ad incitas redacti, ob civium penuriam servorum frontibus jus civitatis quinque stateribus venale inscripserunt, ut Aristoteles in Samiorum republica auctor est. Vel quia apud Samios quatuor et viginti literæ primum inventæ fuerunt a Callistrato, ut Andron in Tripode dicit. Archinus vero, Athenæi filius, archonte Euclide Atheniensibus persuasit, ut Ionum literis uterentur. Aristophanes autem Babylonios docuit per Callistratum, annis [viginti] ante Euclidem, sub archonte Eucle. De eo vero, qui rem istam Atheniensibus persuasit, scribit Theopompus.

170.

Theopompus ait, etiam mulieres eorum (Corinthiorum) Venerem precatas esse, ut amorem viris injiceret pugnandi pro Græcia contra Persas, templum Veneris ingressas, quod Medea ædificasse, jubente Junone, diceretur. Etiam nunc eum qui in hoc templum intret ad sinistram conspicere hanc elegiam inscriptam:

Hæ pro Græcis et civibus cominus pugnantibus
steterunt precantes Venerem venerandam:
nam sagittariis non volebat Venus divina
Medis Græcorum arcem dare.

Digitized by Google

171.

Schol. Theocrit. Id. V, 83 : Κάρνεα ἑορτὴ Δωρικὴ, τελουμένη Καρνείῳ Ἀπόλλωνι, κατὰ τὴν Πελοπόννησον, ἀπὸ Κάρνου μάντεως, ὃς ἔχρησε τοῖς Ἡρακλείδαις, ἀπ' αὐτοῦ δὲ Κάρνειον Ἀπόλλωνα προσαγορεύουσιν· ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Θεοπόμπῳ· ὅτι τὸν αὐτὸν καὶ Δία καὶ Ἡγήτορα καλοῦσιν Ἀργεῖοι, διὰ τὸ Κάρνον ἡγήσασθαι τοῦ στρατοῦ, ὃν οἱ Ἡρακλεῖδαι ἀπέκτειναν ἀπερχόμενον εἰς Πελοπόννησον, ὑπολαβόντες κατάσκοπον εἶναι τοῦ στρατεύματος, ὃν ὕστερον ἐτίμησαν ὑπὸ λοιμοῦ φθειρόμενοι.

In bello Medico Carnea Lacedæmonios impediverunt, quominus ad Thermopylas adversus Persas proficiscerentur, teste Herodoto VII, 206. Suspicor autem hoc ipsum et quidem hoc loco commemorasse Theopompum, atque ea opportunitate plura de Carneis festo memoriæ prodidisse; quoniam hoc libro alia ad bellum contra Persas pertinentia narravit. *Wichers.*

172.

Proclus ad Tim. Platonis p. 30 ed. Basil.: Τοὺς δὲ Ἀθηναίους Καλλισθένης μὲν καὶ Φανόδημος πατέρας τῶν Σαϊτῶν ἱστοροῦσι γενέσθαι· Θεόπομπος δὲ ἀνάπαλιν ἐποίκους αὐτῶν εἶναί φησιν· Ἀττικὸς ὁ Πλατωνικὸς διὰ βασκανίαν φησὶ μεταποιῆσαι τὴν ἱστορίαν τὸν Θεόπομπον· ἐπ' αὐτοῦ γὰρ ἀφικέσθαι τινὰς ἐκ τῆς Σάεως ἀνανεουμένους τὴν πρὸς Ἀθηναίους συγγένειαν.

Hæc Africanus ap. Euseb. Præp. Ev. X, 10, p. 491, A, et Syncellus Chron. p. 121, ed. Dindorf. Theopompum scripsisse testantur in Tricarano. (V. C. O. Müller Orchom. p. 107. sq. et Heeren. *Ideen* Op. XV, p. 90.) Syncelli verba hæc sunt: Ἐν δὲ τῇ Ἀττικῇ ὁ ἐπὶ Ὠγύγου γίνεται κατακλυσμός, καὶ κατὰ λόγον. Τῶν γὰρ παρ' Αἰγυπτίων ὀργῇ θεοῦ χαλάζαις τε καὶ χειμῶσι μαστιζομένων εἰκὸς ἦν μέρη τινὰ συμπάσχειν τῆς γῆς, ὅτε Ἀθηναίους τῶν αὐτῶν, Αἰγυπτίοις ἀπολαύειν εἰκὸς ἦν ἀποίκους ἐκείνων ὑπονοουμένους, ὡς φασιν ἄλλοι τε καὶ ἐν τῷ Τρικαράνῳ Θεόπομπος. Dubitari igitur potest, utrum quæ Proclus affert ad Theopompi Historias referenda sint, an ex eodem isto libro petita, qui sub Theopompi nomine circumferebatur. Quodsi prius concedas, Wichers. hoc fragmentum ad hunc maxime librum referendum censet, quippe in quo Theopompus de Athenarum originibus egerit, siquidem recte Creuzerus in præfat. ad Marx. Ephorum p. IX (add. Meletem. Critic. P. I, p. 63) ex Theopompo auctore fluxisse statuat verba Justini II, 6 : *Ante Deucalionis tempora regem habuere Cecropem, quem, ut omnis antiquitas fabulosa est, biformem tradidere : quia primus marem feminæ matrimonio junxit.* Quæ quam incerta sint, nemo non videt.

173.

Stephanus : Ζηράνιοι, ἔθνος Θράκης· Θεόπομπος εἰκοστῷ πέμπτῳ.

Ejusdem urbis incolæ esse videntur quæ fr. 48 vocatur Ζειρενία.

174.

Idem : Μῶλκωρος, Χαλκιδικὴ πόλις ἐν Θράκῃ. Ὁ πολίτης Μιλκώριος· Θεόπομπος εἰκοστῷ πέμπτῳ Φιλιππικῶν.

Idem : Μιάκωρος, πόλις Χαλκιδική. Θεόπομπος κα' Φιλιππικῶν. Milcorus et Miacorus una eademque urbs esse videntur.

175.

Harpocrat. : Δρῦς... ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα ἐν Θράκῃ ... Ταύτην Θεόπομπος ἐν εἰκοστῇ πέμπτῃ (cod. Vat. εἰκοστῇ ς') φησὶν ὑπὸ Ἰφικράτους οἰκισθῆναι. V. Demosth. in Aristocrat. p. 124.

176.

Harpocrat. : Ἡδύλειον,... ὄρος ἐστὶν ἐν Βοιωτίᾳ τὸ Ἡδύλειον, ὡς καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ φησίν.

171.

Carnea, festum Doricum, quod Apollini Carneo in Peloponneso celebratur; nomen habet a Carno vate, qui oracula edidit Heraclidis, ab eo Apollinem appellantibus Carneum. Narrat vero Theopompus Argivos eundem appellare et Jovem et Hegetorem, quod Carnus exercitus dux fuerit, quem Heraclidæ interfecerint in Peloponnesum proficiscentem, opinantes eum exercitus exploratorem esse; hunc postea ab iis, pestilentia vexatis, cultum esse.

172.

Callisthenes et Phanodemus narrant, Athenienses Saitarum patres esse, Theopompus contra, Athenienses horum colonos esse. Atticus Platonicus ait, Theopompum maledicentia pervertisse historiam : sua enim ætate venisse Sai qui cognationem cum Atheniensibus renovaverint.

173.

Zeranii, gens Thraciæ, teste Theopompo libro quinto et vigesimo.

174.

Milcorus, oppidum Chalcidicum in Thracia, cujus oppidanus, Milcorius, teste Theopompo libro quinto et vicesimo Philippicorum.

Miacorus, oppidum Chalcidicum. Theopumpus libro vigesimo quinto Philippicorum.

175.

Drys ... est et alia urbs Thraciæ ... quam Theopompus ab Iphicrate conditam fuisse scribit libro vigesimo quinto.

176.

Hedyleum... mons est Bœotiæ, ut Theopompus quoque testatur libro vigesimo quinto.

Digitized by Google

177.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 973 : Ἄλλοι δὲ (ὀρείχαλκον) ἀνδριαντοποιοῦ λέγουσιν ὄνομα, ὡς Σωκράτης, καὶ Θεόπομπος ἐν εἰκοστῷ πέμπτῳ. (Cod. Par. ἐν λε'.)

LIBER XXVI.

178.

Athenæus VI, p. 260, B : Θεόπομπος δ' ἐν ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ Ἱστοριῶν, « Τοὺς Θεσσαλοὺς, φησὶν, εἰδὼς ὁ Φίλιππος ἀκολάστους ὄντας καὶ περὶ τὸν βίον ἀσελγεῖς, συνουσίας αὐτῶν κατεσκεύαζε καὶ πάντα τρόπον ἀρέσκειν αὐτοῖς ἐπειρᾶτο· καὶ γὰρ ὀρχούμενος καὶ κωμάζων καὶ πᾶσαν ἀκολασίαν ὑπομένων. Ἦν δὲ καὶ φύσει βωμολόχος καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μεθυσκόμενος καὶ χαίρων τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς πρὸς ταῦτα συντείνουσι καὶ τῶν ἀνθρώπων τοῖς εὐφυέσι καλουμένοις καὶ τοῖς τὰ γέλοια λέγουσι καὶ ποιοῦσι, πλείους τε τῶν Θετταλῶν τῶν αὐτῷ πλησιασάντων ἤρει μᾶλλον ἐν ταῖς συνουσίαις ἢ ταῖς δωρεαῖς. »

179.

Idem X, p. 435, B : Καὶ Φίλιππος ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου πατὴρ φιλοπότης ἦν, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν.

180.

Stephanus : Ἄπρος .... πόλις Θράκης. Θεόπομπος εἰκοστῇ ἕκτῃ· « Τοῦ δ' Ἀντιπάτρου διατρίβοντος περὶ τὴν Ἄπρον. »

181.

Ammonius : Ἱερὰ ... τὰ ξόανα, ὡς Θεόπομπος ἐν εἰκοστῇ ἕκτῃ.

« Usus fortasse est hac voce Theopompus in templo Delphico describendo. » *Wichers.*

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΥΛΗΘΕΝΤΩΝ ΕΚ ΔΕΛΦΩΝ ΧΡΗΜΑΤΩΝ.

182.

Athenæus XIII, p. 604, F; 605, A — D: Θεόπομπος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν συληθέντων ἐκ Δελφῶν χρημάτων Ἀσώπιχόν φησι, τὸν Ἐπαμινώνδου ἐρώμενον, τὸ Λευκτρικὸν τρόπαιον ἐντετυπωμένον ἔχειν ἐπὶ τῆς ἀσπίδος, καὶ θαυμαστῶς αὐτὸν κινδυνεύειν· ἀνακεῖσθαι δὲ τὴν ἀσπίδα ταύτην ἐν Δελφοῖς ἐν τῇ στοᾷ. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ συγγράμματι Θεόπομπος φιλογύναιον μέν φησι γεγονέναι Φάϋλλον τὸν Φωκέων τύραννον, φιλόπαιδα δὲ Ὀνόμαρχον, καὶ ἐκ τῶν τοῦ θεοῦ χαρίσασθαι τοῦτον εἰς Δελφοὺς παραγενομένῳ τῷ Πυθοδώρου τοῦ Σικυωνίου υἱῷ, ἀποκειρομένῳ τὴν κόμην, ὄντι καλῷ συγγενόμενον, τὰ Συβαριτῶν ἀναθήματα, στλεγγίδια χρυσᾶ τέσσαρα· τῇ Δεινιάδου δὲ αὐλητρίδι Βροιμιαδίᾳ Φάϋλλος καρχήσιον ἀργυροῦν Φωκαέων καὶ στέφανον χρυσοῦν κιττοῦ Πεπαρηθίων. Αὐτὴ δὲ, φησὶ, καὶ ἔμελλε τὰ Πύθια αὐλεῖν, εἰ μὴ ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐκωλύθη· τῷ δὲ Αυκόλᾳ τῷ τοῦ Τριχολέου υἱῷ Φυσκίδᾳ ὄντι καλῷ Ὀνόμαρχος ἔδωκε, φησὶ, στέφανον δάφνης, Ἐφεσίων ἀνάθημα. Οὗτος ὁ παῖς πρὸς Φίλιππον ἀχθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, κἀκεῖ προαγωγευόμενος οὐδὲν λαβὼν ἀπεστάλη. Τῷ Ἐπιλύκου τοῦ Ἀμφιπολίτου υἱῷ ὄντι καλῷ Δαμίππῳ Πλεισθένους ἀνάθημα Ὀνόμαρχος ἔδωκε. Φαρσαλίᾳ τῇ Θεσσαλίδι ὀρχηστρίδι δάφνης στέφανον χρυσοῦν Φιλόμηλος ἔδωκε, Λαμψακηνῶν ἀνάθημα. Αὕτη ἡ Φαρ-

177.

Alii orichalcum a statuario nomen habere dicunt, ut Socrates et Theopompus libro vigesimo quinto.

LIBER XXVI.

178.

Theopompus vero, sexto et vigesimo Historiarum libro, scribit : « Thessalos quum nosset Philippus lascivos esse et in omni vita intemperantes, cœtus eorum instituebat et convivia, omnibusque modis placere eis studebat ; quippe et saltare inter illos, et comissari, et omni lasciviæ generi se tradere sustinens. Erat vero etiam ipse ingenio scurrili, et quotidie compotationibus dabat operam eisque institutis gaudebat quæ cum his rebus erant conjuncta, hominibusque iis qui ingeniosi vulgo vocantur, eo quod ridicula dicant faciantque. Et ex Thessalis, qui ei se adjunxerant, plures consuetudine potius quam muneribus sibi conciliavit. »

179.

Etiam Philippus Alexandri pater bibax erat, ut Theopompus tradit Historiarum libro vicesimo sexto.

180.

Aprus urbs Thraciæ... auctore Theopompo libro sexto et vigesimo : « Antipatro circa Aprum commorante. »

181.

Sacra sunt etiam simulacra ligno fabricata, ut Theopompus tradit libro vicesimo sexto.

DE DIREPTIS E DELPHICO TEMPLO DONARIIS.

182.

Theopompus in libro de Delphicorum donariorum spoliatione, « Asopichum, ait, Epaminondæ amasium, Leuctricum tropæum scuto insculptum habuisse, ipsumque etiam mirifica fortitudine pugnasse : consecratum autem id scutum esse Delphis in porticu. »

In eodem vero scripto Theopompus ait : « mulierum amori deditum fuisse Phayllum, Phocensium tyrannum, Onomarchum vero puerorum amoribus : et hunc ex Delphicis spoliis, quum consuesset Pythodori Sicyonii filio, formoso puero, qui Delphos venerat quo comam detonderet, donasse ei Sybaritarum donaria, strigiles aureas quatuor. Diniadæ vero filiæ, tibicinæ, Brœmiadiæ, Phayllus carchesium poculum argenteum donavit, Phocæensium donarium, et coronam auream hederaceam Peparethiorum. Ipsa vero, inquit, etiam Pythicum canere voluerat; sed a multitudine est prohibita. Lycolæ vero, Tricholei filio Physcidæ, formoso puero, Onomarchus dedit, ait Th., lauream coronam, Ephesiorum donarium. Idem puer ad Philippum ductus a patre, et ibi prostitutus, absque munere fuerat dimissus. Epilyci Amphipolitæ filio, formoso puero, Damippo, Plisthenis donarium Onomarchus dedit. Pharsaliæ Thessalæ saltatrici lauream ex auro coronam Philomelus dederat, Lampsacenorum donarium. Hæc

Digitized by Google

ταλία ἐν Μεταποντίῳ ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ μάντεων, γενομένης φωνῆς ἐκ τῆς δάφνης τῆς χαλκῆς, ἣν ἔστησαν Μεταποντῖνοι κατὰ τὴν Ἀριστέα τοῦ Προκοννησίου ἐπιδημίαν, ὅτε ἔφησεν ἐξ Ὑπερβορέων παραγεγονέναι, ὡς τάχιστα ὤφθη εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβαλοῦσα, ἐμμανῶν γενομένων τῶν μάντεων, διεσπάσθη ὑπ' αὐτῶν. Καὶ τῶν ἀνθρώπων ὕστερον ἀναζητούντων τὴν αἰτίαν εὑρέθη διὰ τὸν τοῦ θεοῦ στέφανον ἀνῃρημένη.»

183.

Athenæus XII, p. 532, D : Ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ τοῦ Θεοπόμπου συγγράμματι περὶ τῶν ἐκ Δελφῶν συληθέντων χρημάτων, « Χάρητι, φησὶ, τῷ Ἀθηναίῳ διὰ Λυσάνδρου τάλαντα ἑξήκοντα· ἀφ' ὧν ἐδείπνισεν Ἀθηναίους ἐν τῇ ἀγορᾷ, θύσας τὰ ἐπινίκια τῆς γενομένης μάχης πρὸς τοὺς Φιλίππου ξένους. »

Verba διὰ Λυσάνδρου corrupta esse videntur. Schweigh. conjecit διαναλωθῆναι, Wichers. διαλυθῆναι.

184.

Diodorus Sic. XVI, 56 : Φάϋλλος ὁ ἀδελφὸς Ὀνομάρχου στρατηγήσας οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναθημάτων κατέκοψεν εἰς τὰς τῶν ξένων μισθοφοράς. Τὰς γὰρ ἀναθείσας ὑπὸ Κροίσου τοῦ Λυδῶν βασιλέως χρυσᾶς πλίνθους, οὔσας ἑκατὸν καὶ εἴκοσι διταλάντους, κατέκοψεν εἰς νόμισμα· φιάλας δὲ χρυσᾶς τριακοσίας καὶ ἑξήκοντα διμναίους καὶ λέοντα χρυσοῦν καὶ γυναῖκα, τριάκοντα ταλάντων χρυσοῦ σταθμὸν ἀγόντων τῶν πάντων· ὥστε τὸ πᾶν κατακοπὲν χρυσίον εἰς ἀργυρίου λόγον ἀναγομένων τῶν χρημάτων εὑρίσκεσθαι τάλαντα τετρακισχίλια· τῶν δὲ ἀργυρῶν ἀναθημάτων τῶν τε ὑπὸ Κροίσου καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνατεθέντων τοὺς πάντας στρατηγοὺς δεδαπανηκέναι τάλαντα πλείω τῶν ἑξακισχιλίων, προστιθεμένων δὲ καὶ τῶν χρυσῶν ἀναθημάτων ὑπερβάλλειν τὰ μύρια τάλαντα. Ἔνιοι δὲ τῶν συγγραφέων φασὶν οὐκ ἐλάττω γενέσθαι τὰ συληθέντα τῶν ἐν τοῖς Περσικοῖς θησαυροῖς ὑπ' Ἀλεξάνδρου κατακτηθέντων. Ἐπεχείρησαν δ' οἱ περὶ τὸν Φάλαικον στρατηγοὶ καὶ τὸν ναὸν ὀρύττειν, εἰπόντος τινὸς ὡς ἐν αὐτῷ θησαυρὸς εἴη πολὺν ἔχων ἄργυρόν τε καὶ χρυσόν· καὶ τὰ περὶ τὴν ἑστίαν καὶ τὸν τρίποδα φιλοτίμως ἀνέσκαπτον· ὁ δὲ μηνύσας τὸν θησαυρὸν μάρτυρα παρείχετο τὸν ἐπιφανέστατον καὶ ἀρχαιότατον τῶν ποιητῶν Ὅμηρον, ἐν οἷς λέγει,

> Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
> Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ.

Τῶν δὲ στρατιωτῶν ἐγχειρούντων σκάπτειν τὰ περὶ τὸν τρίποδα, σεισμοὶ μεγάλοι γενόμενοι τοῖς Φωκεῦσι φόβον ἐπέστησαν· φανερῶς δὲ τῶν θεῶν προσημαινόντων τὴν κατὰ τῶν ἱεροσύλων κόλασιν, ἀπέστησαν τῶν ἔργων. Ὁ δὲ τῆς παρανομίας ταύτης ἡγεμὼν Φίλων ὁ προειρημένος ταχὺ τῷ δαιμονίῳ τὰς προσηκούσας δίκας ἐξέτισεν.

« Etsi Diodorus, pro more suo, non indicat, quo auctore usus sit, suspicor tamen eum hunc locum e Theopompo sumsisse, atque adeo in verbis ἔνιοι δὲ τῶν συγγραφέων φασὶν ad eum in primis respexisse : partim quidem quod in hac re tradenda meliorem ducem haud facile sequi potuit Theopompo, qui de direptis donariis accuratissime egisse videtur; partim quod quæ h. l. extremo leguntur, depeculatores terræ motu subito exorto, extemplo ab opere destitisse, omnino congruunt cum Theopompi narrandi genere. Postremum hoc item exsequitur Strabo IX, p. 644. » *Wichers.*

Pharsalia deinde Metaponti a vatibus in foro stantibus, quum vox edita esset ex ænea lauro, quam statuerant Metapontini quo tempore apud eos versabatur Aristeas Proconnesius, ex Hyperboreis (ut perhibebat) rediens, ut primum conspecta est forum ingressa, in furorem actis vatibus, discerpta est. Quumque postea in causam facti inquirerent homines, compertum est occisam esse propter dei coronam.

183.

Theopompus, in libro qui inscribitur de compilata ex Delphico templo pecunia, « Chareti, ait, Atheniensi per Lysandrum (?) talenta sexaginta : qua ex pecunia epulum præbuit Atheniensibus in foro, solennibus sacris factis pro victoria parta in pugna adversus Philippi mercenarios. »

184.

Phayllus, Onomarchi frater, dum prætoris munere fungitur, non pauca de repositis in templo, ad persolvenda conductitiis stipendia, concidit. Aureos enim lateres viginti et centum a Crœso Lydorum rege dedicatos, binûm talentûm pondere, ad monetæ usum conflavit, præterea sexaginta et ter centum phialas aureas, quarum singulæ duas minas pendebant, aureique leonis et feminæ signa (quæ simul omnia triginta auri talenta pendebant); ita ut omne illud aurum juxta argenti rationem æstimatum, quatuor millia talentûm efficeret. Ex donariis porro argenteis, quæ tum Crœsus, tum alii consecraverant, a cunctis ducibus plus quam sex millia talentûm absumptum fuerat; adeo ut summa omnium, si aurea simul comprehendas, decem millium talentorum æstimationem excedat. Non desunt auctores, qui non minus sacrilegio abreptum fuisse tradant, quam Alexander in Persarum thesauris postea acquisivit. Quin et Phalæcus, cum ordinum suorum ductoribus, pavimentum templi eruere conatus fuerat, propterea quod grandem auri argentique thesaurum ibi contineri a quodam indicatum esset. Et loca quidem circa aram et tripodem effoderunt diligenter; thesauri vero index clarissimi juxta et antiquissimi poetæ Homeri testimonium adducebat, ubi sic canit :

> Quanta nec includit Phœbi, qui spicula torquet,
> saxosa in Pythone, solum de marmore factum.

Quumque a militibus vicina tripodi effodi cœpta erant, illico terræ motus exorti terrorem Phocensibus injecere; et quia manifestis deorum prodigiis vindicta sacrilegis denunciabatur, ab opere destiterunt. Dux vero et auctor tam impii facinoris Philon (de quo jam dictum est) brevi post meritas numini pœnas exsolvit.

Digitized by Google

LIBER XXX.

185.

Harpocrat.: Κορσίαι... πόλις ἐστὶ τῆς Βοιωτίας Κορσίαι, ὡς Θεόπομπος ἐν τῇ τριακοστῇ.

Corsiæ una est ex tribus illis urbibus, quas in Bœotia tenebant Phocenses. Diodor. XVI, 58; Demosth. de fals. leg. p. 223 et 230. Eadem a Stephano Byz. dicitur Κορσία ex Pausan. IX, 24, ubi nunc legimus Κορσεία.

186.

Idem: Πύλαι ... ὅτι δέ τις ἐγίγνετο σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων εἰς Πύλας, Ὑπερίδης τε ἐν Ἐπιταφίῳ καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ τριακοστῇ εἰρήκασιν.

187.

Idem: Ἱερομνήμονες ... οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ἐξ ἑκάστης πόλεως τῶν τοῦ συνεδρίου μετεχουσῶν οὕτω καλοῦνται, ὡς σαφὲς ποιεῖ Θεόπομπος ἐν τῇ τριακοστῇ.

188.

Athenæus VI, p. 254, F: Διὸ καὶ Θετταλοὶ καλῶς ποιήσαντες κατέσκαψαν τὴν καλουμένην πόλιν Κολακείαν, ἣν Μηλιεῖς ἐνέμοντο, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν τῇ τριακοστῇ.

LIBER XXXI.

189.

Suidas: Τί ἐστὶ τὸ ἐν τοῖς Δημοσθένους Φιλιππικοῖς «καὶ τὸ θρυλούμενον τότε ἀπόῤῥητον ἐκεῖνο», Θεόπομπος ἐν λα' δεδήλωκε. Φησὶ γάρ· «Καὶ πέμπει πρὸς Φίλιππον πρεσβευτὰς, Ἀντιφῶντα καὶ Χαρίδημον, πράξοντας καὶ περὶ φιλίας. Οἳ παραγενόμενοι, συμπείθειν αὐτὸν ἐπεχείρουν ἐν ἀπορῥήτῳ συμπράττειν Ἀθηναίοις, ὅπως ἂν λάβωσιν Ἀμφίπολιν, ὑπισχνούμενοι Πύδναν· οἱ δὲ πρέσβεις οἱ τῶν Ἀθηναίων εἰς μὲν τὸν δῆμον οὐδὲν ἀπήγγελλον, βουλόμενοι λαθάνειν τοὺς Πυδναίους, ἐκδιδόναι μέλλοντες αὐτούς· ἐν ἀπορῥήτῳ δὲ μετὰ τῆς βουλῆς ἔπραττον.»

Ulpianus in Demosth. Olynth. II, p. 12, ed. Lutet. 1570: Διὰ τί ἐν ἀπορῥήτῳ; ἵνα μὴ ἑκάτερα μαθόντες φυλάξωνται, οἵ τε Ποτιδαιᾶται καὶ οἱ Πυδναῖοι. Θεόπομπος δέ φησιν ὅτι περὶ Πύδνης μόνον καὶ Ἀμφιπόλεως (sic Kuster. ad Suid. pro μ. κ. Φιλίππου), ἵνα δῴη αὐτὸς μὲν Ἀθηναίοις Ἀμφίπολιν, δέξηται δὲ παρ' αὐτῶν τὴν Πύδναν αὐτοῦ οὖσαν· καὶ τὸ ἀπόῤῥητον δὲ, ἵνα μὴ μαθόντες οἱ Πυδναῖοι οἱ φυλάξωνται· οὐ γὰρ ἐβούλοντο εἶναι ὑπὸ τὸν Φίλιππον.

LIBER XXXII.

190.

Athenæus VI, p. 271, C: Περὶ δὲ τῶν παρὰ Λακεδαιμονίοις Ἐπευνάκτων καλουμένων (ἐοῦλοι δ' εἰσὶ καὶ οὗτοι) σαφῶς ἐκτίθεται Θεόπομπος διὰ τῆς δευτέρας καὶ τριακοστῆς τῶν Ἱστορίων, λέγων οὕτως· «Ἀποθανόντων πολλῶν Λακεδαιμονίων ἐν τῷ πρὸς Μεσσηνίους πολέμῳ, οἱ περιλειφθέντες εὐλαβηθέντες μὴ καταφανεῖς γένωνται τοῖς ἐχθροῖς ἐρημωθέντες, ἀνεβίβασαν τῶν εἱλώτων ἐφ' ἑκάστην στιβάδα τῶν τετελευτηκότων τινάς· οὓς καὶ πολίτας ὕστερον ποιήσαντες προσηγόρευσαν Ἐπευνάκτους, ὅτι κατετάχθησαν ἀντὶ τῶν τετελευτηκότων εἰς τὰς στιβάδας.»

LIBER XXX.

185.

Corsiæ ... est urbs Bœotiæ, ut Theopompus scribit libro trigesimo.

186.

Pylæ. ... De congressu Amphictyonum Pylis habito, Hyperides testatur in Epitaphio, et Theopompus libro trigesimo.

187.

Hieromnemones. ... Qui ad Amphictyonum concilium ex singulis civitatibus, quæ illius synedrii participes erant, mittebantur, ita dicti sunt, ut manifestum facit Theopompus libro trigesimo.

188.

Quare recte fecerunt Thessali, quod oppidum cui *Colacea* (Adulatio) nomen erat, a Meliensibus habitatum, diruerunt, ut Theopompus ait libro trigesimo.

LIBER XXXI.

189.

Quid sit illud, quod Demosthenes in Philippicis ait, « Et arcanum illud, de quo multus apud nos sermo est, » Theopompus libro trigesimo primo declaravit. Dicit enim: « Legatos ad Philippum mittit Antiphontem et Charidemum, acturos etiam de amicitia. Qui quum ad eum pervenissent, ei persuadere conabantur, ut occulte juvaret Athenienses, ut Amphipolin occuparent, Pydnam ei promittentes. Atheniensium vero legati populo quidem hac de re nihil renuntiarunt, quod Pydnæos latere vellent deditionem ipsorum; sed cum senatu clam agebant. »

Cur in occulto? Ne Potidæatæ et Pydnæi, re comperta, sibi caverent. Theopompus dicit de Pydna solum et Amphipoli statutum esse, ut ipse Atheniensibus daret Amphipolin, acciperet vero ab iis Pydnam, quæ fuisset ei subjecta; idque in occulto transactum esse, ne Pydnæi, re comperta, caverent: nolebant enim sub Philippi imperio esse.

LIBER XXXII.

190.

De Epeunactis vero qui vocantur apud Lacedæmonios (sunt autem et hi servorum genus) perspicue Theopompus disserit secundo et trigesimo Historiarum libro, ubi ait: « Quum multi periissent Lacedæmoniorum in bello cum Messeniis, veriti superstites ne eo solitudinis se redactos cognoscerent hostes, in singula eorum qui obierant strata Helotas aliquot traduxerunt: quos deinde etiam civitate donatos *Epeunactos* vocarunt, quoniam loco mortuorum in strata ipsorum (ἐπ' εὐνάς) fuissent traducti.»

Digitized by Google

191.

Strabo VIII, p. 572, C: Οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι, ὡς φησιν ὁ Θεόπομπος, πολλὴν κατακτησάμενοι τῆς ἀλλοτρίας, εἰς ταύτην (Asinen) κατῴκιζον οὓς ἂν ὑποδέξαιντο τῶν φυγόντων ἐπ' αὐτούς· καὶ οἱ ἐκ τῆς Ναυπλίας ἐκεῖσε ἀνεχώρησαν. Cf. Pausanias II, 36; III, 7; IV, 34.

192.

Stephanus: Θαλάμαι, πόλις τῆς Μεσσηνίας· Θεόπομπος τριακοστῷ δευτέρῳ Φιλιππικῶν.

193.

Idem: Μαυσὸς, κώμη Κορίνθου· Θεόπομπος τριακοστῷ δευτέρῳ.

194.

Idem: Νοστία, κώμη Ἀρκαδίας· Θεόπομπος τριακοστῷ δευτέρῳ Φιλιππικῶν.

LIBER XXXIII.

195.

Athenæus VI, p. 271, D: Ὁ δὲ αὐτὸς ἱστορεῖ κἀν τῇ τριακοστῇ καὶ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν παρὰ Σικυωνίοις κατωνακοφόρους καλεῖσθαι δούλους τινὰς παραπλησίους ὄντας τοῖς ἐπευνάκτοις.

196.

Stephanus: Μελανδία, χώρα Σικυωνίας· Θεόπομπος τριακοστῷ τρίτῳ Φιλιππικῶν.

197.

Schol. Aristoph. Avium vs. 1014: Περὶ τῆς ἐκ Λακεδαίμονος ξενηλασίας Θεόπομπός φησιν ἐν τῇ γ' καὶ τριακοστῇ· ποτὲ γὰρ ἐκεῖσε σιτοδείας γενομένης ξενηλασία γέγονεν, ὡς Θεόπομπός φησιν.

LIBER XXXV.

198.

Athenæus IV, p. 144, F: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ τριακοστῇ καὶ πέμπτῃ τῶν Ἱστοριῶν τὸν Παφλαγόνων φησὶ βασιλέα Θῦν ἑκατὸν πάντα παρατίθεσθαι δειπνοῦντα ἐπὶ τὴν τράπεζαν, ἀπὸ βοῶν ἀρξάμενον· καὶ ἀναχθέντα αἰχμάλωτον ὡς βασιλέα καὶ ἐν φυλακῇ ὄντα πάλιν τὰ αὐτὰ παρατίθεσθαι ζῶντα λαμπρῶς· διὸ καὶ ἀκούσαντα Ἀρταξέρξην εἰπεῖν, ὅτι οὕτως αὐτῷ δοκοίη ζῆν ὡς ταχέως ἀπολούμενος. Cf. Athenæus X, p. 415, D.

199.

Stephanus: Κατάνειρα ... πόλις, ὡς Θεόπομπος λε' Φιλιππικῶν.

LIBER XXXVIII.

200.

Athenæus III, p. 85, A: Φησὶ γὰρ οὗτος ἐν τῇ ὀγδόῃ καὶ τριακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν περὶ Κλεάρχου διηγούμενος, τοῦ Ἡρακλεωτῶν τῶν ἐν τῷ Πόντῳ τυράννου, ὡς βιαίως ἀνῄρει πολλοὺς καὶ ὡς τοῖς πλείστοις ἐδίδου κώνειον πιεῖν· « ἐπειδὴ οὖν, φησὶ, πάντες ἔγνωσαν τὴν τοῦ φαρμάκου ταύτην φιλοτησίαν, οὐ προῄεσαν τῶν οἰκιῶν πρὶν φαγεῖν πήγανον· τοῦτο γὰρ τοὺς προφαγόντας μηδὲν πάσχειν πίνοντας τὸ ἀκόνιτον· ὃ καὶ κληθῆναί φησι διὰ τὸ φύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὅντι περὶ τὴν Ἡράκλειαν. »

Ex Heerenii sententia ex Theopompo hausta sunt, quæ apud Justinum XVI, 3 sqq. de Hera-

---

191.

Lacedæmonii, ut narrat Theopompus, ampla ditione potiti, quam aliis eripuissent, in ea (Asine) collocaverunt quos ad se confugientes reciperent: eoque Nauplienses recesserunt.

192.

Thalamæ, urbs Messeniæ, de qua Theopompus tertio et trigesimo Philippicorum.

193.

Mausus, pagus Corinthi, de quo Theopompus libro secundo et trigesimo.

194.

Nostia, vicus Arcadiæ, cujus meminit Theopompus libro secundo et trigesimo Philippicorum.

LIBER XXXIII.

195.

Narrat vero idem (Theopompus) tertio et trigesimo Historiarum libro, apud Sicyonios *catonacophoros* (ab veste cui imæ pellicula ovina assuta) nominari servos quosdam, similes epeunactis.

196.

Melandia, Sicyoniæ regio, de qua Theopompus Philippicorum libro tertio et trigesimo.

197.

De peregrinorum e Lacedæmone ejectione Theopompus loquitur libro trigesimo tertio. Etenim quum frumenti aliquando caritate laboraretur, peregrini ejecti sunt, ut Theopompus ait.

LIBER XXXV.

198.

Theopompus vero, Historiarum libro trigesimo quinto, scribit: « Paphlagonum regem Thyn, quum cœnaret, centena omnia mensæ inferri jussisse, a bobus incipiendo: quumque ad Persarum regem captivus esset abductus, et in custodia servaretur, rursus eadem sibi apponi jussisse, splendideque vixisse. Itaque Artaxerxem, ea re audita, dixisse, *sic eum sibi videri vivere, ut qui brevi esset periturus.*

199.

Catanira, urbs, teste Theopompo libro quinto et trigesimo Philippicorum.

LIBER XXXVIII.

200.

Hic enim (Theopompus) octavo et tricesimo Historiarum libro, ubi de Clearcho narrat, Heracleotarum Ponticorum tyranno, quo pacto multos violenta morte interemerit, plurimisque cicutam dederit bibendam: « Quoniam igitur omnes, inquit, noverant istam veneni propinationem, non amplius egrediebantur domibus quin rutam comedissent: nam qui hac sumta sibi præcavissent, eos nihil læsos esse aconiti potu. » Aitque ibidem: « nominatum inde esse *aconitum*, quia in loco, cui *Aconæ* nomen, circa Heracleam nasceretur. »

Digitized by Google

clea et de Clearchi tyrannide legimus. Probabilius est Strabonem XII, p. 816, Theopompo usum esse auctore.

201.

Strabo XII, p. 542 : Θεόπομπος δὲ Μαριανδυνόν φησι μέρους τῆς Παφλαγονίας ἄρξαντα ὑπὸ πολλῶν δυναστευομένης, ἐπελθόντα τὴν τῶν Βεβρύκων κατασχεῖν· ἣν δ' ἐξέλιπεν, ἐπώνυμον ἑαυτοῦ καταλιπεῖν.

202.

Idem XII, p. 547, B : Φησὶ δὲ αὐτὴν (Amisum) Θεόπομπος πρώτους Μιλησίους κτίσαι, Καππαδόκων ἄρχοντας· τρίτον δ' ὑπ' Ἀθηνοκλέους καὶ Ἀθηναίων ἐποικισθεῖσαν, Πειραιᾶ μετονομασθῆναι.

Locus aperte mutilus. Quare Casaubonus probavit veteris interpretis lectionem : εἶτα Καππαδόκων ἄρχοντα. Ceterum hoc sicut quod præcedit fragmentum verisimiliter Wichersius huic maxime libro tribuit, quum de populis atque urbibus ad Pontum in eo sermonem fuisse fragmento 200 doceamur.

203

Stephanus : Οἰδάντιον, πόλις Ἰλλυριῶν. Θεόπομπος Φιλιππικῶν τριακοστῷ ὀγδόῳ.

LIBER XXXIX.

204.

Athenæus X, p. 435, F : Ἐν δὲ τῇ τριακοστῇ ἐνάτῃ φησίν· « Ἀπολλοκράτης, ὁ Διονυσίου τοῦ τυράννου υἱὸς, ἀκόλαστος ἦν καὶ φιλοπότης· καὶ τῶν κολακευόντων τινὲς αὐτὸν παρεσκεύαζον ὡς ἥνι μάλιστα ἀλλοτριώτατα πρὸς τὸν πατέρα διακεῖσθαι. » Καὶ Ἱππαρῖνον δὲ τὸν τοῦ Διονυσίου, φησὶν, ὑπὸ μέθης τυραννοῦντα ἀποσφαγῆναι· περὶ δὲ τοῦ Νυσαίου καὶ τάδε γράφει· « Νυσαῖος ὁ Διονυσίου τοῦ προτέρου υἱὸς, κύριος τῶν ἐν Συρακούσαις γενόμενος πραγμάτων, κατεσκευάσατο τέθριπτον καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν ποικίλην ἀνέλαβεν, ἔτι δὲ καὶ τὴν ὀψοφαγίαν καὶ τὴν οἰνοφλυγίαν, καὶ τὴν τῶν παίδων καὶ τὴν τῶν γυναικῶν ὕβριν, καὶ τὴν τῶν ἄλλων ὅσα συντελεῖν τούτοις πέφυκε, καὶ τὴν δίαιταν διῆγεν οὕτως. » Cf. Ælian. V. H. II, 41.

205.

Stephanus : Ἄσαι, κώμη Κορίνθου. Θεόπομπος τριακοστῇ ἐννάτῃ Φιλιππικῶν· « Ἄσαι, καὶ Μαυσὸς κῶμαι μεγάλαι καὶ πολυάνθρωποι. » Cf. fr. 193.

206.

Idem : Μερούσιον, χωρίον Σικελίας, ὡς Θεόπομπος Φιλιππικῶν τριακοστῷ ἐννάτῳ. Locus 70 stadiis a Syracusis remotus, ut Stephanus dicit.

207.

Idem : Ξιφωνία, πόλις Σικελίας. Θεόπομπος Φιλιππικῶν τριακοστῷ ἐννάτῳ. Cf. Diodor. Ecl. XXIII, 6, Strabo VI, p. 410.

208.

Idem : Ἁλικύαι, πόλις Σικελίας· Θεόπομπος. Quum Dionysius (ol. 96, 1) Carthaginiensium in Sicilia urbes oppugnaret et agros vastaret, Halycæi, metu perculsi, missis in castra legatis, societatem cum eo junxerunt. Diodor. XIV, 54. Eandem rem Theopompus narrasse videtur.

209.

Idem : Αἰθικία, ὡς Κιλικία. Θεόπομπος τριακοστῇ ἐννάτῃ Φιλιππικῶν.... Ἐν Θετταλίᾳ δ' ᾤκουν ἐν τῷ Πίνδῳ ὄρει.

210.

Idem : Ὑδροῦς, φρούριον ἀρσενικῶς. Θεόπομπος τριακοστῷ ἐννάτῳ.

201.

Theopompus scribit, Mariandynum, quum Paphlagoniæ in multas ditiones divisæ partem possideret, invasisse Bebrycum regionem atque occupasse, nomine a se relicto ei, quam ante tenuerat.

202.

Theopompus narrat, initio eam (Amisum) a Milesiis fuisse conditam; deinde a Cappadocum principe; tertium autem ab Athenocle et Atheniensibus frequentatam colonis, et Piræeum fuisse denominatam.

203.

Œdantium, urbs Illyriorum, de qua Theopompus libro octavo et trigesimo Philippicorum.

LIBER XXXIX.

204.

Tricesimo nono libro (Theopompus) ait : « Apollocrates, Dionysii (superioris) tyranni filius, lascivus fuit et ebriosus : nonnullique ex ejus adsentatoribus effecerant, ut quam maxime abalienatus esset a patre. » Hipparinum autem, Dionysii filium, eo quod ebriosus et tyrannicus fuisset, ait interfectum esse. De Nysæo vero etiam hæc scribit : « Nysæus, superioris Dionysii filius, Syracusis rerum potitus, quadrigas sibi parari jussit, et variegatam vestem sumsit; ad hæc gulæ, vino, puerorum amori, feminarum stupris, et quæ solent alia cum his conjuncta flagitia esse, his operam dedit, atque ita vitam traduxit. »

205.

Asæ, vicus Corinthi, auctore Theopompo rerum Philippicarum libro nono et trigesimo : « Asæ et Mausus vici magni sunt et incolis frequentes. »

206.

Merusium, castellum Siciliæ, cujus meminit Theopompus libro nono et trigesimo Philippicorum.

207.

Xiphonia, urbs Siciliæ, de qua Theopompus libro nono et trigesimo Philippicorum.

208.

Halicyæ, urbs Siciliæ, auctore Theopompo.

209.

Æthicia, uti Cilicia, auctore Theopompo Rerum Philippicarum libro nono et trigesimo... In Thessalia habitabant in Pindo monte.

210.

Hydrûs, castellum, masculine, Theopompus nono et trigesimo Philippicorum.

Digitized by Google

LIBER XL.

211.

Plutarchus Dion. p. 968, c. 24 : Λέγεται δὲ καὶ τῷ Διονυσίῳ πολλὰ τερατώδη παρὰ τοῦ δαιμονίου γενέσθαι σημεῖα. Ἀετὸς μὲν γὰρ, ἁρπάσας δοράτιον τινὸς τῶν δορυφόρων, ἀράμενος ὑψοῦ καὶ φέρων ἀφῆκεν εἰς τὸν βυθόν. Ἡ δὲ προσκλύζουσα πρὸς τὴν ἀκρόπολιν θάλασσα μίαν ἡμέραν τὸ ὕδωρ γλυκὺ καὶ πότιμον παρέσχεν, ὥστε γευσαμένοις πᾶσι κατάδηλον εἶναι. Χοῖροι δ' ἐτέχθησαν αὐτῷ, τῶν μὲν ἄλλων οὐδενὸς ἐνδεεῖς μορίων, ὦτα δ' οὐκ ἔχοντες. Ἀπεφαίνοντο δ' οἱ μάντεις, τοῦτο μὲν ἀποστάσεως καὶ ἀπειθείας εἶναι σημεῖον, ὡς οὐκ ἔτι τῶν πολιτῶν ἀκουσομένων τῆς τυραννίδος· τὴν δὲ γλυκύτητα τῆς θαλάσσης μεταβολὴν καιρῶν ἀνιαρῶν καὶ πονηρῶν εἰς πράγματα χρηστὰ φέρειν Συρακουσίοις. Ἀετὸς δὲ, θεράπων Διός· λόγχη δὲ, παράσημον ἀρχῆς καὶ δυναστείας· ἀφανισμὸν οὖν καὶ κατάλυσιν τῇ τυραννίδι βουλεύειν τὸν τῶν θεῶν μέγιστον. Ταῦτα μὲν οὖν Θεόπομπος ἱστόρηκε.

212.

Stephanus : Δύμη... Θεόπομπος μ' · « Προστάται δὲ τῆς πόλεως ἦσαν τῶν μὲν Συρακουσίων Ἀθηνις καὶ Ἡρακλείδης, τῶν δὲ μισθοφόρων Ἀρχέλαος ὁ Δυμαῖος. »

« Pertinet fortasse hoc fragmentum ad enarrationem belli Syracusanorum adversus Dionysium, in quo hic victus fugam in Italiam capessivit ol. 106, 1. Justin. XXI, 2. Hoc enim bellum Heraclides navarchus administravit. Diodor. XVI, 16; Plut. Dion. c. 35. » *Wichers.*

213.

Athenæus X, p. 435, E: Ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Νυσαῖος, ὁ τυραννήσας Συρακουσίων, καὶ Ἀπολλοκράτης. Διονυσίου δὲ τοῦ προτέρου οὗτοι υἱοὶ, ὡς ὁ Θεόπομπος ἱστορεῖ ἐν τῇ τετταρακοστῇ καὶ τῇ ἑξῆς τῶν Ἱστοριῶν. Γράφει δὲ οὕτως περὶ τοῦ Νυσαίου· « Νυσαῖος, ὁ τυραννήσας ὕστερον Συρακουσίων, ὥσπερ ἐπὶ θανάτῳ συνειλημμένος, καὶ προειδὼς ὅτι μῆνας ὀλίγους ἥμελλε βιώσεσθαι, γαστριζόμενος καὶ μεθύων διῆγεν. » Cf. Plut. Tim. c. 1; Ælian. V. H. II, 41; Wesseling. ad Diodor. XVI, 6.

214.

Stephanus : Ταλαρία, πόλις Συρακουσίων. Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ.

215.

Plutarch. Timol. p. 237, c. 4 : Ἀπωσαμένου δ' ἐκείνου καὶ καταφρονήσαντος, οὕτω παραλαβὼν (ὁ Τιμολέων) τῶν μὲν οἰκείων Αἰσχύλον, ἀδελφὸν ὄντα τῆς Τιμοφάνους γυναικὸς, τῶν δὲ φίλων τὸν μάντιν, ὃν Σάτυρον μὲν Θεόπομπος, Ἔφορος δὲ καὶ Τίμαιος Ὀρθαγόραν ὀνομάζουσιν.

Ex his corrigendus videtur Clem. Alex. Strom. I, p. 400 : Θεόπομπος δὲ καὶ Ἔφορος καὶ Τίμαιος Ὀρθαγόραν τινὰ μάντιν ἀναγράφουσιν.

216.

Polybius lib. XII, 4 *a*, edit. Paris. : Ὅτι διασύρας ὁ Πολύβιος τὸν Τίμαιον ἐν πολλοῖς, αὐθίς φησι· Τίς ἂν ἔτι δοίη συγγνώμην τοῖς τοιούτοις ἁμαρτήμασιν, ἄλλως τε καὶ τῷ Τιμαίῳ τῷ προσφυομένῳ τοῖς ἄλλοις πρὸς τὰς τοιαύτας παρωνυχίας; Ἐν αἷς Θεοπόμπου μὲν κατηγορεῖ, διότι, Διονυσίου ποιησαμένου τὴν ἀνακομιδὴν ἐκ Σικελίας εἰς Κόρινθον ἐν μακρᾷ νηΐ, Θεόπομπός φησιν ἐν στρογγύλῃ παραγενέσθαι τὸν Διονύσιον.

Theopompum secutus esse videtur Diodorus XVI, 70 : Τὸν δὲ ἴδιον βίον καὶ τὴν μεταβολὴν ἔσχε

LIBER XL.

211.

Ferunt item, multa Dionysio portentosa prodigia fuisse a deo oblata. Aquila raptam satellitis lanceam in sublime tulit, inde demisit in profundum. Mare, qua alluit arcem, aquam per unum diem dulcem et potabilem præbuit : idque quicunque gustaverunt, percepere. Porcelli ei editi sunt reliquis membris integri, tantum mutili auribus. Id vates exposuerunt defectionis et rebellionis ostentum esse : quod cives non ultra tyrannidi futuri essent dicto audientes. Maris dulcedinem tristium et sævorum temporum in meliora Syracusanis vicissitudinem afferre. Ministrum denique esse aquilam Jovis, lanceam principatus et dominatus insigne : igitur eversionem et excidium tyrannidis moliri deorum principem. Hæc Theopompus scripta reliquit.

212.

Dyma.... Theopompus libro quadragesimo scribit : « Præsides erant civitatis ex Syracusanis quidem Athanis et Heraclides, ex mercenariis vero Archelaus Dymæus. »

213.

Plurimum vero etiam bibebat Nysæus, Syracusanorum tyrannus, et Apollocrates : erant autem hi Dionysii superioris filii, ut Theopompus docet Historiarum libro quadragesimo et sequente. Scribit autem de Nysæo in hunc modum : « Nysæus, qui post hæc tyrannidem occupavit Syracusiorum, quasi quidam capitis reus in vincula conjectus, aut qui sciret paucos sibi menses superesse quibus vitam protracturus esset, crapulæ ac vino indulgens vitam peragebat. »

214.

Talaria, urbs Syracusanorum, Theopompus in Philippicorum quadragesimo.

215.

Quo repellente et repudiante monitionem suam, adsciscit tandem sibi (Timoleon) ex necessariis fratrem uxoris Timophanis Æschylum, atque ex amicis vatem, quem Satyrum Theopompus, Ephorus et Timæus Orthagoram vocant.

Theopompus, Ephorus et Timæus Orthagoram quendam vatem memorant.

216.

Polybius postquam Timæum sæpe vituperavit, rursus ait : Quis Timæo præsertim in ejusmodi peccatis parcat, qui ceterorum historicorum tam importune reduviam curat? Is enim Theopompum accusat, quia, quum Dionysius reditum e Sicilia Corinthum longa navi fecerit, Theopompus ait rotunda eum advenisse.

Digitized by Google

παράδειγμα τοῖς καυχωμένοις ἀφρόνως ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις· ὁ γὰρ ἔχων τετρακοσίας τριήρεις, μετ' ὀλίγον ἐν μικρῷ στρογγύλῳ πλοίῳ κατέπλευσεν εἰς τὴν Κόρινθον, περίβλεπτον ἔχων τὴν τῆς μεταβολῆς ὑπερβολήν.

217.

Ælianus V. H. VI, 12: Λέγει δὲ Θεόπομπος, ὑπὸ τῆς ἀκρατοποσίας τῆς ἄγαν αὐτὸν (Διονύσιον τὸν νεώτερον) διαφθαρῆναι τὰς ὄψεις, ὡς καὶ ἀμυδρὸν βλέπειν· ἀποκαθῆσθαι δὲ ἐν τοῖς κουρείοις, καὶ γελωτοποιεῖν. Καὶ ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς Ἑλλάδος ἀσχημονῶν διετέλει, βίον διαντλῶν ἀλγεινότατον. Καὶ ἦν δεῖγμα οὐ τὸ τυχὸν τοῖς ἀνθρώποις, εἰς σωφροσύνην καὶ τρόπου κόσμον ἡ τοῦ Διονυσίου ἐκ τῶν τηλικούτων εἰς οὕτω ταπεινὰ μεταβολή.

Cf. Athenæus X, p. 435, E, ubi prior hujus loci pars citatur. Theopompum redolet Justinus XXI, 2: *In segnitiem lapsus saginam corporis ex nimia luxuria oculorumque valetudinem contraxit: adeo, ut non solem, non pulverem, non denique splendorem ferre lucis ipsius posset.* Ib. c. 5: *Tunc deposito imperio arcem Syracusanis cum exercitu tradidit; receptoque privato instrumento Corinthum in exilium proficiscitur. Ibi humillima quæque tutissima existimans in sordidissimum vitæ genus descendit: non contentus in publico vagari, sed potare; nec conspici in popinis lupanaribusque, sed totis diebus desidere; cum perditissimo quoque de minimis rebus disceptare; pannosus et squalidus incedere; risum libentius præbere quam captare; in macello perstare; quod emere non poterat, oculis devorare; apud ædiles adversus lenones jurgari; omniaque ita facere, ut contemnendus magis quam metuendus videretur.*

218.

Athenæus XII, p. 536, C: Ἐτρύφησε δὲ καὶ Φάραξ ὁ Λακεδαιμόνιος, ὡς Θεόπομπος ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ ἱστορεῖ· καὶ ταῖς ἡδοναῖς οὕτως ἀσελγῶς ἐχρήσατο καὶ χύδην, ὥστε πολὺ μᾶλλον διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην αὐτὸν ὑπολαμβάνεσθαι Σικελιώτην ἢ διὰ τὴν πατρίδα Σπαρτιάτην.

Idem, ut videtur, memoratur a Diodor. XII, 79 et Plutarch. Timol. c. 11.

219.

Idem VI, p. 231, F; 232, A, B: Λέγει δὲ οὕτως ὁ Θεόπομπος· « Ἦν γὰρ τὸ παλαιὸν τὸ ἱερὸν κεκοσμημένον χαλκοῖς ἀναθήμασιν, οὐκ ἀνδριᾶσιν, ἀλλὰ λέβησι καὶ τρίποσι χαλκοῦ πεποιημένοις. Λακεδαιμόνιοι οὖν χρυσῶσαι βουλόμενοι τὸ πρόσωπον τοῦ ἐν Ἀμύκλαις Ἀπόλλωνος καὶ οὐχ εὑρίσκοντες ἐν τῇ Ἑλλάδι χρυσίον, πέμψαντες εἰς θεοῦ ἐπηρώτων τὸν θεὸν παρ' οὗ χρυσίον πρίαιντο· ὁ δὲ αὐτοῖς ἀνεῖλε παρὰ Κροῖσον τὸν Λυδὸν πορευθέντας ὠνεῖσθαι παρ' ἐκείνου. Καὶ οἱ πορευθέντες παρὰ Κροίσου ὠνήσαντο. Ἱέρων δὲ ὁ Συρακόσιος βουλόμενος ἀναθεῖναι τῷ θεῷ τὸν τρίποδα καὶ τὴν Νίκην ἐξ ἀπέφθου χρυσοῦ, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀπορῶν χρυσίου ὕστερον ἔπεμψε τοὺς ἀναζητήσοντας εἰς τὴν Ἑλλάδα· οἵτινες μόλις ποτὲ εἰς Κόρινθον ἀφικόμενοι, καὶ ἐξιχνεύσαντες εὗρον παρὰ Ἀρχιτέλει τῷ Κορινθίῳ, ὃς πολλῷ χρόνῳ συνωνούμενος κατὰ μικρὸν θησαυροὺς εἶχεν οὐκ ὀλίγους. Ἀπέδοτο γοῦν τοῖς παρὰ τοῦ Ἱέρωνος ὅσον ἠβούλοντο· καὶ μετὰ ταῦτα πληρώσας καὶ τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα, ὅσον ἠδύνατο χωρῆσαι, ἐπέδωκεν αὐτοῖς· ἀνθ' ὧν Ἱέρων πλοῖον σίτου καὶ ἄλλα πολλὰ δῶρα ἔπεμψεν ἐκ Σικελίας. »

LIBER XLII.

220.

Stephanus: Ἵππος, νῆσος Ἐρυθραίας· Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ.

217.

Theopompus dicit, nimio meri potu oculos Dionysii junioris esse corruptos, ita ut cæcutiret: sedisse vero in tonstrinis, risumque aliis fecisse. Atque in medio plane Græciæ turpiter agens perseveravit, vitam sustinens miserrimam. Et erat documentum non vulgare mortalibus, ad amplectendam temperantiam et morum honestatem illa fortunarum Dionysii ex tantis in tam abjectas mutatio.

218.

Luxuriosus quoque fuit Pharax Lacedæmonius, ut refert Theopompus Historiarum libro quadragesimo, et voluptatibus ita lascive et profuse usus est, ut eam ob causam Siculus magis, quam ob patriam Spartanus esse existimaretur.

219.

Theopompi verba hæc sunt: « Erat enim priscis temporibus templum Apollinis Amyclæi æneis ornatum donariis: eisque non statuis, sed lebetibus et tripodibus ex ære factis. Lacedæmonii igitur, quum deaurare vellent faciem dei, nec reperirent in Græcia aurum, ad oraculum miserunt qui deum consulerent, *aurum unde emerent?* Quibus respondit deus, *ad Crœsum Lydum proficiscerentur, ab eoque emerent.* Et illi ad hunc profecti emerunt. Hiero vero Syracusius, quum vellet dedicare deo tripodem et Victoriam ex auro diligentissime excocto, neque reperire aurum posset, in Græciam deinde misit qui anquirerent: qui ubi Corinthum tandem pervenerunt, quod pervestigarunt invenerunt apud Architelem Corinthium, qui longo tempore paulatim coemendo thesauros haud exiguos coacervaverat. Vendidit igitur ille his, qui ab Hierone missi erant, quantum illi poposcerant: deinde manu sua insuper capiens quantum illa complecti posset, velut auctarium dedit. Pro quo Hiero tritico onustam navem, multaque alia dona, ex Sicilia ad eum misit. »

LIBER XLII.

220.

Hippus, insula ad Erythram, de qua Theopompus libro secundo et quadragesimo.

Digitized by Google

LIBER XLIII.

221 a.

Idem : Ἰψίκουροι, ἔθνος Λιγυστικόν. Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ τρίτῳ· « Ἦν ἐνέμοντο πρότερον Ἰψίκουροι καὶ Ἀρβαξανοὶ καὶ Εὔβιοι, Λίγυες τὸ γένος. » Eadem fere non nominato auctore nec sine diversitate in populorum nominibus alio loco exhibet ita :

Ἀρβαζανοί, ἔθνος Λιγυστικόν· « Παρέπλεον δὲ τὴν χώραν τὴν μὲν πρώτην ἔρημον, ἣν ἐνέμοντο Ὑψίκοροι καὶ Ἀρβαζανοί. »

221 b.

Clem. Alex. Strom. I, p. 389 : Θεόπομπος ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τρίτῃ τῶν Φιλιππικῶν μετὰ ἔτη πεντακόσια τῶν ἐπὶ Ἰλίῳ στρατευσάντων γεγονέναι τὸν Ὅμηρον ἱστορεῖ.

222.

Athenæus XII, p. 517, D, E; F, 518, A, B: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ μγ' τῶν Ἱστοριῶν καὶ νόμον εἶναί φησι παρὰ τοῖς Τυρρηνοῖς κοινὰς ὑπάρχειν τὰς γυναῖκας· ταύτας δὲ ἐπιμελεῖσθαι σφόδρα τῶν σωμάτων, καὶ γυμνάζεσθαι πολλάκις καὶ μετ' ἀνδρῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ πρὸς ἑαυτάς· οὐ γὰρ αἰσχρὸν εἶναι αὐταῖς φαίνεσθαι γυμναῖς· δειπνεῖν δὲ αὐτὰς οὐ παρὰ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἑαυτῶν, ἀλλὰ παρ' οἷς ἂν τύχωσι τῶν παρόντων, καὶ προπίνουσιν οἷς ἂν βουληθῶσιν· εἶναι δὲ καὶ πιεῖν δεινὰς καὶ τὰς ὄψεις πάνυ καλάς· τρέφειν δὲ τοὺς Τυρρηνοὺς πάντα τὰ γινόμενα παιδία, οὐκ εἰδότας ὅτου πατρός ἐστιν ἕκαστον. Ζῶσι δὲ καὶ οὗτοι τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς θρεψαμένοις, πότους τὰ πολλὰ ποιούμενοι καὶ πλησιάζοντες ταῖς γυναιξὶν ἀπάσαις. Οὐδὲν δ' αἰσχρόν ἐστι Τυρρηνοῖς, οὐ μόνον αὐτοὺς ἐν τῷ μέσῳ τι ποιοῦντας, ἀλλ' οὐδὲ πάσχοντας φαίνεσθαι· ἐπιχώριον γὰρ καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς ἐστί. Καὶ τοσούτου δέουσιν αἰσχρὸν ὑπολαμβάνειν, ὥστε καὶ λέγουσιν, ὅταν ὁ μὲν δεσπότης τῆς οἰκίας ἀφροδισιάζηται, ζητῇ δέ τις αὐτὸν, ὅτι πάσχει τὸ καὶ τὸ, προσαγορεύσαντες αἰσχρῶς τὸ πρᾶγμα. Ἐπειδὰν δὲ συνουσιάζωσι καθ' ἑταιρείας ἢ κατὰ συγγενείας, ποιοῦσιν οὕτως· πρῶτον μὲν ὅταν παύσωνται πίνοντες καὶ μέλλωσι καθεύδειν, εἰσάγουσι παρ' αὐτοὺς οἱ διάκονοι, τῶν λύχνων ἔτι καιομένων, ὁτὲ μὲν ἑταίρας, ὁτὲ δὲ παῖδας πάνυ καλοὺς, ὁτὲ δὲ καὶ γυναῖκας· ὅταν δὲ τούτων ἀπολαύσωσιν, αὖθις αὐτοῖς νεανίσκους ἀκμάζοντας, οἳ πλησιάζουσιν αὐτοῖς ἐκείνοις. Ἀφροδισιάζουσι δὲ καὶ ποιοῦνται τὰς συνουσίας ὁτὲ μὲν ὁρῶντες ἀλλήλους, ὡς δὲ τὰ πολλὰ καλύβας περιβάλλοντες περὶ τὰς κλίνας, αἳ πεπλεγμέγαι εἰσὶν ἐκ ῥάβδων, περιβέβληται δ' ἄνωθεν ἱμάτια. Καὶ πλησιάζουσι μὲν σφόδρα καὶ ταῖς γυναιξὶ, πολὺ μέντοι γε χαίρουσι συνόντες τοῖς παισὶ καὶ τοῖς μειρακίοις. Καὶ γὰρ γίνονται παρ' αὐτοῖς πάνυ καλοὶ τὰς ὄψεις, ἅτε τρυφερῶς διαιτώμενοι καὶ λεαινόμενοι τὰ σώματα. Πάντες δὲ οἱ πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦντες βάρβαροι πιττοῦνται καὶ ξυροῦνται τὰ σώματα· καὶ παρά γε τοῖς Τυρρηνοῖς ἐργαστήρια κατεσκεύασται πολλὰ καὶ τεχνῖται τούτου τοῦ πράγματός εἰσιν, ὥσπερ παρ' ἡμῖν οἱ κουρεῖς· παρ' οὓς ὅταν εἰσέλθωσι, παρέχουσιν ἑαυτοὺς πάντα τρόπον οὐδὲν αἰσχυνόμενοι τοὺς ὁρῶντας οὐδὲ τοὺς παριόντας. Χρῶνται δὲ τούτῳ τῷ νόμῳ πολλοὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων τῶν τὴν Ἰταλίαν οἰκούντων, μαθόντες παρὰ Σαυνιτῶν καὶ Μεσσαπίων.

LIBER XLIII.

221 a.

Ipsicuri (*Hypsicori ?*) gens Liguriæ. Theopompus libro quadragesimo tertio : « Quam prius habitabant Ipsicuri et Arbaxani et Eubii, Ligures genere. »

Arbazani, gens Ligystica : « Præternavigabant primum quidem regionem desertam, quam Hypsicori et Arbazani habitabant. »

221 b.

Theopompus libro quadragesimo tertio Philippicorum tradit, quingentis annis post expeditionem Troicam Homerum vixisse.

222.

Theopompus vero libro tertio et quadragesimo ait : « lege etiam institutum esse apud Etruscos, ut communes sint mulieres : has vero diligentissimam curam habere corporis, sæpeque exerceri cum viris, sæpe vero etiam inter se ipsas : nec enim turpe illis haberi, nudas conspici. Cœnare autem illas non apud suos maritos, sed apud quoslibet qui adsunt; et propinare quibuscumque libitum esset. Esse autem eas impense bibaces, et adspectu admodum formosas. Alere autem Etruscos omnes qui nascantur infantes, nescientes quo patre quisque natus sit. Vivunt autem et hi deinde eodem modo quo illi a quibus educati erant, compotationes frequentius instituentes, et cum omnibus mulieribus consuetudinem habentes. Nec vero turpe apud Etruscos habetur, in propatulo fœdum quid vel facere vel pati : est enim hoc illis patrium. Et tantum abest ut turpe id ducant, ut si herum petit aliquis quo tempore Veneri ille vacat, diserte huic dicant, eo nunc illum occupari, turpi verbo rem ipsam nominantes. Quum vero una sunt sodales aut cognati, hunc morem tenent. Primum quidem, postquam compotare desierunt, quum jam cubitum ituri sunt, introducunt ad eos famuli, accensis adhuc lucernis, nunc meretrices, nunc pueros forma præstantes, interdum etiam mulieres : quibus postquam sunt fruiti, rursus illis introducunt adolescentes vegeta ætate, qui cum ipsis rem habent. Veneri autem dant operam concumbuntque interdum ita ut alii alios in conspectu habeant, plerumque vero tegmina lectulis obducunt e virgulis contexta, quibus superne vestimenta injiciunt. Et congrediuntur quidem maxime cum mulieribus : sed et puerorum et adolescentium consuetudine delectantur. Sunt enim hi apud illos forma admodum præstante; quippe delicate viventes, et corpora lævigantes. Omnes enim versus Occidentem habitantes barbari, partim pice, partim radendo, glabrant corpora : et præsertim apud Etruscos multæ institutæ sunt officinæ, suntque artifices qui hanc artem exercent, sicut apud nos tonsores. Ad quos quum introierunt, præbent se illis (picandos radendosque) quovis modo, nullo pudore si quis adspiciat aut interveniat. Utuntur autem eodem instituto multi Græci Italiam incolentes, a Samnitibus et Messapiis edocti. »

Digitized by Google

223.

Stephanus : Δριλώνιος, πόλις μεγάλη, ἐσχάτη τῶν Κελτικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Δριλώνιος, ὡς Θεόπομπος μγ'.

224.

Idem : Μασσία, χώρα ἀποκειμένη τοῖς Ταρτησσίοις. Τὸ ἐθνικὸν, Μασσιανός. Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ τρίτῳ.

225.

Idem : Ξηρὰ, πόλις περὶ τὰς Ἡρακλείας στήλας. Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ τρίτῳ.

226.

Stephanus : Ἐλευθερὶς, πόλις Βοιωτίας Ὠρωποῦ πλησίον, Κότου καὶ Ἐγκλέου · Θεόπομπος μγ'.

Pro Κότου καὶ Ἐγκλέου, monente Ungero in Theban. Paradox. p. 300, scribendum videtur Κόθου καὶ Ἄρκλου, ex Plutarchi. Quæst. Græc. XXII, p. 296, C : Ἐτάφησαν δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν (quæ ab Euripo ad urbem Chalcidem erat) Κόθος καὶ Ἄρκλος (Αἶκλος Xyland. ; cf. Zonar. I, 71 : Αἴκιστρος, Αἶκλος, ὀνόματα κύρια. Strabo X, p. 447, vol. IV, p. 23, Αἶκλος καὶ Κόθος. Marcian. Heracleot. 603) οἱ Ξούθου παῖδες, ᾗ βαδίζουσιν ἐκ πόλεως ἐπὶ τὸν Εὔριπον καὶ ὁ τόπος Τάφος Παίδων καλεῖται.

227.

Strabo VII, p. 498, B, C : Τῶν μὲν οὖν Ἠπειρωτῶν ἔθνη φησὶν εἶναι Θεόπομπος τετταρεσκαίδεκα · τούτων δὲ ἐνδοξότατα, Χάονες, καὶ Μολοττοὶ, διὰ τὸ ἄρξαι ποτὲ πάσης τῆς Ἠπειρώτιδος, πρότερον μὲν Χάονας, ὕστερον δὲ Μολοττούς · οἱ δὲ διὰ τὴν συγγένειαν τῶν βασιλέων ἐπιπλέον ηὐξήθησαν (τῶν γὰρ Αἰακιδῶν ἦσαν) καὶ διὰ τὸ παρὰ τούτοις εἶναι τὸ ἐν Δωδώνῃ μαντεῖον, παλαιόν τε καὶ ὀνομαστὸν ὄν.

In sequentibus Strabo alios auctores, Thucydidem et Ephorum, ante oculos habuit, nec tamen Theopompum neglexisse videtur. « Certe, Wichersius ait, quæ paulo post leguntur : Ἐγγὺς δὲ τῆς Κιχύρου πολίχνιον Βουχαίτιον Κασσωπαίων, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὄν · καὶ Ἐλάτρια καὶ Πανδοσία καὶ Βάτιαι ἐν μεσογαίᾳ, non aliunde arcessita sunt. Nam eadem ex libro quadragesimo tertio Theopompi excitavit Harpocration, in fragmento sequenti ; ex quo loco intellexi tum fragmentum, in quo nunc versamur, tum cetera ad Epirum pertinentia, ex hoc libro desumta esse. — Verba Theopompi in hoc fragmento de Molossis : οἱ δὲ διὰ τὴν συγγένειαν τῶν βασιλέων ἐπιπλέον ηὐξήθησαν, item expresserat Trogus. Nam Justinus XVII, 3 de Pyrrho : *Opesque affinitatum auxilio magnas paravit.* »

228.

Harpocration : Ἐλάτεια... Θεόπομπος γοῦν ἐν τεσσαρακοστῇ τρίτῃ, τέτταρας πόλεις φησὶν εἶναι τῶν Κασσωπαίων, ἀλλ' οὐ τρεῖς (ὥσπερ ὁ Δημοσθένης), Ἐλάτρειάν τε, καὶ Πανδοσίαν, καὶ Βιτίαν, καὶ Βούχεταν.

Ἐλάτεια et Ἐλάτρεια formæ promiscue usurpantur. Pro Βιτία Strabo VII, p. 498 exhibet Βατίαι, et Βουχαίτιων pro Βούχεταν.

229.

Athenæus II, 43, D : Θεόπομπος δέ φησι παρὰ τὸν Ἐριγῶνα ποταμὸν ὀξὺ εἶναι ὕδωρ καὶ τοὺς πίνοντας αὐτὸ μεθύσκεσθαι, καθὰ καὶ τοὺς τὸν οἶνον.

Cf. Plinius H. N. II. 102 : *Lyncestis autem aqua, quæ vocatur, acidula vini modo temulentos facit.* Quæ ex Theopompo petita esse intelligitur ex lib. XXXI, 2 : *Theopompus ait inebriari fontibus iis, quos diximus.* Antigon. Caryst. c. 180 : Ἐν δὲ Λυκήταις (leg. Λυγκησταῖς) Θεόπομπον φάσκειν τι εἶναι ὕδωρ ὀξύ · τοὺς δὲ ἐκ τούτου πίνοντας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν οἴνων, ἀλλοιοῦσθαι.

230.

Plinius H. N. IV init. : *Tomarus mons, centum fontibus circa radices, Theopompo celebratus.*

Eadem apud Solin. Polyh. c. 7.

223.

Drilonius, urbs magna et ultima Celtarum. Gentile, Drilonius, teste Theopompo libro tertio et quadragesimo.

224.

Massia, regio quæ Tartessiis adscribitur. Gentile, Massianus, quo utitur Theopompus libro tertio et quadragesimo.

225.

Xera, urbs circa Herculeas columnas, de qua Theopompus libro tertio et quadragesimo.

226.

Eleutheris, urbs Bœotiæ Oropo vicina, Coti et Enclei (*Cothi et Arcli*) opus, auctore Theopompo libro tertio et quadragesimo.

227.

Epiroticas gentes Theopompus ait esse quatuordecim : earum nobilissimæ sunt Chaones et Molossi, propterea quod olim toti Epiro imperaverant, prius quidem Chaones, post hos Molossi, qui et ob cognationem regum magna fecerunt incrementa (erant enim ex Æacidarum familia) et ob Dodonæum apud ipsos oraculum vetustum ac celebre.

228.

Elatea... Theopompus enim libro quadragesimo tertio, quatuor civitates ait esse Cassopæorum, non tres (ut Demosthenes), Elatriam, Pandosiam, Bitiam et Buchetam.

229.

Theopompus vero ait juxta Erigonem (*Epiri*) fluvium acidulam esse aquam ; quam qui bibant, perinde eos inebriari atque vinum bibentes.

In Lyncestide Theopompus ait aquam esse acidam, quam qui bibant, inebriari velut vino.

Digitized by Google

231.

Antigonus Caryst. c. 180: Περὶ δὲ Θεσπρωτοὺς ἐκ τῆς γῆς ἄνθρακας ὀρύττεσθαι, δυνατοὺς κάεσθαι, Θεόπομπόν φησι καταγράφειν.

Cf. Plinius XXXVII, 7: *Est et Antracitis appellata in Thesprotia fossilis carbonibus similis.*

232.

Tzetzes ad Lycophr. vs. 1439: Ἡ γὰρ μήτηρ τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἡ Ὀλυμπιὰς, εἰς Πύρρον, τὸν Ἀχιλλέως, καὶ Ἕλενον, τὸν Πριάμου, τὸ γένος ἀνέκαθεν ἀνέφερεν, ὥς φησι Θεόπομπος καὶ Πύρανδρος. Ἀνάγει δὲ τὸ γένος, ὁ μὲν Πύρρος εἰς Αἰακὸν, ὁ δὲ Ἕλενος εἰς Δάρδανον. Cf. Justin. XVII, 3.

233.

Plinius H. N. III, 15: *Pandosiam Lucanorum urbem fuisse Theopompus auctor est, in qua Alexander Epirotes occubuerit.*

Theopompea igitur dabit Justin. XII, 2: *Porro Alexander, rex Epiri, in Italiam a Tarentinis, auxilia adversus Bruttios deprecantibus, sollicitatus, ita cupide profectus fuerat, veluti in divisione orbis terrarum, Alexandro Olympiadis sororis suæ filio Oriens, sibi Occidens sorte contigisset; non minorem rerum materiam in Italia, Africa, Sicilia, quam ille in Asia et in Persis habiturus. Huc accedebat, quod, sicut Alexandro Magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic responsum Dodonæi Jovis urbem Pandosiam amnemque Acherusium (cavendum) prædixerat. Quæ utraque cum in Epiro essent, ignarus eadem et in Italia esse, ad declinanda fatorum pericula peregrinam militiam cupidius elegerat. Igitur, quum in Italiam venisset, primum illi bellum cum Apulis fuit: quorum cognito urbis fato, brevi post tempore, pacem et amicitiam cum rege eorum fecit. Erat namque tunc temporis urbs Apulis Brundusium, quam Ætoli, sequuti tum fama rerum in Troja gestarum clarissimum ac nobilissimum ducem Diomedem, condiderant; sed pulsi ab Apulis, consulentes oracula, responsum acceperant, locum, quem repetissent, perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa per legatos cum belli comminatione restitui sibi ab Apulis urbem postulaverant. Sed ubi Apulis oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe sepelierant, perpetuam ibi sedem habituros. Atque ita defuncti responso, diu urbem possederunt. Quod factum quum cognovisset Alexander, antiquitatis fata veneratus, bello Apulorum abstinuit. Gessit et cum Bruttiis Lucanisque bellum multasque urbes cepit; tum et cum Metapontinis et Pediculis et Romanis fœdus amicitiamque fecit. Sed Bruttii Lucanique quum auxilia a finitimis contraxissent, acrius bellum repetivere. Ibi rex juxta urbem Pandosiam et flumen Acheronta, non prius fatalis loci cognito nomine, quam occideret, interficitur; moriensque non in patria fuisse sibi periculosam mortem, propter quam patriam fugerat, intellexit. Corpus ejus Thurii publice redemtum sepulturæ tradiderunt.*

Ex eodem Theopompo fluxisse puto hæc Justini VIII, 6: *Sed nec a proximis manus abstinet* (Philippus): *siquidem Arrubam, regem Epiri, uxori suæ Olympiadi artissima cognatione junctum, pellere regno statuit; atque Alexandrum privignum ejus, uxoris Olympiadis fratrem, puerum honestæ pulchritudinis, in Macedoniam nomine sororis arcessit, omnique studio sollicitatum spe regni, simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit, majora in eo obsequia habiturus sive conscientiæ pudore sive regni beneficio. Quum igitur ad viginti annos pervenisset, ereptum Arrubæ regnum puero admodum tradit, scelestus in utroque. Nam nec in eo jus cognationis servavit, cui ademit regnum, et eum, cui dedit, impudicum fecit ante quam regem.*

LIBER XLIV.

234.

Harpocrat.: Τετραρχία ... ὅτι δὲ Φίλιππος καθ' ἑκάστην τούτων τῶν μοιρῶν ἄρχοντας κατέστησε, δεδηλώκασιν ἄλλοι τε, καὶ ὁ Θεόπομπος ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τετάρτῃ.

Cf. Demosth. Philipp. III, p. 68; Aristid. t. II, p. 229.

235.

Athenæus VI, p. 249, C. D: Φίλιππον δέ φησι Θεόπομπος ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν Θρασυδαῖον τὸν Θετταλὸν καταστῆσαι τῶν ὁμοεθνῶν τύραννον, μικρὸν μὲν ὄντα τὴν γνώμην, κό-

---

231.

Apud Thesprotios ex terra carbones, materiam combustivam, effodi Theopompum scribere dicit.

232.

Mater Alexandri, Olympias, genus retulit ad Pyrrhum, Achillis filium, et Helenum, Priami filium, ut tradunt Theopompus et Pyrandrus. Pyrrhus vero ab Æaco genus repetiit, Helenus a Dardano.

LIBER XLIV.

234.

Tetrarchia... Philippum cuique τετράδι præfecisse suum ἄρχοντα, cum alii scriptores docuere, tum Theopompus libro quadragesimo quarto.

235.

Philippum, narrat Theopompus Historiarum libro quadragesimo quarto, Thrasidæum Thessalum tyrannum constituisse popularium, hominem exigui ingenii, sed

Digitized by Google

λακα δὲ μέγιστον. Ἀλλ' οὐκ Ἀρκαδίων ὁ Ἀχαιὸς κόλαξ ἦν, περὶ οὗ ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ Θεόπομπος καὶ Δοῦρις ἐν πέμπτῳ Μακεδονικῶν· οὗτος δὲ ὁ Ἀρκαδίων μισῶν τὸν Φίλιππον, ἑκούσιον ἐκ τῆς πατρίδος φυγὴν ἔφυγεν. Ἦν δὲ εὐφυέστατος καὶ πλείους ἀποφάσεις αὐτοῦ μνημονεύονται. Ἔτυχε δ' οὖν ποτ' ἐν Δελφοῖς ἐπιδημοῦντος Φιλίππου παρεῖναι καὶ τὸν Ἀρκαδίωνα, ὃν θεασάμενος ὁ Μακεδὼν καὶ προσκαλεσάμενος, Μέχρι τίνος φεύξῃ, φησίν, Ἀρκαδίων; καὶ ὅς,

Ἔστ' ἂν τοὺς ἀφίκωμαι, οἳ οὐκ ἴσασι Φλιππον.

LIBER XLV.

236.

Athen. X, p. 436, B: Ἐν δὲ τῇ τεσσαρακοστῇ πέμπτῃ ὁ αὐτὸς περὶ Τιμολάου λέγων τοῦ Θηβαίου φησὶν, « Οὐκ ὀλίγων γὰρ ἤδη γενομένων ἀσελγῶν περὶ τὸν βίον τὸν καθ' ἡμέραν καὶ τοὺς πότους οὐδένα νομίζω τῶν ἐν ταῖς πολιτείαις ὄντων οὔτ' ἀκρατέστερον οὔτε λιχνότερον, οὔτε δοῦλον γεγονέναι μᾶλλον τῶν ἡδονῶν, εἰ μή, ὥσπερ εἶπον, Τιμόλαον. » Cf. Ælian. V. H. II, 41.

237.

Stephanus: Χαλία, πόλις Βοιωτίας. Θεόπομπος με'· « Τὴν δὲ Χαλίαν καὶ τὴν καλουμένην Ὑρίαν, ἥπερ ἐστὶν ἐφεξῆς ἐκείνης τῆς Βοιωτίας. » ... Ὁ αὐτός· « Ὕστερον δὲ οἱ Χαλκιδεῖς πολεμήσαντες Αἰολεῦσι, τοῖς τὴν ἤπειρον ἔχουσι, Χαλίοις καὶ Βοιωτοῖς καὶ Ὀρχομενίοις καὶ Θηβαίοις.»

238.

Athenæus XII, p. 532, C, D: Καὶ περὶ τοῦ Χάρητος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ φησι· « Χάρητός τε νωθροῦ τε ὄντος καὶ βραδέος, καίτοι γε καὶ πρὸς τρυφὴν ἤδη ζῶντος· ὅς γε περιήγετο στρατευόμενος αὐλητρίδας καὶ ψαλτρίας καὶ πεζὰς ἑταίρας· καὶ τῶν χρημάτων τῶν εἰσφερομένων εἰς τὸν πόλεμον τὰ μὲν εἰς ταύτην τὴν ὕβριν ἀνήλισκε, τὰ δ' αὐτοῦ κατέλιπεν Ἀθήνησι, τοῖς τε λέγουσι καὶ τὰ ψηφίσματα γράφουσι καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς δικαζομένοις· ἐφ' οἷς ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων οὐδεπώποτε ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἠγάπα τῶν πολιτῶν, καὶ δικαίως. Καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἔζων, ὥστε τοὺς μὲν νέους ἐν τοῖς αὐλητριδίοις καὶ παρὰ ταῖς ἑταίραις διατρίβειν, τοὺς δὲ μικρὸν ἐκείνων πρεσβυτέρους ἔν τε τοῖς κύβοις καὶ ταῖς τοιαύταις ἀσωτίαις· τὸν δὲ δῆμον ἅπαντα πλείω καταναλίσκειν εἰς τὰς κοινὰς ἑστιάσεις καὶ χρεανομίας ἢπερ εἰς τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν. »

« Suspicor hoc libro Theopompum egisse de expeditione Atheniensium adversus Philippum, eaque occasione de Charetis moribus et indole exposuisse. Hoc enim in bello Charetem cum Lysicle exercitui præfecerunt Athenienses. Diod. Sicul. XVI, 85. In quam sententiam etiam ductus sum, quoniam in duobus præcedentibus fragmentis de Bœotia egit. In hanc autem regionem exercitus Atheniensis, omnibus ad militiam comparatis, expeditionem statim suscepit, celerique itinere Chæroneam Bœotiæ pervenit; ipsi autem Bœotii in eodem bello Atheniensibus se adjunxerunt, suadente magno oratore Demosthene. Atque ob has item causas, si quidem nostra conjectura valeat, et sequens fragmentum, in quo de legatione Demosthenis ad Bœotios, hic collocandum putavi, etsi plura fragmenta ad Demosthenem pertinentia ad librum de demagogis retulerim, et cetera fragmenta Theopompea, in quibus urbes aut regiones Bœotiæ memorantur.» *Wichers.* Fragmentorum ordinem mutare nolui, quamvis sententia viri docti, cujus verba modo laudavimus, vix stare possit. Nam quum pugna

---

adulatorem maximum. At non adulator erat Arcadion Achæus, de quo idem narrat Theopompus, et Duris quinto libro Rerum Macedonicarum. Hic enim Arcadion, odio ductus Philippi, sponte patrium solum vertit. Erat autem vir imprimis ingeniosus; cujus multa scite dicta commemorantur. Accidit igitur aliquando, ut, quum Delphis versaretur Philippus, simul ibi adesset Arcadion; quem conspicatus Macedo, ad se vocavit dicens: « Quousque fugies, Arcadion? » et ille:

Donec ad eos pervenero, quibus ignotus Philippus.

LIBER XLV.

236.

Quinto et quadragesimo libro idem (Theopompus) de Timolao Thebano verba faciens, scribit: « Quum jam non pauci essent, qui in quotidiana vitæ ratione luxuriæ et compotationibus studerent, neminem puto ex his qui rempublicam gesserunt, aut intemperantiorem fuisse, aut gulosiorem, aut voluptatibus magis servientem, quam hunc quem dixi Timolaum. »

237.

Chalia, urbs Bœotiæ. Theopompus quinto et quadragesimo: « Chaliam et Hyriam, quæ est a tergo illius Bœotiæ. » ... Idem: « Postea vero Chalcidenses, bellum gerentes adversus Æolenses, continentem habentes, et Chalios et Bœotos et Orchomenios et Thebanos. »

238.

De Charete idem (Theopompus), libro quinto et quadragesimo, scribit: « Segnis Chares et tardus erat, jamque molle et luxuriosum vitæ genus cœperat sectari: quippe exercitui præfectus tibicinas et cantatrices et vulgares meretrices secum circumducebat: et pecuniarum ad bellum collatarum partem in hoc ipsum probrosum vitæ genus absumsit, partem in urbe Athenis reliquit erotoribus distribuendam, et plebiscita proponentibus, et privatis hominibus quibus lites essent intentatæ. Quibus rebus tantum aberat ut indignaretur unquam Atheniensium populus, ut eum magis etiam quam alios omnes cives diligerent: nec immerito. Nam et ipsi eodem modo vivebant; ut juvenes apud tibicinas et meretrices assidue versarentur, et his paullo natu majores tesserarum ludo et alia id genus lascivia tempus tererent, universus vero populus plura impenderet in publica epula et visceraciones, quam in civitatis administrationem. »

Digitized by Google

id Chæroneam libro demum quinquagesimo tertio narretur, et quæ ex libris 46-48 memorantur aperte referenda sint ad Philippi res in Thracia gestas, atque præterea Perinthi, Selymbriæ, Byzantii oppugnationes exponendæ fuerint, vix dubitare licet fr. 239 pertinere ad librum quinquagesimum tertium.

239.

Plutarch. Demosth. p. 854, c. 18: Ἡ δὲ τοῦ ῥήτορος δύναμις, ὡς φησι Θεόπομπος, ἐκριπίζουσα τὸν θυμὸν αὐτῶν, καὶ διακαίουσα τὴν φιλοτιμίαν, ἐπεσκότησε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ὥστε φόβον καὶ λογισμὸν καὶ χάριν ἐκβαλεῖν αὐτοὺς, ἐνθουσιῶντας ὑπὸ τοῦ λόγου πρὸς τὸ καλόν. Οὕτω δὲ μέγα καὶ λαμπρὸν ἐφάνη τὸ τοῦ ῥήτορος ἔργον, ὥστε τὸν μὲν Φίλιππον εὐθὺς ἐπικηρυκεύεσθαι δεόμενον εἰρήνης, ὀρθὴν δὲ τὴν Ἑλλάδα γενέσθαι καὶ συνεξαναστῆναι πρὸς τὸ μέλλον, ὑπηρετεῖν δὲ μὴ μόνον τοὺς στρατηγοὺς τῷ Δημοσθένει ποιοῦντας τὸ προσταττόμενον, ἀλλὰ καὶ τοὺς Βοιωτάρχας, καὶ διοικεῖσθαι τὰς ἐκκλησίας ἁπάσας οὐδὲν ἧττον ὑπ' ἐκείνου τότε τὰς Θηβαίων, ἢ τὰς Ἀθηναίων, ἀγαπωμένου παρ' ἀμφοτέροις καὶ δυναστεύοντος, οὐκ ἀδίκως, οὐδὲ παρ' ἀξίαν, ὥσπερ ἀποφαίνεται Θεόπομπος, ἀλλὰ καὶ πάνυ προσηκόντως.

240.

Harpocrat.: Τιλφωσσαῖον· ... ὄρος ἐστὶ μικρὸν ἀπέχον τῆς λίμνης τῆς Κωπαΐδος, ὡς Θεόπομπος ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς.

241.

Stephanus: Ἀκραιφία, πόλις Βοιωτίας..... Θεόπομπος τὰ Ἀκραίφνια φησί.

242.

Idem: Τλῆτες, ἔθνος Ἰβερικὸν περιοικοῦν τοὺς Ταρτησσίους. Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ.

Recte sine dubio Pinedus statuit Τλῆτας hosce esse eosdem, quos antea Stephanus nominaverat Γλῆτας, et qui apud Strabonem III, p. 252 audiunt Ἰγλῆτες. Wichersius pro τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ scribi vult τ. τρίτῳ. Sine causa.

LIBER XLVI.

243.

Athenæus IV, p. 149, D: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῶν Φιλιππικῶν· « Οἱ Ἀρκάδες, φησὶν, ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν ὑποδέχονται τοὺς δεσπότας καὶ τοὺς δούλους, καὶ μίαν πᾶσι τράπεζαν παρασκευάζουσι καὶ τὰ σιτία πᾶσιν εἰς τὸ μέσον παρατιθέασι καὶ κρατῆρα τὸν αὐτὸν πᾶσι κιρνᾶσι.»

244.

Idem XIV, p. 627, E: Θεόπομπος δ' ἐν τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστοριῶν, « Γέται, φησὶ, κιθάρας ἔχοντες, καὶ κιθαρίζοντες τὰς ἐπικηρυκείας ποιοῦνται. »

LIBER XLVII.

245.

Stephanus: Ἀγησσὸς, πόλις Θρᾴκης, ὡς Θεόπομπος ἐν τεσσαρακοστῇ ἑβδόμῃ.

246.

Harpocrat.: Καβύλη· χωρίον ἐστὶ τῆς Θρᾴκης, ὡς φησι Θεόπομπος ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ ἑβδόμῃ.

247.

Stephanus: Ἄστακος, πόλις Βιθυνίας.... ἔστι καὶ χώρα Βυζαντίων, ὡς Θεόπομπος ἐν τεσσαρακοστῇ ἑβδόμῃ.

239.

Demosthenis oratoris vis, ut auctor est Theopompus, quæ excitabat animos Atheniensium et incendebat ad gloriam, obstitit omnibus reliquis: ut quasi lymphati, ab oratione ejus rapti ad honestum, metum, rationes, gratiam abjicerent. Successus autem hujus oratoris tantus exstitit et tam insignis, ut legatos extemplo mitteret Philippus ad pacem petendam, omnis erigeret se Græcia, et consurgeret adversus id quod impendebat, accommodarent vero se Demostheni non modo prætores Atheniensium dicto ei audientes, sed et Bœotarchæ, concionibus ille præesset omnibus non secus tunc Thebanorum quam Atheniensium. Carus erat enim utrobique, et dominabatur non immerito neque ab re, ut ait Theopompus, sed optimo jure.

240.

Tilphossæum.... mons haud procul a lacu Copaide, ut auctor est Theopompus in Philippicis.

241.

Acraephia, urbs Bœotiæ.... Theopompus urbem Acraephnia plurali numero appellat.

242.

Tletes, gens Iberica, habitans circum Tartessios. Theopompus quinto et quadragesimo.

LIBER XLVI.

243.

Theopompus in sexto et quadragesimo Rerum Philippicarum, « Arcades, inquit, epulis solennibus heros et servos excipiunt, et eamdem omnibus mensam instruunt, cibosque omnibus in medium apponunt, eumdemque calicem omnibus miscent. »

244.

Et Theopompus sexto et quadragesimo Historiarum libro ait: « Getæ, citharas manibus tenentes pulsantesque, legationes de pace obeunt. »

LIBER XLVII.

245.

Agessus, urbs Thraciæ, auctore Theopompo libro quadragesimo septimo.

246.

Cabyle est Thraciæ locus, ut refert Theopompus in libro quadragesimo septimo.

247.

Astacus, urbs Bithyniæ... Est item Byzantinorum regio, cujus Theopompus libro quadragesimo septimo meminit.

Digitized by Google

LIBER XLVIII.

248.

Stephanus: Δανθαλῆται, ἔθνος Θρᾳκικόν· Θεόπομπος μή'.

LIBER XLIX.

249.

Athenæus IV, p. 166, F; 167 A, B, C: Περὶ δὲ τῆς ἀσωτίας καὶ τοῦ βίου Φιλίππου, καὶ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ ἑνάτῃ τῶν Ἱστοριῶν ὁ Θεόπομπος τάδε γράφει· « Φίλιππος ἐπεὶ ἐγκρατὴς πολλῶν ἐγένετο χρημάτων, οὐκ ἀνάλωσεν αὐτὰ ταχέως, ἀλλ' ἐξέβαλε καὶ ἔβριψε, πάντων ἀνθρώπων κάκιστος ὢν οἰκονόμος οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ αὐτόν. Ἁπλῶς γὰρ οὐδεὶς αὐτῶν ἠπίστατο ζῆν ὀρθῶς οὐδὲ σωφρόνως οἰκεῖν οἰκίαν. Τοῦ δ' αὐτὸς αἴτιος ἦν, ἄπληστος καὶ πολυτελὴς ὤν, προχείρως ἅπαντα ποιῶν καὶ κτώμενος καὶ διδούς· στρατιώτης γὰρ ὢν λογίζεσθαι τὰ προσιόντα καὶ ταναλισκόμενα δι' ἀσχολίαν οὐκ ἠδύνατο. Ἔπειτα δ' οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ ἐκ πολλῶν τόπων ἦσαν συνερρυηκότες· οἱ μὲν γὰρ ἐξ αὐτῆς τῆς χώρας, οἱ δ' ἐκ Θετταλίας, οἱ δὲ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, οὐκ ἀριστίνδην ἐξειλεγμένοι, (Idem ibid. et Polybius VIII, 11:) ἀλλ' εἴ τις ἦν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἢ τοῖς βαρβάροις λάσταυρος, ἢ βδέλυρὸς, ἢ θρασὺς τὸν τρόπον, οὗτοι σχεδὸν ἅπαντες εἰς Μακεδονίαν ἀθροισθέντες ἑταῖροι Φιλίππου προσηγορεύοντο. Εἴ δὲ μὴ καὶ τοιοῦτός τις ἐληλύθει, ὑπὸ τοῦ βίου καὶ τῆς διαίτης τῆς Μακεδονικῆς ταχέως ἐκείνοις ὅμοιος ἐγίνετο. Τὰ μὲν γὰρ οἱ πόλεμοι καὶ αἱ στρατεῖαι καὶ αἱ πολυτέλειαι θρασεῖς αὐτοὺς εἶναι προετρέποντο, καὶ ζῆν μὴ κοσμίως, ἀλλ' ἀσώτως καὶ τοῖς λῃσταῖς παραπλησίως. (Athenæus VI, p. 260, D, E, F; 261 A., Polyb. ibid.:) Καθόλου γὰρ ὁ Φίλιππος τοὺς μὲν κοσμίους τὰ ἤθη καὶ τοὺς τῶν ἰδίων ἐπιμελουμένους ἀπεδοκίμαζε· τοὺς δὲ πολυτελεῖς καὶ ζῶντας ἐν κύβοις καὶ πότοις, ἐπαινῶν ἐτίμα. Τοιγαροῦν οὐ μόνον αὐτοὺς τοιαῦτ' ἔχειν παρεσκεύαζεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης ἀδικίας καὶ βδελυρίας ἀθλητὰς ἐποίησε. Τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν ἢ δεινῶν αὐτοῖς οὐ προσῆν, ἢ τί τῶν καλῶν καὶ σπουδαίων οὐκ ἀπῆν; οὐχ οἱ μὲν ξυρούμενοι καὶ λεαινόμενοι διετέλουν ἄνδρες ὄντες, οἱ δ' ἀλλήλοις ἐτόλμων ἐπανίστασθαι πώγωνας ἔχουσι; Καὶ περιήγοντο μὲν δύο καὶ τρεῖς ἑταιρουμένους, αὐτοὶ δὲ τὰς αὐτὰς ἐκείνοις χρήσεις ἑτέροις παρεῖχον· ὅθεν δικαίως ἄν τις αὐτοὺς οὐχ ἑταίρους ἀλλ' ἑταίρας ὑπέλαβεν, οὐδὲ στρατιώτας ἀλλὰ χαμαιτύπας προσηγόρευσεν. Ἀνδροφόνοι γὰρ τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδρόπορνοι τὸν τρόπον ἦσαν. Πρὸς δὲ τούτοις ἀντὶ μὲν τοῦ νήφειν τὸ μεθύειν ἠγάπων, ἀντὶ δὲ τοῦ κοσμίως ζῆν ἁρπάζειν καὶ φονεύειν ἐζήτουν. Καὶ τὸ μὲν ἀληθεύειν καὶ ταῖς ὁμολογίαις ἐμμένειν οὐκ οἰκεῖον αὐτῶν ἐνόμιζον, τὸ δ' ἐπιορκεῖν καὶ φενακίζειν ἐν τῷ σεμνοτάτῳ ὑπελάμβανον. Καὶ τῶν μὲν ὑπαρχόντων ἠμέλουν, τῶν δὲ ἀπόντων ἐπεθύμουν· καὶ ταῦτα μέρος τί τῆς Εὐρώπης ἔχοντες; Οἶομαι γὰρ τοὺς ἑταίρους οὐ πλείονας ὄντας κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὀκτακοσίων, οὐκ ἔλαττον καρπίζεσθαι γῆν ἢ μυρίους τῶν Ἑλλήνων, τοὺς τὴν ἀρι-

LIBER XLVIII.

248.

Danthaletæ, gens Thracica, teste Theopompo in libro octavo et quadragesimo.

LIBER XLIX.

249.

De luxuria et vitæ ratione Philippi atque ejus sodalium, nono et quadragesimo Historiarum libro hæc Theopompus scribit: « Philippus, postquam multæ pecuniæ compos factus est, non expendit eam celeriter, sed abjecit et profudit, omnium hominum pessimus administrator rei familiaris non modo ipse, sed et hi quibuscum vivebat. Nullus enim eorum, citra exceptionem, recte vivere noverat, aut domum moderate regere. Cujus rei ipse rex caussa fuit: qui quum inexplebilis et sumtuosus esset, quidquid faceret, id temere agebat, sive pecunias cogeret, sive erogaret. Nam miles quum esset, otium sibi sumere non potuit ad subducendas redituum et expensorum rationes. Præterea familiariter utebatur hominibus, qui quibuslibet ex locis confluxerant: alii enim ex illa ipsa regione, alii vero e Thessalia, alii ex reliqua Græcia, non pro generis nobilitate aut pro virtutis merito selecti: sed si quis erat, sive inter Græcos, sive inter barbaros, lascivus aut flagitiosus, aut moribus effrenis, hi fere omnes in Macedoniam confluentes, sodales Philippi appellabantur. Si quis vero moribus non tam perversis ad eum venisset, per vitæ rationem Macedonicam brevi illorum similis evadebat. Nam bella et expeditiones et ingentes sumtus, ad audaciam eos et vitæ immodestiam, luxuriosamque et latronum vitæ similem instigabant.

Modestis moribus homines et ad rem familiarem attentos aspernabatur Philippus: qui in alea et in compotationibus vitam traducerent, hos solos laudabat ornabatque. Quare non modo, ut his rebus numquam carerent, curavit: verum etiam reliquæ omnis iniquitatis et libidinis athletas eosdem effecit. Quid enim turpe vel scelestum ab iis abfuit? aut quid honestum probumve adfuit? Nonne hi erant, qui, viri quum essent, numquam non rasi et deglabrati conspiciebantur? nonne, qui aliis ad infames libidines abutebantur barbatis hominibus? Et quidem duo vel tria mascula scorta quisque eorum secum circumducebat: ipsi vero eadem rursus ministeria aliis præbebant. Quare merito illos non amicos regis, sed amicas, dixisses; nec milites, sed prostibula, nominasses. Nam quum ingenio homicidæ essent, moribus scorta virilia erant. Ad hæc, sobrietatem perosi, temulentiam amabant; a modestia alieni, nil nisi rapinam et cædem meditabantur. Veritatem colere, et servare datam fidem, nihil ad se pertinere existimabant: pejerare vero et decipere, in summa laude ponebant. Quæ aderant, non curabant: quæ vero deerant, ea concupiscebant: quamquam, quantam Europæ partem jam tum possidentes! Puto enim, familiares amicosque Philippi, quum non plures essent eo tempore quam octingenti, non minorem terræ tractum, cujus fructus perciperent, possedisse quam decies mille Græci

Digitized by Google

στην καὶ πλείστην χώραν κεκτημένους. (Polybius ibid.:) Ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ἵνα παύσωμαι μακρολογῶν, ἄλλως τε καὶ τοσούτων μοι πραγμάτων ἐπικεχυμένων, ἡγοῦμαι τοιαῦτα θηρία γεγονέναι, καὶ τοιοῦτον τρόπον τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἑταίρους Φιλίππου προσαγορευθέντας, οἵους οὔτε τοὺς Κενταύρους τοὺς τὸ Πήλιον κατασχόντας, οὔτε τοὺς Λαιστρυγόνας τοὺς Λεοντῖνον πεδίον οἰκήσαντας, οὔτ' ἄλλους οὐδ' ὁποίους.»

« Hunc locum ita constitui partim ex Athenæo, partim ex Polybio, quamquam nonnulla apud alterum obvia apud alterum desiderantur. Nam caret Polybius cum principio hujus loci, tum postea verbis εἰ δὲ μή... παραπλησίως, et: πρὸς δὲ τούτοις... χώραν κεκτημένους: postrema vero ἁπλῶς δὲ... οὐδ' ὁποίους desunt apud Athenæum. In singulis item aliquantum discrepant.—Λάσταυρος ἢ βδελυρός] De illa voce v. Casaubon. et Schweigh. ad Athen. I, p. 9, C; hanc omisit Polybius, paullo tamen post occurrit βδελυρία. — Οὗτοι σχεδὸν ἅπαντες κ. τ. λ.] Polyb.: Οὗτοι πάντες εἰς Μακεδονίαν ἀθροιζόμενοι πρὸς Φίλιππον ἑταῖροι τοῦ βασιλέως προσηγορεύοντο, eodem sensu. Theopompi hæc et quæ sequuntur verba respexisse videtur Diodorus XVI, 54: Ἐγκατασκευάζων οὖν ἐν ταῖς πόλεσι προδότας διὰ τῆς δωροδοκίας καὶ τοὺς δεχομένους τὸ χρυσίον ξένους καὶ φίλους ὀνομάζων, ταῖς πονηραῖς ὁμιλίαις διέφθειρε τὰ ἤθη τῶν ἀνθρώπων. Cf. Demosth. Olynth. II, p. 15.—Τὰ μὲν γὰρ οἱ πόλεμοι] Ob deficiens τὰ δὲ aliud membrum orationis apud Theopompum ab his verbis incipiens ab Athenæo omissum censet Schweigh. Præfero tamen Villebrunii conjecturam, pro καὶ αἱ πολυτέλειαι legentis: τὰ δ' αἱ πολυτ., ut haberet, quo τὰ μὲν responderet. Καθόλου γὰρ ὁ, quæ in in Athenæo deficiunt, e Polybio præposui. Mox apud hunc τοῖς ἤθεσι legitur pro τὰ ἤθη; post τῶν ἰδίων adjicitur βίων. Pro ζῶντας ἐν κύβοις καὶ πότοις ἐπαινῶν ἐτίμα, Polybius: ζῶντας ἐν μέθαις καὶ κύβοις ἐτίμα καὶ προῆγεν, ut auctor noster l. XXI, fr. 146, τοὺς ἀποβάλλοντας τὰς οὐσίας εἰς μέθας καὶ κύβους· libro vero quarto frag. 54 utitur ἐν κύβοις καὶ πότοις. Pro τοιαῦτ' ἔχειν, quod obsecutus Schweighæuseri utrique Codici MS. recepi præ τοιαῦτα ἔχειν, ut editi, Polybius ταυτ' ἔχειν; pro ξυρούμενοι, ξυρόμενοι; pro ἑτέροις παρεῖχον exhibet ἑτ. παρείχοντο, melius. Mox pro ὅθεν .... οὐχ ἑταίρους ἀλλὰ ἑταίρας ὑπέλαβεν, Polybius, perperam omissis ἀλλ' ἑταίρας, exhibet ὑπελάμβανεν εἶναι, quæ, sensu magis absoluto, Demetrius Phalereus De elocut. sic retulit: ἐκαλοῦντο μὲν ἑταῖροι, ἦσαν δὲ ἑταῖραι· et tum hæc, tum quæ proxime sequuntur: ἀνδρόφονοι γὰρ τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδρόπορνοι τὸν τρόπον ἦσαν, inter elumbis et fractæ orationis exempla protulit. Adamavit Theopompus ejusmodi ἀντιθέσεις; statim præcesserat: τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν ἢ δεινῶν αὐτοῖς οὐ προσῆν, ἢ τί τῶν καλῶν καὶ σπουδαίων οὐκ ἀπῆν· et mox, καὶ τῶν μὲν ὑπαρχόντων ἠμέλουν, τῶν δὲ ἀπόντων ἐπεθύμουν. Pro χαμαιτύπας, Polyb. χαμαιτύπους. Ἐν τῷ σεμνοτάτῳ retineo, etiam damnante magno Casaubono, nam consentiunt libri omnes, neque a Græcitate abhorret. » *Wichers.*

250.

Stephanus: Μίσκερα, πόλις Σικανίας. Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ Φιλιππικῶν.

251.

Stephanus: Ἴνδαρα, Σικανῶν πόλις. Θεόπομπος.

LIBER L.

252.

Athenæus X, p. 442, F; 443, A: Ἐν δὲ τῇ πεντηκοστῇ ὁ Θεόπομπος περὶ Μηθυμναίων τάδε λέγει· « Καὶ τὰ μὲν ἐπιτήδεια προσφερομένους πολυτελῶς, μετὰ τοῦ κατακεῖσθαι καὶ πίνειν· ἔργον δ' οὐδὲν ἄξιον τῶν ἀναλωμάτων ποιοῦντας. Ἔπαυσεν οὖν αὐτοὺς τούτων Κλεομένης ὁ τύραννος, ὁ καὶ τὰς μαστροποὺς τὰς εἰθισμένας προαγωγεύειν τὰς ἐλευθέρας γυναῖκας, τρεῖς ἢ τέτταρας τὰς ἐπιφανεστάτας πορευομένας, ἐνδήσας εἰς σάκκους καταποντίσαι τισὶ προστάξας. »

Pro πορευομένας Casaubonus conjecit: ἐμπορευομένας, Schweighæus. πορνευομένας.

253.

Stephanus: Καρὸς κῆποι, χωρίον Θράκης. Θεόπομπος ν'. Τὸ ἐθνικὸν Καροκηπίτης, ὡς ὁ αὐτός.

---

qui optimos plurimosque fundos possiderent. Atque, ut paucis absolvam, præsertim quum tot et tanta negotia mihi incumbant, sic apud me existimo: quotquot amici et comites Philippi dicebantur, teterrimas fuisse belluas, quales nec Centauri, qui Pelium incoluere, nec Læstrygones, qui Leontinos campos tenuisse perhibentur, nec ulla alia hujusmodi monstra, exstiterunt. »

250.

Miscera, urbs Sicaniæ, de qua Theopompus libro nono et quadragesimo Philippicorum.

251.

Indara, Sicanorum urbs, de qua Theopompus.

LIBER L.

252.

Libro quinquagesimo de Methymnæis hæc Theopompus dicit: « Victu utebantur sumtuoso, decumbentes, potantesque: nullum autem factum edentes quod illis sumtibus dignum fuisset. Sed huic illorum vitæ generi finem fecit Cleomenes tyrannus: qui et lenarum, quæ prostituere ingenuas mulieres consueverant, tres aut quatuor clarissimas in meretricia facienda, saccis inclusas mari jussit mergi. »

253.

Caroscepi (Caris horti), locus Thraciæ, de quo Theopompus libro quinquagesimo. Gentile, Carocepita, ut idem.

Digitized by Google

254.

Harpocrat.: Σκιράφια ..... ἔλεγον τὰ κυβευτήρια, ἐπειδὴ διέτριβον ἐν Σκίρῳ οἱ κυβεύοντες, ὡς Θεόπομπος ἐν τῇ πεντηκοστῇ ὑποσημαίνει. Eadem apud Suidam h. v.

LIBER LI.

255.

Stephanus.: Κράνεια, χωρίον Ἀμβρακιωτῶν. Θεόπομπος πεντηκοστῷ πρώτῳ.

256.

Harpocrat.: Ἱερώνυμος .... ἕτερος δ' ἐστὶν Ἱερώνυμος Μεγαλοπολίτης .... ὅτι δ' οὗτος ἦν τῶν Μακεδονιζόντων μάλιστα, καὶ Θεόπομπος εἴρηκεν ἐν τῇ πεντηκοστῇ πρώτῃ.

Cf. Demosth. De fals. leg. p. 199. De Arcadibus Philippi fautoribus v. fr. 131.

257.

Idem: Μύρτις ..... Θεόπομπος δ' ἐν τῇ πεντηκοστῇ πρώτῃ Πασέαν καὶ Ἀμυρταῖον ὀνομάζει τῶν Ἀργείων τοὺς Μακεδονίζοντας.

Eadem apud Photium h. v. Cf. Dem. Orat. pro cor. p. 188. Idem ac noster esse videtur Myrtis Argivus a Theophrasto memoratus in Athenæo VI, p. 254, D.

LIBER LII.

258.

Pausanias III, 10: Θεόπομπος δὲ ὁ Δαμασιστράτου, τόν τε Ἀρχίδαμον μετασχεῖν τῶν χρημάτων αὐτὸν, καὶ ἔτι Δεινίχαν τὴν Ἀρχιδάμου γυναῖκα περὶ τῶν δυναστευόντων ἐν Φωκεῦσιν ἔφη λαμβάνουσαν δωρεὰν ἑτοιμότερον ποιεῖν σφισιν ἐς τὴν συμμαχίαν Ἀρχίδαμον.

259.

Athenæus XII, p. 536, C, D: Ἐν δὲ τῇ πεντηκοστῇ δευτέρᾳ φησὶν ὡς «Ἀρχίδαμος ὁ Λάκων ἀποστὰς τῆς πατρίου διαίτης συνειθίσθη ξενικῶς καὶ μαλακῶς· διόπερ οὐκ ἠδύνατο τὸν οἴκοι βίον ὑπομένειν, ἀλλ' ἐσπούδασεν ἀεὶ δι' ἀκρασίαν ἔξω διατρίβειν. Καὶ Ταραντίνων πρεσβευσαμένων περὶ συμμαχίας, ἔσπευσε συνελθεῖν αὐτὸς βοηθός· κἀκεῖ γενόμενος καὶ ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανὼν οὐδὲ ταφῆς κατηξιώθη, καίτοι Ταραντίνων πολλὰ χρήματα ὑποσχομένων τοῖς πολεμίοις ὑπὲρ τοῦ ἀνελέσθαι τὸ αὐτοῦ σῶμα.»

260.

Idem IV, p. 166, E: Περὶ δὲ τῶν Ταραντίνων ἱστορῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ πεντηκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν γράφει οὕτως· «Ἡ πόλις ἡ τῶν Ταραντίνων σχεδὸν καθ' ἕκαστον μῆνα βουθυτεῖ καὶ δημοσίᾳ ἑστιάσεις ποιεῖται· τὸ δὲ τῶν ἰδιωτῶν πλῆθος ἀεὶ περὶ συνουσίας καὶ πότους ἐστί. Λέγουσι δὲ καί τινα τοιοῦτον λόγον οἱ Ταραντῖνοι· τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους διὰ τὸ φιλοπονεῖσθαι καὶ περὶ τὰς ἐργασίας διατρίβειν, παρασκευάζεσθαι ζῆν· αὐτοὺς δὲ διὰ τὰς συνουσίας καὶ τὰς ἡδονὰς οὐ μέλλειν, ἀλλ' ἤδη βιῶναι.»

261.

Stephanus: Βαρήτιον, χωρίον πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ. Θεόπομπος πεντηκοστῷ δευτέρῳ.

254.

Σκιράφια vocabant loca, ubi alea ludebatur, quod aleatores in Sciro versarentur, ut Theopompus significat libro Historiarum quinquagesimo.

LIBER LI.

255.

Cranea, castellum Ambraciotarum, auctore Theopompo libro quinquagesimo primo.

256.

Hieronymus. ... Alter vero est Hieronymus Megalopolitanus; hic Macedonum partibus valde addictus fuit, ut Theopompus testatur libro quinquagesimo primo.

257.

Myrtis... Theopompus autem in primo et quinquagesimo Paseam et Amyrtæum inter Argivos nominat qui Macedonum partibus favebant.

LIBER LII.

258.

Theopompus, Damasistrati filius, scriptum reliquit, Archidamum, ejus belli gerendi socium fuisse; atque adeo Dinicham, Archidami uxorem, ab iis, qui rerum apud Phocenses potiebantur, corruptam muneribus, Archidamum ad opem illis ferendam effecisse promtiorem.

259.

Libro secundo et quinquagesimo scribit (Theopompus): «Archidamum Lacedæmonium, spreta vitæ ratione patria, peregrinis mollibusque moribus adsuevisse. Itaque domi, inquit, vitam agere non amplius sustinuit, sed propter intemperantiam semper extra patriam transigere studuit. Quare, quum Tarentini legatos misissent qui auxilium peterent, continuo cum illi proficiscerentur, ibique in bello vita functus, ne sepulcro quidem honoratus est, quamvis magnam pecuniæ vim hostibus promisissent Tarentini, ut auferre corpus ejus humareque ipsis liceret.»

260.

De Tarentinis disserens secundo et quinquagesimo Historiarum libro, sic scribit (Theopompus): «Tarentinorum civitas unoquoque fere mense boves sacrificat, et publica convivia celebrat. Privatorum vero multitudo continuo in conviviis compotationibusque versatur. Estque vulgatum quoddam Tarentinorum dictum hujusmodi: alios homines sua industria, et in opere faciendo sedulitate, futuram sibi parare vitam: se vero, qui convivia agant et voluptatibus fruantur, non esse victuros, sed jam nunc vivere.»

261.

Baretium, locus ad mare Adriaticum, cujus Theopompus libro quinquagesimo secundo meminit.

Digitized by Google

LIBER LIII.

262.

Athenæus X, p. 435, B, C, D: Ἐν δὲ τῇ τρίτῃ καὶ πεντηκοστῇ περὶ τῶν ἐν Χαιρωνείᾳ γενομένων εἰπὼν, καὶ ὡς ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλεσε τοὺς παραγενομένους τῶν Ἀθηναίων πρέσβεις, φησίν· « Ὁ δὲ Φίλιππος ἀποχωρησάντων ἐκείνων εὐθέως μετεπέμπετό τινας τῶν ἑταίρων, καλεῖν τ' ἐκέλευε τὰς αὐλητρίδας καὶ Ἀριστόνικον τὸν κιθαρῳδὸν καὶ Δωρίωνα τὸν αὐλητὴν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς εἰθισμένους αὐτῷ συμπίνειν. Περιήγετο γὰρ πανταχοῦ τοὺς τοιούτους ὁ Φίλιππος, καὶ κατασκευασάμενος ἦν ὄργανα πολλὰ συμποσίου καὶ συνουσίας. Ὢν γὰρ φιλοπότης καὶ τὸν τρόπον ἀκόλαστος, καὶ βωμολόχους εἶχε περὶ αὑτὸν συχνοὺς, καὶ τῶν περὶ τὴν μουσικὴν ὄντων καὶ τῶν τὰ γελοῖα λεγόντων. Πιὼν δὲ τὴν νύκτα πᾶσαν καὶ μεθυσθεὶς πολὺ καὶ πατάξας, ἀφεὶς ἅπαντας τοὺς ἄλλους ἀπαλλάττεσθαι, ἤδη πρὸς ἡμέραν ἐκώμαζεν ὡς τοὺς πρέσβεις τοὺς τῶν Ἀθηναίων. »

Contra moderationem Philippi post reportatam victoriam laudant Polyb. V, 10; Justin. IX, 4; Ælian. V. H. VIII, 15. Theopompi narrationem reddere videtur Diodorus XVI, 87: Λέγουσι δέ τινες ὅτι καὶ παρὰ τὸν πότον πολὺν ἐμφορησάμενος ἄκρατον, καὶ μετὰ τῶν φίλων τὸν ἐπινίκιον ἄγων κῶμον, διὰ μέσων τῶν αἰχμαλώτων ἐβάδιζεν, ὑβρίζων διὰ λόγων τὰς τῶν ἀκληρούντων δυστυχίας. Δημάδην δὲ τὸν ῥήτορα κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ὄντα χρήσασθαι παῤῥησίᾳ, καὶ λόγον ἀποφθέγξασθαι δυνάμενον ἀνακτεῖλαι τὴν τοῦ βασιλέως ἀσέλγειαν. Φασὶ γὰρ εἰπεῖν αὐτὸν, Βασιλεῦ, τῆς τύχης σοὶ περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος, αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου; τὸν δὲ Φίλιππον, τῇ τῆς ἐπιπλήξεως εὐστοχίᾳ κινηθέντα, τοσοῦτο μεταβαλεῖν τὴν ὅλην διάθεσιν, ὥστε τοὺς μὲν στεφάνους ἀποῤῥῖψαι, τὰ δὲ συνακολουθοῦντα κατὰ τὸν κῶμον σύμβολα τῆς ὕβρεως ἀποτρίψασθαι, τὸν δ' ἄνδρα τὸν χρησάμενον τῇ παῤῥησίᾳ θαύμασαι, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπολύσαντα πρὸς ἑαυτὸν ἀναλαβεῖν ἐντίμως. Τέλος δ' ὑπὸ τοῦ Δημάδου καθομιληθέντα ταῖς Ἀττικαῖς χάρισι, πάντας ἀπολῦσαι τοὺς αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων· καθόλου δ' ἀποθέμενον τὴν ἐκ τῆς νίκης ὑπερηφανίαν, πρέσβεις ἀποστεῖλαι πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ συνθέσθαι πρὸς αὐτοὺς φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν· εἰς δὲ τὰς Θήβας φρουρὰν ἐγκαταστήσαντα, συγχωρῆσαι τὴν εἰρήνην τοῖς Βοιωτοῖς.

263.

Plutarch. Demosth. p. 855, c. 21: Ὁ δὲ δῆμος οὐ μόνον τούτων (Demosthenem) ἀπέλυεν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν διετέλει, ... ὥστε καὶ τῶν ὀστέων ἐκ Χαιρωνείας κομισθέντων, καὶ θαπτομένων, τὸν ἐπὶ τοῖς ἀνδράσιν ἔπαινον εἰπεῖν ἀπέδωκεν, οὐ ταπεινῶς, οὐδ' ἀγεννῶς φέρων τὸ συμβεβηκὸς, ὡς γράφει καὶ τραγῳδεῖ Θεόπομπος, ...

264.

Strabo IX, p. 424: Φησὶ δὲ Θεόπομπος τὸν τόπον τοῦτον (Παραποταμίους) διέχειν τῆς μὲν Χαιρωνείας ὅσον σταδίους τεσσαράκοντα, διορίζειν δὲ Ἀμβρυσέας καὶ Πανοπέας καὶ Δαυλιέας· κεῖσθαι δ' ἐπὶ τῆς ἐμβολῆς τῆς ἐκ Βοιωτίας εἰς Φωκέας ἐν λόφῳ μετρίως ὑψηλῷ, μεταξὺ τοῦ τε Παρνασσοῦ καὶ τοῦ Ἡ[δυλίου] ὄρους, πενταστάδιον σχεδόν τι ἀπολεῖπον τῶν ἀν.... ὁρίων (τῶν ἀνὰ μέσον χωρίων, vel τῶν ἀνὰ στενὸν χωρίων Palm.), διαιρεῖν δὲ τὸν Κηφισσὸν, στενὴν ἑκατέρωθεν διδόντα πάροδον, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκ Λιλαίας ἔχοντα, Φωκικῆς πόλεως, καθάπερ καὶ Ὅμηρός φησιν,

Οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο,

εἰς δὲ τὴν Κωπαΐδα λίμνην ἐκδιδόντα. Τὸ δὲ Δαύλιον παρατείνειν ἐφ' ἑξήκοντα στάδια μέχρι τοῦ Ὑφαντείου, ἐφ' ᾧ κεῖται ὁ Ὀρχομενός.

LIBER LIII.

262.

Quinquagesimo tertio libro, postquam de rebus ad Chæroneam gestis verba fecit, et de legatis qui tum aderant Atheniensium, quos ad convivium rex vocaverat, sic pergit Theopompus: « Philippus vero, postquam illi e convivio discesserant, protinus meretrices nonnullas arcessivit, et tibicinas vocari jussit, et Aristonicum citharœdum et Dorionem tibicinem, reliquosque qui cum eo compotare consueverant. Hujusmodi enim homines ubique secum circumducebat; multaque sibi instrumenta compotationis et consuetudinis paraverat. Quum enim vino esset deditus lascivisque moribus, magnum numerum scurrarum et musicorum et hominum ridicula dicentium in comitatu suo habebat. Postquam igitur tota nocte potasset, et per temulentiam gnaviter esset tumultuatus, ceteris omnibus dimissis discedereque jussis, jam sub auroram ad legatos Atheniensium comissatum perrexit. »

263.

At populus non his modo exemit Demosthenem, sed quoque colere non destitit.... Itaque quum relata a Chæronea conderentur tumulo ossa, commisit ei ut eos qui occubuerant, laudaret; nec abjecto vel fracto animo tulit, ut scribit et declamat Theopompus, casum.

264.

Theopompus hunc locum (Parapotamios vicum) distare ait a Chæronea stadiis circiter quadraginta, et fines ibi esse Amphrysensium, Panopensium atque Dauliensium. Situm esse in mediocriter sublimi colle prope aditum e Bœotia in Phocidem inter Parnasum et Hedylium montem, quinque fere stadiis a locis in medio positis distantem: quos Cephissus dirimat, angustum utrinque præbens transitum, ortus e Lilæa Phocidis urbe, quod et Homerus ostendit,

Quique Lilæam habent Cephissi fontibus aptam:

et in lacum Copaidem se effundit: Daulium autem extendi ait ad sexaginta stadia ad Hyphanteum usque, ad quod jacet Orchomenus.

Digitized by Google

LIBER LIV.

265.

Athenæus III, p. 77, E: Ὁ Θεόπομπος δὲ ἐν τῇ πεντηκοστῇ τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν, κατὰ τὴν Φιλίππου φησὶν ἀρχὴν περὶ τὴν Βισαλτίαν καὶ Ἀμφίπολιν καὶ Γραιστωνίαν τῆς Μακεδονίας, ἔαρος μέσου ὄντος, τὰς μὲν συκὰς σῦκα, τὰς δ' ἀμπέλους βότρυς, τὰς δ' ἐλαίας, ἐν ᾧ χρόνῳ βρύειν εἰκὸς ἦν αὐτὰς, ἐλαίας ἐνεγκεῖν, καὶ εὐτυχῆσαι πάντα Φίλιππον.

LIBER LV.

266.

Stephanus: Καρύα, χωρίον τῆς Λακωνικῆς. Θεόπομπος νέ.

267.

Idem: Τριχάρανα, φρούριον τῆς Φλιασίας· Θεόπομπος πεντηκοστῷ πέμπτῳ.

LIBER LVI.

268.

Athenæus XIII, p. 609, B: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ πεντηκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν Ξενοπείθειαν τὴν Λυσανδρίδου μητέρα πασῶν τῶν κατὰ Πελοπόννησον γυναικῶν γεγονέναι καλλίονα. Ἀπέκτειναν δὲ αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Χρυσῆν, ὅτε καὶ τὸν Λυσανδρίδαν, ἐχθρὸν ὄντα, Ἀγησίλαος ὁ βασιλεὺς καταστασιάσας φυγαδευθῆναι ἐποίησεν ὑπὸ Λακεδαιμονίων.

269.

Stephanus: Ἀλέα, πόλις Ἀρκαδίας. Θεόπομπος πεντηκοστῇ ἕκτῃ.

270.

Idem: Εὔγεια, χωρίον Ἀρκαδίας. Θεόπομπος πεντηκοστῷ ἕκτῳ.

271.

Idem: Λύκαια, πόλις Ἀρκαδίας. Θεόπομπος πεντηκοστῷ ἕκτῳ.

272.

Polybius XVI, 12, 7.: Θεόπομπος φήσας, τοὺς εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄβατον ἐμβάντας κατ' Ἀρκαδίαν, ἀσκίους γιγνέσθαι.

Ex Theopompo, ut videtur, Pausanias VIII, 38: Τὸ δὲ ὄρος παρέχεται τὸ Λύκαιον καὶ ἄλλα ἐς θαῦμα, καὶ μάλιστα τόδε· τέμενος ἔστιν ἐν αὐτῷ Λυκαίου Διὸς, ἔσοδος δὲ οὐκ ἔστιν ἐς αὐτὸ ἀνθρώποις· ὑπεριδόντα δὲ τοῦ νόμου καὶ ἐσελθόντα, ἀνάγκη πᾶσα αὐτὸν ἐνιαυτοῦ πρόσω μὴ βιῶναι· καὶ τάδε ἔτι ἐλέγετο· τὰ ἐντὸς τοῦ τεμένους γενόμενα δμοίως πάντα καὶ θηρία καὶ ἀνθρώπους οὐ παρέχεσθαι σκιάν. καὶ διὰ τοῦτο, ἐς τὸ τέμενος θηρίου καταφεύγοντος, οὐκ ἐθέλει οἱ συνεσπίπτειν ὁ κυνηγέτης, ἀλλὰ ὑπομένων ἐκτὸς, καὶ ὁρῶν τὸ θηρίον, οὐδεμίαν ἀπ' αὐτοῦ θεᾶται σκίαν.

273.

Stephanus: Αἰγείρουσα, πόλις τῆς Μεγαρίδος, ὡς Στράβων (IX, p. 394). Λέγεται καὶ Αἴγειρος, ὡς Θεόπομπος πεντηκοστῇ ἕκτῃ.

LIBER LVII.

274.

Idem: Μεσσαπέαι, χωρίον Λακωνικῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Μεσσαπεύς· οὕτω γὰρ ὁ Ζεὺς ἐκεῖ τιμᾶται. Θεόπομπος πεντηκοστῷ ἑβδόμῳ.

LIBER LIV.

265.

Theopompus in libro quarto et quinquagesimo Historiarum ait: Philippo regnante circa Bisaltiam et Amphipolin et Græstoniam in Macedonia, medio vere ficus arbores ficos, vites uvas, itemque oleas, quo tempore primum germinare alias consuevissent, olivas tulisse: et omnibus in rebus prospero successu usum esse Philippum.

LIBER LV.

266.

Carya, locus Laconicæ, de quo Theopompus libro quinquagesimo quinto.

267.

Tricarana, castellum Phliasiæ, Theopompus libro quinto quinquagesimo.

LIBER LVI.

268.

Theopompus in Historiarum libro sexto et quinquagesimo scribit, Xenopitheam, Lysandridæ matrem, omnibus in Peloponneso mulieribus forma antecelluisse. Interfecerunt autem illam Lacedæmonii, et sororem ejus Chrysen, quum Lysandridam sibi adversarium Agesilaus rex, excitata seditione, ut in exilium pellerent Lacedæmonii, perfecit.

269.

Alea, urbs Arcadiæ, auctore Theopompo libro quinquagesimo sexto.

270.

Eugea, oppidum Arcadiæ, de quo Theopompus libro quinquagesimo sexto.

271.

Lycæa, urbs Arcadiæ, de qua Theopompus libro quinquagesimo sexto.

272.

Theopompus auctor est, eos qui in templum Jovis in Arcadia, quod nemini adire licet, fuerint ingressi, umbræ expertes reddi.

273.

Ægirusa, oppidum Megaridis, uti Strabo testatur. Dicitur etiam Ægirus, uti Theopompus libro quinquagesimo sexto vocat.

LIBER LVII.

274.

Messapeæ, castellum Laconicæ, cujus gentile Messapeensis. Hoc nomine Jupiter ibidem colitur, teste Theopompo libro quinquagesimo septimo.

Digitized by Google

275.

Harpocrat.: Στεφανῶν τοὺς νενικηκότας. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, ἀντὶ τοῦ τιμῶν ... καὶ παρ' ἄλλοις ἐπὶ ταύτης τῆς ἐννοίας τὸ στεφανοῦν, ὡς παρά τε Θεοπόμπῳ ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἑβδόμῃ.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

276.

Athenæus VI, p. 230, F: Θεόπομπος δ' ὁ Χῖος ἐν ταῖς πρὸς Ἀλέξανδρον συμβουλαῖς, περὶ Θεοκρίτου τοῦ πολίτου τὸν λόγον ποιούμενός φησιν· « Ἐξ ἀργυρωμάτων δὲ καὶ χρυσῶν πίνει, καὶ τοῖς σκεύεσι χρῆται τοῖς ἐπὶ τῆς τραπέζης ἑτέροις τοιούτοις, ὁ πρότερον οὐχ ὅπως ἐξ ἀργυρωμάτων οὐκ ἔχων πίνειν, ἀλλ' οὐδὲ χαλκῶν, ἀλλ' ἐκ κεραμεῶν, καὶ τούτων ἐνίοτε κολοβῶν. »

277.

Athenæus XIII, p. 595, A, B, C: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον Ἐπιστολῇ τὴν Ἁρπάλου διαβάλλων ἀκολασίαν, φησίν· « Ἐπίσκεψαι δὲ καὶ διάκουσον σαφῶς παρὰ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, ὃν τρόπον Πυθιονίκην περιέστειλε τελευτήσασαν· ἡ Βαχχίδος μὲν ἦν δούλη τῆς αὐλητρίδος, ἐκείνη δὲ Σινώπης τῆς Θράττης τῆς ἐξ Αἰγίνης Ἀθήναζε μετενεγκαμένης τὴν πορνείαν· ὥστε γίνεσθαι μὴ μόνον τρίδουλον, ἀλλὰ καὶ τρίπορνον αὐτήν. Ἀπὸ πλειόνων δὲ ταλάντων ἢ διακοσίων, δύο μνήματα κατεσκεύασεν αὐτῆς, ὃ καὶ πάντες ἐθαύμαζον, ὅτι τῶν μὲν ἐν Κιλικίᾳ τελευτησάντων ὑπὲρ τῆς σῆς βασιλείας, καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας, οὐδέπω νῦν οὔτ' ἐκεῖνος, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν ἐπιστατῶν κεκόσμηκε τὸν τάφον. Πυθιονίκης δὲ τῆς ἑταίρας φανήσεται τὸ μὲν Ἀθήνησι, τὸ δ' ἐν Βαβυλῶνι μνῆμα πολὺν ἤδη χρόνον ἐπιτετελεσμένον· ἦν γὰρ πάντες ἥδεσαν κοινῆς δαπάνης κοινὴν τοῖς βουλομένοις γιγνομένην, ταύτης ἐτόλμησεν ὁ φίλος εἶναι σοῦ φάσκων, ἱερὸν καὶ τέμενος ἱδρύσασθαι, καὶ προσαγορεῦσαι τὸν ναὸν καὶ τὸν βωμὸν Πυθιονίκης Ἀφροδίτης, ἅμα τῆς τε παρὰ θεῶν τιμωρίας καταφρονῶν, καὶ τὰς σὰς τιμὰς προπηλακίζειν ἐπιχειρῶν. » Cf. Diodor. XVII, 108; Athenæus XIII, p. 586, C, 594, E; Plutarch. Demosth. 25.

278.

Idem XIII, p. 586, C: ... Φησὶ Θεόπομπος ἐν τοῖς περὶ τῆς Χίας Ἐπιστολῆς, ὅτι, μετὰ τὸν τῆς Πυθιονίκης θάνατον ὁ Ἅρπαλος μετεπέμψατο τὴν Γλυκέραν Ἀθήνηθεν, ἣν καὶ ἐλθοῦσαν οἰκεῖν ἐν τοῖς βασιλείοις τοῖς ἐν Ταρσῷ, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ τοῦ πλήθους, βασίλισσαν προσαγορευομένην, ἀπειρῆσθαί τε ἐπὶ πᾶσι μὴ στεφανοῦν Ἅρπαλον, ἐὰν μὴ καὶ Γλυκέραν στεφανῶσιν. Ἐν Ῥωσσῷ δὲ καὶ εἰκόνα χαλκῆν αὐτῆς ἱστάναι τολμῆσαι παρὰ τὴν ἑαυτοῦ.

Eadem lib. XIII, p. 595, D, leguntur ita: Μετὰ δὲ τὴν Πυθιονίκης τελευτὴν ὁ Ἅρπαλος Γλυκέραν μετεπέμψατο, καὶ ταύτην ἑταίραν, ὡς ὁ Θεόπομπος ἱστορεῖ, φάσκων ἀπειρηκέναι τὸν Ἅρπαλον μὴ στεφανοῦν ἑαυτὸν, εἰ μή τις στεφανώσειε καὶ τὴν πόρνην. « Ἔστησέ τε εἰκόνα χαλκῆν τῆς Γλυκέρας ἐν Ῥωσσῷ τῆς Συρίας, οὗπερ καὶ σὲ καὶ αὐτὸν ἀνατιθέναι μέλλει· παρέδωκέ τε αὐτῇ κατοικεῖν ἐν τοῖς βασιλείοις τοῖς ἐν Ταρσῷ, καὶ ὁρᾷ ὑπὸ τοῦ λαοῦ προσκυνουμένην, καὶ βασίλισσαν προσαγορευομένην καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς τιμωμένην, αἷς πρέπον ἦν τὴν σὴν μητέρα καὶ τὴν σοὶ συνοικοῦσαν. »

ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΔΙΑΤΡΙΒΗΣ.

279.

Athenæus XI, p. 508, C: Θεόπομπος ὁ Χῖος ἐν

275.

Quum victores coronis ornaret. Demosthenes in oratione adversus Æschinem, pro *quum honoraret*, eodemque sensu τὸ στεφανοῦν apud alios, ut Theopompum libro quinquagesimo septimo.

EPISTOLÆ.

276.

Theopompus Chius, in Consiliis ad Alexandrum, de Theocrito populari suo loquens, scribit: « Bibit ex vasis argenteis et aureis; reliquisque omnibus vasis, quæ mensæ imponuntur, ejusdemmodi utitur; is qui olim, non dico ex argenteis, imo ne ex æneis quidem, sed e fictilibus bibebat, et his quidem interdum mutilis. »

277.

Theopompus in Epistola ad Alexandrum, Harpali accusans insolentiam, ait: « Dispice vero et plane cognosce ex Babyloniis, quo modo Pythionicam vita functam prosecutus sit. Bacchidis hæc serva fuerat tibicinæ; quæ ipsa Sinopæ servierat Thraciæ, ei quæ scortationis officinam ex Ægina Athenas transtulit: ut adeo non modo *triserva*, sed et *triscortum* Pythionica fuerit. Huic igitur duo monumenta posuit, in quæ amplius ducentis talentis impendit: ut mirarentur omnes, his qui in Cilicia pro tuo regno et pro Græcorum libertate mortem obierunt, nondum nec ab illo, nec ab eorum quoquam qui rebus præsunt, ornata esse sepulcra; Pythionicæ vero meretricis monumentum aliud Athenis, aliud Babylone conspici, jam pridem absolutum. Quam enim norunt omnes mercede æquali omnibus proposita communem fuisse volenti cuique, huic ausus est is, qui tuum se amicum dicit, templum atque sacram aram statuere, nominareque *fanum atque aram Pythionicæ Veneris*; simul divini numinis spernens vindictam, et tuos honores ludibrio habere ausus. »

278.

Theopompus in Epistola pro Chiis scripta ait, post Pythionicæ obitum Harpalum Athenis accivisse Glyceram: quæ quum venisset, in regia habitavit Tarsi, et a populo adorata est, et regina appellata: vetitumque fuisse, ait, ne quis Harpalum corona donaret, quin simul Glyceram coronaret. Eumdem in oppido Rosso etiam statuam illius æneam ponere conatum esse juxta suam.

LIBER CONTRA PLATONIS SCHOLAM.

279.

Theopompus Chius in libro contra Platonis Scholam:

Digitized by Google

τῷ κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς, « Τοὺς πολλοὺς, φησὶν, τῶν διαλόγων αὐτοῦ ἀχρείους καὶ ψευδεῖς ἄν τις εὕροι· ἀλλοτρίους δὲ τοὺς πλείους ὄντας ἐκ τῶν Ἀριστίππου διατριβῶν, ἐνίους δὲ κἀκ τῶν Ἀντισθένους, πολλοὺς δὲ κἀκ τῶν Βρύσωνος τοῦ Ἡρακλειώτου. »

280.

Diogenes Laert. VI, § 14 : Τοῦτον (τὸν Ἀντισθένη) μόνον ἐκ πάντων Σωκρατικῶν Θεόπομπος ἐπαινεῖ· καί φησι δεινόν τε εἶναι καὶ δι' ὁμιλίας ἐμμελοῦς ὑπαγαγέσθαι πάνθ' ὁντινοῦν.

281.

Idem III, 40 : Καὶ ἐτελεύτα μὲν (ὁ Πλάτων) ὃν εἴπομεν τρόπον, Φιλίππου βασιλεύοντος ἔτος τρισκαιδέκατον, καθὰ καὶ Φαβωρῖνός φησιν Ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ· ὑφ' οὗ καὶ ἐπιτιμηθῆναί φησιν αὐτὸν Θεόπομπος.

ΠΕΡΙ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ.

282.

Schol. Aristoph. Avium v. 1354 : Κύρβεις δὲ ἤτοι παρὰ τὸ κεκορυφῶσθαι εἰς ὕψος ἀνατεταμένον· ἢ ἀπὸ τῶν Κορυβάντων· ἐκείνων γὰρ εὕρημα, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν τῷ περὶ Εὐσεβείας.

Eadem Tzetz. Chil. XII, 357 :

Αἱ κύρβεις ἦσαν δὲ χαλκαῖ, οὐ μέν τι ἀπὸ ξύλων.
Εὗρον δ' αὐτὰς Κορυβάντες, ὅθεν καλοῦνται κύρβεις,
Θεόπομπος ὡς ἔγραψε τῷ περὶ Εὐσεβείας,
ἢ ὅτι κεκορύφωνται ἄνω τε καὶ πρὸς ὕψος.

Ad eundem librum cum Rhoerio Wichersius retulit locum Porphyrii.

283.

Porphyrius De abstin. II, 16, p. 127 ed. Rhoer.: Τὰ παραπλήσια δὲ καὶ Θεόπομπος ἱστόρηκεν, εἰς Δελφοὺς ἀφικέσθαι ἄνδρα Μάγνητα ἐκ τῆς Ἀσίας φέμενος, πλούσιον σφόδρα, κεκτημένον συχνὰ βοσκήματα· τοῦτον δ' εἰθίσθαι τοῖς θεοῖς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν θυσίας ποιεῖσθαι πολλὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς· τὰ μὲν δι' εὐπορίαν τῶν ὑπαρχόντων, τὰ δὲ δι' εὐσέβειαν καὶ τὸ βούλεσθαι τοῖς θεοῖς ἀρέσκειν. Οὕτω δὲ διακείμενον πρὸς τὸ δαιμόνιον ἐλθεῖν εἰς Δελφοὺς, πομπεύσαντα δὲ ἑκατόμβην τῷ θεῷ καὶ τιμήσαντα μεγαλοπρεπῶς τὸν Ἀπόλλωνα παρελθεῖν εἰς τὸ μαντεῖον χρηστηριαζόμενον, οἰόμενον δὲ κάλλιστα πάντων ἀνθρώπων θεραπεύειν τοὺς θεοὺς, ἐρέσθαι τὴν Πυθίαν, τὸν ἄριστα καὶ προθυμότατα τὸ δαιμόνιον γεραίροντα θεσπίσαι, καὶ τὸν ποιοῦντα τὰς θυσίας προσφιλεστάτας, ὑπολαμβάνοντα δοθήσεσθαι αὐτῷ τὸ πρωτεῖον· τὴν δὲ ἱέρειαν ἀποκρίνασθαι πάντων ἄριστα θεραπεύειν τοὺς θεοὺς Κλέαρχον, κατοικοῦντα ἐν Μεθυδρίῳ τῆς Ἀρκαδίας· τὸν δ' ἐκπλαγέντα ἐκτόπως ἐπιθυμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἰδεῖν, καὶ ἐντυχόντα μαθεῖν τίνα τρόπον τὰς θυσίας ἐπιτελεῖ. Ἀφικομένου οὖν ταχέως εἰς τὸ Μεθύδριον, πρῶτον μὲν καταφρονῆσαι, μικροῦ καὶ ταπεινοῦ ὄντος τοῦ μεγέθους τοῦ χωρίου, ἡγούμενον οὐχ ὅπως ἄν τινα τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν πόλιν δύνασθαι μεγαλοπρεπέστερον αὐτοῦ, καὶ κάλλιον τιμῆσαι τοὺς θεούς· ὅμως δ' οὖν συντυχόντα τῷ ἀνδρὶ, ἀξιῶσαι φράσαι αὐτῷ, ὁντινα τρόπον τοὺς θεοὺς τιμᾷ. Τὸν δὲ Κλέαρχον φάναι ἐπιτελεῖν καὶ σπουδαίως θύειν ἐν τοῖς προσήκουσι χρόνοις, κατὰ μῆνα ἕκαστον ταῖς νουμηνίαις στεφανοῦντα καὶ φαιδρύνοντα τὸν Ἑρμῆν καὶ τὴν Ἑκάτην καὶ τὰ

« Plerosque, ait, Platonis dialogos inutiles atque mendaces invenias ; majoremque partem alienos, desumtos partim ex Aristippi Disputationibus, nonnullos ex Antisthenis, multos vero etiam ex Brysonis Heracleotæ. »

280.

Hunc (Antisthenem) solum ex omnibus Socraticis Theopompus laudat, dicens fuisse acutissimum et ex suavitate colloquii quemlibet capere ac traducere quo vellet.

281.

Moritur (Plato) eo quo diximus modo, tertio decimo Philippi regis anno, ut Phavorinus tertio Commentariorum refert, a quo et objurgatum fuisse illum Theopompus auctor est.

DE PIETATE.

282.

Κύρβεις (tabulæ, in quibus leges inscribuntur) inde nomen habent, quod sursim erectæ sunt (κεκορύφωνται, vel a Corybantibus, a quibus inventæ sunt, ut Theopompus ait in libro de Pietate.

283.

Similia his Theopompus etiam memoriæ prodidit. Magnetem enim quendam ex Asia inquit prædivitem hominem fuisse, qui quum copioso pecudum grege abundaret, per singulos annos diis multa et magnifica sacrificia exhibere consuevisset, tum ob opum affluentiam, tum ob pietatem, et quia diis placere summopere studebat. Hunc ita affectum ad deum Delphos profectum cum sacrificiis fuisse, quumque ibi magnifica hecatombarum pompa Apollinem fuisset veneratus, ad oraculum consulendum fuisse ingressum : quumque se præclarissime omnium diis cultum exhibere arbitraretur, Pythiam interrogasse quisnam esset, qui optime et promtissime deum veneraretur, eique gratissima sacrificia offerret, ratum fore ut sibi palma ea in re sine dubio concederetur : vatem autem respondisse omnium optime deos colere Clearchum, qui Methydrii, id Arcadiæ oppidum est, habitaret. Illum autem mirum in modum admiratum in animum induxisse suum, ut eo pergeret, atque hominem conveniret, ab eoque quo pacto sacrificaret, sciscitaretur. Quumque Methydrium confestim se contulisset, primum quidem oppidi exiguitate et humilitate conspecta rem ita contempsisse, ut nedum ejus privatum quempiam, sed ne civitatem quidem totam præclarius, et magnificentius se venerari deos posse existimaret. Nihilominus tamen ad hominem accessisse, ab eoque requisivisse, ut modum quo deos coleret, sibi explicaret. Clearchum vero ita dixisse : Ego quidem summa diligentia semper in constitutis temporibus diis sacrifico : dum et singulis quibusque mensibus in novilunii Mercurium, et Hecaten, et reliquos deos quos majo-

Digitized by Google

λοιπὰ τῶν ἱερῶν, ἃ δὴ τοὺς προγόνους καταλιπεῖν, καὶ τιμᾷν λιβανωτοῖς καὶ ψαιστοῖς καὶ πυπάνοις· καθ' ἑνιαυτὸν δὲ θυσίας δημοτελεῖς ποιεῖσθαι, παραλείποντα οὐδεμίαν ἑορτήν· ἐν αὐταῖς δὲ ταύταις θεραπεύειν τοὺς θεοὺς, οὐ βουθυτοῦντα, οὐδὲ ἱερεῖα κατακόπτοντα, ἀλλ' ὅ, τι ἂν παρατύχῃ, ἐπιθύοντα, σπουδάζειν μέντοι ἀπὸ πάντων τῶν περιγιγνομένων καρπῶν, καὶ τῶν ὡραίων ἃ ἐκ τῆς γῆς λαμβάνεται, τοῖς θεοῖς τὰς ἀπαρχὰς ἀπονέμειν, καὶ τὰ μὲν παρατιθέναι, τὰ δὲ καθαγιάζειν αὐτοῖς, αὐτὸν δὲ τῇ αὐταρκείᾳ προσεσχηκότα τοῦ θῦσαι βοῦς προνοεῖσθαι.

284.

Stobæus Serm. XVI, 15: Εἴ τις πλεῖστα τῶν ἀγαθῶν κεκτημένος μετὰ τοῦ λυπεῖσθαι διάγοι τὸν βίον, ἁπάντων ἂν εἴη καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἐσομένων ἀθλιώτατος.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

285.

Theo Prog. c. 8, p. 123: Καὶ ὡς Θεόπομπος ἐν τῷ Φιλίππου ἐγκωμίῳ· ὅτι « εἰ βουληθείη Φίλιππος τοῖς αὐτοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐμμεῖναι, καὶ τῆς Εὐρώπης πάσης βασιλεύσει. »

FRAGMENTA INCERTÆ SEDIS.

286.

Antigonus Carystius c. 14: Θεόπομπος δέ φησιν κατὰ τοὺς ἐν Θράκῃ Χαλκιδεῖς, εἶναί τινα τόπον τοιοῦτον, εἰς ὃν ὅ τι μὲν ἂν τῶν ἄλλων ζώων εἰσέλθῃ, πάλιν ἀπαθὲς ἀπέρχεται· τῶν δὲ κανθάρων οὐδεὶς διαφεύγει· κύκλῳ δὲ στρεφόμενοι, τελευτῶσιν αὐτοῦ· διὸ δὴ καὶ τὸ χωρίον ὀνομάζεσθαι Κανθαρόλεθρον. Cf. Strabo VII, p. 510; Aristot. De mir. ausc. c. 30; Plin. H. N. IX, 28.

287.

Idem c. 152: Τὴν δὲ ἐν Λούσοις κρήνην, καθάπερ παρὰ τοῖς Λαμψανηκοῖς ἔχειν ἐν ἑαυτῇ μῦς, ὁμοίους τοῖς κατοικιδίοις, ἱστορεῖν δὲ ταῦτα Θεόπομπον (Καλλίμαχός φησιν).

288.

Antigon. Car. c. 156: Θεόπομπον δέ φησι (Καλλίμαχος) γράφειν τὴν μὲν (πηγὴν) ἐν Κιγχρώψωσιν τοῖς Θραξὶν τὸν ἀπογευσάμενον τελευτᾷν εὐθύς.

Pro Κιγκρώψωσιν Meursius restituendum censuit ἐν Κύχροις ἢ Χρῶψιν. Nam Plinius XXXI, 3, ubi eadem e Theopompo narrantur, memorat *Cychros*, atque Sotion Exc. de flumin. et font. p. 139, ex eodem Theopompo habet ἐν Χρῶψι. Melius vero cum Bentleyo, Harduino ad Plinium, Wichersio scribendum erit Κύχρωψι.

289.

Strabo VI, p. 440: Θεόπομπος δὲ καὶ πόλιν λέγει τῇ αὐτῇ μεθορίᾳ (Eleæ et Dymæ) κειμένην Λάρισσαν.

290.

Idem XIII, p. 932: Ὁ μέν γε Τμῶλος ἱκανῶς συνῆπται, καὶ περιγραφὴν ἔχει μετρίαν, ἐν αὐτοῖς ἀφοριζόμενος τοῖς Λυδίοις μέρεσιν· ἡ δὲ μεσόγαιος εἰς τὸ ἀντικείμενον μέρος διατείνει μέχρι Μυκάλης, ἀπὸ Κελαινῶν ἀρξάμενον, ὥς φησι Θεόπομπος.

Pro Μεσόγαιος Palmerius et Casaubonus scribunt Μέσσωγις, qui erat mons Tmolo vicinus.

291.

Plutarchus Agesil. p. 613, B, c. 31: Ὁ γὰρ Ἀγησίλαος οὐκ εἶα πρὸς τοσοῦτον, ὥς φησι Θεόπομ-

---

res nostri nobis reliquerunt, corono atque orno, thureque ipsis, et libis, et placentis sacra offero: et quotannis publicas oblationes celebro, ita ut nullum solenne festum unquam omittam. In quibus sane non mactatis bobus, neque victimis jugulatis deos placo, sed quibuslibet, quæ facile occurrerint. Atque in primis illud studeo, ut ex omnibus tempestivis frugibus quæ e terra mihi suppetunt primitias diis reddam. Alias siquidem mihi ad vescendum sumo, alias aris eorum adolere consuevi. Nam quum eo sim contentus, quod mihi est satis, ut boves immolarem, adjicere animum nunquam potui.

284.

Si quis plurima possidens bona tristem vitam peragere vellet, omnium infelicissimus esset, et eorum qui sunt et eorum qui erunt.

PHILIPPI LAUDATIO.

285.

Et quemadmodum in Philippi laudatione Theopompus: « Philippum, si in eodem animi studio perseverare vellet, totius Europæ imperio mox potiturum. »

FRAGMENTA SEDIS INCERTÆ.

286.

Theopompus ait, apud Chalcidenses in Thracia esse locum, quem quæ adirent alia animalia, abire nullo malo affecta: scarabæorum vero nullum effugere, sed in orbem circumactos ibi interire; ac propterea locum appellari *Cantharolethrum*.

287.

Auctor est Callimachus, Theopompum scribere, fontem apud Lusos et apud Lampsacenos in se continere mures domesticis similes.

288.

Secundum Callimachum Theopompus scribit, apud Cychropses Thraces esse fontem, quem qui gustavisset, statim mori.

289.

Theopompus urbem quoque in illo ipso confinio (Eleæ et Dymæ) ponit Larissam.

290.

Tmolus quidem satis est determinatus et mediocrem habet circumscriptionem in ipsis Lydiæ partibus: Messogis autem in oppositam partem porrigitur usque ad Mycalen a Celænis sumto initio, ut auctor est Theopompus.

291.

Non permisit Agesilaus cum tantis, ut Theopompus

Digitized by Google

πος, ῥεῦμα καὶ κλύδωνα πολέμου μάχεσθαι τοὺς Λακεδαιμονίους, ἀλλὰ τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ κυριώτατα τοῖς ὁπλίταις περιεσπειραμένος, ἑκαρτέρει τὰς ἀπειλὰς καὶ τὰς μεγαλαυχίας τῶν Θηβαίων, προκαλουμένων ἐκεῖνον ὀνομαστὶ, καὶ διαμάχεσθαι περὶ τῆς χώρας κελευόντων, ὃς τῶν κακῶν αἴτιος ἐστὶν, ἐκκαύσας τὸν πόλεμον. Οὐχ ἧττον δὲ τούτων ἐλύπουν τὸν Ἀγησίλαον οἱ κατὰ τὴν πόλιν θόρυβοι καὶ κραυγαὶ καὶ διαδρομαὶ τῶν πρεσβυτέρων δυσανασχετούντων τὰ γινόμενα, καὶ τῶν γυναικῶν οὐ δυναμένων ἡσυχάζειν, ἀλλὰ παντάπασιν ἐκφρόνων οὐσῶν πρός τε τὴν κραυγὴν καὶ τὸ πῦρ τῶν πολεμίων. Cf. Diodor. XV, 62 sq.

292.

Idem ibid. p. 614, C, c. 32 : Θεόπομπος δέ φησιν, ἤδη τῶν Βοιωταρχῶν ἐγνωκότων ἀπαίρειν, ἀφικέσθαι πρὸς αὐτοὺς Φρίξον, ἄνδρα Σπαρτιάτην, παρ' Ἀγησιλάου δέκα τάλαντα κομίζοντα, τῆς ἀναχωρήσεως μισθόν· ὥστε τὰ πάλαι δεδογμένα πράττουσιν αὐτοῖς ἐφόδιον παρὰ τῶν πολεμίων προσγενέσθαι.

« Quod jam pridem suspicatus sum (De font. et auct. C. Nep. p. 69), quæ hunc locum præcedunt, præsertim de Agesilao, qui, veritus ne adolescentes quidam, occupato jam ab iis Issario, in quo templum Dianæ, res novas molirentur et ad Thebanos transfugerent, callide eos ab inceptis revocaverit, quod etiam, etsi paullo aliter, retulit Nepos Ages. c. 6; ea utrumque eorum e Theopompo petivisse; id etiamnum maxime puto, quum ea de re nihil apud Xenophontem occurrat. » *Wichers.*

293.

Plutarchus Is. et Os. p. 378 : Τοὺς δὲ πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦντας ἱστορεῖ Θεόπομπος ἡγεῖσθαι καὶ καλεῖν, τὸν μὲν χειμῶνα Κρόνον, τὸ δὲ θέρος Ἀφροδίτην, τὸ δὲ ἔαρ Περσεφόνην· ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ἀφροδίτης γεννᾶσθαι πάντα.

294.

Idem, Non posse suav. viv., cet. p. 1093 : Τίς δ' ἂν ἡσθείη συναναπαυσάμενος τῇ καλλίστῃ γυναικὶ μᾶλλον ἢ προσαγορυπνήσας οἷς γέγραφε περὶ ..... Θίσβης [Wyttenb. ex cod. Θήβης] Θεόπομπος;

295.

Athenæus I, p. 26, B, C : Θεόπομπος δέ φησι παρὰ Χίοις πρώτοις γενέσθαι τὸν μέλανα οἶνον καὶ τὸ φυτεύειν δὲ καὶ τεραπεύειν ἀμπέλους Χίους πρώτους μαθόντας παρ' Οἰνοπίωνος τοῦ Διονύσου, ὃς καὶ συνῴκισε τὴν νῆσον, τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις μεταδοῦναι. Cf. Steph. Byz. v. Χῖος.

Cf. Diodor. V, 79 : Ὃν (Οἰνοπίωνα) ἔνιοι μυθολογοῦσι Διονύσου γενόμενον, μαθεῖν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν οἰνοποιίαν. Quæ Pausanias VII, 4, de Œnopione narrat, Wichersius ex Theopompo depromta suspicatur, propterea quod ibi verbum κατᾶραι pro ἑλθεῖν usurparetur, qua significatione hanc vocem apud Theopompum legi testatur Grammaticus in Anecd. Bekk. I, p. 104, 16.

296.

Idem I, p. 34, A : Ὅτι ὁ Θεόπομπος ὁ Χῖος τὴν ἄμπελον ἱστορεῖ εὑρεθῆναι ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τὸν Ἀλφειὸν, καὶ ὅτι τῆς Ἠλείας τόπος ἐστὶν ἀπέχων ὀκτὼ στάδια, ἐν ᾧ οἱ ἐγχώριοι κατακλείοντες τοῖς Διονυσίοις χαλκοῦς λέβητας τρεῖς κενοὺς, παρόντων τῶν ἐπιδημούντων ἀποσφραγίζονται, καὶ ὕστερον ἀνοίγοντες, εὑρίσκουσιν οἴνου πεπληρωμένους.

Eadem narrantur a Pausan. VI, 36.

297.

Idem VI, p. 254, B : ..... ἦν (τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων) ὁ μὲν Πύθιος ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος ἀνεκήρυξε, πρυτανεῖον δὲ Ἑλλάδος ὁ δυσμενέστατος

---

tradidit, belli fluctibus et undis Lacedæmonios luctari : verum media ac præcipua urbis loca militibus gravis armaturæ stipavit, Thebanorumque minas et jactantiam tulit, nominatim se, sicut facem belli et horum auctorem malorum, lacessentium, ac de solo jubentium certamine decernere. Nec minus, quam hæc, obtundebant Agesilaum urbani tumultus, clamores et discursus, quum senes æstuarent præsenti fortuna, nec conquiescere feminæ possent, sed prorsus amentes ad clamores et ignem hostium circumferrentur.

292.

Theopompus auctor est, quum jam Bœotarchæ discedere inde constituissent, Phrixum Spartiaten eos adiisse, mercedemque ab Agesilao deportandi exercitus decem talenta attulisse, ita exsequentibus, quæ jam pridem placuerant, hostes suppeditarunt viaticum.

293.

Theopompus narrat eos qui ad solis occasum habitant, censere et appellare hiemem Saturnum, æstatem Venerem, ver Proserpinam : et omnia nasci ex Saturno atque Venere.

294.

Quem magis juvet dormire cum formosissima muliere, quam invigilare iis quæ de .... Thisba scripsit Theopompus?

295.

Theopompus scribit primum apud Chios factum esse nigrum vinum : et serere colereque vitem Chios, ab Œnopione Bacchi filio, qui cultoribus frequentavit insulam, edoctos, vicissim ceteros mortales docuisse.

296.

Theopompum Chium narrare, repertam vitem esse Olympiæ juxta Alpheum : esseque locum octo stadia ab Elide distantem, ubi incolæ festis Bacchanaliorum diebus tres æneos lebetes vacuos includant, et præsentibus advenis obsignent; quos deinde, ubi rursus aperiant, vino repletos inveniant.

297.

..... quam (Atheniensium civitatem) Pythius Apollo *larem Græciæ* prædicaverat, *Prytaneum* vero *Græciæ*

Digitized by Google

Θεόπομπος, ὁ φήσας ἐν ἄλλοις πλήρεις εἶναι τὰς Ἀθήνας Διονυσοκολάκων καὶ ναυτῶν καὶ λωποδυτῶν, ἔτι δὲ ψευδομαρτύρων καὶ συκοφαντῶν καὶ ψευδοκλητήρων.

Hæc desumta videntur ex libro vicesimo quinto.

298.

Athenæus X. p. 435, B: Κἀν ἄλλῳ μέρει τῆς ἱστορίας γράφει, Φίλιππος ἦν τὰ μὲν φύσει μανικὸς καὶ προπετὴς ἐπὶ τῶν κινδύνων, τὰ δὲ διὰ μέθην· ἦν γὰρ πολυπότης, καὶ πολλάκις μεθύων ἐξεβοήθει.

299.

Idem XV, p. 700, F: Ξυλολυχνούχῳ δὲ μέμνηται Ἄλεξις· καὶ τάχα τούτῳ ὅμοιον ἔστι τὸ παρὰ Θεοπόμπῳ ὀβελισκολύχνιον.

300.

Lucianus Macrob. c. 10: Τήρης δὲ Ὀδρυσῶν βασιλεὺς, καθά φησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν. Teres hic memoratur a Xenoph. Anab. VII, 2, 22.

301.

Longinus Περὶ ὕψους c. 31, 1: « Δεινὸς ὢν ὁ Φίλιππος ἀναγκοφαγῆσαι πράγματα. »

302.

Theo Prog. c. 1, p. 9: Ὁ δὲ Θεόπομπος· « Ἐπίσταμαι γὰρ ὅτι τοὺς μὲν ζῶντας πολλοὶ μετὰ δυσμενείας ἐξετάζουσι, τοῖς δὲ τετελευτηκόσι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν, ἐπανιᾶσι τοὺς φθόνους. »

303.

Stephanus: Αἴγυς· πόλις Λακωνικῆς... Οἱ πολῖται Αἰγῦται... Θεόπομπος δὲ Αἰγυέας αὐτούς φησιν.

304.

Idem: Ἀκύφας, πόλις μία τῆς Δωρικῆς τετραπόλεως, ὡς Θεόπομπος. Cf. Strabo X, p. 654, A.

305.

Idem: Ἀλίσαρνα, πόλις τῆς Τρωάδος χώρας. Θεόπομπος.

306.

Idem: Ἀχανοὶ, ἔθνος πρὸς τῇ Σκυθίᾳ, οἳ καὶ Ἀχαρνοὶ λέγονται παρὰ Θεοπόμπῳ.

307.

Idem: Βουθία, πόλις Ἰωνίας. Θεόπομπος δὲ χωρίον φησίν.

308.

Idem: Ἑρμώνασσα, νῆσος μικρὰ πόλιν ἔχουσα ἐν τῷ Κιμμερίῳ Βοσπόρῳ, Ἰώνων ἄποικον.... Ἑκαταῖος δὲ καὶ Θεόπομπος πόλιν αὐτήν φασιν.

309.

Idem: Μελιταία, πόλις Θετταλίας· .... Θεόπομπος δὲ Μελίτειαν αὐτήν φησιν.

310.

Idem: Νεάνδρεια, πόλις Τρωάδος ἐν Ἑλλησπόντῳ.... λέγεται καὶ Νεάνδριον οὐδετέρως, ὡς Θεόπομπος.

311.

Idem: Σκίθαι, πόλις Θράκης πλησίον Ποτιδαίας. Ὁ πολίτης Σκιθαῖος, ὡς φησι Θεόπομπος.

312.

Idem: Σκύβρος, χωρίον Μακεδονικὸν, ὡς Θεόπομπος.

---

nominavit Theopompus ille maledicentissimus, qui alibi dixit *plenas esse Athenas Dionysiacorum adulatoribus et nautis, et grassatoribus, tum falsis testibus, sycophantis, falsis subscriptoribus.*

298.

Rursusque idem (Theopompus) in alia Historiarum parte scribit: « Philippus partim quidem natura ad furorem pronus et in periculis præceps fuit, partim vero ex temulentia. Fuit enim bibax; et sæpe ebrius in hostes ivit. »

299.

Xylolychnuchi (i. e. *candelabri lignei*) meminit Alexis: ac fortasse simile hoc est ei quod apud Theopompum *obeliscolychnium* nominatur.

300.

Teres, Odrysarum rex, ut refert Theopompus, duorum et nonaginta annorum quum esset, obiit.

301.

« Quum Philippus (inquit Theopompus) valeret res necessitate cogente devorare. »

302.

Theopompus: « Satis enim scio in viventes a multis acerbe, inquit, inquiri: mortuis vero, quia longum tempus intercessit, remitti invidiam consuevisse. »

303.

Ægys, oppidum Laconicum. Cives Ægytæ... Theopompus vero oppidanos Ægyenses nominat.

304.

Acyphas, urbs una ex Tetrapoli Dorica, de qua Theopompus mentionem facit.

305.

Alisarna, urbs Troadis, auctore Theopompo.

306.

Achani, gens circa Scythiam, quam Theopompus Acharnos nuncupat.

307.

Buthia, urbs Ioniæ. Theopompus regionem nominat.

308.

Hermonassa, insula parva cum urbe in Cimmerio Bosporo, Ionum colonia.... Hecatæus autem et Theopompus urbem eam vocant.

309.

Melitæa, urbs Thessaliæ... eam Theopompus Meliteam appellat.

310.

Neandrea, urbs Troadis in Hellesponto... Dicitur quoque Neandrium genere neutro apud Theopompum.

311.

Scithæ, urbs Thraciæ prope Potidæam. Civis Scythæus, ut inquit Theopompus.

312.

Scybrus, regio Macedonica, ut Theopompus.

Digitized by Google

313.

Steph. Τρῆρος, χωρίον Θράκης, καὶ Τρῆρες Θράκιον ἔθνος .... Θεόπομπος Τρᾶρας αὐτοὺς καλεῖ.

314.

Idem : Ὑπερησία, πόλις τῆς Ἀχαΐας .... τὸ ἐθνικὸν τῆς Ὑπερησίας, Ὑπερησιεύς .... Θεόπομπος δὲ Ὑπερασιεῖς φησιν διὰ τοῦ α.

315.

Fragmentum h. l. a Wichersio positum jam legitur libro VIII Hellenicorum.

316.

Plinius H. N. II, 110 : *Juxta gelidum fontem semper ardens Nymphæi crater dira Apolloniatis suis portendit, ut Theopompus tradidit.* Cf. Strabo. VII, p. 487.

317.

Harpocrat. : Θρόνιον .... πόλις ἐστὶ τῆς Λοκρίδος, ὡς Θεόπομπος ἐν τῇ .....

318.

Idem : Ὁμηρεύσοντες .... Θεόπομπος δὲ ὁμηρεῖν φησι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις λέγεσθαι τὸ ἀκολουθεῖν· τοὺς οὖν ἐπ' ἀκολουθίᾳ τῶν ὁμολογουμένων διδομένους, ἐντεῦθεν ὁμήρους φησὶ λέγεσθαι. Eadem Suidas.

319.

Hesychius : Βισύρας· ἥρως Θρᾴξ· Θεόπομπος δὲ Χερσονησίτην λέγει Βιστύραν.

320.

Idem : Δοναστὰν τὸν Ἀπόλλωνα· Θεόπομπος.

Salmasius scribendum putat Δονάκταν, Barnesius ad Anacreont. Δονητήν.

321.

Idem : Αὐτοβοεί· αὐτόθεν σὺν τῇ φωνῇ ἡ εὐθὺς ἅμα τῇ βοῇ· τὸ παραχρῆμα συντελεσθῆναι, ἐπὶ πολεμικοῖς ἔργοις, οἷον ταχέως, καὶ ἅμα τῷ πολεμικῷ ἀλαλαγμῷ, οὕτω Θουκυδίδης· παρὰ δὲ Θεοπόμπῳ ἀντὶ τοῦ κατὰ κράτος.

Eadem in Etymol. M. et Grammat. in Bekk. Anecd. gr. I, p. 465, 3.

322.

Suidas : Κιλικισμὸν ὁ Θεόπομπος ὁ ἱστορικὸς τὴν ἐκ παροινίας φόνον λέγει. Eadem Photius in Lex.

323.

Idem : Φορμίων· περὶ τούτου καὶ ὁ Θεόπομπος ἐν Φιλιππικοῖς φησιν.

324.

Zonaras Lex. : Βιβλιοπώλην, οὐχὶ βιβλιοπῶλον λέγομεν· Θεόπομπος· « Τοὺς βιβλιοπώλας λεύσομαι. »

Num jure hæc historico Wichers. tribuerit, vehementer dubitandum. Equidem comicum agnoscere mihi videor.

325.

Photius Lex. : Λάμβδα ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐπέγραφον, ὥσπερ οἱ Μεσσήνιοι M. Εὔπολις· Ἐξεπλάγη γὰρ ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάμβδα. Οὕτως καὶ Θεόπομπος. Hic quoque Theopompum comicum laudari puto.

326.

Grammaticus in Anecd. Bekk. p. 86, 16 : Γειτονιᾶν· ἀντὶ τοῦ γειτνιᾶν· Θεόπομπος Φιλίππῳ καὶ (Φιλιππικοῖς Heringa)· γειτονεῖν.

327.

Idem ibid. p. 104, 15 : Κατᾶραι· ἀντὶ τοῦ ἐλθεῖν· Θεόπομπος.

328.

Idem ibid. p. 371, 5 : Ἄκατος· φιάλη, διὰ τὸ ἐοικέναι στρογγύλῳ πλοίῳ· οὕτω Θεόπομπος.

313.

Treros, regio Thraciæ, et Treres, gens Thracica. Theopompus Trares eos vocat.

314.

Hyperesia, urbs Achaiæ. ... Gentile Hyperesiæ, Hyperesiensis. Theopompus vero Hyperasienses vocat per *a*.

317.

Thronium, urbs Locridis, auctore Theopompo in....

318.

Ὁμηρεύσοντες — Theopompus ὁμηρεῖν inquit priscis significasse *sequi*. Inde factum, ut obsidio traditos ad fidem pactionum confirmandam ὁμήρους appellarent.

319.

Bisyras, heros Thracius; Theopompus Chersonesitam dicit Bistyram.

320.

Donastam, Apollinem : Theopompus.

321.

Αὐτοβοεί : *una cum voce, statim cum clamore*, de iis quæ extemplo perficiuntur, in exsequendis operibus bellicis, ut celerrime et una cum clamore bellico; ita Thucydides. Apud Theopompum significat : *omnibus viribus*.

322

Cilicismum. Sic Theopompus historicus vocat eadem ex ebrietate et temulentia ortam.

323.

Phormio. Hujus etiam Theopompus in Philippicis mentionem facit.

325.

Lacedæmonii scutis inscribebant : L, ut Messenii : M; Eupolis : *Terrore enim perculsus est, quum videret fulgentia Lambda.* Ita etiam Theopompus.

326.

Γειτονιᾶν (vicinum esse) pro γειτνιᾶν. Theopompus in Philippicis γειτονεῖν.

327.

Κατᾶραι pro ἐλθεῖν (venire), Theopompus.

328.

Ἄκατος appellatur poculum, quod navigio rotundo simile est; ita Theopompus.

Digitized by Google

329.

Idem ibid. p. 385, 14 : Ἄλυπος· ὁ μὴ λυπούμενος· λέγεται δὲ καὶ ἀλύπητος· Θεόπομπος.

330.

Idem ibid. p. 399 : Ἄνεχε ἀντὶ τοῦ πάρεχε· Θεόπομπος.

Eadem Zonaras, et Suidas, qui e Theopompo audat verba : « Ἄνεχέ μοι τὴν χεῖρα. » Ex comico uidem.

331.

Idem ibid. p. 403, 23 : Ἀνθήλιος .... ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ μίμημα ἢ ἀνταλλαγμα, ὡς Θεόπομπος.

Eadem Suidas et Zonaras.

332.

Pollux Onom. III, 58 : Παμπόνηροι δὲ οἱ Θεοπόμπου τοῦ συγγραφέως ἀπολῖται καὶ ἀφέταιροι καὶ Ἀπαθηναῖοι.

333.

Idem IV, 93 : Τὸ μέντοι ὄνομα ὁ ἀποκήρυκτος οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει τῇ παλαιᾷ· Θεόπομπος δ' αὐτῷ κέχρηται ὁ συγγραφεύς· ἀλλ' οὐδ' ἐν Θεοπόμπῳ σταθμητὸν εἰς ἑρμηνείας κρίσιν.

Kuhnius conjecit : ἀλλ' οὐδὲν Θεοπόμπῳ σταθμητόν. Casaub. : ἀλλ' οὐδ' ἐν Θεοπόμπῳ στάθμη τῶν εἰς ἑρμ. κρίσ., quod præferendum videtur.

334.

Idem V, 43 : Ἔνδοξος δὲ καὶ ὁ Ἡπειρωτικὸς ἱέρβερος καὶ ὁ Ἀλεξάνδρου, ὁ πρὸς λέοντας ἀγωνιζόμενος, τὸ θρέμμα τὸ Ἰνδικὸν, ἑκατὸν μνῶν ἐωνημένος, καὶ ἀποθανόντι αὐτῷ πόλιν φησὶ Θεόπομπος Ἀλέξανδρον ἐποικίσαι.

In cod. MS. Καὶ ὁ Ἀλεξάνδρου περιστὰς τὸ θρ.τ. Ἰ. κράτει δὲ οὗτος λέοντος ἐκ μν. ε. Sequentia desunt.

335.

Simplicius Προλ. εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγ. p. 56. ed. Græc. Basil. 1551 : Καὶ Θεόπομπος δὲ, τὸ μὲν γλυκὺ σῶμα διὰ ταῦτα ἀπεφήνατο συνεστηκέναι, τὴν δὲ γλυκύτητα οὐκέτι.

Dubito num Theopompo historico hoc fragmentum tribuendum sit.

336.

Eustathius in Hom. p. 1604 ed. Rom. : Ὅτι δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ἀνέπνευσε κεῖται (τὸ ἀνενεγκεῖν) κατὰ Παυσανίαν, δηλοῖ Θεόπομπος, εἰπών· « Ἄφωνος ἐγένετο, ἔπειτα μέντοι πάλιν ἀνηνέχθη. »

337.

Idem ibid. p. 1854 : Οὕτω κεῖται, ὡς ὁ αὐτὸς Διονύσιος λέγει, καὶ παρὰ Θεοπόμπῳ ἀβυρτάκη ὑπότριμμά τι δριμὺ βαρβαρικὸν, διὰ πράσων καὶ καρδάμων καὶ κόκκων ῥόας καὶ ἑτέρων τοιούτων· φησὶ γοῦν, « ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων πλείστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη. »

Hoc fragmentum quin Theopompo Comico adjudicandum sit dubitari nequit. Idem valet de altero Eustathii loco.

338.

Idem ibid. p. 1910 : Ὅτι δὲ καὶ γυναικεῖον μόριον σημαίνει ὁ Κένταυρος, δηλοῦσιν οἱ παλαιοὶ, φέροντες καὶ χρῆσιν Θεοπόμπου εἰς τοῦτο.

339.

Schol. in Hom. I, vs. 38, editum a Wassenb. : Πέλοψ ὁ Ταντάλου κατὰ μισθὸν παιδικῆς ὥρας, λαβὼν παρὰ Ποσειδῶνος ἵππους ἀδαμάστους σὺν τῷ ὀχήματι, ἔσπευδεν εἰς Πίσαν τῆς Πελοποννήσου ἐπὶ τὸν Ἱπποδαμείας γάμον, τὸν μνηστηροκτόνον αὐτῆς πατέρα Οἰνόμαον κατηγωνίσασθαι ἐπιθυμῶν· γενομένῳ δὲ αὐτῷ περὶ Λέσβον, Κίλλος ὁ ἡνίοχος τελευτᾷ τὸν βίον· ὃς καὶ καθ' ὕπνον ἐπιστὰς τῷ Πέλοπι σφόδρα ὀδυνηρῶς ἐπ' αὐτῷ ἔχοντι, ἀπωδύρετό

329.

Ἄλυπος, qui dolore non afficitur, dicitur is etiam ἀλύπητος, apud Theopompum.

330.

Ἄνεχε pro πάρεχε (præbe), Theopompus.

331.

Ἀνθήλιος (soli oppositus) ... nonnunquam etiam imitamentum, effigies, simulacrum, permutatio, ut apud Theopompum.

332.

Pessimi autem sunt Theopompi scriptoris ἀπολῖται (exules), ἀφέταιροι (excommunicati) et Ἀπαθηναῖοι (ab Atheniensibus desciscentes).

333.

Sed nomen ἀποκήρυκτος (abdicatus) veteribus in usu fuit est; sed Theopompus scriptor, hoc utitur. Verum ex Theopompus interpretationis amussim habet.

334.

Memorabilis et Epiroticus Cerberus est, et Alexandri Magnis, cum leonibus congrediens, genere Indico, et centum minis emptus, cui mortuo urbem Alexandrum condidisse Theopompus scribit.

335.

Atque Theopompus demonstravit, substantiam dulcem ex his esse compositam, non vero dulcedinem.

336.

Poni ἀνενεγκεῖν etiam pro ἀναπνεῦσαι, ut vult Pausanias, ostendit Theopompus, dicens : « Aliquamdiu vocem perdidit, deinde vero respiravit (ἀνηνέχθη). »

337.

Ita usurpatur, ut idem Dionysius dicit, etiam apud Theopompum ἀβυρτάκη, jus quoddam amarum barbaricum, porro, cardamo, baccis mali Punicæ aliisque similibus confectum; sit enim : « Veniet in Medorum terram, ubi cardamo plurimo et porro conficitur ἀβυρτάκη. »

338.

Centaurum muliebria quoque pudenda significare probant veteres, testemque hujus rei adhibent Theopompum.

339.

Pelops, Tantali filius, quum pro præmio juvenilis venustatis a Neptuno equos invictos cum curru accepisset, Pisam in Peloponneso sitam contendit, ut Hippodamiam uxorem duceret, patrem ejus, Œnomaum, procorum interfectorem, certamine devincendi cupidus. Quum autem esset prope Lesbum, Cillus, ejus auriga, mortuus est. Is Pelopi,

Digitized by Google

τε τὴν αὐτοῦ (cod. Leid. ἑαυτοῦ) ἀπώλειαν, καὶ περὶ κηδείας ἠξίου· διόπερ ἀναστὰς, ἐξερυπάρου τὸ εἴδωλον διὰ πυρός· εἶθ' οὕτως ἔθαψε τὴν τέφραν, ἐπιφανῶς τοῦ Κίλλου ἡρίον ἐπ' αὐτῷ ἐγείρας, καὶ πρὸς τῷ ἡρίῳ αὐτοῦ ἐδείματο ἱερὸν, Κιλλαίου Ἀπόλλωνος προσαγορεύσας, διὰ τὸ αἰφνιδίως τὸν Κίλλον ἀποθανεῖν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πόλιν κτίσας, Κίλλαν κέκληκεν. Ὁ μέντοι Κίλλος καὶ μετὰ θάνατον τῷ Πέλοπι δοκεῖ συλλαβέσθαι, ὅπως περιγένηται τοῦ Οἰνομάου ἐν τῷ ἀγῶνι· ἡ ἱστορία παρὰ Θεοπόμπῳ.

Cf. Schol. Pind. Ol. I, 39; Lycophr. 161; Tzetz. ad v. 156 sq.; schol. Apollon. Rh. I, 752.

Welckerus in libro de Cyclo Hom. p. 29 hæc petita esse statuit ex Theopompo grammatico τῷ συναγαγόντι τοὺς μύθους. Eundem intelligi vult ap. Schol. ad XXIV, 428 : Θεόπομπός φησιν Ἀλέξανδρον Φεραῖον Διόνυσον τὸν ἐν Παγασαῖς, ὃς ἐκαλεῖτο Πέλεκος, εὐσεβεῖν διαφόρως. Καταποντωθέντος δὲ Ἀλεξάνδρου Διόνυσος ὄναρ ἐπιστάς τινι τῶν ἁλιέων ἐκέλευσεν ἀναλαβεῖν τὸν φορμὸν τῶν ὀστῶν, ὁ δὲ ἀνελθὼν ἐς Κραννῶνα τοῖς οἰκείοις ἀπέδωκεν, οἱ δὲ ἔθαψαν. Equidem nullus dubito, quin hæc ad Theopompum Chium referenda sint, qui in historicis, ubi de Alexandro Pheræo sermo instituendus erat, vel in libro περὶ εὐσεβείας, quæ hic de καταποντώσει tyranni narrantur, vix omiserit.

340.

Tzetzes ad Lycophr. vs. 174 : Περὶ δὲ τῆς διαιρέσεως τῆς τοῦ Ἡλίου βασιλείας εἰς τοὺς αὐτοῦ παῖδας Αἰήτην καὶ Ἀλωέα Θεόπομπος ὁ Χῖος Εὐμήλου τῆς Κορίνθου ἱστορικοῦ ποιητοῦ μέμνηται λέγοντος οὕτως·

Ἀλλ' ὅτε δ' Αἰήτης καὶ Ἀλωεὺς ἐξεγένοντο
Ἠελίου τε καὶ Ἀντιόπης· τότε δ' ἄνδιχα χώρην
δάσσατο παισὶν ἑοῖς Ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱός·
ἣν μὲν ἔναιεν Ἀσωπὸς, τὴν πόρε δίῳ Ἀλωεῖ·
ἣν δ' Ἔφυρη κτεάνισσ', Αἰήτῃ δῶκεν ἅπασαν.

Αἰήτης δ' ἄρ' ἑκὼν Βούνῳ παρέδωκε φυλάττειν,
εἰσόκεν αὐτὸς ἀνὴρ εἰς ὕστερον αὖθις ἵκοιτο
ἢ ἐξ αὐτοῖό τις· ὃδε ᾤχετο Κολχίδα γαῖαν.

Σημείωσαι δὲ τοῦτο, ὅτι οἱ μὲν λοιποὶ τῶν ἱστορικῶν Πέρσης καὶ Ἡλίου παῖδάς φασι τὸν Αἰήτην καὶ Ἀλωέα, ὁ δὲ Εὔμηλος οὗτος Ἀντιόπης καὶ Ἡλίου.

Eandem historiam repetit Tzetz. ad v. 1024, et Schol. Pind. Ol. XIII, 74, ubi postremi versus ex Eumelo allati leguntur ita :

εἰσόκεν αὐτὸς ἵκοιτο, ἢ ἐξ αὐτοῖό τις ἄλλος
ἢ παῖς, ἢδ' υἱωνός· ὁ δ' ᾤχετο Κολχίδα γαῖαν.

In Tzetz. loco Geelius apud Wichersium scribendum proponit : ἢ τῶν ἐξ αὐτοῦ τις· ὁ δ' ᾤχετο κ. τ. λ. — Ceterum Welkerus l. l. hoc quoque fragm. Theopompo Cnidio tribuendum, a Chium per errorem a Tzetze laudatum esse suspicatur.

341.

Scholiastes Apollonii Rh. IV, vs. 1187 : Θεόπομπος ἀμφιφορεῖς λέγεσθαί φησι τοὺς ὑπ' ἐνίων μητρητάς. Cod. Paris. Ἀμφιφορεῖς λέγονται κατὰ Θεόπομπον, οὓς οἱ ἄλλοι μετρητάς φασι. Num nostrum sit hic Theopompus, an alius, difficile est dijudicatu; hoc tamen probabilius.

342.

Schol. Aristoph. Ran. vs. 220 : Χύτροι, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις γινομένη τῷ Διονύσῳ· ἄγεται δὲ περὶ ταύτην τὴν αἰτίαν, ἣν καὶ Θεόπομπος ἐκτίθεται γράφων οὕτω· « Διασωθέντας οὖν τοὺς ἀνθρώπους, ἐπεὶ ἐθάρρησαν ἡμέρᾳ, τῷ ταύτης ὀνόματι προσαγορεῦσαι καὶ τὴν ἑορτὴν ἅπασαν· ἔπειτα θύειν αὐτοῖς ἔθος ἐγκατῶν μὲν Ὀλυμπίων θεῶν οὐδενὶ τὸ παράπαν, Ἑρμῆ δὲ Χθονίῳ· καὶ τῆς χύτρας, ἣν ἕψουσι πάντες οἱ κατὰ τὴν πόλιν, οὐδεὶς γεύεται τῶν ἱερέων· τοῦτο δὲ ποιοῦσι τῇ ἡμέρᾳ, καὶ τοὺς τότε παραγενομένους ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων ἱλάσασθαι τὸν Ἑρμῆν. » Ἤγοντο δὲ καὶ νες αὐτόθι οἱ Χύτρινοι καλούμενοι, καθά φησι Φύλοχορος ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἀτθίδων.

---

magno dolore ob ejus mortem affecto, etiam per somnium adstitit, exitium suum lamentans et funus petens. Quare surrexit, simulacrum igne purgavit, deinde sepelivit Cilli cinerem, sepulcrum in ejus honorem magnifice erexit, et prope sepulcrum exstruxit templum, quod Apollini Cillæo consecravit, quia Cillus repentina morte e vita cesserat; quin etiam urbem condidit, quam Cillam appellavit. Cillus vero etiam post mortem Pelopi auxilio fuisse videtur, ut Œnomaum vinceret in certamine. Narrantur hæc apud Theopompum.

340.

De Solis regni distributione inter ejus filios, Æetam et Aloeum, Theopompus Chius adducit Eumelum Corinthium poetam historicum, ita dicentem :

Sed quum AEetes et Aloeus nati essent
Sole et Antiopa : tum in duas partes terram
divisit filiis suis Hyperionis filius illustris :
quam Asopus incoluerat, eam præbuit divino Aloeo;
quam vero Ephyra tenuerat, eam AEetæ dedit omnem.

AEetes autem volens eam Buno tradit curandam,
Dum ipse postea rediret vir, [Colchidem.
Vel aliquis ex ipso natus; ipse vero se contulit in terram

Observes, reliquos historicos Æetam et Aloeum Persæ et Solis, istum vero Eumelum Antiopæ et Solis filios dicere.

341.

Ἀμφιφορεῖς secundum Theopompum dicuntur quos alteri μετρητὰς vocant.

342.

Chytri, festum Atheniensium Baccho consecratum; celebratur hanc ob causam, quam Theopompus quoque exponit, ita scribens : « Homines e diluvio servatos nomine ejus diei, quo animos erexissent, appellasse totum festum : tum morem iis esse, ut Olympiorum quidem deorum sacrificent omnino nulli; Mercurio vero Inferno. Atque *chytram* (ollam), quam omnes coquunt in urbe, nemo gustat sacerdotum. Hoc faciunt eo die, et qui tum adsunt pro mortuis placant Mercurium. » Celebrabantur ibi certamina, Chytrina appellata, ut Philochorus libro sexto Atthidum tradit.

Digitized by Google

:f. Schol. ad Acharn. v. 1075 et Suidas v. :poι, eandem rem e Theopompo narrantes. ım hæc Welckerus ad Theopompum Gramticum referenda esse suspicatur.

343.

ichol. Aristoph. Vesp. 523 : Ἔθος δὲ ἦν τε μέλλοι ἡ τράπεζα αἴρεσθαι, ἀγαθοῦ δαίμονος ;βροφεῖν, ὡς Θεόπομπός φησι·

ıd rem vide Athenæum XV, p. 693, B.

FRAGMENTUM SPURIUM.

344.

Theodorus Metochita, Ὑπομνήμ. καὶ Σημειώ-; γνωμικαὶ, c. 116, p. 792 seq : Θεόπομπος ὁ ρικὸς ἀποσκώπτων εἰς τοὺς Λακεδαιμονίους, εἶ-ἐν αὐτοὺς ταῖς φαύλαις καπηλίσιν, αἳ τοῖς χρωμέ-; ἐγχέουσαι τὴν ἀρχὴν οἶνον ἡδύν τε καὶ εὔχρη-ν σοφιστικῶς ἐπὶ τῇ λήψει τἀργυρίου, μεθύστερον ιλόν τινα καὶ ἐκτροπίαν καὶ ὀξίνην κατακιρνῶσι παρέχονται· καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους τοίνυν γε τὸν αὐτὸν ἐκείναις τρόπον ἐν τῷ κατὰ τῶν Ἀθηναίων πολέμῳ τὴν ἀρχὴν ἡδίστῳ πόματι τῆς ἀπ' Ἀθηναίων ἐλευθερίας καὶ προγράμματι καὶ κηρύγματι τοὺς Ἕλληνας δελεάσοντας, ὕστερον πικρότατα σφίσιν ἐγχέαι καὶ ἀηδέστατα κράματα βιοτῆς ἐπωδύνου καὶ χρήσεως πραγμάτων ἀλγεινῶν, πάνυ τοι καταturannoῦντας τὰς πόλεις δεκαρχίαις καὶ ἁρμοσταῖς βαρυτάτοις, καὶ πραττομένους, ἃ δυσχερὲς εἶναι σφόδρα καὶ ἀνύποιστον φέρειν καὶ ἀποτιννύναι. Ἀλλ' ὅπερ Θεόπομπος περὶ Λακεδαιμονίων εἰκάζων, ὡς ἔφην, ἀπέσκωπτε, τοῦτ', ἐμοὶ δοκεῖ, προσηκόντως μᾶλλον ἂν εἴη λέγειν περὶ τῆς τύχης τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, κ. τ. λ.

Hæc desumta esse ex Theopompi comœdia Καπήλιδες inscripta apparet ex Plutarch. Lys. c. 13 : Ἀλλὰ καὶ ὁ κωμικὸς Θεόπομπος ἔοικε ληρεῖν, ἀπεικάζων τοὺς Λακεδαιμονίους ταῖς καπηλίσιν, ὅτι τοὺς Ἕλληνας ἥδιστον ποτὸν τῆς ἐλευθερίας γεύσαντες, ὄξος ἐνέχεαν. Εὐθὺς γὰρ ἦν τὸ γεῦμα δυσχερὲς καὶ πικρὸν, οὔτε τοὺς δήμους κυρίους τῶν πραγμάτων ἐῶντος εἶναι τοῦ Λυσάνδρου, καὶ τῶν ὀλίγων τοῖς θρασυτάτοις καὶ φιλονεικοτάτοις τὰς πόλεις ἐγχειρίζοντος.

343.

los erat ut quum mena anferebatur, in Boni Dei honorem vinum degustarent, quod tradit Theopompus.

Digitized by Google

PHYLARCHI

FRAGMENTA.

HISTORIÆ.

LIBER III.

1.

Athenæus VIII, 9, p. 334, A: Οἶδα δὲ καὶ Φύλαρχον εἰρηκότα που περὶ μεγάλων ἰχθύων καὶ τῶν συμπεμφθέντων αὐτοῖς σύκων χλωρῶν, ὅτι αἰνιττόμενος Πάτροκλος ὁ Πτολεμαίου στρατηγὸς Ἀντιγόνῳ τῷ βασιλεῖ ἔπεμπεν, ὡς Δαρείῳ Σκύθαι ἐπερχομένῳ αὐτῶν τῇ χώρᾳ· ἔπεμψαν γὰρ οὗτοι μὲν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος (IV, 131), ὄρνιν καὶ ὀϊστὸν καὶ βάτραχον· ἀλλ' ὅ γε Πάτροκλος, ὡς διὰ τῆς τρίτης τῶν Ἱστοριῶν φησιν ὁ Φύλαρχος, πεμφθέντων τῶν προειρημένων σύκων καὶ ἰχθύων. Ἐτύγχανε δὲ κωθωνιζόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ ὡς πάντες διηποροῦντο ἐπὶ τοῖς δώροις, ὁ Ἀντίγονος γελάσας πρὸς τοὺς φίλους ἔφη γινώσκειν τί βούλεται τὰ ξένια· ἢ γὰρ θαλαττοκρατεῖν ἡμᾶς φησὶ Πάτροκλος, ἢ τῶν σύκων τρώγειν.

Schweighæuser. ἠνίττετο suppleri vult ad ὅ γε Πάτροκλος. Fortasse plura exciderunt. Quid piscibus illis atque ficubus Patroclus Antigono significare voluerit, recte, ut puto, Brücknerus ita exposuit: pereundum omnino esse Macedonibus, ita ut aut si confligerent mari, in quo plurimum tum valebant Ægypti, præda fierent piscium, aut si terra bellum gererent, commeatus interirent inopia, nisi crudis arborum fructibus famem depellerent. Res gesta esse videtur post mortem Demetrii (Ol. 123, 2) atque ante obitum Ptolemæi Lagi (Ol. 124, 2), v. Pausan. I, 1, 1. (Πάτροκλος, ὃς τριήρεσιν ὑπερεῖχε ναύαρχος Αἰγυπτίαις, ἃς Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Λάγου τιμωρεῖν ἔστειλεν Ἀθηναίοις, ὅτε σφίσιν Ἀντίγονος ὁ Δημητρίου στρατιᾷ τε αὐτὸς ἐσβεβληκὼς ἔφθειρε τὴν χώραν, καὶ ναυσὶν ἅμα ἐκ θαλάσσης κατεῖργεν. Eundem vero Patroclum postea quoque (Ol. 127) Ægyptiorum classi præfectum videmus (Athenæus XIV, p. 621. A).

2.

Athenæus IV, 34, p. 150, D: Ἐν δὲ τῇ τρίτῃ Φύλαρχος Ἀριάμνην φησὶ τὸν Γαλάτην πλουσιώτατον ὄντα ἐπαγγείλασθαι ἑστιᾶσαι Γαλάτας πάντας ἐνιαυτὸν, καὶ τοῦτο συντελέσαι ποιήσαντα οὕτως· κατὰ τόπους τῆς χώρας τὰς ἐπικαιροτάτας τῶν ὁδῶν διέλαβε σταθμοῖς, ἐπί τε τούτοις ἐκ χαράκων καὶ τῶν καλάμων τῶν τε οἰσυΐνων ἐπεβάλλετο σκηνὰς χωρύσας ἀνὰ τετρακοσίους ἄνδρας καὶ πλείους ἔτι, καθὼς ἂν ἐκποιῶσιν οἱ τόποι τό τ' ἀπὸ τῶν πόλεων δέξασθαι καὶ τῶν κωμῶν μέλλον ἐπιῤῥεῖν πλῆθος. Ἐνταῦθα δὲ λέβητας ἐπέστησε χρεῶν παντοδαπῶν μεγάλους, οὓς πρὸ ἐνιαυτοῦ καὶ πρὸ τοῦ μέλλειν μεταπεμψάμενος τεχνίτας ἐξ ἄλλων πόλεων ἐχαλκεύσατο· θύματα δὲ καταβάλλεσθαι ταύρων καὶ συῶν καὶ προβάτων τε καὶ λοιπῶν κτηνῶν ἑκάστης ἡμέρας πολλὰ, πίθους τε οἴνου παρεσκευάσθαι καὶ πλῆθος ἀλφίτων πεφυραμένων. Καὶ οὐ μόνον, φησὶν,

---

LIBER III.

1.

Scio etiam quæ Phylarchus narrat de ingentibus piscibus, simulque cum his missis recentibus ficis: missa scilicet hæc dona esse a Patroclo, Ptolemæi duce copiarum, ad Antigonum regem, quibus animi sui sensum subobscure significaret, quemadmodum Scythæ ad Darium terram ipsorum invadentem. Miserant enim hi, ut ait Herodotus, avem et sagittam et ranam. At Patroclus, ut tertio libro Historiarum Phylarchus narrat, missis prædictis ficis piscibusque. Compotabat autem tum forte Antigonus cum amicis: qui quum omnes de doni significatione ambigerent, ridens Antigonus, nosse se, ait, munus illud quid sibi vellet. Hoc enim dicit (inquit) Patroclus, aut maris imperium nobis esse obtinendum, aut rodendas ficus.

2.

Phylarchus tertio libro scribit: « Ariamnem Gallum, quum esset opulentissimus, edixisse, se Gallos omnes per integrum annum epulis excepturum; idque præstitisse, tali inita ratione. Diversis regionis tractibus opportunissimas vias mansionibus divisit; in quibus ex palis, arundinibus et viminibus tabernacula erexit, capientia quadque viros quadringenos, atque etiam amplius, ut sufficerent loca ad capiendam multitudinem ex oppidis et agris confluxuram. Ibi ingentia ahena disposuit omni genere carnium repleta, quæ superiori anno, priusquam exhibiturus convivium esset, per fabros ex aliis oppidis arcessitos conficienda curaverat. Cæsam autem quotidie esse magnam victimarum multitudinem, taurorum, suum, ovium, aliarumque pecudum; doliaque parata fuisse visi, et farinæ subactæ magnam copiam. Ac non modo, inquit,

Digitized by Google

ἡ παραγινόμενοι τῶν Γαλατῶν ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῶν πόλεων ἀπέλαυον, ἀλλὰ καὶ οἱ παριόντες ξένοι ὑπὸ τῶν ἐφεστηκότων παίδων οὐκ ἠφίεντο, ἕως ἂν μεταλάβωσι τῶν παρασκευασθέντων.

Horum partem repetivit Eustathius ad Odyss. p. 1533, 56.

3.

Athenæus X, 4, p. 412, F: Φύλαρχος δέ φησιν ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν τὸν Μίλωνα ταῦρον καταφαγεῖν κατακλιθέντα πρὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διός· διὸ καὶ ποιῆσαι εἰς αὐτὸν Δωριέα τὸν ποιητὴν τάδε·

Τοῖος ἦην Μίλων, ὅτ' ἀπὸ χθονὸς ἤρατο βρῖθος,
τετραετῆ δαμάλην, ἐν Διὸς εἰλαπίναις,
ὤμοις δὲ κτῆνος τὸ πελώριον ὡς νέον ἄρνα
ἤνεγκεν δι' ὅλης κοῦφα πανηγύρεως.
Καὶ θάμβος μὲν, ἀτὰρ τοῦδε πλέον ἦνυσε θαῦμα,
πρόσθεν Πισαίου, ξεῖνε, θυηπολίου.
Ὃν γὰρ ἐπόμπευσεν βοῦν ἄζυγον, εἰς κρέα τόνδε
κόψας, πάντα κατ' οὖν μοῦνος ἐδαίσατό νιν.

Duo versus postremi leguntur etiam ap. Eustath. ad Od. p. 1523, 9. V. Jacobs. Animadv. ad Anthol. vol. II, P. II, p. 190.

LIBER IV.

4.

Athenæus VIII, 6, p. 333, A: Καὶ Φύλαρχος δ' ἐν τετάρτῃ ἑορακέναι τινὰς πολλαχοῦ τὸν θεὸν ὕσαντα φησὶν, πολλάκις δὲ καὶ πυροῖς, τοῦ αὐτοῦ συμβαίνοντος καὶ ἐπὶ βατράχων.

Qua occasione, Phylarchus hujus rei mentionem fecerit, indigitat Appianus Illyr. 4: Αὐταριέας (gentem Illyricam) δὲ καὶ ἐκ θεοβλαβείας Ἀπόλλωνος ἐς ἔσχατον κακοῦ περιελθεῖν. Μολιστόμῳ γὰρ αὐτοὺς καὶ Κελτοῖς τοῖς Κίμβροις λεγομένοις ἐπὶ Δελφοὺς συστρατεῦσαι, καὶ φθαρῆναι μὲν αὐτίκα τοὺς πλέονας αὐτῶν πρὸ ἐπιχειρήσεως, θετῶν σφίσι καὶ θυέλλης καὶ πρηστήρων ἐμπεσόντων. Ἐπιγενέσθαι δὲ τοῖς ὑποστρέψασιν ἄπειρον βατράχων πλῆθος, οἳ διασαπέντες τὰ νάματα διέφθειραν.

5.

Athenæus IV, 64, p. 401, D: Καὶ Αἰτωλῶν δὲ οἶδα στρατηγὸν Σύαγρον, οὗ μνημονεύει Φύλαρχος ἐν τετάρτῃ Ἱστοριῶν.

LIBER VI.

6.

Athenæus XIV, 3, p. 614, E: Φιλογέλως δ' ἦν καὶ Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς, ὥς φησι Φύλαρχος ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστοριῶν· ὅς γε καὶ τὴν Λυσιμάχου αὐλὴν κωμικῆς σκηνῆς οὐδὲν διαφέρειν ἔλεγεν· ἐξιέναι γὰρ ἀπ' αὐτῆς πάντας δισυλλάβους (τόν τε Βίθυν χλευάζων καὶ τὸν Πάριν, μεγίστους ὄντας παρὰ τῷ Λυσιμάχῳ, καί τινας ἑτέρους τῶν φίλων), παρὰ δ' αὐτοῦ Πευκέστας καὶ Μενελάους, ἔτι δὲ Ὀξυθέμιδας. Ταῦτα δ' ἀκούων ὁ Λυσίμαχος, Ἐγὼ τοίνυν, ἔφη, πόρνην ἐκ τραγικῆς σκηνῆς οὐχ ἑώρακα ἐξιοῦσαν· τὴν αὐλητρίδα Λάμιαν λέγων. Ἀπαγγελθέντος δὲ καὶ τούτου, πάλιν ὑπολαβὼν ὁ Δημήτριος ἔφη, Ἀλλ' ἡ παρ' ἐμοῦ πόρνη σωφρονέστερον τῆς παρ' ἐκείνῳ Πηνελόπης ζῇ.

Cf. frag. XX et XXIX. Plutarchus in Demetrio c. 25, ubi eadem fere leguntur, ex Phylarcho hausisse videtur. De luxuriosa Demetrii vivendi ratione cf. Athen. VI, p. 253, A, Plutarch. Dem. c. 24, 27; Athen. XII, p. 535 sq., XII, p. 577 sq.

7.

Athenæus X, 51, p. 438, C: Φύλαρχος δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστοριῶν Ἀντίοχόν φησι τὸν βασιλέα φιλοίνον γενόμενον μεθύσκεσθαί τε καὶ κοιμᾶσθαι ἐπὶ

Gallorum quicumque ex agris et oppidis aderant, fruebantur his quæ parata erant; sed ne peregrini quidem, qui accedebant, ab adstantibus pueris dimittebantur, quin suam etiam partem accepissent. »

3.

Phylarchus in tertio libro Historiarum scribit, ante Jovis aram accumbentem Milonem comedisse taurum, eaque caussa Dorieum poetam hosce in illum versus fecisse:

Talis erat Milo, quum a terra tolleret molem,
quadrimam juvencam, Jovis in solennibus epulis;
humerisque pecus ingens, tamquam novellum agnum,
gestavit leviter totam per panegyrin.
Et stupor quidem tenuit cunctos. sed multo etiam majus
ante Pisæum, hospes, altare. [patravit miraculum,
Quem enim in pompa gestaverat bovem indomitum, hunc
concisum totum solus comedit. [in frusta

LIBER IV.

4.

Etiam Phylarchus, in quarto libro, scribit, vidisse nonnullos multis in locis pluisse piscibus, sæpe etiam ritico: quin et in ranis idem accidisse.

5.

Memini Ætolorum prætorem Syagrum, cujus mentionem Phylarchus fecit quarto libro Historiarum.

LIBER VI.

6.

Risuum jocorumque amicus fuit Demetrius quoque Poliorceta, ut Phylarchus ait sexto libro Historiarum. Cujus etiam dictum fertur hujusmodi: *Lysimachi aulam a comica scena nil differre: nam ex ea non progredi nisi disyllabos* (*Bithyn* nempe irridens, et *Parin*, qui plurimum apud Lysimachum valebant, et alios nonnullos ex ejus amicis): *a se vero egredi Peucestas, et Menelaos, item Oxythemidas.* Quibus auditis, Lysimachus: *Atqui ego*, inquit, *meretricem numquam vidi e tragica scena prodeuntem:* Lamiam dicens tibicinam. Quod dictum quum rursus Demetrio esset relatum, regessit ille: *At quæ apud me est meretrix, ea honestius vivit quam illius Penelope.*

7.

Phylarchus sexto libro Historiarum scribit, Antiochum regem vini studiosum fuisse, inebriari solitum, ac dein diutius somno sese dedere, tum rursus sub vesperam ex-

Digitized by Google

πλέον, εἶθ' ἑσπέρας πάλιν ἀφυπνιζόμενον ἐπιπίνειν. Ἐχρημάτιζέ τε, φησὶ, νήφων μὲν βραχέα τελέως, μεθύων δὲ τὰ πολλά. Διὸ περὶ αὐτὸν δύο ἦσαν οἱ διοικοῦντες τὴν βασιλείαν, Ἄριστος καὶ Θεμίσων, Κύπριοι μὲν γένος καὶ ἀδελφοὶ, ἐρώμενοι δὲ ἀμφότεροι τοῦ Ἀντιόχου.

Cf. Ælian. V. H. II, 41. Dubium est, utrum Antiochus Soter, ut Schweighæuserus vult, an cum Niebuhrio (Opusc. p. 268) Antiochus II Deus intelligendus sit. De Themisone cf. Athen. VII, p. 289, F.

8.

Athenæus VI, 58, p. 251, C: Φύλαρχος δὲ ἐν ἕκτῳ Ἱστοριῶν Νικησίαν φησὶ τὸν Ἀλεξάνδρου (Epiri regis) κόλακα θεασάμενον τὸν βασιλέα σπαρασσόμενον ὑφ' οὗ εἴληφει φαρμάκου εἰπεῖν, Ὦ βασιλεῦ, τί δεῖ ποιεῖν ἡμᾶς, ὅτε καὶ ὑμεῖς οἱ θεοὶ τοιαῦτα πάσχετε; καὶ τὸν Ἀλέξανδρον μόλις ἀναβλέψαντα, Ποῖοι θεοί; φῆσαι· φοβοῦμαι μὴ τοῖς θεοῖσιν ἐχθροί. De Nicesia cf. Athen. p. 249, D.

9.

Athenæus III, 21, p. 81, E: Φύλαρχος δ' ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστοριῶν τὰ κυδώνια φησι μῆλα τῇ εὐωδίᾳ καὶ τὰς τῶν θανασίμων φαρμάκων δυνάμεις ἀπαμβλύνειν. Τὸ γοῦν Φαριακὸν φάρμακον ἐμβληθέν φησιν εἰς ῥίσκον ἔτι ὀδωδότα ἀπὸ τῆς τῶν μήλων τούτων συνθέσεως ἐξίτηλον γενέσθαι, μὴ τηρῆσαν τὴν ἰδίαν δύναμιν· κερασθὲν γοῦν καὶ δοθὲν πιεῖν τοῖς εἰς τοῦτο ἐνεδρευθεῖσιν ἀπαθεῖς αὐτοὺς διατηρῆσαι. Ἐπιγνωσθῆναι δὲ τοῦτο ὕστερον ἐξ ἀνακρίσεως τοῦ τὸ φάρμακον πωλήσαντος καὶ ἐπιγνόντος τὸ γενόμενον ἐκ τῆς τῶν μήλων συνθέσεως.

Putat Luchtius hoc fragmentum cum præcedenti conjunctum fuisse videri. De Phariaco veneno Schneider. ad Nic. Alex. 398.

10.

Athenæus X, 59, p. 442, C: Φύλαρχος ἐν ἕκτῃ Βυζαντίους, οἰνόφλυγας ὄντας, ἐν τοῖς κατηλείοις οἰκεῖν, ἐκμισθώσαντας τοὺς ἑαυτῶν θαλάμους μετὰ τῶν γυναικῶν τοῖς ξένοις· πολεμίας σάλπιγγος οὐδ' ἐν ὕπνοις ὑπομένοντας ἀκοῦσαι.

Eustathius ad Iliad. p. 1242, 40: Μνηστέον δ' ἐν τούτοις καὶ ὅτι Φύλαρχος ἔσκωψέ τινα ὡς ἀπολέμον, εἰπὼν παροιμιωδῶς τὸ πολεμίας σάλπιγγος οὐδ' ἐν ὕπνοις ὑπομένων ἀκοῦσαι.

10 a.

Athen. VI, p. 271, B: Φύλαρχος δ' ἐν ἕκτῃ Ἱστοριῶν καὶ Βυζαντίους φησὶν οὕτω Βιθυνῶν δεσπόσαι ὡς Λακεδαιμονίους τῶν εἱλώτων. Cf. C. O. Müller Dor. II, p. 62.

11.

Athenæus IV, 34, p. 150, D: Παρὰ δὲ Γαλάταις φησὶ Φύλαρχος ἐν τῇ ἕκτῃ ἐν ταῖς τραπέζαις ἄρτους πολλοὺς κατακεκλασμένους παρατίθεσθαι χύδην καὶ κρέα ἐκ τῶν λεβήτων, ὧν οὐδεὶς γεύεται, ἢν μὴ πρότερον θεάσηται τὸν βασιλέα, εἰ ἥψατο τῶν παρακειμένων.

« Sermo esse videtur de Gallogræcis, qui Antiocho Sotere regnante in Asia minori consederunt. Flathe Hist. Maced. II, p. 200–202. » *Brückner.*

LIBER VII.

12.

Athenæus XV, 15, p. 673, F: Μόνον γὰρ τοῦτ' ἴδιον εἴρηκεν (ὁ Ἡφαιστίων) ὅτι Φύλαρχος ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν οἴδε τὴν κατὰ λύγον ἱστορίαν,

---

pergefactum denuo potare. Res quidem imperii raro admodum sobrius tractavit, ut plurimum vero ebrius. Quare circa eum semper versabantur qui regnum administrabant Aristus et Themison, fratres, genere Cyprii, ambo amasii regis.

8.

Phylarchus in sexto libro Historiarum, Nicesiam, ait, Alexandri assentatorem, quum regem videret a medicamento quod sumserat torminibus cruciari: *O rex!* inquit, *nos quid faciemus, quum et vos dii talia patiamini?* Et Alexandrum, ægre oculos tollentem, dixisse: *Quales dii? vereor, ne diis invisi.*

9.

Phylarchus in sexto libro Historiarum, Cydonia mala, ait, sua fragrantia etiam vim letiferorum venenorum obtundere. Sane quidem Phariacum venenum, inquit, cistæ injectum adhuc olenti Cydonia mala, quæ in ea asservata fuerant, frustraneum fuisse, et vim sibi propriam amisisse: itaque mixtum et in potum exhibitum iis quibus tales insidiæ paratæ fuissent, nihil noxæ attulisse. Compertum id autem deinde esse ex perquisitione ejus, qui venenum vendiderat; qui cognovit, caussam rei fuisse mala, quæ in eadem cista servata fuissent.

10.

Phylarchus, libro sexto, Byzantios ait, ita vinosos esse, ut in cauponis habitent, suas ædes simul cum uxoribus elocantes peregrinis; bellicæ tubæ sonum ne in somno quidem exaudire sustinentes.

Memorandum in his Phylarchum, ad irridendum aliquem ut imbellem, proverbialiter ita se expressisse: *eum ne in somnis quidem tubam bellicam audire sustinuisse.*

10 a.

Phylarchus sexto Historiarum libro scribit, Byzantios ita Bithynorum dominos esse, ut Helotarum Lacedæmonios.

11.

Apud Galatas, ut scribit Phylarchus libro sexto, promiscue mensis imponuntur panes multi confracti et ex ahenis carnes: nemo autem horum quidquam gustat, priusquam viderit regem aliquid eorum, quæ apposita sunt, tetigisse.

LIBER VII.

12.

Unum hoc de suo tum dixit Hephæstio, Phylarchum septimo Historiarum libro meminisse illius de vitice hi-

Digitized by Google

αὶ ὅτι οὔτε τὰ Νικαινέτου οἶδεν οὔτε τὰ Ἀνακρέοντος ὁ συγγραφεύς· ἀπέδειξέ τε καὶ διαφωνοῦντα αὐτὸν κατ' ἔνια τῶν ἱστορηθέντων παρὰ τῷ Μηνοδότῳ. Ad rem intelligendam lege antecedentia inde pag. 671, D.

13.

Constantinus Porphyrogen. De administr. imperio c. 23 (in Banduri Imper. orientali p. 77 f): Λέγονται οἱ Ἴβηρες ὑδροποτεῖν, ὡς Ἀθήναιος ἐν δειπνοσοφιστῶν δευτέρῳ οὕτω· Φύλαρχος μὲν ἐν τῇ ἑβδόμῃ καὶ τοὺς Ἴβηράς φησιν ὑδροποτεῖν πάντας, καίτοι πλουσιωτάτους πάντων ἀνθρώπων τυγχάνοντας· κέκτηνται γὰρ ἄργυρον καὶ χρυσὸν πλεῖστον. Μονοσιτεῖν τε αὐτοὺς ἀεὶ λέγει διὰ μικρολογίαν, ἐσθῆτάς τε φορεῖν πολυτελεστάτας. Eadem ex Athenæo affert Steph. Byz. v. Ἰβηρίαι.

Athenæus II, 21, p. 44, C: Ὅτι Φύλαρχός φησι Θεόδωρον τὸν Λαρισσαῖον ὑδροπότην γενέσθαι, τὸν ἰλλοτρίως ἀεί ποτε πρὸς Ἀντίγονον ἐσχηκότα τὸν βασιλέα· φησὶ δὲ καὶ τοὺς Ἴβηρας πάντας ὑδροποτεῖν, καίτοι πλουσιωτάτους ἀνθρώπων ὄντας. Μονοσιτεῖν τε αὐτοὺς ἀεὶ λέγει διὰ μικρολογίαν ἐσθῆτάς τε φορεῖν πολυτελεστάτας.

Recte observat Luchtius, Constantinum Porphyrogenitum integro usum esse videri Athenæo, quum in nostris Athenæi editionibus Phylarchi liber non indicatus sit.

14.

Schol. Apollonii Rhod. Argonaut. IV, 1561: Εὐρύπυλος, Ποσειδῶνος υἱὸς καὶ Κελαινοῦς τῆς Ἄτλαντος, βασιλεὺς δὲ Κυρήνης. Φύλαρχος δὲ ἐν ἑβδόμῳ Εὔρυτον αὐτὸν καλεῖ, καὶ ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀναγράφει Λυκάονα. Ἀκέσανδρος δὲ ἐν πρώτῳ περὶ Κυρήνης [τῆς Ὑψέως] μετ' αὐτὸν βασιλεῦσαί φησι Λιβύης Κυρήνην τὴν Ὑψέως. V. C. O. Müller Orchom. p. 348 sq.

15.

Schol. Apollon. Rhod. Argonaut. II, 498: Ἀκέστωρ δὲ ἐν τοῖς περὶ Κυρήνης ἱστορεῖ, ὡς ἐπ' Εὐρυπύλου βασιλεύοντος Λιβύης, ὑπὸ Ἀπόλλωνος διακομισθεὶη ἐς Λιβύην ἡ Κυρήνη· λέοντος δὲ τὴν χώραν λυμαινομένου, προθεῖη τὴν βασιλείαν ὁ Εὐρύπυλος ἆθλον τῷ ἀποκτενοῦντι τὸν λέοντα. Τὴν δὲ διαχρήσασθαι αὐτὸν καὶ τὴν βασιλείαν λαβεῖν· παῖδας δὲ αὐτῆς γενέσθαι Αὐτοῦχον καὶ Ἀριστταῖον. Φησὶ δὲ αὐτὴν Φύλαρχος ἐλθεῖν μετὰ πλειόνων εἰς Λιβύην· τούτων δὲ ἐκπεμφθέντων ἐπὶ τὴν κυνηγεσίαν, τούτοις καὶ αὐτὴν συνεξελθεῖν κἀκεῖ ἀνελεῖν τὸν λέοντα καὶ λαβεῖν τὴν βασιλείαν. Ἐγέννησε δὲ ἐξ Ἀπόλλωνος παῖδας δύο, Αὐτοῦχον καὶ Ἀριστταῖον. [Αὐτοῦχος μὲν ἐν Λιβύῃ ἔμεινεν, Ἀριστταῖος δὲ ἀφίκετο εἰς Κέω.]

LIBER VIII.

16.

Apollonii Dyscoli Histor. commentic. 14: Φύλαρχος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Ἱστοριῶν καὶ κατὰ τὸν Ἀράβιον φησι κόλπον πηγὴν εἶναι ὕδατος, ἐξ οὗ εἴ τις τοὺς πόδας χρίσειεν, συμβαίνειν εὐθέως ἐκτείνεσθαι ἐπὶ πολὺ τὸ αἰδοῖον, καί τινων μηδ' ὅλως συστέλλεσθαι, τινῶν δὲ μετὰ μεγάλης κακοπαθείας καὶ θεραπείας ἀποκαθίστασθαι.

Cf. fragm. XXXVII.

LIBER IX.

17.

Sextus Empir. Adv. mathem. I, 12, p. 271 Fabric.: Οἷον (οὐκ ἄτοπον γὰρ ἵνα συμφυέσι τε καὶ

---

storiæ, sed nec Nicæneti (*Samii poetæ*) nec Anacreontis meminisse hunc scriptorem; quem etiam dissentire in nonnullis ostendit ab his quæ a Menodoto (*Samio in libro de Samii insulæ memorabilibus*) tradita sunt.

13.

Dicuntur Iberi aquam potare, ut Athenæus tradit libro secundo Dipnosophistarum his verbis: Phylarchus libro septimo etiam Iberos ait omnes nonnisi aquam potare, licet omnium mortalium ditissimi sint, quippe qui plurimum argenti aurique possideant: eosdemque constanter nonnisi semel quotidie cibum capere ait ob parsimoniam, vestes autem gestare pretiosissimas.

Phylarchus ait, abstemium fuisse Theodorum Larissæum, eum, qui offensum semper animum gessit adversus Antigonum (*Gonnatam?*) regem. Narrat idem, Iberos omnes nonnisi aquam potare, licet omnium mortalium ditissimi sint: eosdemque constanter non nisi semel quotidie cibum capere, ait, ob parsimoniam, vestes autem gestare pretiosissimas.

14.

Eurypylus, Neptuni filius, et Celænûs, Atlantis filiæ, rex Cyrenes. Phylarchus vero libro septimo eum vocat Eurytum, ejusque fratrem Lycaonem esse scribit. Acesandrus libro primo de Cyrene post eum ait in Libya regnasse Cyrenen Hypsei filiam.

15.

Acestor in libro de Cyrene narrat, Eurypylo in Libya regnante, Cyrenen eo esse ab Apolline transvectam. Quum autem leo terram vastaret, Eurypylum regnum ei pro præmio proposuisse, qui leonem interfecturus esset; atque illam hunc occidisse regnumque accepisse. Liberos ex ea natos esse Autuchum et Aristæum. Phylarchus vero eam ait cum pluribus in Libyam venisse: his ad venandum missis et ipsam se adjunxisse, leoneque interfecto regnum accepisse. Peperit ex Apolline duos filios, Autuchum et Aristæum. Autuchus quidem in Libya remansit, Aristæus vero Ceum pervenit.

LIBER VIII.

16.

Phylarchus libro octavo Historiarum etiam ad sinum Arabicum ait esse fontem aquæ, qua si quis pedes perfuderit, ei statim pudenda valde extumescere: eaque in aliis nullo modo contrahi posse, in aliis magno dolore multaque cura ad sanitatem reduci.

LIBER IX.

17.

Ut (non est enim absurdum ut naturalibus et propriis

Digitized by Google

οἰκείοις χρησώμεθα τῶν πραγμάτων παραδείγμασιν) ὑπόθεσιν ἑαυτοῖς ψευδῆ λαμβάνοντες οἱ ἱστορικοὶ, τὸν ἀρχηγὸν ἡμῶν τῆς ἐπιστήμης Ἀσκληπιὸν κεκεραυνῶσθαι λέγουσιν, οὐκ ἀρκούμενοι τῷ ψεύσματι, ἐν ᾧ καὶ ποικίλως αὐτὸ μεταπλάττουσιν· Στησίχορος μὲν ἐν Ἐριφύλῃ εἰπὼν, ὅτι τινὰς τῶν ἐπὶ Θήβαις πεσόντων ἀνιστᾷ· Πολύανθος δὲ ὁ Κυρηναῖος ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν Ἀσκληπιαδῶν γενέσεως, ὅτι τὰς Προίτου θυγατέρας κατὰ χόλον Ἥρας ἐμμανεῖς γενομένας ἰάσατο· Πανύασις δὲ διὰ τὸ νεκρὸν Τυνδάρεω ἀναστῆσαι· Στάφυλος δὲ ἐν τῷ περὶ Ἀρκάδων, ὅτι Ἱππόλυτον ἐθεράπευσε φεύγοντα ἐκ Τροιζῆνος, κατὰ τὰς παραδεδομένας κατ' αὐτοῦ ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις φήμας· Φύλαρχος δὲ ἐν τῇ ἐννάτῃ διὰ τὸ τοὺς Φινέως υἱοὺς τυφλωθέντας ἀποκαταστῆσαι, χαριζόμενον αὐτῶν τῇ μητρὶ Κλεοπάτρᾳ τῇ Ἐρεχθέως· Τελέσαρχος δὲ ἐν τῷ Ἀργολικῷ, ὅτι τὸν Ὠρίωνα ἐπεβάλετο ἀναστῆσαι.

Schol. Euripid. Alcest. 1 : Ἀπολλόδωρος δέ φησι κεραυνωθῆναι τὸν Ἀσκληπιὸν ἐπὶ τῷ τὸν Ἱππόλυτον ἀναστῆσαι, Ἀμελησαγόρας δὲ ὅτι Γλαῦκον, Πανύασις ὅτι Τυνδάρεων, οἱ δὲ Ὀρφικοὶ ὅτι Ὑμέναιον, Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ. Φερεκύδης ἐν τῇ ἱστορίᾳ τοὺς ἐν Δελφοῖς φησι θνήσκοντας αὐτὸν ἀναβιώσκειν· Φύλαρχος δὲ διὰ τοὺς Φινείδας, Τελέσαρχος δὲ δι' Ὠρίωνα· Πολύαρχος δὲ ὁ Κυρηναῖος διὰ τὸ τὰς Προίτου θυγατέρας αὐτὸν ἰάσασθαι κεραυνωθῆναί φησιν.

Schol. Pindari Pyth. III, 96 : Λέγεται δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῷ δελεασθεὶς ἀναστῆσαι Ἱππόλυτον τεθνηκότα· οἱ δὲ Τυνδάρεων, ἕτεροι Καπανέα, οἱ δὲ Γλαῦκον, οἱ δὲ Ὀρφικοὶ Ὑμέναιον, Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ· οἱ δὲ διὰ τὸ τὰς Προιτίδας ἰάσασθαι, οἱ δὲ διὰ τὸν Ὠρίωνα, Φύλαρχος ὅτι τοὺς Φινείδας ἰάσατο, Φερεκύδης δὲ ὅτι τοὺς ἐν Δελφοῖς θνήσκοντας ἀναβιοῦν ἐποίησεν·

Cf. Apollodor. III, 15, 3, ibique Heynium.

LIBER X.

18.

Athenæus XIII, 89, p. 609, B: Καλλίστη δ' ἦν καὶ Παντίχα ἡ Κυπρία, περὶ ἧς φησι Φύλαρχος ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν ὅτι παρ' Ὀλυμπιάδι οὔσῃ τῇ Ἀλεξάνδρου μητρὶ ἠτεῖτο πρὸς γάμον Μόνιμος ὁ Πυθίωνος. Καὶ ἐπεὶ ἦν ἀκόλαστος ἡ γυνὴ, ἔφη ἡ Ὀλυμπιάς· « Ὦ πόνηρε, τοῖς ὀφθαλμοῖς γαμεῖς, καὶ οὐ τῷ νῷ. » Καὶ τὴν κατάγουσαν δὲ Πεισίστρατον ἐπὶ τὴν τυραννίδα ὡς Ἀθηνᾶς πεῖραν εἶδος ἔχουσαν καλήν φησι γεγονέναι, ἥτις καὶ τῇ θεῷ εἴκασται τὴν μορφήν.

Schweighæuser., cui assentitur Lucht., pro φησὶ post καλὴν scribit φασὶ, quod quæ de Phyle narrentur non videantur ex Phylarcho sumta esse. Sed Phylarchus multa tractavit κατὰ παράβασιν, quare retineamus φησί. In verbis ὡς Ἀθηνᾶς πεῖραν εἶδος ἔχουσαν, quæ corruptela laborant. Brückner. εἶδος putat e glossa ortum in contextum venisse : sed præstat Valckenarii (ad Herodot. I, 60) conjectura : ὡς Ἀθηνᾶς Σωτείρας εἶδος ἔχουσαν. Verisimilius Brückner. conjecit pro Πυθίωνος scribendum esse Πύθωνος, quippe cujus nomen notissimum sit tam e Philippi quam ex Alexandri historia. V. Diodor. XVIII, 39.

19.

Athenæus XII, 51, p, 536, D: Φύλαρχος δ' ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν Θρᾳκῶν φησι τῶν καλουμένων Κροβύζων βασιλέα γενέσθαι Ἰσάνθην, τρυφῇ πάντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ὑπερβαλλόμενον. De Crobyzis cf.

---

rerum utamur exemplis) falsum sibi argumentum sumentes historici, scientiæ nostræ primum auctorem Æsculapium dicunt fuisse fulmine percussum, figmento non contenti, quod quidem varie transformant. Stesichorus quidem dicit in Eriphyle, quod excitaverit aliquos ex iis qui Thebis cecidissent; Polyanthus autem Cyrenæus in libro De ortu Asclepiadarum, quoniam Prœti filias medicatus sit, ex ira Junonis furore percitas; Panyasis autem, propterea quod suscitaverit cadaver Tyndari. Staphylus vero in libro de Arcadibus, quod curaverit Hippolytum fugientem ex Trœzene, ut de eo fama traditum est in argumentis tragœdiarum. Phylarchus autem in nono, quod filiis Phinei excæcatis visum restituerit, gratificans eorum matri Cleopatræ Erechthei filiæ. Telesarchus autem in Argolico, quod aggressus sit suscitare Orionem.

Apollodorus dicit, Æsculapium fulmine percussum esse quod in vitam revocaverit Hippolytum, Amelesagoras vero, quod Glaucum, Panyasis, quod Tyndareum, Orphici quod Hymenæum, Stesichorus propter Lycurgum et Capaneum; Pherecydes in Historia eum ait reviviscere fecisse qui Delphis mortem obiissent; Phylarchus propter Phinidas, Telesarchus propter Orionem. Polyarchus (*vel* Polyanthes) Cyrenæus fulmine eum percussum esse ait, quod Prœti filias sanaverit.

Dicitur Æsculapius auro adductus in vitam revocasse Hippolytum mortuum, vel, ut alii dicunt, Tyndarum, ut Orphici Hymenæum, Stesichorus Capaneum et Lycurgum. Alii (Æsculapium fulmine percussum esse) dicunt, quod Prœtidas, alii quod Orionem, Phylarchus quod Phinidas sanaverit, Pherecydes quod reviviscere fecerit qui Delphis mortui essent.

LIBER X.

18.

Formosissima fuit etiam Pantica Cypria, quam Phylarchus Historiarum libro decimo scribit, quum apud Olympiadem versaretur, Alexandri matrem, in matrimonium petitam esse a Monimo, Pythionis filio. Cui, quoniam perditis moribus mulier erat, Olympias dixit : *O miser, oculis uxorem quæris, non mente.* Eam quoque, quæ Pisistratum ad tyrannidem reduxerit Minervæ Servatricis speciem habens, formosam fuisse dicit, quæ deæ adeo similis fuerit forma.

19.

Phylarchus in decimo libro Historiarum ait, Thracum illorum, qui Crobyzi vocantur, regem fuisse Isanthen, qui omnes suæ ætatis gentisque homines luxu antecelleret.

Digitized by Google

trabo VII, p. 318, B, et Stephan. Byz. v. Κρόκοι.

20.

Athenæus VI, 78, p. 261, B: Καὶ Δημήτριος ὁ ολιορκητὴς φιλόγελως ἦν, ὡς ἱστορεῖ Φύλαρχος ἐν ῃ δεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν.

Eadem de Demetrio ex sexto Phylarchi libro thenæus retulit fr. VI, quare vel hoc vel illo xco libri numerus Casaubono corrigendus videbatur.

LIBER XI.

21.

Suidas: Τιάρα· κόσμος ἐπικεφάλαιος, ἣν οἱ βασιεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ Πέρσαις, οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένην. Καὶ Δημάρατος ὁ Λακεδαιμόνιος, ὃ δὴ μετὰ Ξέρξου ἦλθεν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἐπί τινος ἡμερίας συγχωρήσαντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως ὃ θέλει ἐτήσασθαι, ᾐτήσατο ἐν ὀρθῇ τῇ τιάρᾳ εἰς Σάρδεις ἐλάσαι, ὡς Φύλαρχος ἐν ἑνδεκάτῳ. Τὸ δ' αὐτό φασιν ἶναι καὶ κίθαριν. Θεόφραστος δ' ἐν τῷ περὶ βασιλείας ἐν Κυπρίων τὴν κίθαριν (κίδαριν ?) ὡς διάφορον.

Photius in Lex. s. v. Τιάρα eadem exhibet, sed cribit ὡς Φύλαρχος ἐν ι'. Cf. Plut. Themistocl. 9, qui Phylarchum sequutus esse videtur.

22.

Athenæus XII, 37, p. 528, C: Τοὺς δὲ Κουρῆτας Φύλαρχος διὰ τῆς ἑνδεκάτης τῶν Ἱστοριῶν Αἰσχύλον στορεῖν διὰ τὴν τρυφὴν τυχεῖν τῆς προσηγορίας·

Χλιδῶν τε πλόκαμος ὥστε παρθένοις ἁβραῖς·
ὅθεν καλεῖν Κουρῆτα λαὸν ἥνεσαν.

Apud Eustath. p. 1292, 35 iidem Æschyli versus laudantur, sed pro παρθένοις ἁβραῖς legitur παρθένου ἁβρᾶς. De his Ætoliæ Curetibus, quorum, ut adnotat Brücknerus, antiquissimam Ætolorum historiam data occasione recolens Phylarchus mentionem injecit (quare etiam fragm. LX de Eriphyles monili cum Luchtio huc referre licet), cf. Strabo X, c. 3, p. 466, 467, init., Agathon ap. Athen. l. l. Lobeck. Aglaoph. p. 1112.

LIBER XII.

23.

Athenæus XIII, 64, p. 593, B: Δανάην δὲ τὴν Λεοντίου τῆς Ἐπικουρείου θυγατέρα, ἑταιριζομένην καὶ αὐτὴν, Σώφρων εἶχεν ὁ ἐπὶ τῆς Ἐφέσου· δι' ἣν αὐτὸς ἐσώθη ἐπιβουλευόμενος ὑπὸ Λαοδίκης, ἡ δὲ κατεκρημνίσθη, ὡς γράφει Φύλαρχος διὰ τῆς δωδεκάτης τάδε· « Ἡ πάρεδρος τῆς Λαοδίκης Δανάη, πιστευομένη ὑπ' αὐτῆς τὰ πάντα, Λεοντίου δὲ οὖσα τῆς μετ' Ἐπικούρου τοῦ φυσικοῦ σχολασάσης θυγάτηρ, Σώφρονος δὲ γεγονυῖα πρότερον ἐρωμένη, παρακολουθοῦσα διότι ἀποκτεῖναι βούλεται τὸν Σώφρονα ἡ Λαοδίκη, διανεύει τῷ Σώφρονι μηνύουσα τὴν ἐπιβουλήν. Ὁ δὲ συλλαβὼν καὶ προσποιηθεὶς συγχωρεῖν περὶ ὧν λέγει δύ' ἡμέρας παρῃτήσατο εἰς σκέψιν· καὶ συγχωρησάσης, νυκτὸς ἔφυγεν εἰς Ἔφεσον. Μαθοῦσα δὲ ἡ Λαοδίκη τὸ ποιηθὲν ὑπὸ τῆς Δανάης κατεκρήμνισε τὴν ἄνθρωπον, οὐδὲν τῶν προγεγενημένων φιλανθρώπων ἔτι συμβαλλομένη. Τὴν δὲ Δανάην φασὶν, ὡς ᾔσθετο τὸν ἐπιτρεπτημένον αὐτῇ κίνδυνον, ἀναχρινομένην ὑπὸ τῆς Λαοδίκης οὐδ' ἀποκρίσεως αὐτὴν ἀξιῶσαι· ἀπαγομένην τε ἐπὶ τὸν κρημνὸν εἰπεῖν ὡς δικαίως οἱ πολλοὶ καταφρονοῦσι τοῦ θείου, ὅτε ἐγὼ μὲν τὸν γενόμενόν μοι ἄνδρα σώσασα τοιαύτην χάριτα παρὰ τοῦ δαιμονίου λαμβάνω, Λαοδίκη δὲ τὸν ἴδιον ἀποκτείνασα τηλικαύτης τιμῆς ἀξιοῦται. »

Ἔτι συμβαλλομένη Schweighæuseri conjectura

20.

Erat etiam Demetrius Poliorcetes risus amans, ut tradit Phylarchus decimo Historiarum libro.

LIBER XI.

21.

Tiara, capitis ornamentum. Hanc soli reges rectam pud Persas ferebant; duces vero, inclinatam. Et Demaatus Lacedæmonius, qui cum Xerxe Athenas ivit, quum b rem feliciter gestam rex ipsi permisisset ut peteret uidquid vellet; petiit, ut recta tiara Sardes ingredi sibi ceret, ut Phylarchus libro undecimo tradit. Idem autem sse dicunt et Citharin. Theophrastus vero in libro de Cyriorum regno, Citharin diversam statuit.

22.

Phylarchus undecimo libro Historiarum ait, docere Eschylum, Curetas a luxuria nomen invenisse:

Et mollis cincinnus, veluti delicatis virginibus,
quare Curetem populum appellandum censuerunt.

LIBER XII.

23.

Danaen vero, Leontii Epicureæ filiam, quæ et ipsa meretriciam exercebat, Sophron habuit, Ephesi præfectus: cujus opera servatus ille est ex insidiis a Laodice (*Antiochi Dei uxore*) structis, ipsa vero de rupe præcipitata est, ut scribit Phylarchus libro duodecimo, his verbis: « Laodicæ consiliaria adsidebat Danae, cui maximam omnium rerum suarum fidem illa habebat, Leontii illius, quæ cum Epicuro physico philosophiæ operam dederat, filia, et Sophronis ante id tempus amasia. Quæ quum intellexisset, id agere Laodicen ut Sophronem occideret, nutu Sophroni significavit insidias. Et ille, re intellecta, simulans se Laodicæ adsentiri de ea re quam ab se petiisset, biduum sibi ad deliberandum postulavit. Quod quum illa ei concessisset, ipse noctu Ephesum aufugit. Laodice ut id a Danae factum cognovit, de rupe præcipitem dejici mulierem jussit, nihil reputans pristinam benevolentiam. Aiunt autem Danaen, quum imminens sibi periculum intellexisset, interrogantem Laodicen ne responso quidem esse dignatam; quumque ad præcipitium abduceretur, dixisse: *Merito major pars hominum divinum numen contemnit: quandoquidem ego, eo quod illum servavi qui mihi olim loco mariti fuerat, hanc a deo gratiam fero, Laodice vero, quæ suum maritum occidit, tanta fruitur dignitate.* »

22.

Digitized by Google

est pro ἐπισυμβαλλομένῃ. Ad rem v. Flathe Hist. Maced. II, p. 206.

24.

Athenæus XV, 48, p. 693, F : Παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν οἱ θύοντες τῷ Ἡλίῳ, ὥς φησι Φύλαρχος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν, μέλι σπένδουσιν, οἶνον οὐ φέροντες τοῖς βωμοῖς, δεῖν λέγοντες τὸν τὰ ὅλα συνέχοντα καὶ διακρατοῦντα θεὸν καὶ ἀεὶ περιπολεύοντα τὸν κόσμον ἀλλότριον εἶναι μέθης.

Ex Athenæo eadem refert Eustath. ad Od. p. 1668. De sacrificiis illis νηφαλίοις cf. Schol. Sophocl. O. Col. 100, Dissen. ad Pindar. Nem. III, p. 378 ed. Bœckh., et Wachsmuth. Antiquit. Hellen. II, 2, p. 232.

25.

Athenæus XIII, 85, p. 606, E : Φύλαρχος ἐν τῇ δωδεκάτῃ, « Κοίρανος, φησίν, ὁ Μιλήσιος ἰδὼν ἁλιέας τῷ δικτύῳ λαβόντας δελφῖνα καὶ μέλλοντας κατακόπτειν, ἀργύριον δοὺς καὶ παραστησάμενος ἀφῆκεν εἰς τὸ πέλαγος. Καὶ μετὰ ταῦτα ναυαγίᾳ χρησάμενος περὶ Μύκονον καὶ πάντων ἀπολομένων μόνος ὑπὸ δελφῖνος ἐσώθη ὁ Κοίρανος. Τελευτήσαντος δ' αὐτοῦ γηραιοῦ ἐν τῇ πατρίδι καὶ τῆς ἐκφορᾶς παρὰ τὴν θάλατταν γιγνομένης κατὰ τύχην ἐν τῇ Μιλήτῳ, ἐν τῷ λιμένι πλῆθος δελφίνων ἐφάνη ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, μικρὸν ἀπωτέρω τῶν συνεκκομιζόντων τὸν Κοίρανον, ὡσεὶ συνεκφερόντων καὶ συγκηδευόντων τὸν ἄνθρωπον. »

Ælianus De nat. anim. VIII, 3 et Plutarchus De sollert. anim. p. 985, A, eandem exhibent narrationem, sed aliis auctoribus usi esse videntur.

26.

Ælianus De natura animal. XVII, 5 : Φύλαρχος ἐν τῇ δωδεκάτῃ ὑπὲρ τῶν Αἰγυπτίων ἀσπίδων ᾄδει τοιαῦτα· τιμᾶσθαί φησιν αὐτὰς ἰσχυρῶς, καὶ ἐπὶ ταύτης γε τῆς τιμῆς ἡμερωτάτας τε καὶ χειροήθεις γίνεσθαι τὰς ἐκ τῆς τροφῆς πεπωλευμένας· τοῖς παιδίοις οὖν συντρεφομένας μηδὲν ἀδικεῖν, καὶ καλουμένας δὲ ἐξέρπειν τῶν φωλεῶν καὶ ἀφικνεῖσθαι· κλῆσις δὲ αὐτῶν ὁ τῶν δακτύλων ἐστὶ κρότος. Προτείνουσι δὴ ἄρα οἱ Αἰγύπτιοι καὶ ξένια αὐταῖς· ἐπὰν γὰρ ἀπαλείψαντες κατὰ τῆς τραπέζης τιθέασι, ἐφ' ἧς ἔτυχον δεδειπνηκότες· εἶτα μέντοι κροτήσαντες οἱονεὶ δακτυμόνας καλοῦσι, καὶ ἐκεῖναι ὥσπερ οὖν ὑπὸ συνθήματος παραγίνονται, καὶ ἄλλη ἀλλαχόθεν ἐξέρπει, καὶ περιστᾶσαι τὴν τράπεζαν, τὴν μὲν λοιπὴν σκεῦραν ἐῶσι κατὰ τοῦ δαπέδου, ἄρασαι δὲ τὴν κεφαλὴν περιέχμῶνται καὶ ἡσυχῇ καὶ κατ' ὀλίγον ἐμπίπλανται τῶν ἀλφίτων καὶ καταναλίσκουσιν αὐτά. Νύκτωρ δὲ ἐὰν ἐπείγῃ τι τοὺς Αἰγυπτίους, κροτοῦσι πάλιν· ὑποστραφεῖσαι δὲ ἄρα ὅδε ὁ ψόφος ἐξίστασθαί τε αὐτὰς καὶ ἀναχωρεῖν· οὐκοῦν συνιᾶσι καὶ ἐκεῖναι τὴν τοῦ κτύπου διαφοράν καὶ ἐφ' ὅτῳ τοῦτο δρᾶται, καὶ παραχρῆμα ἀναστέλλονται καὶ ἀφανίζονται εἰς τοὺς χηραμοὺς καὶ φωλεοὺς ἕρπουσαι· ὁ γοῦν ἀνιστάμενος οὔτε ἐμβαίνει τινὶ αὐτῶν οὔτε περιπίπτει. Cap. 6. Ὁ κροκόδειλος γίνεται μήκιστος πολλάκις· ἐπὶ γοῦν Ψαμμιτίχου τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως πέντε καὶ εἴκοσι πηχῶν κροκόδειλον φανῆναί φησιν· ἐπὶ δὲ Ἀμάσιδος παλαιστῶν τεττάρων καὶ πηχῶν ἓξ καὶ εἴκοσι.

27.

Plinius H. N. X, 74 (96 ed. Bip.) : « De aspide miraculum *Phylarcho* reddatur; is enim auctor est, quum ad mensam cujusdam veniens in Ægypto aleretur assidue, enixam catulos, quorum ab uno filium hospitis interemptum; illam reversam ad consuetudinem cibi, intellexisse culpam et ne-

---

24.

Apud Græcos vero', qui Soli sacra faciunt, hi, ut Phylarchus ait duodecimo Historiarum libro, mel libant, nec vinum ad altaria afferunt; dicentes consentaneum esse, ut continens cuncta et sua potentia conservans deus, totumque mundum assidue obambulans, alienus sit a temulentia.

25.

Phylarchus libro duodecimo hæc scribit : « Cœranus Milesius, quum piscatores, qui delphinum reti ceperant, in eo esse videret ut in frusta illum conciderent, data pecunia eis persuasit ut mari redderent liberumque dimitterent. Post id tempus naufragium passus ad Myconum, pereuntibus omnibus, unus a delphino servatus est Cœranus. Idem quum senex vita functus esset in patria, et exsequiæ forte fortuna secundum mare Mileti fierent, ingens delphinorum multitudo eo die in portu conspiciebatur haud procul ab eis qui funus Cœrani prosequebantur, quasi et ipsi funus sequerentur et justa viro illi persolverent. »

26.

Phylarchus libro duodecimo in vulgus edidit, aspides ab Ægyptiis vehementer coli, easdemque ex eo cultu prorsus mansuescere, et cicures fieri, alimentis consuefactas, neque simul cum pueris infantibus viventes eis quippiam nocere, et vero appellatas ex cavis prodire, atque ad appellantem accedere; digitorum autem crepitu vocantur. Ægyptii etiam hospitalitatis munera iis proponunt : primum enim ut pransi sunt, statim temperatas vino et melle farinas in mensam, in qua pransi sunt, exponunt; postea crepitu digitorum eas, tanquam convivas, ad prandium vocant : illæ vero velut ad cœnam dictam cœnam invitatæ, aliæ aliunde prorepentes, accumbunt et mensam circumstant; ac reliqua omni spirabili humi relicta, caput allevantes circumlambunt, sensimque atque moderate farina explentur, eamque consumunt. Quum autem Ægyptii de nocte habent necesse surgere, ne ipsas in tenebris conculcent, iterum percussione digitorum utuntur, eis, ut de via decedant, signum dantes; illæ sane sonitus discrimen, et cur fiat intelligentes, confestim se subducunt, et in latibula abstruduntur; itaque is qui de lecto surgit neque conculcat eas ingrediendo neque ipse labitur.

Crocodilus sæpe longissimus fit : sub Psammetiche enim, rege Ægypti, crocodilum viginti quinque cubitorum apparuisse dicit, sub Amaside viginti sex cubitorum et palmorum quattuor.

Digitized by Google

em intulisse catulo, nec postea in tectum id reersam. »

LIBER XIII.

28.

Athenæus VI, 66, p. 254, F: Κόλακας δ' εἶναί ησι Φύλαρχος καὶ τοὺς ἐν Λήμνῳ κατοικοῦντας Ἀθηναίων ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν. Χάριν ἀρ ἀποδιδόντας τοῖς Σελεύκου καὶ Ἀντιόχου ἀπογόνοις, ἐπεὶ αὐτοὺς ὁ Σέλευκος πικρῶς ἐπιστατουμένους πὸ Λυσιμάχου οὐ μόνον ἐξείλετο, ἀλλὰ καὶ τὰς πόεις αὐτοῖς ἀπέδωκεν ἀμφοτέρας, οἱ Λημνόθεν Ἀθηαῖοι οὐ μόνον ναοὺς κατεσκεύασαν τοῦ Σελεύκου, λλὰ καὶ τοῦ υἱοῦ Ἀντιόχου. Καὶ τὸν ἐπιγεόμενον ύαθον ἐν ταῖς συνουσίαις Σελεύκου Σωτῆρος καοῦσι.

Brückner. recte monet legendum esse χάριν ἀρ ἀποδιδόντες.

LIBER XIV.

29.

Athenæus VI, 78, p. 261, B: Ἐν δὲ τῇ τεσσαεσκαιδεκάτῃ Φύλαρχος γράφει οὕτως· « Περιεώρα Δημήτριος τοὺς κολακεύοντας αὐτὸν ἐν τοῖς συμποσίοις αὶ ἐπιχεομένους Δημητρίου μὲν μόνου βασιλέως, Πτολεμαίου δὲ ναυάρχου, Λυσιμάχου δὲ γαζοφύλακος, Σελεύκου δ' ἐλεφαντάρχου. Καὶ τοῦτ' αὐτῷ οὐ τὸ τυὸν συνῆγε μῖσος. »

Περιεώρα a Schweigh. repositum est; vulgo egebatur ὥσπερ ἑώρα.

Plutarchus Demetr. 25, Phylarchum, ut videur, sequutus eadem refert, sed addit: Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Σικελιώτου νησιάρχου.

30.

Athenæus XIII, 64, p. 593, E: Ὁ δὲ Φύλαρχος καὶ περὶ Μύστας ἱστορεῖ ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ οὕτως· « Μύστα Σελεύκου τοῦ βασιλέως ἐρωμένη ἦν· ἥτις ὑπὸ Γαλατῶν Σελεύκου νικηθέντος καὶ μόλις ἐκ τῆς φυγῆς διασωθέντος αὐτὴ μεταμφιεσαμένη τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα καὶ ἀναλαβοῦσα θεραπαινίδος τῆς τυχούσης, συλληφθεῖσα ἀνήχθη μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων, καὶ πραθεῖσα ὁμοίως ταῖς ἑαυτῆς θεραπαινίσιν ἦλθεν εἰς Ῥόδον· ἔνθα ἐκφήνασα ἑαυτὴν ἥτις ἦν περισπουδάστως ὑπὸ τῶν Ῥοδίων τῷ Σελεύκῳ διεπέμφθη. »

Polyænus VIII, p. 644 ed. Cas. Seleuci amicam appellat Pystam, sed istum locum ex nostro et ex Athen. XIII, 40, p. 578, A, emendandum esse cum Luchtio contendimus. Præterea cf. Justin. XXVII, 2, Niebuhr. Opusc. p. 283, Flathe Histor. Maced. II, p. 222, a Luchtio et Brücknero laudati.

31.

Plinius H. N. VIII, 42 (64 ed. Bip.): « Phylarchus refert Centaretum, a Galatis in prælio occiso Antiocho, potitum equo ejus conscendisse ovantem; at illum indignatione accensum, domitis frenis ne regi posset, præcipitem in abrupta isse exanimatumque una. »

Ælianus De natura animal. VI, 44: Καὶ τὸν Ἀντιόχου δὲ ἵππον τὸν τιμωρήσαντα τῷ δεσπότῃ καὶ ἀποκτείναντα τὸν Γαλάτην, ὅσπερ οὖν ἀπέσφαξε τὸν Ἀντίοχον ἐν τῇ μάχῃ (ὄνομα δὲ τῷ Γαλάτῃ Κεντοαράτης ἦν), ἐῶ καὶ τοῦτον.

32.

Athenæus II, 51, p. 58, C: Φύλαρχος ὁ Ἀθηναῖος ἢ Ναυκρατίτης ἐν οἷς ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ περὶ Ζηλᾶ τοῦ Βιθυνῶν βασιλέως, ὃς ἐπὶ ξενίᾳ καλέσας τοὺς τῶν Γαλατῶν ἡγεμόνας, ἐπιβουλεύσας αὐτοῖς καὶ αὐτὸς διεφθάρη, φησὶν οὕτως, εἰ μνήμης εὐτυχῶ· « Πρόπομά τι πρὸ τοῦ δείπνου περιεφέρετο, καθὼς εἰώθει τὸ πρῶτον. »

LIBER XIII.

28.

Assentatores fuisse etiam illos Athenienses, qui Lemnum insulam incoluere, Phylarchus scribit decimo tertio Historiarum libro. Gratiam quippe relaturi posteris Seleuci et Antiochi, quod ipsos Seleucus, quum sub duro esset Lysimachi imperio, non solum liberasset, verum etiam utrumque oppidum (*Hephæstiam et Myrinam*) illis reddidisset, Lemnum incolentes Athenienses non modo Seleuco (*tertio, Cerauno*), verum etiam filio ejus Antiocho (*tertio, Magno*) templa exstruxerunt: et poculum in conviviis honoris caussa extra ordinem infundi solitum, Seleuci Servatoris poculum appellant.

LIBER XIV.

29.

In quarto post decimum libro sic scribit Phylarchus: « Passus est Demetrius, adulatores suos in conviviis libantes Demetrium solum regem salutare; Ptolemæum vero, nonnisi classis præfectum; Lysimachum, thesauri custodem; Seleucum, elephantum præfectum, (Agathoclem Siciliensem, insulæ præfectum). Quæ res adeo odium non vulgare ei contraxit. »

30.

Idem Phylarchus etiam de Mysta narrat, libro decimo quarto, his verbis: « Mysta Seleuci (*Callinici, Antiocho Deo nati*) regis amasia fuit: quæ, victo rege a Gallis et fuga ægre elapso, ipsa mutato regio cultu, et sumto vilis servæ vestitu, prehensa cum aliis captivis abducta est; et haud secus ac propriæ ancillæ vendita, Rhodum pervenit. Ibi quum aperuisset quænam esset, magno studio a Rhodiis ad Seleucum remissa est. »

31.

Antiochi item equum prætereo, qui, ut dominum suum ulcisceretur, Gallo nomine Centoarati, qui Antiochum in pugna interfecerat, necem intulit.

32.

Phylarchus Atheniensis, aut Naucratita, ubi de Zela (*Nicomedis filio, Prusiæ patre*) verba facit, Bithynorum rege, qui, quum Galatarum duces ad hospitium vocasset, insidiasque eis struxisset, ipse occubuit, sic loquitur, si satis recte memoria teneo: « *Propoma* aliquod [id est gustatio aliqua] ante cœnam circumferebatur, quemadmodum prius consuetum erat. »

Digitized by Google

Apud Memnonem in Photii cod. 224, p. 228 Bekk. rex ille audit Ζήλας, ap. Strab. XII, 4, p. 5o Tauchn. Ζήλας, ap. Arrianum in Eustath. libr. III Iliadis, Tzetz. Chil. III, 115, 968, Steph. B. v. Πραῦσα, P. Trogum in Prolog. XXVII, Ζιήλας, *Zielas;* citante Luchtio, qui conferri jubet Valesium ad Polyb. XXXVII, 2, Wernsdorf. De republ. Galat. IV, 2, p. 133, Dübner. ad Justin. XXVII, 3, Niebuhr. Opusc. p. 337.

LIBER XV.

33.

Parthenii Erotica 15.

ΠΕΡΙ ΔΑΦΝΗΣ.

Ἡ ἱστορία παρὰ Διοδώρῳ τῷ Ἐλαίτῃ ἐν Ἐλεγείαις καὶ Φυλάρχῳ ἐν ιε'.

Περὶ τῆς Ἀμύκλα θυγατρὸς τάδε λέγεται Δάφνης· αὕτη τὸ μὲν ἅπαν εἰς πόλιν οὐ κατῄει, οὐδ' ἀνεμίσγετο ταῖς λοιπαῖς παρθένοις· παρεσκευασμένη δὲ πυκνὰς λύγκας ἐθήρευεν ἔστιν ὅτε καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ καὶ ἐπιφοιτῶσα εἰς τὰ λοιπὰ τῆς Πελοποννήσου ὄρη, δι' ἣν αἰτίαν μάλα καταθύμιος ἦν Ἀρτέμιδι, καὶ αὐτὴν εὔστοχα βάλλειν ἐποίει. Ταύτης περὶ τὴν Ἠλείαν ἁλωμένης Λεύκιππος, Οἰνομάου παῖς, εἰς ἐπιθυμίαν ἦλθε, καὶ τὸ μὲν ἄλλως πως αὐτῆς πειρᾶσθαι ἀπέγνω, ἀμφιεσάμενος δὲ γυναικείας ἀμπεχόνας καὶ ὁμοιωθεὶς κόρῃ συνεθήρα αὐτῇ. Ἔτυχε δέ πως αὐτῇ κατὰ νοῦν γενόμενος, οὐ μεθίει τε αὐτὸν ἀμφιπεσοῦσά τε καὶ ἐξηρτημένη πᾶσαν ὥραν. Ἀπόλλων δὲ καὶ αὐτὸς τῆς παιδὸς πόθῳ καιόμενος ὀργῇ τε καὶ φθόνῳ εἶχετο τοῦ Λευκίππου συνόντος, καὶ ἐπὶ νοῦν αὐτῇ βάλλει σὺν ταῖς λοιπαῖς παρθένοις ἐπὶ κρήνην ἐλθούσαις λούεσθαι. Ἔνθα δὴ ὡς ἀφικόμεναι ἀπεδιδύσκοντο καὶ ἑώρων τὸν Λεύκιππον μὴ βουλόμενον, περιέρρηξαν αὐτόν· μαθοῦσαι δὲ τὴν ἀπάτην καὶ ὡς ἐπεβούλευεν αὐταῖς πᾶσαι μεθίεσαν εἰς αὐτὸν τὰς αἰχμάς. Καὶ ὁ μὲν δὴ κατὰ θεῶν βούλησιν ἀφανὴς γίγνεται· Ἀπόλλωνα δὲ Δάφνη ἐπ' αὐτὴν ἰόντα προϊδομένη μάλα ἐῤῥωμένως ἔφευγεν· ὡς δὲ συνεδιώκετο, παρὰ Διὸς αἰτεῖται ἐξ ἀνθρώπου ἀπαλλαγῆναι, καὶ αὐτὴν φασι γενέσθαι τὸ δένδρον τὸ ἐπικληθὲν ἀπ' ἐκείνης δάφνην.

Passovius conjicit πυκνῶς pro vulg. πυκνάς, seu addit, rectius fortasse πυκνὰς intactum relinqui et nonnulla post hanc vocem excidisse statui. Nec tamen est cur Parthenium πυκνὰς λύγκας scripsisse nolimus, quum in iis poetæ, quem præter Phylarchum ante oculos habebat, vestigia agnoscere liceat. Fortasse ante πυκνὰς plura exciderunt. Luchtius suspicatur πυκνὰς omnino exterminandum esse. Legrandius proposuit κύνας, Heynius ἄρκυας sive δίκτυα.

Plutarch. Agide c. 9: Ὁ δὲ Φύλαρχος Ἀμύκλα θυγατέρα, Δάφνην τοὔνομα, φησὶν ὑποφεύγουσαν Ἀπόλλωνα, βουλόμενον αὐτῇ μιγῆναι, καὶ μεταβάλλουσαν εἰς τὸ φυτὸν ἐν τιμῇ τοῦ θεοῦ γενέσθαι καὶ μαντικὴν λαβεῖν ἐξουσίαν.

Cur hæc a Phylarcho in Historiis memorata sint, clarum fit ex iis quæ apud Plutarchum præcedunt: Γραφείσης δὲ τῆς ῥήτρας καὶ τῶν γερόντων εἰς ταὐτὸ ταῖς γνώμαις οὐ συμφερομένων, ἐκκλησίαν συναγαγὼν ὁ Λύσανδρος, αὐτός τε διελέχθη τοῖς πολίταις, καὶ Μανδροκλείδας καὶ Ἀγησίλαος ἐδέοντο, μὴ δι' ὀλίγους, ἐντρυφῶντας αὐτοῖς, περιιδεῖν ἐῤῥιμένον τὸ ἄξίωμα τῆς Σπάρτης, ἀλλὰ τῶν τε προτέρων χρησμῶν μνημονεῦσαι, τὴν φιλοχρημοσύνην ὡς ὀλέθριον τῇ Σπάρτῃ φυλάττεσθαι κελευομένων, καὶ τῶν ἐναγχος ἐκ Πασιφάας. Ἱερὸν δὲ Πασιφάας καὶ μαντεῖον ἦν ἐν Θαλαμίαις τιμώμενον, ἣν τινες μὲν ἱστοροῦσι τῶν Ἀτλαντίδων μίαν οὖσαν ἐκ Διὸς τὸν Ἄμμωνα τεκεῖν· τινὲς δὲ Κασάνδραν τὴν Πριάμου τελευτήσασαν ἐνταῦθα, καὶ διὰ τὸ πᾶσι φαίνειν τὰ μαντεῖα Πασιφάαν προσαγορευθεῖσαν. Sequitur Phylarchi locus supra laudatus.

LIBER XV.

33.

DE DAPHNE.

Hæc narratio est apud Diodorum Elaitam in Elegiis et Phylarchum libro quinto decimo [*qui Daphnes meminisse videtur in rebus Lysandri, quum hic, Mandroclidas et Agesilaus Spartanis oraculorum a pecuniæ amore eos dehortantium auctoritatem commendarent*]-

De Daphne Amyclæ filia, traduntur hæc: In urbem omnino non ibat, neque cum reliquis virginibus versabatur..... lynces venabatur interdum et in Laconia et in reliquis Peloponnesi montibus, quam ob caussam gratissima erat Dianæ, quæ eam felicem in jaculando reddidit. Ejus prope Eleam oberrantis amore captus est Leucippus Œnomai filius; qui, quum aliam viam qua eam aggrederetur non haberet, vestibus muliebribus indutus puellæque speciem exhibens cum ea venabatur. Erat autem ipsi gratus adeo ut eum nunquam dimitteret, cujus amplexu delectaretur cuique astricta esset omni hora. Apollo vero qui et ipse puellæ desiderio ardebat, iratus erat et invidebat Leucippo, quod cum illa versaretur, et impulit eam ut ad fontem cum reliquis puellis accederet ad lavandum. Quo quum pervenissent, vestibusque se exuerent, atque Leucippum refragantem viderent, detraxerunt ei vestes. Ita fraude et insidiis quas sibi struxerat cognitis, jaculis eum petierunt. Atque is quidem ex deorum voluntate hoc modo sublatus est. Daphne vero Apollinem ipsam petentem conspicata admodum strenue fugit, illo autem persequente, a Jove petiit ut ab humana forma transmutaretur: atque aiunt eam in arborem conversam esse, quæ ab illa appellata sit daphne.

Phylarchus tradit Amyclæ filiam, nomine Daphnen, quum Apollinem, concumbere cum ipsa volentem, effugisset et in plantam mutata esset, a deo honoratam esse divinandique facultatem accepisse.

Digitized by Google

LIBER XVII.

34.

Jo. Laurentii Lydi fragm. De mensibus p. 276 ed. Hase : Εἰσὶ δέ οἵ φασι, τὸν Κρόν[ον ἢ κα]τὰ ἀ[ντιστοιχείαν τὸν Χ]ρόνον [Οὐρ]ανοῦ εἶναι παῖδα· καὶ γὰρ ἐκ τῆς οὐρανοῦ [κινήσε]ως ὁ χρόνος· ἐν δὲ τῷ κατ' αὐτὸν ἱερῷ, ὥς φησι Φύλαρ[χος ἐν τῇ ἑ]πταικαιδεκάτῃ καὶ Μένανδρός γε [τῇ] πρώτῃ, οὔτε γυνὴ, ο[ὔτε κύων οὔτ]ε μυ[ῖα] εἰσήει.

Cf. Lobeck. Aglaopham. p. 1166.

LIBER XIX.

35.

Athenæus XIII, 89, p. 609, A . Φύλαρχος δὲ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ Τιμῶσάν φησι τὴν Ὀξυάρτου παλλακίδα πάσας γυναῖκας ὑπερβεβληκέναι κάλλει. Ταύτην δ' ἀπεστάλκει δῶρον ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς Στατίρᾳ τῇ βασιλέως γυναικί.

« Pro Στατίρᾳ scribendum videtur Στατείρᾳ. Frequentes ejusmodi corruptiones esse constat. Nomen fuit uxoris Darii Codomanni (Plutarch. Alex. 30), filiæ ejus (Diodor VII, 107). Ὀξυάρτου nomine num Oxathres, Darii frater, intelligendus sit (Diodor, XVII, 34, 77), an Oxyarthes Bactrianus, cujus filiam Roxanen Alexander uxorem duxit (Diodor. XVIII, 3, 39), in medio relinquendum est. — Ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεύς, quod Schweighæusero visum est, nec præfectus hujus provinciæ esse potest, nec in ὁ τῶν Αἰγ. σατράπης facile corrigi. Cogitandum videtur de uno quodam eorum regum, quos Ægyptus habuit, antequam per Ochum in potestatem Persarum redigeretur. » *Brückner.*

LIBER XX.

36.

Athenæus XIII, 85, p. 606, F : Ἱστορεῖ δὲ Φύλαρχος διὰ τῆς εἰκοστῆς ὅσην ἐλέφας τὸ ζῷον φιλοστοργίαν ἔσχεν εἰς παιδίον· γράφει δ' οὕτως· « Τούτῳ δὲ τῷ ἐλέφαντι συνετρέφετο θῆλεια ἐλέφας, ἣν Νίκαιαν ἐκάλουν· ᾧ τελευτῶσα ἡ τοῦ Ἰνδοῦ γυνὴ παιδίον αὐτῆς τριακοσταῖον παρακατέθετο. Ἀποθανούσης δὲ τῆς ἀνθρώπου δεινή τις φιλοστοργία γέγονε τοῦ θηρίου πρὸς τὸ παιδίον. Οὔτε γὰρ ἀπ' αὐτοῦ χωριζόμενον τὸ βρέφος ὑπέμενεν, ὁ δὲ, εἰ μὴ βλέποι τὸ παιδίον, ἤσχαλλεν. Ὅτ' οὖν ἡ τροφὸς ἐμπλήσειεν αὐτὸ τοῦ γάλακτος, ἀνὰ μέσον τῶν ποδῶν τοῦ θηρίου ἐτίθει αὐτὸ ἐν σκάφῃ. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο πεποιήκοι, τροφὴν οὐκ ἐλάμβανεν ἡ ἐλέφας. Καὶ μετὰ ταῦτα δι' ὅλης τῆς ἡμέρας τοὺς καλάμους λαμβάνων, καὶ τῶν παρατιθεμένων χορτασμάτων, καθεύδοντος τοῦ βρέφους, τὰς μυίας ἀπεσόβει· ὅτε δὲ κλαίοι, τῇ προβοσκίδι τὴν σκάφην ἐκίνει καὶ κατεκοίμιζεν αὐτό· τὸ δ' αὐτὸ ἐποίει καὶ ὁ ἄῤῥην ἐλέφας πολλάκις. »

Ælianus De natura animal. XI, 14 : Ὅτε γοῦν Ἀντίγονος ἐπολιόρκει Μεγαρέας, ἐνὶ τῶν ἐλεφάντων τῶν πολεμικῶν συνετρέφετο καὶ θῆλυς, ὄνομα Νίκαια. Ταύτῃ τοίνυν ἡ τοῦ τρέφοντος αὐτὸν γυνὴ παιδίον, ὃ ἔτυχε τεκοῦσα πρὸ ἡμερῶν τριάκοντα, καὶ παρακατέθετο φωνῇ τῇ Ἰνδῶν, ἧς ἀκούουσιν ἐλέφαντες. Ὁ δὲ καὶ ἐφίλει τὸ παιδίον καὶ ἐφύλαττε, καὶ κειμένου πλησίον ἥδετο, καὶ κνυζομένου παρέβλεπε καὶ καθεύδοντος τῇ προβοσκίδι τὰς μυίας ἀνεσόβει καλάμου κλαδὶ τοῦ παραβαλλομένου εἰς τροφήν. Εἰ δὲ μὴ παρῆν τὸ βρέφος, τότε καὶ τροφὴν ἀνεστέλλετο. Οὐκοῦν ἔδει τὴν τρέφουσαν αὐτὸ ἐμπλῆσαι μὲν τοῦ γάλακτος, παραθεῖναι δὲ τῷ κηδεμόνι, ἢ πάντως ἀγανακτῶν ἡ Νίκαια ἦν δῆλος, καὶ τεθυμωμένος καί τι καὶ δρασείων

LIBER XVII.

34.

Sunt qui dicant, τὸν Κρόνον, sive, littera permutata, τὸν Χρόνον, hoc est Tempus, Cœli esse filium : etenim e cœli motu tempus fit : in illius autem templum, ut ait Phylarchus libro decimo septimo, et Menander primo, neque femina, neque canis, neque musca introibat.

LIBER XIX.

35.

Phylarchus, libro decimo nono, Timosam ait, Oxyartæ pellicem, omnes mulieres formæ pulchritudine superasse. Dono miserat hanc rex Ægyptiorum Statiræ, regis uxori.

LIBER XX.

36.

Phylarchus vicesimo libro docet, quam singulari amore elephas bellua dilexerit infantem. Scribit autem in hunc modum : « Cum hoc elephante simul alebatur femina elephas, quam Nicæam vocabant; cui uxor Indi moriens infantem suum triginta dies natum custodiendum apposuerat. Tum mortua muliere, mirus quidam amoris affectus belluæ exstitit adversus infantem. Nec enim sustinuit ut a se infans removeretur : et nisi præsentem videret parvulum, tristis erat. Igitur quoties lacte infantem nutrivisset nutrix, inter pedes belluæ illum in cunis posuit : quod nisi illa fecisset, pabulo abstinebat elephas. Et deinde per totum diem arundines sumens et stramina adposita, dormiente infante, muscas ab eo abigebat : et flente illo, proboscide cunas agitabat, eumque sopiebat. Atque idem sæpe etiam faciebat elephas mas. »

Quum Antigonus Megarensium urbem obsideret, femina simul elephas, Nicæa nomine, cum uno de elephantis bellatoribus versabatur. Et quum illius, qui elephantum aleret, uxor infantem puerum ante mensem peperisset, eum Nicææ elephanto, lingua utens Indica, quam elephanti intelligunt, commendavit. Is autem puerulum diligebat, et custodiebat, ex eoque proxime adjacente magnam voluptatem capiebat; quum ploraret, oculos advertebat; tum vero ab eo dormiente muscas abigebat, proboscide ventilans arundinis ramum ex illis qui pro pabulo ei objiciebantur; omnem vero cibum, nisi puer adesset, rejiciebat. Nutrix igitur necesse habebat, posteaquam eum lacte complevisset, elephanto curatori apponere; sin autem, elephantus manifesta iracundia incitabatur, ac nonnunquam ita, ut etiam mali aliquid minari et moliri

Digitized by Google

τῶν δεινῶν. Πολλάκις δὲ καὶ ἀνακλαύσαντος αὐτοῦ εἶτα τὴν σκάφην ᾗ ἐνέκειτο διέσεισε, παραμυθούμενος τῷ σεισμῷ τὸ βρέφος, ... οἷα δήπου φιλοῦσι καὶ αἱ τροφοὶ καὶ αἱ τίτθαι δρᾶν ... ποιῶν ὡς ἄνθρωπος ὁ ἐλέφας.

Ælianum ex Phylarcho sua hausisse Athenæi locus l. demonstrat. Cf. Polyæn. Strateg. IV, 6, 3 et Ælian. De natur. animal. XVI, 36; quæ his locis referuntur eidem Phylarcho tribuenda esse videri monet Luchtius.

37.

Apollonius Dyscolus Histor. comment. 18 : Φύλαρχος ἐν τῇ εἰκοστῇ Ἱστοριῶν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς φησιν ἐνεχθῆναι λευκὴν ῥίζαν, ἣν κόπτοντες μεθ' ὕδατος καταπλάττειν τοὺς πόδας, τοὺς δὲ καταπλασθέντας ἄνδρας τῆς συνουσίας λήθην ἴσχειν καὶ γίγνεσθαι ὁμοίους εὐνούχοις· διὸ καὶ ἔτι ἀνήβων ὄντων καταχρίουσι, καὶ μέχρι θανάτου οὐκ ἐπαίρουσιν.

Athenæus I, 32, p. 18, D : Φύλαρχος δὲ Σανδρόκυττόν φησι τῶν Ἰνδῶν βασιλέα Σελεύκῳ μεθ' ὧν ἔπεμψε δώρων ἀποστελεῖν τινας δυνάμεις στυτικὰς τοιαύτας, ὡς ὑπὸ τοὺς πόδας τιθεμένας τῶν συνουσιαζόντων οἷς μὲν ὁρμὰς ἐμποιεῖν ὀρνίθων δίκην, οὓς δὲ καταπαύειν.

Dindorfius e codicibus edidit Σανδρόκυττον, quod in Addendis defendit contra Schlegel., qui in Bibl. Ind. vol. I, p. 245 et vol. II, p. 175, 301 tuetur Aldinæ lectionem Σανδρόκυπτον propter Indicam nominis formam Chandraguptas. Casaubon. edidit Σανδράκοττον comparato Strabone XV, p. 702, 724, ubi nonnulli libri habent Σανδρόκοττος. Appianus Syr. 55, p. 619 eum dicit Androcottum.

LIBER XXI.

38.

Athenæus VI, 55, p. 249, C : Φίλιππον δέ φησι Θεόπομπος ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν Θρασυδαῖον τὸν Θετταλὸν καταστῆσαι τῶν ὁμοεθνῶν τύραννον, μικρὸν μὲν ὄντα τὴν γνώμην, κόλακα δὲ μέγιστον. Ἀλλ' οὐκ Ἀρκαδίων ὁ Ἀχαιὸς κόλαξ ἦν, περὶ οὗ ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ Θεόπομπος καὶ Δοῦρις ἐν πέμπτῃ Μακεδονικῶν. Οὗτος δὲ ὁ Ἀρκαδίων μισῶν τὸν Φίλιππον ἑκούσιον ἐκ τῆς πατρίδος φυγὴν ἔφυγεν. Ἦν δ' εὐφυέστατος καὶ πλείους ἀποφάσεις αὐτοῦ μνημονεύονται. Ἔτυχε δ' οὖν ποτ' ἐν Δελφοῖς ἐπιδημοῦντος Φιλίππου παρεῖναι καὶ τὸν Ἀρκαδίωνα· ὃν θεασάμενος ὁ Μακεδὼν καὶ προσκαλεσάμενος, Μέχρι τίνος φεύξῃ, φησίν, Ἀρκαδίων; καὶ ὃς,

Ἔστ' ἂν (φησὶ) τοὺς ἀφίκωμαι οἳ οὐκ ἴσασι Φίλιππον.

Φύλαρχος δ' ἐν τῇ πρώτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, γελάσαντα τὸν Φίλιππον ἐπὶ τούτῳ καλέσαι τε ἐπὶ δεῖπνον τὸν Ἀρκαδίωνα καὶ οὕτω τὴν ἔχθραν διαλύσασθαι.

39.

Harpocratio Lexic. s. v. Πάραλος : Πάραλος, Δημοσθένης Φιλιππικοῖς· μία τῶν παρ' Ἀθηναίων πρὸς τὰς δημοσίας χρείας διαπεμπομένων τριηρῶν ἀπό τινος ἥρωος τοὔνομα λαβοῦσα Παράλου. Οἱ δὲ ἐπιβεβηκότες αὐτῆς ἐκαλοῦντο Πάραλοι, οἳ διὰ ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν τετταράς τε ὀβολοὺς ἐλάμβανον καὶ τὸ πλεῖον μέρος ἐνιαυτοῦ οἴκοι ἔμενον· ἄλλα τέ τινα ὑπῆρχον αὐτοῖς παρὰ τῆς πόλεως, ὥς φησιν Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρχεστρατίδου. Μέμνηται δὲ τοῦ Παράλου ἥρωος καὶ Φύλαρχος ἐν τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ.

---

videretur. Sæpe etiam quum vagiret infans, cunas, in quibus jaceret, movebat; sicque eidem ex hoc motu oblectamenta et solatia afferre studebat, ut facere solent nutrices : qua in re elephantus agebat ut homo.

37.

Phylarchus libro vigesimo Historiarum tradit ex India radicem albam apportari, qua concisa et cum aqua permixta pedes ungant : viros ea unctos concubitus oblivisci atque eunuchis similes reddi : ob eamque rem ungi qui adhuc adolescentuli sint, ac hos quidem usque mortem non arrigere.

Scribit Phylarchus, Sandrocyttum, Indorum regem, Seleuco (*Nicatori*) cum aliis donis medicamenta quædam stimulantia misisse, quæ eam vim habebant, ut pedibus subdita coeuntium, in aliis impetum veneris, qualis in gallis est gallinaceis, excitarent, in aliis vero inhiberent.

LIBER XXI.

38.

Philippum narrat Theopompus, in Historiarum libro quadragesimo quarto, Thrasidæum Thessalum tyrannum constituisse popularium, hominem exigui ingenii, sed aduiatorem maximum. At non adulator erat Arcadion Achæus, de quo idem narrat Theopompus, et Duris quinto libro Rerum Macedonicarum. Hic enim Arcadion, odio ductus Philippi, sponte patrium solum vertit. Erat autem vir inprimis ingeniosus; cujus multa scite dicta commemorantur. Accidit igitur aliquando, ut, quum Delphis versaretur Philippus, simul ibi adesset Arcadion. Quem conspicatus Macedo, ad se vocavit, dicens : *Quo usque fugies, Arcadion?* Et ille :

Donec ad eos pervenero, quibus ignotus Philippus.

Phylarchus vero, primo et vigesimo Historiarum libro, scribit, arridentem ad hoc responsum Philippum ad cenam vocasse Arcadionem, atque ita exstinctas esse inimicitias.

39.

Paralus; Demosthenes Philippicis. Una triremium quæ ab Atheniensibus ad publica negotia dimittebantur, a Paralo heroe quodam nomen accepit. Quique eam conscenderunt, Parali appellati sunt, cujus muneris caussa quatuor obolos ceperunt, et majorem anni partem domi traduxerunt. Quin aliis e publico commodis gaudebant, ut Hyperides testatur in oratione contra Archestratidam. Parali herois meminit Phylarchus quoque libro primo et vigesimo.

Digitized by Google

LIBER XXII.

40 a.

Athenæus XII, 51, p. 536, E: Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ ὁ Φύλαρχος Πτολεμαῖόν φησι τὸν δεύτερον Αἰγύπτου βασιλεύσαντα πάντων σεμνότατον γενόμενον τῶν δυναστῶν καὶ παιδείας εἴ τινα καὶ ἄλλον καὶ αὐτὸν ἐπιμεληθέντα, οὕτως ἐξαπατηθῆναι τὴν διάνοιαν καὶ διαφθαρῆναι ὑπὸ τῆς ἀκαίρου τρυφῆς, ὥστε τὸν πάντα χρόνον ὑπολαβεῖν βιώσεσθαι, καὶ λέγειν ὅτι μόνος εὕροι τὴν ἀθανασίαν. Κατατεινόμενον οὖν ὑπὸ ποδάγρας πλείους ἡμέρας, ὥς ποτ' οὖν ἐρράϊσε καὶ κατεῖδε διά τινων ὑπολαμπάδων τοὺς Αἰγυπτίους παρὰ τὸν ποταμὸν ἀριστοποιουμένους καὶ τὰ τυχόντα προσφερομένους ἐπί τε τῆς ἄμμου χύδην ἐρριμμένους, εἶπεν « Ὦ τάλας ἐγὼ, τὸ μηδὲ τούτων ἕνα γενέσθαι. »

Eustathius ad Odyss. ε', p. 1542, 38 ex Athenæo hanc Phylarchi narrationem transcripsit.

40 b.

Athen. XI, p. 462, B: Πολλοῖς δὲ καὶ ὁ ἐν Ἰλλυρίοις τόπος διαβόητός ἐστιν ὁ καλούμενος Κύλικες, πκρ' ᾧ ἐστι τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας μνημεῖον, ὡς ἱστορεῖ Φύλαρχος ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν.

LIBER XXIII.

41.

Athenæus XII, 55, p. 539, B: Φύλαρχος δ' ἐν τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν καὶ Ἀγαθαρχίδης ὁ Κνίδιος ἐν τῷ δεκάτῳ περὶ Ἀσίας καὶ τοὺς ἑταίρους φησὶ τοὺς Ἀλεξάνδρου ὑπερβαλούσῃ τρυφῇ χρήσασθαι. Ὧν εἷς ὢν καὶ Ἄγνων χρυσοῦς ἧλους ἐν ταῖς κρηπῖσι καὶ τοῖς ὑποδήμασιν ἐφόρει. Κλεῖτος δὲ, ὁ Λευκὸς καλούμενος, ὅτε χρηματίζειν μέλλοι, ἐπὶ πορφυρῶν ἱματίων διαπεριπατῶν τοῖς ἐντυγχάνουσι διελέγετο. Περδίκκα δὲ καὶ Κρατερῷ φιλογυμναστοῦσιν ἠκολούθουν διφθέραι σταδιαῖαι τοῖς μεγέθεσιν, ὑφ' αἷς περιλαμβάνοντες τόπον ἐν ταῖς καταστρατοπεδείαις ἐγυμνάζοντο· ἠκολούθει δὲ αὐτοῖς καὶ ὑποζύγια πολλὰ, τὰ τὴν κόνιν κομίζοντα πρὸς τὴν ἐν τῇ παλαίστρᾳ χρείαν. Λεοννάτῳ δὲ καὶ Μενελάῳ φιλοκυνήγοις οὖσιν αὐλαῖαι σταδίων ἑκατὸν ἠκολούθουν, αἷς περιιστάντες τὰς θήρας ἐκυνήγουν. Τὰς δὲ χρυσᾶς πλατάνους καὶ τὴν χρυσῆν ἄμπελον, ὑφ' ἣν οἱ Περσῶν βασιλεῖς ἐχρημάτιζον πολλάκις καθήμενοι, σμαραγδίνους βότρυς ἐχούσας καὶ τῶν Ἰνδικῶν ἀνθράκων, ἄλλων τε παντοδαπῶν λίθων ὑπερβαλλόντων ταῖς πολυτελείαις, ἐλάττω, φησὶν ὁ Φύλαρχος, φαίνεσθαι τῆς καθ' ἡμέραν ἑκάστοτε γινομένης παρ' Ἀλεξάνδρῳ δαπάνης. Ἦν γὰρ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ κλινῶν ἑκατὸν, χρυσοῖ δὲ κίονες πεντήκοντα κατεῖχον αὐτήν. Οἱ δὲ ὑπερτείνοντες οὐρανίσκοι διάχρυσοι ποικίλμασιν ἐκπεπονημένοι πολυτελέσιν ἐσκέπαζον τὸν ἄνω τόπον. Καὶ πρῶτοι μὲν Πέρσαι πεντακόσιοι μηλοφόροι περὶ αὐτὴν ἐντὸς εἱστήκεσαν, πορφυραῖς καὶ μηλίναις ἐσθῆσιν ἐξησκημένοι· μετὰ δὲ τούτους τοξόται τὸν ἀριθμὸν χίλιοι οἱ μὲν φλόγινα ἐνδεδυκότες, οἱ δὲ ὑσγινοβαφῆ, πολλοὶ δὲ καὶ κυάνεα εἶχον περιβόλαια. Προειστήκεσαν δὲ τούτων ἀργυράσπιδες Μακεδόνες πεντακόσιοι. Κατὰ δὲ μέσην τὴν σκηνὴν χρυσοῦς ἐτίθετο δίφρος, ἐφ' οὗ καθήμενος ἐχρημάτιζεν ὁ Ἀλέξανδρος, τῶν σωματοφυλάκων πανταχόθεν ἐφεστηκότων. Ἔξω-

---

LIBER XXII.

40 a.

Phylarchus libro vicesimo secundo scribit, Ptolemæum secundum, Ægypti regem, omnium principum præstantissimum, et humanioribus disciplinis si quis alius eruditissimum, importuno luxu ita mente captum fuisse et corruptum, ut sempiternam sibi vitam fore somniaret, et a se uno repertam esse immortalitatem jactitaret. At postquam per plures dies articulari pedum morbo erat cruciatus, ubi melius aliquanto se habens per specularia quædam conspexit Ægyptios juxta flumen sparsim in arena decumbentes, prandentesque, et cibum qui forte adesset capientes: *O me miserum*, inquit, *qui non sim horum unus*.

40 b.

Est etiam a multis celebratus in Illyriorum finibus locus, cui Cylices nomen: apud quem est Cadmi et Harmoniæ sepulcrum, ut Phylarchus tradit secundo et vicesimo Historiarum.

LIBER XXIII.

41.

Phylarchus, tertio et vigesimo Historiarum libro, et Agathurchides Cnidius decimo De Asia, etiam amicos Alexandri immani luxuria usos esse scribunt. Quorum unus fuit Agnon, qui aureis clavis confixas crepidas calceosque gestabat. Clitus vero, cognomine Leucus, quoties audientiam adeuntibus præberet, purpureis tapetibus inambulans colloquebatur cum his qui cum ipso negotium haberent. Perdiccam et Craterum, exercitiorum gymnicorum studiosos, sequebantur pelles stadii longitudine, sub quibus circumscripto loco in castris exercitabantur: eosdemque magnus etiam numerus sequebatur jumentorum, pulverem vehentium in palæstræ usum. Leonnatum vero et Menelaum, venandi studiosos, aulæa stadiorum centum sequebantur, quibus circumsepientes idonea loca, venationi operam dabant. Aureas vero platanos, et auream vitem, sub qua sedentes sæpe Persarum reges responsa dabant, quarum racemi e smaragdis et Indicis carbunculis aliisque omnis generis pretiosissimis lapidibus erant confecti; has, ait Phylarchus, non tanti fuisse pretii, quantus fuit sumtus qui quotidie apud Alexandrum fiebat. Etenim tabernaculum ejus centum lectis instructum erat, et quinquaginta aureis fulciebatur columnis: prætentaque lacunaria inaurata, variegato opere sumtuose fabricata, superiorem partem tegebant. Circa illud primum Persæ intus stabant quingenti malophori purpureis et flavis vestibus ornati: post hos sagittarii, mille numero, partim flammea amicula gestantes, partim hysgino tincta, multi etiam cyanea. Ante hos stabant argyraspides Macedones quingenti. In medio tabernaculo posita erat aurea sella, in qua sedens responsa dabat Alexander corporis custodibus undique cinctus. Extra ta-

Digitized by Google

θεν δὲ κύκλῳ τῆς σκηνῆς τὸ τῶν ἐλεφάντων ἄγημα διεσκευασμένον ἐφειστήκει, καὶ Μακεδόνες χίλιοι, Μακεδονικὰς στολὰς ἔχοντες, εἶτα μύριοι Πέρσαι, τό τε τὴν πορφύραν ἔχον πλῆθος εἰς πεντακοσίους ἦν, οἷς Ἀλέξανδρος ἔδωκε φορεῖν τὴν στολὴν ταύτην. Τοσούτων δὲ ὄντων καὶ τῶν φίλων καὶ τῶν θεραπευόντων οὐδεὶς ἐτόλμα προσπορεύεσθαι Ἀλεξάνδρῳ· τοιοῦτον ἐγεγόνει τὸ περὶ αὐτὸν ἀξίωμα. Ἔγραψε δὲ καὶ τότε Ἀλέξανδρος ταῖς ἐν Ἰωνίᾳ πόλεσι καὶ πρώτοις Χίοις ὅπως αὐτῷ πορφύραν ἀποστείλωσιν. Ἦθελε γὰρ τοὺς ἑταίρους ἅπαντας ἁλουργὰς ἐνδῦσαι στολάς. Ἀναγνωσθείσης δὲ τῆς ἐπιστολῆς Χίοις παρὼν Θεόκριτος ὁ σοφὸς, νῦν ἐγνωκέναι ἔφη τὸ παρ' Ὁμήρῳ εἰρημένον, Τὸν δ'

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

Ælianus V. H. IX, 3 omnia usque ad ἔγραψε refert; quem si statuamus solo Phylarcho usum esse auctore, etiam prior eorum pars, quæ apud Athenæum extant, ex Phylarcho potissimum hausta esse putanda erit. Cf. Polyæn. Strat. IV, 3, 34 et Plutarch. Alex. M. 40, qui et ipsi Phylarchum sequuti esse videntur.

42.

Athenæus XIII, 91, p. 610, D: ... ὅστις οὖν οὐδὲ τοῦτ' οἶδας, καίτοι συνεχῶς Φυλάρχου μνήμην ποιούμενος, ὅτι ἐν ταῖς Κείων πόλεσιν οὔτε ἑταίρας οὔτε αὐλητρίδας ἰδεῖν ἔστι. Καὶ ὁ Μύρτιλος, Τοῦτο δὲ ποῦ εἴρηκεν ὁ Φύλαρχος; κατανέγνων γὰρ αὐτοῦ πᾶσαν τὴν Ἱστορίαν. Εἰπόντος δέ, Ἐν τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ, ὁ Μύρτιλος ἔφη ...

LIBER XXV.

43.

Athenæus IV, 20, p. 141, F: Φύλαρχος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν τάδε γράφει· « Λακεδαιμόνιοι εἰς μὲν τὰ φειδίτια οὐκ ἤρχοντο κατὰ τὸ πάτριον ἔθος· ὅτε δὲ καὶ παραγένοιντο, μικρὰ συμπεριενεχθεῖσι νόμου χάριν παρεσκευάζετο καὶ ἄλλα αὐτοῖς, στρωμναί τε τοῖς μεγέθεσιν οὕτως ἐξησκημέναι πολυτελῶς καὶ τῇ ποικιλίᾳ διαφόρως ὥστε τῶν ξένων ἐνίους τῶν παραληφθέντων ἀκνεῖν τὸν ἀγκῶνα ἐπὶ τὰ προσκεφάλαια ἐρείδειν. Οἱ δὲ πρότερον ἐπὶ τοῦ κλιντηρίου ψιλοῦ διακαρτεροῦντες τῆς κλίνης παρ' ὅλην τὴν συνουσίαν, ὅτε τὸν ἀγκῶνα ἅπαξ ἐρείσειαν, εἰς τὴν προειρημένην τρυφὴν ἦλθον, ποτηρίων τ' ἐκθέσεις πολλῶν καὶ βρωμάτων παντοδαπῶς πεπυκημένων παραθέσεις, ἔτι δὲ μύρων ἐξηλλαγμένων, ὡς δ' αὕτως οἴνων καὶ τραγημάτων. Καὶ τούτων ἦρξαν οἱ μικρὸν πρὸ Κλεομένους βασιλεύσαντες, Ἄρεως καὶ Ἀκρότατος, αὐλικὴν ἐξουσίαν ζηλώσαντες· οὓς τοσοῦτον αὖθις ὑπερῆράν τινες τῶν ἰδιωτῶν τῶν ἐν Σπάρτῃ γενομένων κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τῇ πολυτελείᾳ τῇ καθ' αὑτοὺς ὥστε δοκεῖν τὸν Ἄρεα καὶ τὸν Ἀκρότατον τῇ εὐτελείᾳ πάντας ὑπερβεβληκέναι τοὺς ἀφελεστάτους τῶν πρότερον. Κλεομένης δὲ πολὺ διενέγκας τῷ τε συνιδεῖν πράγματα, καίτοι νέος ὤν, καὶ κατὰ τὴν δίαιταν ἀφελέστατος γέγονεν. Ἤδη γὰρ τηλικούτων πραγμάτων ἡγούμενος ἔμφασιν τοῖς παραλαμβανομένοις πρὸς τὴν θυσίαν ἐποίει, διότι τὰ παρ' ἐκείνοις τῶν παρ' αὐτὸν οὐδὲν καταδεέστερα εἴη παρασκευαζόμενα. Πολλῶν δὲ πρεσβειῶν παραγινομένων πρὸς αὐτὸν, οὐδέποτε ἐνωοίστερον τοῦ κατειθισμένου συνῆγε καιροῦ, πεντακλίνου τε διεστρώννυτο οὐδέ-

bernaculum in orbem dispositum erat stratorum elephantorum agmen et Macedones mille, Macedonica stola induti, deinde decem millia Persarum: et eorum qui purpuram gestabant ad quingentos erant numero, quibus eo cultu utendi potestatem dederat Alexander. Tot igitur amicis et ministris cinctum regem nemo audebat accedere tanta circumdatum majestate. Iisdem temporibus per literas imperavit Alexander Ioniæ civitatibus, et Chiis præcipue, *ut purpuram sibi mitterent*: voluerat enim omnes suos familiares purpura vestiri. Quibus lectis apud Chios literis qui aderat sapiens Theocritus, ait, *nunc se intelligere quid sit quod Homerus dixerit*,

Prehendit hunc purpurea mors validumque fatum.

42.

..... qui sane ne hoc quidem nosti (frequenter licet Phylarchi feceris mentionem), in Ceorum oppidis nec meretrices reperiri, nec tibicinas. Tum Myrtilus: Ubi vero hoc dixit Phylarchus? nam totam illius perlegi Historiam. Cui quum respondisset Cynulcus, Libro tertio et vicesimo: Myrtilus ait.....

LIBER XXV.

43.

Phylarchus Historiarum libro quinto [decimo] et vicesimo, hæc literis mandata reliquit· « Lacedæmonii ad phiditia non conveniebant de patrio more. Quodsi quando etiam convenirent, postquam legis caussa phiditiis paulisper interfuissent, parabantur iis cum alia, tum stragula et magnitudine tam pretiosa, et varietate tam egregie elaborata, ut hospitum nonnulli, ad convivium vocati, tererentur cubito inniti cervicalibus. Quique olim, si modo umquam cubito inniterentur, per totam cœnam nudæ lecti spondæ continenter inniti debebant, hi utebantur nunc luxuria, de qua dixi, et poculorum multorum expositionibus, et ciborum varie paratorum appositionibus, ad hæc unguentorum exquisitissimorum, pariterque vinorum et bellariorum. Et hæc primum introduxerant ii qui paulo ante Cleomenem regnum obtinuerant, Areus et Acrotatus, aulicam aliquam opulentiam æmulantes: sed hos deinde nonnulli ex privatis, qui hoc tempore Spartæ vixerunt, sua magnificentia et luxuria tantum superarunt, ut Areus et Acrotatus frugalitate tenuissimos omnes ac simplicissimos superiorum temporum superasse viderentur. Sed Cleomenes, ut cognitione rerum et judicio, quamvis ætate juvenis, longe excellebat, sic et in victu moderatissimus erat. Tantis enim iam rebus præfectus, si quos ad sacrificandum invitasset, eam eis speciem præbebat, ut, quæ apud ipsos parari solerent, ea nihilo inferiora his, quæ apud illum essent, existimarent. Quum vero multi apud eum legati adessent, numquam tamen tempestivius solito cœnam instrui jussit: et quinque lecti sternebantur, nun-

Digitized by Google

ποτε πλεῖον· ὅτε δὲ μὴ παρείη πρεσβεία, τρίκλινον· καὶ πρόσταγμα οὐκ ἐγίνετο δι' ἐδεάτρου, τίς εἴσεται καὶ κατακλιθήσεται πρῶτος, ἀλλ' ὁ πρεσβύτατος ἡγεῖτο ἐπὶ τὰς κλίνας, εἰ μή τιν' αὐτὸς προσκαλέσαιτο. Κατελαμβάνετο δὲ ἐπὶ τὸ πολὺ μετ' ἀδελφοῦ κατακείμενος ἢ μετά τινος τῶν ἡλικιωτῶν. Ἐπί τε τῷ τρίποδι ψυκτὴρ χαλκοῦς ἐπέκειτο καὶ κάδος καὶ σκαφίον ἀργυροῦν δύο κοτύλας χωροῦν καὶ κύαθος, ἡ δ' ἐπίχυσις χαλκῆ. Πιεῖν δὲ οὐ προσεφέρετο, εἰ μή τις αἰτήσειεν· ἐδίδοτο δὲ κύαθος εἷς πρὸ τοῦ δείπνου· τὸ δὲ πολὺ πρώτῳ· καὶ ὅτε προσνεύσειεν ἐκεῖνος, οὕτως ἤτουν καὶ οἱ λοιποί. Τὰ δὲ παρατιθέμενα ἐπὶ μὲν τραπεζίου ἦν τοῦ τυχόντος, τὰ δὲ λοιπὰ ὥστε μήθ' ὑπεραίρειν μήτε λείπειν, ἀλλ' ἱκανὰ ἅπασι γίνεσθαι καὶ μὴ προσδεῖσθαι τοὺς παρόντας. Οὔτε γὰρ οὕτως ᾠετο δεῖν, ὥσπερ ἐν τοῖς φειδιτίοις, δέχεσθαι ζωμῷ καὶ κρεαδίοις ἀφελῶς, οὔτε πάλιν οὕτως ὑπερτείνειν, ὡς εἰς τὸ μηδὲν δαπανᾶν, ὑπερβάλλοντα τὸ σύμμετρον τῆς διαίτης. Τὸ μὲν γὰρ ἀνελεύθερον ἐνομίζετο, τὸ δ' ὑπερήφανον. Ὁ δ' οἶνος ἦν μικρῷ βελτίων, ὅτε παρείησάν τινες. Ἐπὶ δὲ δειπνήσειαν, ἰσώπτων πάντες. Ὁ δὲ παῖς ἐφειστήκει κεκραμένον ἔχων τὸ ποτὸν καὶ τῷ αἰτοῦντι προσέφερε. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον οὐ πλεῖον δύο κυάθων, καὶ τοῦτο τῷ προσνεύσαντι προσεφέρετο. Ἀκρόαμα δὲ οὐδὲν οὐδέποτε παρεπορεύετο, διετέλει δ' αὐτὸς προσομιλῶν πρὸς ἕκαστον καὶ πάντας ἐκκαλούμενος εἰς τὸ τὰ μὲν ἀκούειν, τὰ δὲ λέγειν αὐτούς, ὥστε τεθηρευμένους ἀποτρέχειν ἅπαντας.»

Recte sine dubio Brücknerus scribendum censet : Φύλαρχ. ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ pro Φ. ἐν τῇ πεντεκαιδ. καὶ εἰκ.; libris enim quinto decimo et vigesimo de Cleomene actum esse non probabile est, vicesimo vero quinto ejus res tractatas esse ex reliquis hujus libri fragmentis apparet. Συμπεριενεχθεῖσι νόμου χάριν παρεσκευάζετο καὶ ἄλλα αὐτοῖς est Casauboni conjecturra pro συμπ. ὁμοῦ χαρ. παρ. κ. πάλιν αὐτοῖς. Ex Phylarcho petita esse videntur quæ leguntur apud Plutarch. Cleomen. 13.

44.

Athenæus VI, 102, p. 271, E: Οἱ δὲ μόθακες καλούμενοι παρὰ Λακεδαιμονίοις ἐλεύθεροι μέν εἰσιν, οὐ μὴν Λακεδαιμόνιοι. Λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Φύλαρχος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν οὕτως· «Εἰσὶ δ' οἱ μόθακες σύντροφοι τῶν Λακεδαιμονίων. Ἕκαστος γὰρ τῶν πολιτικῶν παίδων, ὡς ἂν καὶ τὰ ἴδια ἐκποιῶσιν, οἱ μὲν ἕνα, οἱ δὲ δύο, τινὲς δὲ πλείους ποιοῦνται συντρόφους αὑτῶν. Εἰσὶν οὖν οἱ μόθακες ἐλεύθεροι μέν, οὐ μὴν Λακεδαιμόνιοι, μετέχουσι δὲ τῆς παιδείας πάσης. Τούτων ἕνα φασὶ γενέσθαι καὶ Λύσανδρον τὸν καταναυμαχήσαντα τοὺς Ἀθηναίους, πολίτην γενόμενον δι' ἀνδραγαθίαν.»

Verba ἕκαστος γὰρ τῶν πολιτικῶν ..... αὐτῶν. Εἰσὶν οὖν Luchtius integritati restituere vult scribendo : ἕκαστος γὰρ τῶν πολιτῶν τῶν παίδων, ὡς ἂν κατὰ τὰ ἴδια ἐκποιῶσιν ... συντρόφους. Οὕτως εἰσὶν οὖν, etc. Cf. Ælian. V. H. XII, 43, qui Phylarchum fortasse ob oculos habuit, Plutarch. Cleom. 8 : Καὶ δύο τῶν συντρόφων τοῦ Κλεομένους, οὓς Μόθακας (sic bene Lucht. pro vulgata Σαμοθρᾷκας) καλοῦσι. Hesych. v. Μόθακες, Harpocrat. v. μόθων, Müller. Dor. II, p. 45.

45.

Athenæus XII, p. 521, B: Φύλαρχος δ' ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, εἰπὼν ὅτι παρὰ Συρακοσίοις νόμος ἦν τὰς γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδ' ἀνθινὰ φορεῖν, μηδ' ἐσθῆτας ἔχειν πορ-

quam plures. Nulla vero præsente legatione, tres lecti sternebantur. Nec per convivii moderatorem edicebatur, quis primus adsessurus esset aut accubiturus ; sed, qui ætate maximus erat, primus ad lectos accedebat, nisi quem ipse advocasset. Conspiciebatur vero utplurimum cum fratre aut aliquo ex æqualibus accumbens. Super tripode stabat æneus psycter et cadus, et scaphium argenteum duas capiens cotylas, et poculum, guttus vero æneus. Potus vero non præbebatur, nisi quis poposcisset (ante cœnam vero unum dabatur poculum), et plerumque primo ipsi ; deinde postquam ipse nutu poposcerat, postulabant et alii. Fercula apposita erant super mensula admodum vulgari : lances ita comparatæ, ut nec abundarent, nec nimis parcæ essent, sed sufficerent omnibus, neque convivarum quisquam aliquid desideraret. Nec enim ita parce, ut in Phiditiis, excipi debere convivas existimabat jusculo et carunculis : nec rursus ita in alteram partem progrediendum longius, ut in vanum prorsus sumtus fieret, et moderatus vivendi modus excederetur. Alterum enim illiberale esse, alterum superbum judicabat. Vinum autem paulo melius erat, quoties convivæ aliquot adessent. Dum cœnabant, tacebant omnes : puer vero adstabat mixtum potum tenens, præbebatque poscenti. Similiter etiam post cœnam non amplius duobus cyathis dabatur; idque præbebatur ei qui adnuendo poposcisset. Nullum umquam acroama comitabatur cœnam : sed continenter ipse cum unoquoque sermones miscebat, cunctosque invitabat, ut vel audirent quæ dicerent alii, vel ipsi loquerentur : quo fiebat, ut omnes capti ejus amore discederent.»

44.

Qui Mothaces apud Lacedæmonios vocantur, ii liberi quidem sunt homines, at non item cives Lacedæmonii. De his Phylarchus, quinto et vicesimo Historiarum libro, hæc scribit : « Sunt autem Mothaces coalumni Lacedæmoniorum. Quilibet enim ex filiis civium, prout fert res eorum familiaris, alii unum, alii duo, nonnulli etiam plures coalumnos sibi adsciscunt. Sunt igitur Mothaces, liberi quidem, sed non cives Lacedæmonii : participes autem fiunt universæ institutionis. Quorum unum fuisse aiunt Lysandrum, cum qui Athenienses navali prœlio superavit, ob virtutem civitate donatum.»

45.

Phylarchus in quinto et vicesimo Historiarum libro postquam dixit, legem esse apud Syracusios, qua caveatur, ne auro sese ornent mulieres neve floridas gestent vestes aut purpura prætextas, nisi quæ se publicum esse

Digitized by Google

φυρᾶς ἐχούσας παρυφὰς, ἐὰν μή τις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταίρα εἶναι κοινή· καὶ ὅτι ἄλλος ἦν νόμος τὸν ἄνδρα μὴ καλλωπίζεσθαι, μηδ' ἐσθῆτι περιέργῳ χρῆσθαι καὶ διαλλαττούσῃ, ἐὰν μὴ ὁμολογῇ μοιχεύειν ἢ κίναιδος εἶναι, καὶ τὴν ἐλευθέραν μὴ ἐκπορεύεσθαι ἡλίου δεδυκότος, ἐὰν μὴ μοιχευθησομένην. Ἐκωλύετο δὲ καὶ ἡμέρας ἐξιέναι ἄνευ τῶν γυναικονόμων, ἀκολουθούσης αὐτῇ μιᾶς θεραπαινίδος· « Συβαρῖται (φησὶν) ἐξοχείλαντες εἰς τρυφὴν ἔγραψαν νόμον τὰς γυναῖκας εἰς τὰς ἑορτὰς καλεῖν, καὶ τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν παρασκευὴν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμεναι τοῦ χρόνου τὴν τῶν θ' ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. Εἰ δέ τις τῶν ὀψοποιῶν ἢ μαγείρων ἴδιον εὕροι βρῶμα καὶ περιττὸν, τὴν ἐξουσίαν μὴ εἶναι χρήσασθαι τούτῳ ἕτερον πρὸ ἐνιαυτοῦ, ἀλλ' αὐτῷ τῷ εὑρόντι τὸν χρόνον τοῦτον, ὅπως ὁ πρῶτος εὑρὼν καὶ τὴν ἐργασίαν ἔχῃ, πρὸς τὸ τοὺς ἄλλους φιλοπονοῦντας αὐτοὺς ὑπερβάλλεσθαι τοῖς τοιούτοις. Ὡσαύτως δὲ μηδὲ τοὺς τὰς ἐγχέλεις πωλοῦντας τέλος ἀποτίνειν, μηδὲ τοὺς θηρεύοντας. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοὺς τὴν πορφύραν τὴν θαλαττίαν βάπτοντας καὶ τοὺς εἰσάγοντας ἀτελεῖς ἐποίησαν. Πάνυ οὖν ἐξοχείλαντες εἰς ὕβριν τὸ τελευταῖον παρὰ Κροτωνιατῶν τριάκοντα πρεσβευτῶν ἡκόντων ἅπαντας αὐτοὺς ἀπέκτειναν καὶ πρὸ τοῦ τείχους τὰ σώματα ἐξέῤῥιψαν καὶ ὑπὸ θηρίων εἵλασαν διαφθαρῆναι. Αὕτη δ' αὐτοῖς καὶ τῶν κακῶν ἐγένετο ἀρχὴ, μηνίσαντος τοῦ δαιμονίου. Ἔδοξαν γοῦν μετ' ὀλίγας ἡμέρας πάντες αὐτῶν οἱ ἄρχοντες τὴν αὐτὴν ἰδεῖν ὄψιν ἐν τῇ αὐτῇ νυκτί· τὴν γὰρ Ἥραν ἰδόντες ἐλθοῦσαν εἰς μέσην τὴν ἀγορὰν καὶ ἐμοῦσαν χολήν. Ἀνέβλυσε δὲ καὶ αἵματος πηγὴ ἐν τῷ ἱερῷ αὐτῆς. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἔληξαν τῆς ὑπερηφανίας, ἕως πάντες ὑπὸ Κροτωνιατῶν ἀπώλοντο. »

Plutarchus Sept. Sapient. conviv. II, p. 147, E, hæc ex Phylarcho hausisse videtur : Συβαρῖται μὲν γὰρ, ὡς ἔοικε, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὰς κλήσεις ποιοῦνται γυναικῶν, ὅπως ἐκγένοιτο κατὰ σχολὴν παρεσκευασμέναις ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ φοιτᾷν ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Ex hoc Plutarchi loco Casaubonus ita restituit Phylarchum apud Athenæum : Καὶ τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν κλῆσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τοῦ χρόνου τὴν παρασκευὴν τῶν θ' ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. Sed nec satis, Brückerus monet, ille locus valet ad defendendam hanc emendationem, in quo duæ res confunduntur, mulierum illa ad festos dies concelebrandos invitatio, et sacrificiorum ante annum instituendorum consuetudo, nec multo inde expeditior sensus exsistit. Melius Schweighæuser. Athenæi locum sanare studet scribendo τὴν ante τῶν θ' et ποιούμεναι pro vulg. ποιούμενοι, quod cum Luchtio in textu exhibui.

LIBER XXVIII.

46.

Athenæus VI, 58, p. 251, C : Ἐν δὲ τῇ ὀγδόῃ καὶ εἰκοστῇ ὁ Φύλαρχος (φησὶ) Ἀντιγόνου τοῦ κληθέντος Ἐπιτρόπου, τοῦ τοὺς Λακεδαιμονίους ἑλόντος, κόλακα γενέσθαι Ἀπολλοφάνη τινὰ, τὸν εἰπόντα τὴν Ἀντιγόνου τύχην ἀλεξανδρίζειν.

Cf. Polybius II, 70, Plutarchus Cleom. 30, Pausanias II, p. 100 sq.

FRAGMENTA INCERTÆ SEDIS.

47.

Plutarch. Pyrrho 27 : Ἦν δὲ τὸ μὲν πλάτος αὐ-

prostibulum profiteatur : et aliam esse legem ne vir cultus exterioris nimis studiosus sit neve vestimento exquisito ac singulari utatur, nisi qui se mœchari aut cinædum esse profiteatur : item cautum esse, ingenua mulier ne post occasum solis domo exeat, nisi adulterium admissura; denique, ut ne interdiu quidem foras prodeat, nisi venia impetrata a matronarum censoribus, et comite una saltem pedissequa : hæc præfatus Phylarchus : « Sybaritæ, ait, quum ad luxum voluptatemque penitus sese applicuissent, lege sanxerant, ut matronas fas esset ad solennes festivitates invitare; utque hi qui ad sacras epulas essent illas invitaturi, annuo ante spatio apparatum facerent, ut satis digno, pro temporis spatio, facto apparatu vestium reliquique ornatus, ita demum illæ ad sacra prodirent. Porro, si quis coquus aut obsoniorum artifex singulare aliquod et eximium cibi genus invenisset, non licitum esse alii eodem genere uti ante elapsum annuum spatium, sed per totum id tempus uni inventori id licitum esse, quo primus inventor etiam quæstum ex artis suæ exercitio caperet, quo item alii excitarentur ad operam dandam, ut alios in hoc genere superarent. Similiter lege cautum erat, ne tributum penderent hi qui anguillas vel venderent vel piscarentur. Pariterque, qui marina purpura vestes tingebant, aut purpuram importabant, eos immunes a tributis vectigalibusque esse voluerunt. Ad extremum prorsus in contumeliam effusi, quum triginta legati a Crotoniatis advenissent, omnes illos occiderunt, et cadavera extra muros projecta bestiis permiserunt devoranda. Atque hoc initium illis fuit malorum, accensa divini numinis ira. Igitur, paucis post diebus, omnibus illorum magistratibus una nocte idem visum oblatum est, ut Junonem viderent in medium forum prodeuntem, atram bilem evomentem. Atque etiam in ejus templo sanguinis fons scaturivit. At ne tum quidem ab insolentia destiterunt, donec omnes a Crotoniatis deleti sunt. »

LIBER XXVIII.

46.

Libro vigesimo octavo narrat Phylarchus, Antigoni illius qui Epitropos (Curator) cognominatus est et qui Spartam cepit, assentatorem fuisse Apollophanem, eum qui dicere sit solitus, *fortunam* Antigoni *alexandrizare*.

FRAGMENTA INCERTÆ SEDIS.

47.

Fuit ea (fossa) lata cubitos sex, quatuor alta, longa

Digitized by Google

τῆς (τῆς τάφρου) πήχεων ἓξ, τὸ δὲ βάθος τεττάρων, τὸ δὲ μῆκος ὀκτάπλεθρον, ὡς ἱστορεῖ Φύλαρχος, ὡς δὲ Ἱερώνυμος, ἕλαττον.

Fossa est qua Spartani urbem contra Pyrrhum munierunt.

48.

Parthenii Erotica 23.

ΠΕΡΙ ΧΕΙΛΩΝΙΔΟΣ.

Κλεώνυμος ὁ Λακεδαιμόνιος, βασιλείου γένους ὢν καὶ πολλὰ κατορθωσάμενος Λακεδαιμονίοις, ἔγημε Χειλωνίδα προσήκουσαν αὐτῷ κατὰ γένος. Ταύτῃ σφοδρῶς ἐπιτεταμένου τοῦ Κλεωνύμου καὶ τὸν ἔρωτα οὐκ ἠρέμα φέροντος, τοῦ μὲν κατηλόγει, πᾶσα δὲ ἐνέκειτο Ἀκροτάτῳ, τῷ τοῦ βασιλέως υἱεῖ. Καὶ γὰρ ὁ μειρακίσκος αὐτῆς ἀναφανδὸν ὑπεκαίετο, ὥστε πάντας ἀνὰ στόμα ἔχειν τὴν ὁμιλίαν αὐτῶν· δι' ἣν αἰτίαν δυσανασχετήσας ὁ Κλεώνυμος καὶ ἄλλως δὲ οὐκ ἀρεσκόμενος τοῖς Λακεδαιμονίοις ἔθεσιν, ἐπεραιώθη πρὸς Πύρρον εἰς Ἤπειρον καὶ αὐτὸν ἀναπείθει πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου, ὡς εἰ καὶ ἐντόνως ἅψαιντο τοῦ πολέμου, ῥᾳδίως ἐκπολιορκήσοντες τὰς ἐν αὐτῇ πόλεις· ἔφη δὲ καὶ αὐτῷ τι ἥδη προδιειργάσθαι, ὥστε καὶ στάσιν ἐγγενέσθαι τισὶ τῶν πόλεων.

Scripsimus cum Luchtio ἔθεσιν pro ἤθεσιν et ἐν αὐτῇ pro ἐν αὐτοῖς jam a Galeo et Legrandio propositum.

Luchtius recte monet esse hoc Phylarchi fragmentum: Plutarchum enim in Vita Pyrrhi 26, cujus postrema pars ex Phylarcho potissimum hausta sit, eadem plane narrare, et sæpe Parthenium Phylarcho uti auctore. Plutarchi verba hæc sunt: Κλεωνύμου δὲ τοῦ Σπαρτιάτου παραγενομένου καὶ καλοῦντος αὐτὸν (τὸν Πύρρον) ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα, προθύμως ὑπήκουσεν. Ὁ δὲ Κλεώνυμος ἦν μὲν γένους βασιλικοῦ, δοκῶν δὲ βίαιος εἶναι καὶ μοναρχικὸς, οὔτ' εὔνοιαν οὔτε πίστιν εἶχεν, ἀλλ' Ἄρεως ἐβασίλευε. Καὶ τοῦτο μὲν ἦν κοινὸν ἔγκλημα καὶ πρεσβύτερον αὐτῷ πρὸς τοὺς πολίτας· γυναῖκα δὲ καλὴν καὶ γένους βασιλικοῦ, Χειλωνίδα (vel Χελιδονίδα) τὴν Λεωτυχίδου, πρεσβύτερος ὢν ἔγημεν ὁ Κλεώνυμος. Ἡ δὲ Ἀκροτάτῳ τῷ Ἄρεως ἐπιμανεῖσα, μειρακίῳ καθ' ὥραν ἀκμάζοντι, λυπηρὸν ἐρῶντι τῷ Κλεωνύμῳ καὶ ἄδοξον ὁμοῦ παρεῖχε τὸν γάμον· οὐδένα γὰρ ἐλάνθανε Σπαρτιατῶν καταφρονούμενος ὑπὸ τῆς γυναικός. Οὕτω δὲ τῶν κατ' οἶκον ἀνιαρῶν τοῖς πολιτικοῖς προσγενομένων, ὑπ' ὀργῆς καὶ βαρυθυμίας ἐπῆγε τῇ Σπάρτῃ τὸν Πύρρον, ἔχοντα δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους πεζοὺς, δισχιλίους δ' ἱππεῖς, ἐλέφαντας δ' εἰκοσιτέσσαρας, ὥστε τῷ μεγέθει τῆς παρασκευῆς εὐθὺς εἶναι κατάδηλον οὐ Κλεωνύμῳ τὴν Σπάρτην, ἀλλὰ τὴν Πελοπόννησον ἑαυτῷ κτώμενον.

49.

Tzetzes Chiliad. IV, hist. 134, v. 288—312:

Φύλαρχος νέον ἱστορεῖ ὡς ἀετὸν θηράσας
ἐθρέψατο καὶ εἴθισεν ἐκείνῳ παραμένειν,
ὡς καὶ νοσήσαντά ποτε τὸν νέον θεραπεύειν
καὶ νοσηλεύειν δεξιῶς σπουδῇ συντονωτάτῃ.
Τοῦ νέου τεθνηκότος δὲ καὶ πρὸς πυρὰν ἀχθέντος,
ὁ ἀετὸς συνείπετο τῇ ἐκφορᾷ τῇ τούτου·
καυθέντος τούτου δὲ πυρᾷ καὶ οὗτος συνεκαύθη.
Καὶ γυναικὶ δὲ ἀετὸς σύντροφος συντεθνήσκει,
τῷ πόθῳ ταύτης ἀσιτῶν καὶ τελευτήσας οὕτω.
Καὶ Πύρρῳ τῆς Ἠπείρου δὲ τῷ βασιλεῖ ὑπῆρχεν
ὅμοιος τούτοις ἀετὸς ὃς ἔχαιρεν ἀκούων,
εἴ τίς ποτε προσφθέγξαιτο Πύρρος ὁ Ἠπειρώτης.

---

octo jugera, ut Phylarchus tradit: ut Hieronymus (*Cardianus*), minus.

48.

DE CHILONIDE.

Cleonymus Lacedæmonius regii generis, qui multa præclare gesserat apud Lacedæmonios, uxorem duxit Chilonidem genere sibi cognatam. Ab hac vero, quam vehementer impatienterque amabat, despectus est: tota autem tenebatur amore Acrotati filii regis. Etenim adolescentulus amorem, quo eam amplectebatur, palam profitebatur, ut eorum consuetudo in omnium ore esset. Cleonymus, qui hanc rem graviter ferret et omnino non probaret Lacedæmoniorum mores, ad Pyrrhum abiit in Epirum eique persuasit, ut Peloponnesum aggrederetur; facile enim se urbes in ea sitas expugnaturos esse, si acriter bellum susciperent: dixit etiam se jam elaborasse ut quædam urbes novis rebus studerent.

Pyrrhus, quum Lacedæmonius Cleonymus eum adisset et Lacedæmonem invitaret, obsequutus est facile. Erat Cleonymus hic ex stirpe regia, sed quod animum præ se ferret violentum et imperiosum, cives neque ejus studiosi erant, neque fidem ei habebant, verum regnum obtinebat Areus. Hæc ei publica erat atque vetus cum civibus querela. Jam uxorem formosam et familiæ regiæ Chilonidem (*vel* Chelidonidem), Leotychidis filiam, Cleonymus grandior natu duxerat. Quæ Acrotati amore, Arei filii, deperiens, adolescentis forma venusta, acerbas amanti marito juxtaque infames præbuit nuptias. Neque enim civem latebat ullum ab uxore eum fastidiri. Ita quum ad publicam domestica accessisset ægritudo, ira et animi dolore consultoribus Pyrrhum Spartam attraxit. Habebat Pyrrhus peditum quinque et viginti millia, equitum millia duo, elephantos quatuor et viginti. Quæ docuit statim moles apparatus non Cleonymo Spartam, sed Peloponnesum sibi quærere Pyrrhum.

49.

Phylarchus scribit juvenem aquilam, quam ceperat,
nutrivisse atque assuefecisse ut secum permaneret,
adeo ut et ægrotantis aliquando juvenis curam ageret,
atque laboranti adesset dextre, studio intentissimo.
Juvene autem mortuo, ad rogumque ducto,
aquila secuta est ejus elationem;
exusto autem hoc pyra, et ista simul exusta est.
Et una cum muliere aquila nutrita, commoritur,
desiderio hujus a cibo abstinens atque sic moriens.
Et Pyrrho, Epiri regi, erat
similis his aquila, quæ gaudebat audiens,
si quis forte dixisset *Pyrrhus Epirota*.

Digitized by Google

Καὶ οὗτος τεθνηκότος δὲ τοῦ Πύρρου συντεθνήκει
ἐξ ἀσιτίας καὶ λιμοῦ τῷ πόθῳ τῷ ἐκείνου.
Καὶ θεριστήν τις ἀετὸς ἐῤῥύσατο θανάτου
ἀνθ' ὧν αὐτὸς ἐξέσωσεν ἐκ δράκοντος ἐκεῖνον
ἐν τῷ δρεπάνῳ συντεμὼν τὴν σπείραν τοῦ θηρίου.
Ὄντων καὶ γὰρ ἐκκαίδεκα τῶν θεριστῶν ἐκεῖσε,
οὗτος σταλεὶς ὑδρεύσασθαι ὡς ἤνεγκε τὸ ὕδωρ,
ἐκ στάμνου πᾶσι κεραννὺς διένεμε τὸν οἶνον.
Ὡς δὲ κεράσας καὶ αὐτὸς ἔμελλε πίνειν τοῦτο,
ἐκεῖνος ῥοίζῳ καταπτὰς κατέαξε τὸν σκύφον,
ἰδὼν ὄφιν ἐμέσαντα, ὡς ἔοικε, τῷ ἄγγει·
ὁ δὲ στραφεὶς ὡς ἀμοιβῇ τῇ τούτου δυσχεραίνων
ἐκείνους θνήσκοντας ἰδὼν συνῆκε τὴν αἰτίαν.

Ælianus De natura animal. VI, 29 : Φύλαρχος μέμνηται παῖδα ἰσχυρῶς φιλόρνιθα αἰετοῦ νεοττὸν λαβεῖν δῶρον καὶ τρέφειν τροφῇ ποικίλῃ καὶ κηδεμονίαν αὐτῷ προσφέρειν πᾶσαν. Οὐ γάρ τί που ὡς ἄθυρμα εἰς παιδιὰν ἔτρεφε τὸν ὄρνιν, ἀλλὰ ἐρωμένου δίκην ἡ ἀδελφοῦ νεωτέρου, οὕτως ἄρα ὁ παῖς τοῦ αἰετοῦ προμηθῶς εἶχεν. Καὶ προϊὼν δὲ χρόνος εἰς φιλίαν αὐτοὺς ἐξῆψεν ἀλλήλων ἰσχυράν. Συνηνέχθη δὲ καμεῖν τὸ σῶμα τὸν παῖδα, καὶ τὸν αἰετὸν παραμένειν καὶ νοσηλεύειν τὸν τροφέα· καὶ καθεύδοντος μὲν ἡσυχάζειν, ἐγρηγορότος δὲ παρεστάναι, ἀσιτοῦντος δὲ τροφὴν μὴ προσίεσθαι· ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν βίον ὁ παῖς κατέστρεψεν, ἠκολούθησε καὶ ὁ αἰετὸς μέχρι τοῦ μνήματος· καιομένου δέ γε ἑαυτὸν εἰς τὴν πυρὰν ἐνέβαλεν.

50.

Athenæus III, 3, p. 73, B: Φύλαρχος δέ φησιν· « Οὐδέποτε πρότερον ἐν οὐδενὶ τόπῳ κυάμων Αἰγυπτίων οὔτε σπαρέντων, οὔτ', εἰ σπείρειέ τις, τικτομένων, εἰ μὴ κατὰ Αἴγυπτον, ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου τοῦ Πύρρου παρὰ τὸν Θύαμιν ποταμὸν τῆς ἐν Ἠπείρῳ Θεσπρωτίας ἐν ἕλει τινὶ συνέβη φυῆναι. Δύο μὲν οὖν ἤνεγκέ πως ἔτη καρπὸν ἐκτενῶς καὶ ηὔξησε· τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου φυλακὴν ἐπιστήσαντος καὶ κωλύοντος οὐχ ὅτι λαμβάνειν τὸν βουλόμενον, ἀλλα μηδὲ προσέρχεσθαι πρὸς τὸν τόπον, ἀνεξηράνθη τὸ ἕλος καὶ τὸ λοιπὸν οὐχ ὅτι τὸν προειρημένον ἤνεγκε καρπὸν, ἀλλ' οὐδὲ ὕδωρ εἴ ποτε ἔσχε φαίνεται. Τὸ παραπλήσιον ἐγένετο καὶ ἐν Αἰδιψῷ. Λωρὶς γὰρ τῶν ἄλλων ὑδάτων ναμάτιόν τι ἐφάνη ψυχρὸν ὕδωρ προϊέμενον οὐ πόῤῥω τῆς θαλάσσης. Τούτου πίνοντες οἱ ἄῤῥωστοῦντες τὰ μέγιστα ὠφελοῦντο· διὸ πολλοὶ παρεγίνοντο καὶ μακρόθεν τῷ ὕδατι χρησόμενοι. Οἱ οὖν τοῦ βασιλέως Ἀντιγόνου στρατηγοὶ βουλόμενοι οἰκονομικώτεροι εἶναι διάφορόν τι ἔταξαν διδόναι τοῖς πίνουσι, καὶ ἐκ τούτου ἀπεξηράνθη τὸ νᾶμα. Καὶ ἐν Τρωάδι δὲ ἐξουσίαν εἶχον οἱ βουλόμενοι τὸν πρὸ τοῦ χρόνου τὸν Τραγασαῖον ἅλα λαμβάνειν, Λυσιμάχου δὲ τέλος ἐπιβαλόντος ἠφανίσθη. Θαυμάσαντος δὲ καὶ ἀφέντος τὸν τόπον ἀτελῆ πάλιν ηὐξήθη. »

De thermis Ædipsi cf. Strabo I, p. 60; IX, p. 425 ed. Cas., ubi vero legitur Αἰδηψός.

51.

Polyb. II, 56, 6: Βουλόμενος δὴ διασαφεῖν (ὁ Φύλαρχος) τὴν ὠμότητα τὴν Ἀντιγόνου καὶ Μακεδόνων, ἅμα δὲ τούτοις τὴν Ἀράτου καὶ τῶν Ἀχαιῶν, φησὶ τοὺς Μαντινέας, γενομένους ὑποχειρίους, μεγάλοις περιπεσεῖν ἀτυχήμασι, καὶ τὴν ἀρχαιοτάτην καὶ με-

Et hæc quoque mortuo Pyrrho commoritur
et esurie atque fame, desiderio illius.
Atque messorem quædam aquila servavit a morte,
eo quod ipse servasset a dracone illam,
falce quum incidisset spiram feræ.
Quum essent enim sedecim messores ibi,
iste missus aquatum, ut attulit aquam,
ex cantharo omnibus miscens, distribuebat vinum.
Ut autem qui miscuerat, bibiturus erat hoc,
illa cum strepitu volans fregit poculum,
conspicata serpentem, qui vomuerat, ut fit, in vas.
Ille autem conversus, velut retributionem hujus ægre
illos mortuos videns intellexit causam. [ferens,

Puerum avium studiosissimum, Phylarchus memoriæ prodidit, aquilæ pullum, quem dono accepisset, vario et multiplici cibo aluisse, et studiose diligenterque curasse. Nam eum non tanquam rem ludicram alebat, sed tanquam natu minorem germanum fratrem magna cum cura fovebat. Quum autem progressu ætatis mutua inter se amicitia vehementer exarsissent, atque accidisset ut puer laboraret, tum ei aquila assiduitate officii assidebat: quum enim is quietem caperet, ipsa quoque quieti se dabat; quum vigilaret, eadem assistebat; quum non ederet, ipsa pariter cibum non admittebat: postea vero quam e vita excesserat, ad monumentum sepulchri eum aquila prosecuta est, postque, ubi crematus est, in medios rogos ipsa se immisit.

50.

Phylarchus scribit: « Quum nunquam antea nullibi locorum Ægyptiaca faba aut serereturt, aut sata crescerit, præterquam in Ægypto, tamen regnante Alexandro, Pyrrhi filio, prope Thyamin fluvium Thesprotiæ, quæ in Epiro est, in palude quadam nescio quo casu eam esse natam: et duobus quidem deinceps annis eam fructum abunde peperisse, eumque ad maturitatem perduxisse; sed postquam præsidium ibi Alexander posuisset, quo arcerentur non solum qui decerpere vellent, sed et qui adituri modo essent locum, exsiccatam esse paludem, ex eoque tempore non modo prædictum fructum eam non amplius tulisse, sed eam speciem præbere istum locum, ut numquam aquam ibi fuisse diceres. Simile quid (ait) etiam prope Ædipsum (*vel* Ædepsum) usu venit. Nam seorsum ab aliis aquis fons aliquis emicuit haud procul a mari, gelidam aquam edens. Ex eo fonte bibentes ægri plurimum levabantur: quare etiam e longinquo advenie-bant, qui ista aqua uterentur. Itaque præfecti Antigoni (*Gonatæ*) regis rem diligentius administrare volentes, pecuniæ nonnihil solvendæ imposuerunt bibentibus: et eoque tempore exaruit fons. Similiter in Troade, quum salem Tragasæum antea colligendi potestatem, quisque vellet, habuisset; postquam eo nomine vectigal exegit Lysimachus, evanuit sal. Miratus rem rex, remisit tributum: et renatus sal est. »

51.

Quum igitur vellet Phylarchus Antigoni et Macedonum, nec non Arati et Achæorum crudelitatem declarare, Mantinenses, ait, postquam in hostium potestatem venissent, maximas perpessos esse ærumnas; et civitatem illam,

Digitized by Google

γίστην πόλιν τῶν κατὰ τὴν Ἀρκαδίαν τηλικαύταις παλαῖσαι συμφοραῖς, ὥστε πάντας εἰς ἐπίστασιν καὶ δάκρυα τοὺς Ἕλληνας ἀγαγεῖν· σπουδάζων δ' εἰς ἔλεον ἐκκαλεῖσθαι τοὺς ἀναγινώσκοντας καὶ συμπαθεῖς ποιεῖν τοῖς λεγομένοις, εἰσάγει περιπλοκὰς γυναικῶν καὶ κόμας διερριμμένας καὶ μαστῶν ἐκβολάς, πρὸς δὲ τούτοις δάκρυα καὶ θρήνους ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀναμὶξ ἅμα τέκνοις καὶ γονεῦσι γηραιοῖς ἀπαγομένων.

Cf. Plutarch. Arat. 45.

52.

Polybius II, 59: Πάλιν Ἀριστόμαχον τὸν Ἀργεῖόν φησιν (ὁ Φύλαρχος), ἄνδρα τῆς ἐπιφανεστάτης οἰκίας ὑπάρχοντα καὶ τετυραννηκότα μὲν Ἀργείων, πεφυκότα δὲ ἐκ τυράννων, ὑποχείριον Ἀντιγόνῳ καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς γενόμενον εἰς Κεγχρεὰς ἀπαχθῆναι καὶ στρεβλούμενον ἀποθανεῖν, ἀδικώτατα καὶ δεινότατα πάντων ἀνθρώπων. Τηρῶν δὲ καὶ περὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν ὁ συγγραφεὺς τὸ καθ' αὑτὸν ἰδίωμα φωνάς τινας πλάττει διὰ τῆς νυκτὸς αὐτοῦ στρεβλουμένου προσπιπτούσας τοῖς σύνεγγυς κατοικοῦσιν· ὧν τοὺς μὲν ἐκπληττομένους τὴν ἀσέβειαν, τοὺς δ' ἀπιστοῦντας, τοὺς δ' ἀγανακτοῦντας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, προστρέχειν πρὸς τὴν οἰκίαν φησί.

Phylarchum, ut videtur, sequitur Plutarchus in Arato 44.

53.

Polybius II, 61: Ὁ δὲ (Φύλαρχος) πῶς μὲν ἕλαβε Κλεομένης τὴν πόλιν (Megalopolin), καὶ πῶς ἀκέραιον διαφυλάξας ἐξαπέστειλε παραχρῆμα πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας εἰς τὴν Μεσσήνην γραμματοφόρους, ἀξιῶν αὐτοὺς ἀβλαβῆ κομισαμένους τὴν ἑαυτῶν πατρίδα κοινωνῆσαι τῶν ἰδίων πραγμάτων, ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐδήλωσε, βουλόμενος ὑποδεῖξαι τὴν Κλεομένους μεγαλοψυχίαν καὶ μετριότητα πρὸς τοὺς πολεμίους. Ἔτι δὲ, πῶς οἱ Μεγαλοπολῖται, τῆς ἐπιστολῆς ἀναγινωσκομένης, οὐκ ἐάσαιεν εἰς τέλος ἀναγνωσθῆναι, μικροῦ δὲ καταλεύσαιεν τοὺς γραμματοφόρους, ἕως τούτου διεσάφησε, τὸ δ' ἀκόλουθον καὶ τὸ τῆς ἱστορίας ἴδιον ἀφεῖλε, τὸν ἔπαινον καὶ τὴν ἐπ' ἀγαθῷ μνήμην τῶν ἀξιολόγων προαιρέσεων· καίτοι γ' ἐμποδὼν ἦν.

Cf. Plutarch. Cleom. 23—25, Philopœm. 5, et Pausan. IV, p. 271, VIII, p. 500.

54.

Polybius II, 62, 63: Οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις ἐξῆς φησιν (ὁ Φύλαρχος) ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς Μεγάλης πόλεως λαφύρων ἑξακισχίλια τάλαντα τοῖς Λακεδαιμονίοις πεσεῖν, ὧν τὰ δισχίλια Κλεομένει δοθῆναι κατὰ τοὺς ἐθισμούς.

Postquam demonstravit, Phylarchum in his a veritate abire, pergit: Τὸ δὲ συνεχὲς τούτῳ τίς οὐκ ἂν ἔτι μᾶλλον θαυμάσειε; ταῦτα γὰρ ἀποφαινόμενος λέγει· πρὸ τῆς παρατάξεως δέκα ἡμέραις μάλιστα τὸν παρὰ Πτολεμαίου πρεσβευτὴν ἐλθεῖν ἀγγέλλοντα πρὸς τὸν Κλεομένην, διότι Πτολεμαῖος τὸ μὲν χορηγεῖν ἀπολέγει, διαλύεσθαι δὲ παρακαλεῖ πρὸς τὸν Ἀντίγονον. Τὸν δ' ἀκούσαντα, φησὶ, κρῖναι, διότι δεῖ τὴν ταχίστην ἐκκυδεύειν τοῖς ὅλοις πρὸ τοῦ συνιέναι τὰ προσπεπτωκότα τὰς δυνάμεις, διὰ τὸ μηδεμίαν ὑπάρχειν ἐν τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐλπίδα τοῦ δύνασθαι μισθοδοτεῖν. Ἀλλ' εἴπερ ἑξακισχιλίων ἐγκρατὴς ἐγεγόνει ταλάντων κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, τὸν Πτολεμαῖον αὐτὸν ἠδύνατο ταῖς χορηγίαις ὑπερ-

---

manium Arcadicarum maximam atque antiquissimam, antis conflictatam esse calamitatibus, ut Græcos omnes a curam et lacrimas ea res adduceret. Cupiens autem letorum misericordiam commovere, et narratione sua illos fficere, mulierum amplexus commemorat, crines passos, ammas exsertas: ad hæc lacrimas et ejulatus qua viroum et mulierum, qua liberorum et senum parentum, ui nullo discrimine simul abducebantur.

52.

Præterea scribit idem Phylarchus: Aristomachum, Arivum nobilissimo genere ortum, qui tyrannus fuerit rgivorum, et tyrannis prognatum, postquam in potestaem venisset Antigoni et Achæorum, Cenchreas abductum, leo cruciabiliter necatum fuisse, ut par iniquitas aut udelitas in nemineni unquam mortalium fuerit admissa. eindè etiam hic more usus suo scriptor, voces quasdam git, quas per noctem in ipsis tormentis ab eo editas cini audiverint: quorum alios, ait, ad facinus tam upium stupentes, alios quia non crederent, multos quod m indigne ferrent, ad illam domum accurrisse.

53.

Quo igitur pacto urbem Cleomenes ceperit, quomodo colnmem servaverit, et ad Megalopolitanos continuo essenam tabellarios miserit, rogans, ut, patria absque lo damno recepta, consentire secum vellent, et conlia miscere: hæc quidem Phylarchus narravit, studio commendandi magnanimitatem Cleomenis et moderationem erga hostes. Item, quomodo Megalopolitani inchoatam epistolæ lectionem perduci ad finem non siverint; quin etiam tabellarios lapidibus prope obruerint: hæc quoque non prætermisit, rem hactenus persecutus. Quod vero consequens erat et historiæ proprium, ut memorabile generosumque Megalopolitanorum animum debito testimonio ac laude merita afficeret, id prætermisit: quamquam in promtu sane res fuerat.

54.

In sequentibus Phylarchus scriptum reliquit, e præda urbis Megalopoleos sex talentorum millia ad Lacedæmonios rediisse; quorum duo millia, ex veteri consuetudine, Cleomeni cesserint.

Quis vero non magis adhuc miretur, quod idem scriptor istis subjicit? Nam eodem loco ait: decem fere diebus ante quam pugna pugnaretur, legatum a Ptolemæo missum venisse, qui nuntiaret, pecuniam nolle amplius Ptolemæum suppeditare, sed ad pacem cum Antigono faciendam hortari: quod ubi accepisset Cleomenes, constituisse eum, fortunam summæ rerum sibi quam primum esse tentandam, prius quam de accepto nuntio aliquid resciret exercitus, quoniam quidem spem nullam ipse haberet, ex propriis opibus militi stipendia posse se solvere. Atqui si circa tempus idem sex millium talentorum compos est factus; vel Ptolemæum ipsum

Digitized by Google

θέσθαι, πρὸς δὲ τὸν Ἀντίγονον, εἰ μόνον τριακοσίων ὑπῆρχε κύριος, καὶ λίαν ἱκανὸς ἦν ἀσφαλῶς ὑπομένων τρίβειν τὸν πόλεμον.

55.

Plut. Vita Cleom. 5 : Οἱ δ' ἀνῃρηκότες πρότερον τὸν Ἄγιν, αἰσθόμενοι τοῦτο καὶ φοβηθέντες μὴ δίκην δῶσι τοῦ Ἀρχιδάμου κατελθόντος, ἐδέξαντο μὲν αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν παραγενόμενον κρύφα, καὶ συγκατῆγον, εὐθὺς δ' ἀπέκτειναν· εἶτ' ἄκοντος τοῦ Κλεομένους, ὡς οἴεται Φύλαρχος, εἴτε πεισθέντος ὑπὸ τῶν φίλων καὶ προεμένου τὸν ἄνθρωπον αὐτοῖς. Τῆς γὰρ αἰτίας τὸ πλεῖστον ἐπ' ἐκείνους ἦλθε, βεβιάσθαι τὸν Κλεομένην δοκοῦντας.

56.

Plutarchus l. l. 28 : Φύλαρχος οε καὶ προδοσίαν γενέσθαι φησὶ τὴν μάλιστα τῷ Κλεομένει τὰ πράγματα διεργασαμένην. Τοῦ γὰρ Ἀντιγόνου τοὺς Ἰλλυριοὺς καὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας ἐκπεριελθεῖν κρύφα κελεύσαντος καὶ κυκλώσασθαι θάτερον κέρας, ἐφ' οὗ τεταγμένος ἦν Εὐκλείδας ὁ τοῦ Κλεωμένους ἀδελφός, εἶτα τὴν ἄλλην ἐπὶ μάχῃ δύναμιν ἐκτάττοντος· ἀπὸ σκοπῆς θεωρῶν ὁ Κλεομένης, ὡς οὐδαμοῦ τὰ ὅπλα τῶν Ἰλλυριῶν καὶ τῶν Ἀκαρνάνων κατεῖδεν, ἐφοβήθη μὴ πρός τι τοιοῦτον αὐτοῖς ὁ Ἀντίγονος κέχρηται. Καλέσας δὲ Δαμοτέλη, τὸν ἐπὶ τῆς κρυπτείας τεταγμένον, ὁρᾶν ἐκέλευε καὶ ζητεῖν ὅπως ἔχει τὰ κατὰ νώτου καὶ κύκλῳ τῆς παρατάξεως. Τοῦ δὲ Δαμοτέλους (ἦν γὰρ, ὡς λέγεται, πρότερον χρήμασιν ὑπ' Ἀντιγόνου διεφθαρμένος) ἀμελεῖν ἐκείνων εἰπόντος ὡς καλῶς ἐχόντων, τοῖς δὲ συνάπτουσιν ἐξ ἐναντίας προσέχειν καὶ τούτους ἀμύνεσθαι, πιστεύσας ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον ἐχώρει, καὶ τῇ ῥύμῃ τῶν περὶ αὐτὸν Σπαρτιατῶν ὠσάμενος τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων ἐπὶ πέντε που σταδίους ὑποχωρούντων ἐκβιαζόμενος καὶ κρατῶν ἠκολούθησεν. Εἶτα τῶν περὶ τὸν Εὐκλείδαν ἀπὸ θατέρου κυκλωθέντων, ἐπιστὰς καὶ κατιδὼν τὸν κίνδυνον, Οἴχῃ μοι, φίλτατε ἀδελφὲ, εἶπεν, οἴχῃ, γενναῖος ὢν καὶ παισὶ ζηλωτὸς Σπαρτιατῶν καὶ γυναιξὶν ἀοίδιμος. Οὕτω δὲ τῶν περὶ τὸν Εὐκλείδαν ἀναιρεθέντων καὶ τῶν ἐκεῖθεν, ὡς ἐκράτουν, ἐπιφερομένων, ταραττομένους ὁρῶν τοὺς στρατιώτας καὶ μένειν οὐκέτι τολμῶντας ἔσωζεν ἑαυτόν. Ἀποθανεῖν δὲ καὶ τῶν ξένων πολλοὺς λέγουσι καὶ Λακεδαιμονίους ἅπαντας πλὴν διακοσίων, ἑξακισχιλίους ὄντας.

De hac ad Sellasiam pugna cf. Polyb. II, 55-69, Plutarch. Philopœmene.

57.

Plutarchus l. l. 30 : Ἤδη δὲ καὶ τὸ νόσημα κατεῖχεν αὐτὸν (τὸν Ἀντίγονον), εἰς φθίσιν ἐκβεβηκὸς ἰσχυρὰν καὶ κατάῤῥουν σύντονον. Οὐ μὴν ἀπεῖπεν, ἀλλ' ἀντήρκεσε πρὸς τοὺς οἰκείους ἀγῶνας, ὅσον ἐν νίκῃ μεγίστῃ καὶ φόνῳ πλείστῳ τῶν βαρβάρων εὐκλεέστερον ἀποθανεῖν· ὡς μὲν εἰκὸς ἐστι καὶ λέγουσι οἱ περὶ Φύλαρχον, αὐτῇ τῇ περὶ τὸν ἀγῶνα κραυγῇ τὸ σῶμα προσαναῤῥήξας, ἐν δὲ ταῖς σχολαῖς ἦν ἀκούειν, ὅτι βοῶν μετὰ τὴν νίκην ὑπὸ χαρᾶς, Ὦ καλῆς ἡμέρας, πλῆθος αἵματος ἀνήγαγε καὶ πυρέξας συντόνως ἐτελεύτησε.

58.

Scholia S. Maximi ad S. Dionysium Areopagit. t. II, p. 156 ed. Antverp. 1634 : Ἡ γὰρ ὀμφαία βαρβαρικόν ἐστιν ὅπλον, ὡς ἱστορεῖ Φύλαρχος.

---

sumtibus superare poterat. Ad bellum vero cum Antigono quod attinet, si vel trecenta solummodo talenta receperat Cleomenes, facile illi fuit, sine ullo periculo bellum illud sustinere atque trahere.

55.

Verum ubi senserunt id qui Agin ante interfecerant, formidantes ne reverso ab exilio Archidamo luerent pœnas, acceperunt illum quidem in civitatem clam ingressum, et reditum ejus adjuverunt : sed ilico interemerunt eum, sive invito Cleomene, ut opinio est Phylarchi, sive persuadentibus amicis, ut condonaret ipsis Archidamum. Nam crimen maxima ex parte in illos recidit, quod vim adhibuisse crederentur Cleomeni.

56.

Proditionem quoque ait Phylarchus adhibitam, quæ Cleomeni potissimum intulerit cladem. Siquidem quum Illyrios et Acarnanes clam Antigonus circuire, et circumfundere alterum cornu quod frater Cleomenis ducebat Euclidas, jussisset, mox ceteras copias ad prælium instrueret : contemplans ex specula Cleomenes, ut nusquam conspexit Illyriorum et Acarnanum signa, metuit ne qua illis Antigonus ad talem machinam uteretur. Accitum Damotelem, qui insidiis curandis præfectus erat, animadvertere jussit et speculari quid a tergo et in ambitu aciei ageretur. Quum Damoteles (quippe fama est eum pecunia ante ab Antigono redemptum fuisse) dixisset nihil laborandum de illis, quæ recte haberent, sed animum attendendum esse in eos, quos in fronte objectos haberet, ut hos profligaret : habita ei fide, movit in Antigonum, atque impetu Spartiatarum, quos circa se habebat, impulit Macedonum phalangem, referentibusque pedem ferme ad quinque stadia victor institit, vi eos premens. Tum Euclida ab altero cornu circumvento, constitit, et conspicatus periculum ejus, Actum de te, carissime frater, inquit, actum est, vir strenue, Spartiatarumque filiis præclarum exemplum, et mulieribus celebris. Ita interfecto Euclida, atque hostibus, qui illum fuderant, impetum facientibus in suum cornu : perculsos milites cernens et sustinere non valentes, servavit se ipsum. Multos cecidisse mercenarios milites ferunt, et demptis ducentis cunctos Lacedæmonios, qui sex millia fuerant.

57.

Jam morbus quoque tentabat eum (Antigonum), in gravem tabem et destillationem erumpens violentam. Non succubuit tamen huic malo : ceterum hactenus restitit molestiis interioribus, ut in maxima victoria atque ingenti barbarorum strage expiraret gloriose : ut verisimile est et perhibet Phylarchus, vociferationibus in prælio pulmonem dirupit. In ludis narrabant clamantem præ lætitia post victoriam, *O faustum diem*, vim sanguinis effudisse atque acri febre correptum exspirasse.

58.

Romphæa est telum barbaricum, ut Phylarchus tradit.

Digitized by Google

Phylarchum de voce *rhomphæa* in belli Cleonenici enarratione egisse, colligitur ex Plutarch. Cleom. 26 : Ἅμ' ἡμέρᾳ πρὸς τῇ πόλει τῶν Ἀργείων ἐνεφάνη (ὁ Κλεομένης) πορθῶν τὸ πεδίον καὶ τὸν σῖτον οὐ κείρων, ὥσπερ οἱ λοιποὶ, δρεπάναις καὶ μαχαίραις, ἀλλὰ κόπτων ξύλοις μεγάλοις εἰς σχῆμα ῥομφαίας ἀπειργασμένοις.

59.

Plutarch. Arat. 38, postquam ex Polybio retulit, Aratum Macedones arcessivisse, invidia in Cleomenem ductum, addit : Ὁμοίως δὲ καὶ Φύλαρχος ἱστόρηκε περὶ τούτων.

60.

Parthenii Erotica 25.

ΠΕΡΙ ΦΑΥΛΛΟΥ.

Ἱστορεῖ Φύλαρχος.

Φάϋλλος δὲ τύραννος ἠράσθη τῆς Ἀρίστωνος γυναικὸς, ὃς Οἰταίων προστάτης ἦν· οὗτος διαπεμπόμενος πρὸς αὐτὴν χρυσόν τε πολὺν καὶ ἄργυρον ἐπηγγέλλετο δώσειν, εἴ τέ τινος ἄλλου δέοιτο φράζειν ἐκέλευεν ὡς οὐχ ἁμαρτησομένην. Τὴν δ' ἄρα πολὺς εἶχε πόθος ὅρμου τοῦ τότε κειμένου ἐν τῷ τῆς Προναίας Ἀθηνᾶς ἱερῷ, ὃν εἶχε λόγος Ἐριφύλης γεγονέναι, ἠξίου τε ταύτης τῆς δωρεᾶς τυχεῖν. Φάϋλλος δὲ τά τε ἄλλα κατασύρων ἐκ Δελφῶν ἀναθήματα ἀναιρεῖται καὶ τὸν ὅρμον. Ἐπεὶ δὲ διεκομίσθη εἰς οἶκον τὸν Ἀρίστωνος, χρόνον μέν τινα ἐφόρει αὐτὸν ἡ γυνὴ μάλα περίπυστον ὄντα (περίπυστος οὖσα Legrand.), μετὰ δὲ ταῦτα παραπλήσιον αὐτῇ πάθος συνέβη τῶν περὶ τὴν Ἐριφύλην γενομένων. Ὁ γὰρ νεώτερος τῶν υἱῶν αὐτῆς μανεὶς τὴν οἰκίαν ὑφῆψε καὶ τήν τε μητέρα καὶ τὰ πολλὰ τῶν κτημάτων κατέφλεξε.

Προναίας pro προνοίας dedit Wesseling. Cf. Müller. Appendix ad edit. Æschyli Eum.

61.

Diogenes Laertius IX, 7, 115 : Ὡς δὲ Ἱππόβοτός φησι καὶ Σωτίων, διήκουσαν τοῦ Τίμωνος Διοσκουρίδης Κύπριος καὶ Νικόλοχος Ῥόδιος καὶ Εὐφράνωρ Σελευκεὺς Πραύλος τε ἀπὸ Τρωάδος, ὃς οὕτω καρτερικὸς ἐγένετο, καθά φησι Φύλαρχος ἱστορῶν, ὥστε ἀδίκως ὑπομεῖναι ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ κολασθῆναι, μηδὲ λόγου τοὺς πολίτας καταξιώσας.

62.

Athenæus XII, 31, p. 526, A : Κολοφώνιοι δ', ὥς φησι Φύλαρχος, τὴν ἀρχὴν ὄντες σκληροὶ ἐν ταῖς ἀγωγαῖς, ἐπεὶ εἰς τρυφὴν ἐξώκειλαν πρὸς Λυδοὺς φιλίαν καὶ συμμαχίαν ποιησάμενοι, προῆσαν διησκημένοι τὰς κόμας χρυσῷ κόσμῳ, ὡς καὶ Ξενοφάνης φησίν·

Ἀφροσύνας δὲ μαθόντες ἀνωφελέας παρὰ Λυδῶν,
ὅφρα τυραννίης ἦσαν ἄνευ στυγερῆς,
ἦσαν εἰς ἀγορὴν παναλουργέα φάρε' ἔχοντες,
οὐ μείους ἢπερ χίλιοι εἰς ἐπίπαν·
αὐχαλέοι χαίτῃσιν ἀγαλλόμεν' εὐπρεπέεσσιν,
ἀσκητοῖς ὀδμὴν χρίμασι δευόμενοι.

Οὕτω δ' ἐξελύθησαν διὰ τὴν ἄκαιρον μέθην, ὥστε τινὲς αὐτῶν οὔτε ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον οὔτε δυόμενον ἑοράκασιν. Νόμον τε ἔθεντο, ὃς ἔτι καὶ ἐφ' ἡμῶν ἦν, τὰς αὐλητρίδας καὶ τὰς ψαλτρίας καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν ἀκροαμάτων τὰ μισθώματα λαμβάνειν ἀπὸ πρωΐ μέχρι μέσου ἡμέρας καὶ μέχρι λύχνων ἀφῶν· ἀπὸ δὲ τούτου τὴν λοιπὴν νύκτα ἦσαν πρὸς τῷ μεθύειν.

Pro ἄνευ στυγερῆς veteres editiones habent ἐπὶ στυγερῆς; quod præferendum est; ἄνευ in nullo codice integrum reperitur. Ceterum ut

---

59.

Similia Polybio Phylarchus quoque narravit (de Arato Macedones Cleomenis invidia arcessente).

60.

DE PHAYLLO.

Narrat Phylarchus : Phayllus tyrannus Aristonis Œtæorum præfecti uxorem amabat. Is per internuntium ad eam missum auri et argenti magnam vim se daturum pollicitus est, dixitque eam non frustra ab ipso petituram esse, si quid desideratura esset. Illa vero magno desiderio monilis tenebatur, quod in templo Minervæ Προναίας depositum erat, et Eriphyles fuisse ferebatur : dignam se habebat quæ hoc munus acciperet. Phayllus autem et reliqua anathemata abstulit Delphis et monile : quod in Aristonis domum delatum aliquamdiu gestabat ejus uxor valde celebratum (*vel* valde gloriabunda); deinde vero simile quid ei accidit ac quod Eriphylæ acciderat. Minor enim natu filius ejus furore abreptus domum incendit matremque simul cum plerisque opibus exussit.

61.

Hippobotus et Sotion ipsius (Timonis) auditores fuisse tradunt Dioscoridem Cyprium et Nicolochum Rhodium Euphranoremque Seleucium et Praylum e Troade, qui adeo constanti animo fuit, ut tradit Phylarchus in Historiis, ut pateretur se injuste veluti proditorem cruciari, cives ne verbo quidem dignos judicans.

62.

Colophonii, ut narrat Phylarchus, durum initio vitæ institutum secuti, postquam inita cum Lydis amicitia et societate ad luxuriam deflexerunt, in publicum prodibant coma aureo ornatu studiose instructa, quemadmodum etiam Xenophanes dixit :

Stultitias a Lydis edocti inutiles,
quo illi tempore odiosum imperium tenuerunt :
prodibant in forum purpureis vestiti palliis,
haud pauciores quam mille omnino :
gloriantes ornari comis venuste compositis,
exquisitis odore unguentis madentes.

Adeo vero in voluptates et intempestivam temulentiam erant effusi, ut nonnulli illorum nec orientem solem nec occidentem umquam viderint. Legemque tulerunt, quæ etiam nunc observatur, ut tibicinæ et cantatrices et alia ejus generis acroamata mercedem acciperent a mane usque ad meridiem, et quoad lucernæ accenderentur : ab illo vero tempore reliquam noctem potando et inebriando se transigebant.

Digitized by Google

Colophoniorum mentionem Phylarchus injiceret, observante Brücknero, adductus esse videtur urbis, quam fortasse narraverat, per Lysandum devastatione. V. Pausan. VII, 3, 1. Cf. I, 9, 8.

63.

Porphyrius De abstinentia II, p. 226 (Lugd. 1620) : Φύλαρχος δὲ κοινῶς πάντας τοὺς Ἕλληνας πρὶν ἐπὶ πολεμίους ἐξιέναι ἀνθρωποκτονεῖν ἱστορεῖ.

Repetivit hæc Eusebius Præpar. Evang. IV, p. 156, B, 164, A.

64.

Plutarch. Themistocl. 32 : Περὶ δὲ τῶν λειψάνων (τοῦ Θεμιστοκλέους) οὐτ' Ἀνδοκίδῃ προσέχειν ἄξιον ἐν τῷ Πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγοντι, φωράσαντας τὰ λείψανα διαῤῥῖψαι τοὺς Ἀθηναίους· ψεύδεται γὰρ ἐπὶ τὸν δῆμον παροξύνων τοὺς ὀλιγαρχικούς· ὅ τε Φύλαρχος ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ τῇ ἱστορίᾳ μονονοὺ μηχανὴν ἄρας καὶ προαγαγὼν Νεοκλέα τινὰ καὶ Δημόπολιν, υἱοὺς Θεμιστοκλέους, ἀγῶνα βούλεται κινεῖν καὶ πάθος, ὃ οὐδ' ἂν ὁ τυχὼν ἀγνοήσειεν ὅτι πέπλασται.

65.

Plutarchus Demosthen. 27 : Ἐν δ' Ἀρκαδίᾳ καὶ λοιδορίαν τοῦ Πυθέου καὶ τοῦ Δημοσθένους γενέσθαι πρὸς ἀλλήλους εἴρηκεν ὁ Φύλαρχος, ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ μὲν ὑπὲρ τῶν Μακεδόνων, τοῦ δ' ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων λέγοντος. Λέγεται δὲ τὸν μὲν Πυθέαν εἰπεῖν, ὅτι, καθάπερ οἰκίαν εἰς ἣν ὄνειον εἰσφέρεται γάλα κακόν τι πάντως ἔχειν νομίζομεν, οὕτω καὶ πόλιν ἀνάγκη νοσεῖν, εἰς ἣν Ἀθηναίων πρεσβεία παραγίνεται· τὸν δὲ Δημοσθένη στρέψαι τὸ παράδειγμα φήσαντα, καὶ τὸ γάλα τὸ ὄνειον ἐφ' ὑγείᾳ, καὶ τοὺς Ἀθηναίους παραγίνεσθαι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν νοσούντων. « Cadunt hæc in annum primum ol. 114, quum Demosthenes, nuntio de morte Alexandri allato, legatis Atheniensium, qui Græcas civitates obibant et arma contra Macedones sumere hortabantur, ultro comitem se adjungeret. De Pythea v. Wachsmuth. Antiquit. Hellen. I, 2, p. 413. » *Lucht.*

66.

Plutarchus Camill. 19 : Ἐνήνοχε δὲ καὶ ὁ Θαργηλιὼν μὴν τοῖς βαρβάροις ἐπιδήλως ἀτυχίας· καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ Γρανικῷ τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς Θαργηλιῶνος ἐνίκησε, καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασιν.

67.

Athenæus II, 19, p. 43, F: Φύλαρχος δέ φησιν ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην ἀφ' ἧς τοὺς πιόντας ὀκ ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν.

Hæc ex Isigono refert Sotion περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν, p. 139.

68.

Plutarchus Symposiac. V, 7 : Καίτοι τούς γε περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι Θιβίους προσαγορευομένους ἱστορεῖ Φύλαρχος οὐ παιδίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι· καὶ γὰρ τὸ βλέμμα καὶ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν διάλεκτον αὐτῶν παραδεχομένους τήκεσθαι καὶ νοσεῖν· ἤσθοντο δὲ, ὡς ἔοικε, τὸ γινόμενον οἱ μιγάδας οἰκέτας ἐκεῖθεν ὠνίους ἐξάγοντες.

Plinius Hist. nat. VII, 2 : « *Phylarchus* et in Ponto Thibiorum genus multosque alios ejusdem naturæ (prodit), quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem; eosdem præterea non posse mergi, ne veste quidem degravatos. »

In omnibus fere Plutarchi codd. scriptum est Θηβεῖς, edit. Bas. et Xylander habent Θυέεις. Salmasius in Exercitt. Plin. p. 34 et Valesius in

---

63.

Phylarchus communiter omnes Græcos, priusquam in bellum exirent, sacrificare hominem tradit consuevisse.

64.

De reliquiis (Themistoclis) non est addenda fides Andocidi, qui in libro ad amicos scribit pervestigasse reliquias ejus et dissipasse Athenienses. Mentitur enim id, quo principum factionem incendat in populum. At Phylarchus quasi in tragœdia excitans machinam, Neoclem quendam ac Demopolin, Themistoclis filios, inducit, eoque movere animos et incitare nititur, quòd nemo est tam indoctus qui fictum esse ignoret.

65.

In Arcadia Pytheam et Demosthenem memorat Phylarchus, dum hic pro Græcis, ille verba fecit pro Macedonibus, ad mutua progressos convitia fuisse. Perhibetur Pytheas dixisse, Ut domum, in quam lac asininum inferatur, omnino laborare aliquo morbo arbitramur; ita urbs non posse fieri quin ægrotet quam legatio adeat Atheniensium. Demosthenem vero retorsisse exemplum hisce verbis, Et lac asininum ad sanitatem inferri, et ad salutem ægrotantium adesse Athenienses.

66.

Mensis Thargelion fuit manifeste barbaris infaustus. Alexander Persarum regis præfectos hoc mense superavit ad Granicum. Ejusdem mensis die vigesimo quarto Carthaginienses in Sicilia cæsi a Timoleonte sunt: quo die ejusdem mensis et Troja putatur capta, ut Ephorus, Callisthenes, Damastes et Phylarchus auctores sunt.

67.

Phylarchus scribit, Clitore fontem esse, e quo qui biberint, odorem vini non amplius tolerare.

68.

Phylarchus sane refert, Thibios, qui olim circa Pontum habitaverunt, non infantibus modo, sed adultis etiam exitium attulisse: obtutu enim eorum, spiritu ac sermone affectos, tabuisse et ægrotasse. Idque senserunt, ut apparet, qui servos illis permixtos indeque emtos educabant

Digitized by Google

Emendatt. v, 8, legendum putant Θιδιεῖς vel Θίδιοι. Posteriorem scripturam, quam et Luchius præfert, probabilem reddunt Plinius l. l. et Stephanus s. v. Θίδις; ubi dicit: Θίδις..... ὁ τοῦτης Θίδιος, etc. Hesychius habet: Θιδεῖς, γόητές τινες. ... Μιγάδας est Valesii conjectura pro μιγάδες.

69.

Zenobius Proverb. Cent. VI, 13: Τὰς ἐν τῇ φαρέτρᾳ ψηφίδας. Φύλαρχός φησι τοὺς Σκύθας μέλλοντας καθεύδειν ἄγειν τὴν φαρέτραν, καὶ εἰ μὲν ἀλύπως τύχοιεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην διάγοντες, καθιέναι εἰς τὴν φαρέτραν ψηφίδα λευκὴν, εἰ δὲ ὀχληρῶς, μέλαιναν. Ἐπὶ τοίνυν τῶν ἀποθνησκόντων ἐκφέρειν τὰς φαρέτρας καὶ ἀριθμεῖν τὰς ψήφους, καὶ εἰ εὑρηθείησαν πλείους αἱ λευκαὶ, εὐδαιμονίζειν τὸν ἀπογενόμενον· ὅθεν παροιμιασθῆναι τὴν ἀγαθὴν ἡμῶν ἡμέραν γεγόντων ἐκ τῆς φαρέτρας εἶναι. Καὶ Μένανδρος δέ φησιν ἐν Λευκαδίᾳ, τὴν ἀγαθὴν ἡμέραν λευκὴν καλεῖσθαι.

Eadem fere apud Suidam s. v. Λευκὴ ἡμέρα et Γῶν εἰς φαρέτραν exstant.

70.

Etymologicum M. s. v. Βόσπορος: Βόσπορος, σημαίνει βοὸς πόρος· ὠνόμασται γὰρ ἀπὸ τῆς Ἰοῦς τῆς θυγατρὸς Κάδμου· ταύτῃ γὰρ ἡ Ἥρα κατὰ ζῆλον οἶστρον ἔπεμψεν· ἥτις ἐλαυνομένη ὥσπερ πόρτις τοῦτον παρῆλθε τὸν τόπον, ὥς φησι Διονύσιος· Τῷ δ' ἐπὶ Θρῃκίου στόμα Βοσπόρου, ὃν πάρος Ἰὼ Ἥρης ἐννεσίῃσιν ἐνήξατο πόρτις ἐοῦσα. ... Φύλαρχος δὲ, ὅτι οἱ ἐντὸς τοῦ Εὐξείνου πόντου ἦσαν ἄπειροι γεωργίας, οἱ δὲ ἐκτὸς, ἔμπειροι· διὸ καὶ Βόσπορος ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐκαλεῖτο τοῦ πελάγους, ὅτι ἐσπείρετο. Τινὲς δὲ, τοὺς στενοὺς πορθμοὺς Βοσπόρους εἰρῆσθαι· ἢ ὅτι τὸ παλαιὸν, εἴ ποτέ τινες ἤθελον εἰς τὸ πέραν διαβῆναι, ἁρμαξείας πηγνύντες καὶ βοῦς ὑποζεύξαντες ἐπὶ τούτων διεπεραιοῦντο· ὅθεν ἡ ἐπωνυμία.

Eadem Dionysius Perieget. 140, ubi pro τῷ δ' ἐπὶ legitur τῇ δ' ἐπί.

71.

Plutarchus De Alex. M. s. virt. s. fort. or. II, 11: Ἐκ τούτου διέβαινεν (ὁ Ἀλέξανδρος εἰς Ἀσίαν), ὡς μὲν Φύλαρχός φησιν, ἡμερῶν τριάκοντα ἔχων ἐφόδιον, ὡς δ' Ἀριστόβουλος, ἑβδομήκοντα τάλαντα.

Eadem Plutarchus in Vita Alex. M. 15 ex Duride Samio refert.

72.

Phrynichi Eclog. p. 425 ed. Lobeck.: Καθώς· Γάϊός τις Ἀρεθούσιος γραμματικὸς ἔφασκε δόκιμον εἶναι τοὔνομα· κεχρῆσθαι γὰρ αὐτῷ Φύλαρχον. Vocem καθώς habemus fr. II et XXXII.

73.

Ammonius De affin. verb. differ. s. v. Χλαμύς: Χλαμὺς καὶ χλαῖνα διαφέρει, καθὸ διὰ πολλῶν ἀπέδειξε Δίδυμος ἐν ὑπομνήμασι δευτέρῳ Ἰλιάδος κ. τ. λ... προσάγεται Ἀριστοτέλην, Φύλαρχον, Πολέμωνα, ὅτι πολὺ διαφέρουσι.

74.

Photius Lexic. p. 274 Lips.: Οἰκουρὶν ὄφιν· τὸν τῆς πολιάδος φύλακα· καὶ Ἡρόδοτος· Φύλαρχος δὲ αὐτοῦ δύο.

Mutila hæc restitui possunt ex Hesychio h. v (II, p. 726), ubi dicit: Καὶ οἱ μὲν ἕνα φασὶν (ὄφιν), οἱ δὲ δύο. Itaque Photii locus cum Creuzero ad Herodot. VIII, 41 (tom. III, p. 55, ed. Bæhr.) ita erit explendus: Καὶ Ἡρόδοτος μὲν ἕνα φησὶν ἐν τῷ ἱερῷ. Φύλαρχος δὲ αὐτοῦ δύο. Cf. Aristophan. Lysistr. 760, Plutarch. Them. 10, Philostrat. Icon. II, 17, p. 80 Jacobs., Eustath. ad Odyss. p. 1423 7, Odofr. Müller. De Minerva Poliad. p. 23, Creuzer Symbol. II, p. 727 sqq., 744, quos laudat Bæhr. ad Herod. l. l. Ceterum Lucht. hic Phylarchum pro Philochoro positum esse suspicatur. Sine idonea caussa.

69.

Calculos in pharetra.] Auctor est Phylarchus Scythas cubitum ituros pharetram afferre, et si feliciter dies processisset, album immittere calculum solitos; sin secus, infaustaque accidissent, nigrum. Ubi vero vita quis decesserat, pharetram proferebant, calculosque numerabant. Quorum si candidi plures essent reperti, felicem prædicabant mortuum. Indeque natum proverbium de felici die, *e pharetra exsistere*. Menander quoque in Leucadia felicem diem *candidum* nominatum ait.

70.

Bosporus quasi bovis trajectus: appellatus est enim ab Io Cadmi filia. Juno enim zelotypia impulsa œstrum ei immisit; hæc vero instimulata ut vitula ad illum locum pervenit, ut ait Dionysius: Ad Bospori Thracii ostium, quem olim Io ex Junonis consilio tranavit ut vitula. Phylarchus autem ait: «Qui trans Pontum Euxinum habitabant, erant agriculturæ imperiti, qui vero citra incolebant, ejus periti erant; quare hæc pars appellabatur Bosporus, quod in ea frumentis fiebat.» Nonnulli freta angusta Bosporos appellari dicunt; vel quod olim qui in ripam ulteriorem transvehi volebant, rates struebant, iisque boves jungebant.

71.

His peractis rebus Alexander M. trajecit in Asiam, viatico instructus, ut Phylarchus prodidit, triginta dierum, ut vero Aristobulus, septuaginta talentis.

72.

Καθώς (*sicut*); Gaius quidam Arethusius grammaticus dicit hanc vocem esse probatam: ea enim uti Phylarchum.

73.

Chlamys et *chlæna* differunt, ut abunde demonstravit Didymus in Commentariis ad librum secundum Iliadis..., ubi adducit Aristotelem, Phylarchum, Polemonem ad probandum, voces istas multum differre.

74.

Serpentem Œcurin (*domum custodientem*): Minervæ Poliadis custodem; et Herodotus quidem unum serpentem in illo sacrario esse narrat; Phylarchus vero duos ibidem esse tradit.

Digitized by Google

75.

Athenæus XIV, 44, p. 639, D: Κῶοι δὲ τοὐναντίον δρῶσιν, ὡς ἱστορεῖ Μακαρεὺς ἐν τρίτῳ Κωακῶν. Ὅταν γὰρ τῇ Ἥρᾳ θύωσι, δοῦλοι οὐ παραγίνονται ἐπὶ τὴν εὐωχίαν. Διὸ καὶ Φύλαρχον εἰρηκέναι.

Νισύριοι μοῦνοι μὲν ἐλεύθεροι ἱεροεργοὶ
ἀνδράσι πρὸς κείνοισιν, ἐλεύθερον ἆμαρ ἔχοντες·
δούλων δ' οὔτις πάμπαν ἐσέρχεται οὐδ' ἠβαιόν.

Aut alius omnino Phylarchus, poeta, intelligendus est, aut statuendum, Phylarchum historicum versus istos ex poeta historiis suis inseruisse. Νισύριοι e conjectura dedit Dalecampius pro σουρίνι. Villebrunius hanc propinavit emendationem:

Νισυρίοις μοῦνοι μὲν ἐλεύθεροι ἱεροεργοὶ,
κάνδράσι πρὸς κείνοισιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἔχοντες.

Eadem, omissis versibus, ex eodem Macareo narrantur VI, 81, p. 262.

76.

Schol. in Sophoclis Œdip. Colon. 39: Φύλαρχός φησι δύο αὐτὰς (τὰς Εὐμενίδας) εἶναι, τά τε Ἀθήνησιν ἀγάλματα δύο· Πολέμων δὲ τρεῖς αὐτάς φησι.

77.

Etymologicum M. s. v. Φυλάσιοι: Φυλάσιοι, οἱ ἐκ τοῦ δήμου τῆς Φυλῆς· Φυλὴ γὰρ δῆμος τῆς Οἰνηίδος· ὁ δὲ Μένανδρος τόπον νομίζει εἶναι Φυλήν· ὁ δὲ Φλαρχος φρούριον αὐτό φησιν εἶναι.

Dubitari non potest, quin hoc loco scribendum sit: Φιλόχορος pro Φλαρχος. Apud Harpocrationem enim, ex quo Etym. M. auctor hausit, leguntur hæc: Φυλὴ, Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης. Φυλὴ δῆμός ἐστι τῆς Οἰνηίδος· Μένανδρος δὲ Δυσκόλῳ τῆς Ἀττικῆς νομίζει εἶναι τόπον τὴν Φυλὴν, λέγων· ... Φιλόχορος δ' ἐν ἑβδόμῳ Ἀτθίδος φρούριον αὐτό φησιν εἶναι.

78.

Interpretes Virgilii a Majo editi ad Æneid. IV, 146: « Scaurus: Cretes quia responso accepto ex insula Creta profecti ... et ducem secuti Delphum Phocidam tenuisse dicuntur, atque ab eo se Delphos nominasse, ut *Phalare...*

Num hoc loco scribendum sit Phylarchus, ut Luchtius putat, admodum dubium est. Majus proposuit: *Phalarchus, Phylarchus, Alexarchus.*

FRAGMENTA MYTHOLOGICA.

79.

Scholia in Ælii Aristidis oration. p. 103 edit. Frommel.: Διὰ τὸ Παλλάδιόν φησι τὸ ἀπὸ Τροίας· ὁ γὰρ Δημόφιλος παρὰ Διομήδους ἁρπάσας εἰς τὴν πόλιν ἤγαγεν· σημαίνει Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ· λέγοι δ' ἂν καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν Παλλαδίων, τοῦτε καταλυόμενον τὸν αὐτόχθονα καὶ τῶν περὶ αὐτεφυρῶν καλουμένων, ὡς Φερεκύδης καὶ Ἀντίοχος ἱστοροῦσι, καὶ τῶν κτεννεγμένων ἐν τῇ Γιγάντων μάχῃ, ὡς ἐν ἀγράφοις ὁ Φύλαρχός φησι. Παλλάδιον δὲ ἐκάλουν, καθὰ λέγει Φερεκύδης, τὰ βαλλόμενα εἰς γῆν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀγάλματα· πάλλειν γὰρ, φησὶ, τὸ βάλλειν ἔλεγον.

Ad hæc Lucht.: « Ne corruptissime exhibita scholiastæ verba intacta relinquam, addo e Pausan. I, p. 53 ed. Wechel. pro Δημόφιλος reponendum esse Δημοφῶν. Cf. Harpocrat. s. v. Ἐπὶ Παλλαδίῳ. Quæ sequuntur difficiliorem quidem habent emendationem, sed facem præferunt Servius ad Virgil. Æneid. II, 661: *Dicunt sane alii, unum simulacrum cœlo lapsum, quod nubibus advectum et in ponte depositum apud Athenas tantum fuisse, unde et* γεφυριστὴς (lege: γεφυρῖτις. G. Dindorf. in editione Parisina Thesauri Stephaniani conjecit γεφυρὶς) *dicta est Pallas;* et Interpretes Virgiliani a Majo editi ad eundem locum: *Duo Palladia traduntur exstitisse, alterum in Attices regione, alterum in Troade; atque illud, quod Athenis repertum est, ponti inlapsum, unde apud illos tu...* (lege *fuit*) γεφυρῖτις Ἀθηνᾶ. *Alii sic existimant, quod hoc ex Samothracia in Trojam Dardanus transtulit... megalos vocant* (lege: *quod* μεγάλης *vocant,* e Dionys. Hal. I, 42 et 43, p. 55 ed. Sylb.). Legas igitur: τοῦ τε κατ' οὐρανοῦ πεσόντος εἰς Ἀκτὴν χθόνα καί πως παρὰ γεφυρῶν κα-

---

75.

Coi contrarium faciunt, ut narrat Macareus tertio libro Rerum Coacarum. Nam, quando Junoni sacra faciunt, servis non licet ad epulas accedere: quare etiam Phylarchum, ait, dixisse:

Nisyrii soli quidem liberi sacris operantur
apud illos homines: soli, inquam, liberi:
servorum vero nullus ingreditur, ne minimum quidem.

76.

Phylarchus ait duas esse Furias, duoque Athenis reperiri earum simulacra; Polemo vero eas esse tres dicit.

77.

Phylasii, Phylæ pagi incolæ: Phyle enim pagus est Œneidis tribus. Menander Phylen esse vicum putat, Philarchus [*lege* Philochorus] castellum esse dicit.

FRAGMENTA MYTHOLOGICA.

79.

Per Palladium intelligit Trojanum: hoc enim Demophon Diomedi eripuit et in urbem transportavit: quod innuit Lysias in oratione pro Socrate contra Polycratem. Dixerit etiam de multis aliis Palladiis, de eo, quod Alcmenes autochthon consecravit, deque illis quæ a postibus nomen invenerunt, ut Pherecydes et Antiochus narrant, et de iis quæ in Gigantum pugna de cœlo demissa sunt, ut Phylarchus in libro de legibus non perscriptis. Palladia vocabant secundum Pherecydem simulacra de cœlo in terram lapsa: πάλλειν enim pro βάλλειν (jacere) dicebant.

Digitized by Google

λουμένου.» Sed hæc a scholiastæ verbis nimis recedunt. Quare nos quidem ad Pherecyd. fr. 101 scribendum proposuimus : τοῦ τε κατὰ τὸ λεγόμενον (vel τοῦ καλουμένου) αὐτόχθονος καὶ περὶ τῶν ἀπὸ γεφυρῶν καλουμένων. Verum tum nos fugit Mülleri conjectura in libro de Æschyli Eumenidibus p. 106 et 156 proposita. Est autem hæc: τοῦ δὲ κατ' Ἀλαλκόμενον τὸν αὐτόχθονα καὶ τῶν περὶ Ἄτης λόφον vel κορυφήν. Postrema (cf. Apollod. III, 12, 3) incertiora, ac propter Servii et alterius Virgilii interpretis verba quæ in corrupto illo αὐτεφυρῶν vocem γεφυρῶν latere suadent, vix probanda erunt. Priora vero optime restituta esse, affatim patet tum ex iis quæ de Alcamene leguntur apud Plutarch. tom. XIV, p. 289, Pausan. I, 33, 4, Stephan. Byz. s. v. Ἀλαλκομένιον, tum quod unus liber manu scriptus habet καταλκόμενον.

80

Plutarchus De Iside et Osir. 29 : .. οὐδὲ Φυλάρχου μὴ καταφρονεῖν, γράφοντος ὅτι πρῶτος εἰς Αἴγυπτον ἐξ Ἰνδῶν Διόνυσος ἦγαγε δύο βοῦς, ὧν ἦν τῷ μὲν Ἆπις ὄνομα, τῷ δ' Ὄσιρις, Σάραπις δ' ὄνομα τοῦ τὸ πᾶν κοσμοῦντός ἐστι, παρὰ τὸ σαίρειν, ὃ καλλύνειν τινὲς καὶ κοσμεῖν λέγουσιν. Ἄτοπα γὰρ ταῦτα τοῦ Φυλάρχου, πολλῷ δ' ἀτοπώτερα τὰ τῶν λεγόντων κ. τ. λ.

81.

Parthenii Erotica 31.

ΠΕΡΙ ΔΙΜΟΙΤΟΥ.

Ἱστορεῖ Φύλαρχος.

Λέγεται δὲ καὶ Διμοίτην ἁρμόσασθαι μὲν Τροιζῆνος τἀδελφοῦ θυγατέρα Εὐῶπιν · αἰσθανόμενος δὲ συνοῦσαν αὐτὴν διὰ σφοδρὸν ἔρωτα τἀδελφῷ δηλῶσαι τῷ Τροιζῆνι· τὴν δὲ διὰ τὸ δέος καὶ αἰσχύνην ἀπαρτῆσαι αὐτὴν, πολλὰ πρότερον λυπηρὰ καταρασαμένην τῷ αἰτίῳ τῆς συμφορᾶς· ἔνθα δὴ τὸν Διμοίτην μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἐπιτυχεῖν γυναικὶ μάλα καλῇ τὴν ὄψιν, ὑπὸ τῶν κυμάτων ἐκβεβλημένῃ, καὶ αὐτῆς εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθόντα συνεῖναι· ὡς δὲ ἤδη ἐνεδίδου τὸ σῶμα διὰ μῆκος χρόνου, χῶσαι αὐτῇ μέγαν τάφον, καὶ οὕτως μὴ ἀνιέμενον τοῦ πάθους ἐπικατασφάξαι αὑτόν.

82.

Schol. Pindari Nem. IV, 81 : Φύλαρχός φησι Θέτιν πρὸς Ἥφαιστον ἐλθεῖν εἰς τὸν Ὄλυμπον, ὅπως Ἀχιλλεῖ ὅπλα κατασκευάσῃ. Τὸν δὲ ποιῆσαι· ἐρωτικῶς δὲ ἔχοντα τὸν Ἥφαιστον πρὸς τὴν Θέτιν, οὐ φάναι ἂν δώσειν αὐτῇ, εἰ μὴ αὐτῷ προσομιλήσαι· τὴν δὲ αὐτῷ ὑποσχέσθαι, θέλειν μέντοι ὁπλίζεσθαι, ὅπως ἴδῃ εἰ ἁρμόζει ἃ ἐπεποιήκει ὅπλα τῷ Ἀχιλλεῖ· ἴσην γὰρ αὐτὴν ἐκείνῳ ἔλεγε. Τοῦ δὲ παραχωρήσαντος, ὁπλισαμένην τὴν Θέτιν φυγεῖν, τὸν δὲ οὐ δυνάμενον καταλαβεῖν, σφῦραν λαβεῖν (βαλεῖν?) καὶ πατάξαι εἰς τὸ σφυρὸν τὴν Θέτιν· τὴν δὲ κακῶς διατεθεῖσαν ἐλθεῖν εἰς Θετταλίαν καὶ ἰαθῆναι ἐν τῇ πόλει ταύτῃ τῇ ἀπ' ἐκείνης Θετιδείῳ καλουμένῃ.

Tzetzes ad Lycophronem 175, t. I, p. 445 ed. Müller. : Ἀναρτηθείσης δὲ ἐκείνης (τῆς Ἀντιγόνης) ᾤχετο (ὁ Πηλεὺς) εἰς Φθίαν καὶ Θέτιν ἄγων ἐπὶ τῶν ἵππων οἰκεῖ ἐν Φαρσάλῳ καὶ Θετιδείῳ, ὃ καλεῖται ἀπὸ τῆς Θέτιδος ἡ πόλις, κατὰ μὲν Φύλαρχον ὅτι ὁπλισαμένη τὰ ὅπλα ἔφυγε τὸν Ἥφαιστον, καὶ μὴ πληρώσασα τούτου τὸν ἔρωτα, πληγεῖσα δὲ τὸν πόδα ὑπ' αὐτοῦ σφύρᾳ, ἐν Θετταλίᾳ ἐλθοῦσα ἰᾶται ἐν τῷ ἀπ' αὐτῆς κληθέντι Θετιδείῳ.

80.

Contemnendus etiam Phylarchus, qui scribit primum ex India Bacchum adduxisse boves duos, quorum Apis alter, alter Osiris sit dictus : ceterum Sarapin esse nomen ejus qui Universum ordinet atque ornet, quod voce σαίρειν quidam exprimunt : sunt enim hæc Phylarchi absurda. Multa absurdiora sunt quæ quidam dicunt...

81.

DE DIMŒTA.

Narrat Phylarchus : Fertur Dimœtas in matrimonium duxisse Trœzenis fratris filiam Euopin; quum vero animadvertisset, eam ob vehementem amorem cum fratre consuescere, indicasse id Trœzeni; illa tum ob timorem et pudorem se ipsam suspendisse, multa antea mala imprecata ei qui hujus calamitatis sibi fuisset caussa; Dimœtas vero non multo tempore post incidisse in mulierem specie valde pulchram ex mari fluctibus ejectam, eum eaque cupiditate incensus congressus esse; ejus autem corpus quum ob temporis longinquitatem marcescere cœpisset, magnum ei tumulum exstruxisse, atque quum ne sic quidem dolor remitteret, sibi ipsi mortem dedisse.

82.

Phylarchus Thetidem ait in Olympum ad Vulcanum venisse ab eoque petlisse, ut Achilli arma faceret : hunc fecisse id quidem, sed Thetidis amore captum dixisse, se ei non daturum esse arma, nisi cum ipso concubitura esset : eam hoc pollicitam esse, voluisse tamen antea arma induere, ut videret, si apta essent Achilli, se eadem cum Achille esse statura dicentem. Quod quum Vulcanus concessisset, Themidem armis instructam fugisse; illum vero quum non posset Thetidem prehendere, arripuisse malleum, eoque (*conjecto*) Thetidem vulnerasse in talo; hanc deinde male se habentem in Thessaliam se contulisse et sanatam esse in urbe, quæ ab ea Thetideum vocata est.

83.

Quum Antigone se suspendisset, Peleus Phthiam profectus est, atque Thetidem curru vehens equis illis, quos a Neptuno acceperat, juncto, Pharsali Thetideique sedem constituit, quæ urbs nomen habet a Thetide secundum Phylarchum, quod armis instructa Vulcanum fugit, non satiato ejus amore, vulnerata autem ab eo malleo in pede in Thessaliam profecta, Thetidei, quod ab ea nomen accepit, sanata est.

Digitized by Google

83.

Hygini Poeticon astronom. II, 40, p. 413 ed. Munckeri : « De cratera autem (*cœlesti* nimirum) hanc historiam *Phylarchus* scribit : In Chersoneso, quæ confinis est Trojæ, ubi Protesilai sepulchrum statutum complures dixerunt, urbs Elæussa nomine dicitur. In qua Demiphon quidam quum regnaret, incidit eorum finibus repentina vastitas et civium internecio miranda; qua re Demiphonta permotum ferunt misisse ad Apollinis oraculum, quærens (rectius : *quærentem*) remedium vastitatis. Responso autem dato ut quotannis una de nobilium genere virgo diis penatibus eorum immolaretur, Demiphon omnium filias præter suas sorte ductas interficiebat, usque dum cuidam civium loco nobilissimo eorum nato perdoluit inceptum Demiphontis, qui negare cœpit de sua filia se passurum sortiri, nisi eodem regis filiæ essent conjectæ. Quo facto rex permotus illius filiam sine sorte ductam interfecit; quod Matusius nomine, virginis pater, instanti tempore simulavit se patriæ caussa non ægre ferre factum; potuisset enim postea sorte ducta nihilominus interire; quod paullatim dies regi in oblivionem perduxit. Itaque quum se prope amicissimum regi virginis pater ostendisset, solenne sacrificium se habere dixit eumque et filias ejus ad id conficiendum invitavit, qui nihil aliter futurum suspicatus filias ante misit: ut ipse occupatus in re civili postea veniret. Quod quum exoptanti Matusio accidisset, filias ejus interfecit, et sanguinem earum cum vino in cratere mixtum advenienti regi pro potione dari jussit. Qui quum filias desideraret et quid his factum esset rescisset, Matusium cum cratere in mare projici jussit; quo facto mare, quo ille est projectus, memoriæ causa Matusium mare vocatum est, portus autem adhuc Crater appellatur; quem antiqui astrologi stellis deformaverunt, ut homines meminissent, maleficium neminem temere lucrari posse, neque oblivionem inimicitiarum fieri solere. »

Micyllus scribendum censet *Mastusius*, quum Plinius Hist. Nat. IV, 11 et Mela II, 2 memorent Mastusiam promontorium. Quod *Mastusius* in ipso contextu exhibet editio Lugdun. 1608. Elæussa est Is. Vossii conjectura pro Phlagusa (Observatt. ad Melam p. 130). Apud Strabonem XIII, p. 103 legitur Ἐλεοῦσσα, apud Arrianum Exped. Alex. I, 11, Ἐλαιοῦς.

Digitized by Google

CLITODEMI

FRAGMENTA.

ΑΤΘΙΣ.
LIBER PRIMUS.

1.

Vetus Grammaticus Pausanias, ut Ruhnk. vidit collato Eustath. ad Il. B, p. 361, in Biblioth. Coisliniana p. 603 (et ap. Bekkerum Anecdot. p. 326 sq.): Ἄγραι, χωρίον ἔξω τῆς πόλεως Ἀθηνῶν, οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἄγεται μυστήρια, ἃ λέγεται τὰ ἐν Ἄγρας, ὡς τὰ ἐν Ἀσκληπιοῦ. Φερεκράτης Γραυσίν· Εὐθὺς ὡς ἐκαθίζομεν ἐν Ἄγρας. Καὶ Ἀρτέμιδος τῆς Ἀγραίας αὐτόθι τὸ ἱερόν. Πλάτων Φαίδρῳ· Ἦ πρὸς τὸ τῆς Ἀγραίας διαβαίνομεν. Καὶ Δῆμος ἐν α' Ἀτθίδος· « Τὰ μὲν οὖν ἄνω τὰ τοῦ Ἰλισοῦ πρὸς ἀγορὰν Εἰληθυῖα· τῷ δ' ὄχθῳ πάλαι ὄνομα τοῦτο, ὃ νῦν Ἄγρα καλεῖται, Ἑλικών, καὶ ἡ ἐσχάρα τοῦ Ποσειδῶνος τοῦ Ἑλικωνίου ἐπ' ἄκρου. » Καὶ ἐν τῷ δ' · « Εἰς τὸ ἱερὸν τὸ μητρῷον τὸ ἐν Ἄγραις. »

Ruhnken. ad Timæum p. 223 restituit Κλείδημος pro Δῆμος; sed omittendum καί ante Κλειδ., quod in multis locis ex Κλει. in Κλείδημος ortum esse videtur. Sequentia Lenz. ita corrigere voluit: Τὰ μὲν οὖν ἄνω τοῦ Ἰλισοῦ προσαγορεύουσιν Ἄγραν Εἰληθυίας. Siebelis hanc proponit emendationem (quam in versione sequuti sumus): Τὰ μὲν οὖν ἄνω τοῦ Ἰλισοῦ πρὸς Ἄγραν εἰ διήλυθας, ἐν τῇ ὄχθῃ ὄρος (sic apographum Ruhn.) τοῦτο, ὃ νῦν Ἄγρα καλεῖται, πάλαι Ἑλικών, καὶ ἡ ἐσχ. ... ἄκρου. — Sed in Εἰλήθυια latere videtur Ἑλικώνια, quare fortasse ita scribendum est: Τὰ μὲν οὖν ἀνώτερα τοῦ Ἰλισοῦ προσηγορεύετο Ἑλικώνια, τῷ δ' ὄχθῳ πάλαι ὄνομα τούτῳ, ὃς (sic Bekker.) νῦν etc.

2.

Athen. XIV, 23, p. 660, D: Ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Ἀτθίδος Κλείδημος φῦλον ἀποφαίνει μαγείρων ἐχόντων δημιουργικὰς τιμάς, οἷς καὶ τὸ πλῆθος ἐνεργεῖν ἔργον ἦν.

Verbum ἐνεργεῖν corruptum esse videtur; Schweigh. legi vult εὐεργετεῖν: Siebelis οἷς καὶ ὑπὲρ τοῦ πλήθους ἱερουργεῖν ἔργον ἦν, sive οἷς καὶ τὰ τοῦ πλήθους ἐνεργεῖν ἔργον ἦν.

3.

Athen. X, 7, p. 425, E: Κλείδημος τοὺς μαγείρους Κήρυκάς φησι καλεῖσθαι.

4.

Harpocrat.: Μελανίππειον, Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος. Μελανίππου τοῦ Θησέως ἡρῴων ἐστι, ὥς φησιν Ἀσκληπιάδης Τραγῳδουμένοις. Κλείδημος δ' ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος ἐν Μελίτῃ αὐτὸ εἶναι λέγει.

5.

Plutarch. Thes. 19, de Cretensi Thesei expeditione loquens, postquam Pherecydis, Demonis et Philochori exposuit sententias, hoc adjungit: Ἰδίως δέ πως καὶ περιττῶς ὁ Κλείδημος ἀπήγγειλε περὶ τούτων, ἀνωθέν ποθεν ἀρξάμενος· ὅτι « δόγμα κοινὸν ἦν Ἑλλήνων, μηδεμίαν ἐκπλεῖν τριήρη μηδαμόθεν ἀνδρῶν πέντε (?) πλείονας δεχομένην· τὸν δὲ ἄρχοντα τῆς Ἀργοῦς Ἰάσονα μόνον περιπλεῖν, ἐξείργοντα τῆς θαλάσσης τὰ λῃστήρια. Δαι-

ATTHIS.
LIBER PRIMUS.

1.

Agræ, locus extra Athenarum urbem situs, ubi parva Cereris mysteria aguntur, quæ vocantur mysteria ἐν Ἄγρας (in Agræ æde) eodem modo ac dicitur ἐν Ἀσκληπιοῦ (in Æsculapii æde). Pherecrates in Vetulis: « Simul atque consedimus in Agræ æde. » Dianæ quoque Agrææ ibi est templum. Plato in Phædro: « Ubi ad Agrææ templum transimus. » Et Clidemus libro primo: « Superiorem Ilissi partem ad Agram si transieris, ad ripam offendes montem illum, qui nunc dicitur Agra, olim Helicon, et aram Neptuni Heliconii in vertice; » et libro quarto: « In templum Cereris matris, in Agris situm. »

2.

Primo libro Atthidis, tribum quamdam, ait Clidemus, coquorum fuisse, qui nomen et jura eorum habuissent, qui δημιουργοὶ vocabantur; illosque hoc curasse ut plebs rite sacrificaret.

3.

Clidemus coquos, ait, præcones vocari.

4.

Melanippeum est Melanippi, qui Theseum patrem habuit, heroum, ut ait Asclepiades in Tragodumenis. Clidemus libro primo Atthidis id esse dicit in Melite demo.

5.

Diverso modo et diffuse de his Clidemus disseruit, alte repetens, decretum fuisse Græcorum commune, ne quo navigaret triremis ulla, quæ plus quinque (*quinquaginta*) viris caperet, sed soli navis Argûs duci Iasoni (licuisse majori navi) circumvehi ad latrocinia mari summovenda. Quum Dædalus autem navigio perfugisset Athenas, Mi-

Digitized by Google

δάλου δὲ πλοίῳ φυγόντος εἰς Ἀθήνας, Μίνως, παρὰ τὰ δόγματα μακραῖς ναυσὶ διώκων, ὑπὸ χειμῶνος εἰς Σικελίαν ἀπηνέχθη, κἀκεῖ κατέστρεψε τὸν βίον. Ἐπεὶ δὲ Δευκαλίων ὁ υἱὸς αὐτοῦ, πολεμικῶς ἔχων πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἐπεμψεν ἐκδιδόναι Δαίδαλον αὐτῷ κελεύων, ἢ τοὺς παῖδας ἀποκτενεῖν ἀπειλῶν, οὓς ἔλαβεν ὁμήρους ὁ Μίνως· τούτῳ μὲν ἀπεκρίνατο πράως ὁ Θησεὺς, παραιτούμενος ἀνεψιὸν ὄντα Δαίδαλον, κἀκείνῳ κατὰ γένος προσήκοντα, μητρὸς ὄντα Μερόπης τῆς Ἐρεχθέως, αὐτὸς δὲ ναυπηγίᾳ ἐπεβάλετο, τῇ μὲν ἐν Θυμαιταδῶν αὐτόθι, μακρὰν τῆς ξενικῆς ὁδοῦ, τῇ δὲ διὰ Πιτθέως ἐν Τροιζῆνι, βουλόμενος λανθάνειν. Γενομένων δὲ ἑτοίμων, ἐξέπλευσε, τόν τε Δαίδαλον ἔχων καὶ φυγάδας ἐκ Κρήτης καθηγεμόνας, οὐδενὸς δὲ προειδότος, ἀλλὰ ναῦς φιλίας οἰομένων τῶν Κρητῶν προσφέρεσθαι, τοῦ λιμένος κρατήσας, καὶ ἀποβὰς ἔρθασεν εἰς τὴν Κνωσσὸν παρελθών, καὶ μάχην ἐν πύλαις τοῦ Λαβυρίνθου συνάψας, ἀπέκτεινε τὸν Δευκαλίωνα καὶ τοὺς δορυφόρους. Ἐν δὲ τοῖς πράγμασι τῆς Ἀριάδνης γενομένης, σπεισάμενος πρὸς αὐτὴν, τούς τε ἠϊθέους ἀνέλαβε, καὶ φιλίαν ἐποιήσατο τοῖς Ἀθηναίοις πρὸς τοὺς Κρῆτας, ὁμόσαντας μηδέποτε πολέμου κατάρξειν.»

Reiskius, Leopoldus et Huttenus pro ὄντι ante Μερόπης scribi voluerunt ὄντα: sed quum κἀκείνῳ ad Theseum referri possit, ut monet Siebelis, ista emendatio non est necessaria.

6.

Plutarchus Thes. c. 26 Leop., c. 27 Hutt. pergit: Ἱστορεῖ δὲ Κλείδημος, ἐξακριβοῦν τὰ καθ' ἕκαστα βουλόμενος, τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνειον, τῷ δὲ δεξιῷ πρὸς τὴν Πνύκα κατὰ τὴν Χρύσαν ἥκειν. Μάχεσθαι δὲ πρὸς τοῦτο τοὺς Ἀθηναίους ἀπὸ τοῦ Μουσείου ταῖς Ἀμαζόσι συμπεσόντας· καὶ τάφρας τῶν πεσόντων περὶ τὴν πλατεῖαν εἶναι τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὰς πύλας παρὰ τὸ Χαλκώδοντος ἡρῷον, ἃς νῦν Πειραϊκὰς ὀνομάζουσι. Καὶ ταύτῃ μὲν ἐκβιασθῆναι μέχρι τῶν Εὐμενίδων, καὶ ὑποχωρῆσαι ταῖς γυναιξίν ἀπὸ δὲ Παλλαδίου καὶ Ἀρδηττοῦ καὶ Λυκείου προσβαλόντας ὥσασθαι τὸ δεξιὸν αὐτῶν ἄχρι τοῦ στρατοπέδου, καὶ πολλὰς καταβαλεῖν. Τετάρτῳ δὲ μηνὶ συνθήκας γενέσθαι διὰ τῆς Ἱππολύτης· Ἱππολύτην γὰρ οὗτος ὀνομάζει τὴν τῷ Θησεῖ συνοικοῦσαν, οὐκ Ἀντιόπην.

Non est cur Reiskii emendationem recipiamus, qui χρυσᾶν Νίκην pro Χρύσαν ἥκειν et ὥσασθαι τὸ δεξιὸν pro ὠσ. τὸ εὐώνυμον; sed recte idem restituisse videtur articulum τάς post ἐπὶ τὰς πύλας.

7.

Constantin. Porphyrog. De themat. lib. 2, them. 2, in Scriptor. Byz. vol. 5, p. 17 ed. Venet. 1729: Λέγεται δὲ καὶ Μακεδονίας μοῖρα Μακετία, ὡς Μαρσύας ἐν πρώτῳ Μακεδονικῶν· ... ἀλλὰ καὶ τὴν ὅλην Μακεδονίαν Μακετίαν οἶδεν ὀνομαζομένην Κλείδημος ἐν πρώτοις Ἀτθίδος· «Καὶ ἐξῳκίσθησαν ὑπὲρ τὸν Αἰγιαλὸν ἄνω τῆς καλουμένης Μακετίας.»

«Fortasse Clidemus scripserat ἐξ. ὁ. τ. Α. εἰς τὰ ἄνω etc. et dixerat de illa colonia, quam Pausan. V, 1, 3, Pæonem narrat ex Elide in Macedoniam duxisse, vel de iis, qui ex Argolide cum Carano in Macedoniam migrarunt.» *Siebelis.*

LIBER TERTIUS.

8.

Photii Lex.: Ναυκραρία· τὸ πρότερον οὕτως ἐκάλουν, Ναυκραρία καὶ Ναύκραρος. Ναυκραρία μὲν

---

noa, qui præter decreta persequeretur eum longis navibus, in Siciliam tempestate ejectum vitæ ibi finem fecisse. Postquam vero filius ejus Deucalion, infensus Atheniensibus, per legatos dedi sibi depoposcisset Dædalum, alioqui, quos accepisset obsides Minos, pueros interfecturum se denuntians, leniter ei respondisse Thesea, eam afferentem excusationem quod consobrinus suus esset Dædalus et sanguine junctus, cujus esset mater Erechthei filia Merope; sed ædificare instituisse classes, alteram in Thymætadarum demo ibidem procul via publica, alteram per Pitthea Trœzene, quo rem occultam haberet. Omnibus comparatis eum solvisse, Dædalumque et exules Cretenses secum traxisse duces, atque exspectante nemine, sed naves pacatas arbitrantibus advenire Cretensibus, portum occupavisse, et descensione facta contendisse cursu Gnossum, prælioque in porta Labyrinthi conserto, Deucalionem cum satellitibus confecisse. Quum vero regni procurationem suscepisset Ariadna, fœdere cum ea icto, impuberes eum recepisse, amicitiamque cum Atheniensibus Cretenses junxisse, juratos, nunquam se bellum cum iis commissuros esse.

6.

Scribit Clidemus, singula exsequi ad unguem laborans, sinistrum Amazonum cornu ad Amazonion (ut nunc vocatur) declinasse, dextrum secundum Chrysam ad Prycem pertinuisse. Conflixisse cum hoc Athenienses, a Museo concurrentes cum Amazonibus. Sepulchra esse cæsorum in platea, quæ fert ad portam secundum Chalcodontis fanum, quam Piraicam nunc nominant. Ibi Athenienses pulsos fuisse usque ad Eumenidum templum, et terga feminis dedisse. A Palladio vero et Ardetto et Lyceo invectos pepulisse dextrum earum cornu usque ad castra multasque stravisse. Quarto mense ictum Hippolyta interprete fœdus. Hippolytam enim hic eam, quæ cum Theseo consueverit, non Antiopam appellat.

7.

Appellatur etiam Macedoniæ pars Macetia, ut Marsyas libro primo Macedonicorum. Sed etiam omnem Macedoniam appellare Macetiam consuevit Clidemus in prioribus libris Atthidis: «Atque migrarunt supra Ægialum in superiorem partem Macetiæ.»

LIBER TERTIUS.

8.

Naucraria. Prius nomina *naucraria* et *naucrarus* in usu erant. Naucraria idem fere quod symmoria et de-

Digitized by Google

ποιόν τι ἡ συμμορία καὶ ὁ δῆμος, ναύκραρος δὲ ποιόν τι ὁ δήμαρχος, Σόλωνος οὕτως ὀνομάσαντος, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησίν· ἐν τοῖς νόμοις δὲ ἄν τις αυκραρίας ἀμφισβητῇ καὶ τοὺς ναυκράρους τοὺς κατὰ αυκραρίαν. Ὕστερον δὲ ἀπὸ Κλεισθένους δῆμοί εἰσι, καὶ δήμαρχοι ἐκλήθησαν ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους Πολιτείας, ὃν τρόπον διέταξε τὴν πολιτείαν ὁ Σόλων. Φυλαὶ δὲ ἦσαν τέσσαρες, καθάπερ πρότερον, καὶ φυλοβασιλεῖς τέσσαρες· ἐκ δὲ τῆς φυλῆς ἑκάστης ἦσαν ἐνεμημέναι τριττύες μὲν τρεῖς, ναυκραρίαι δὲ δώδεκα κατὰ ἑκάστην. Ὁ Κλείδημος ἐν τῇ τρίτῃ φησίν, «ὅτι Κλεισθένους δέκα φυλὰς ποιήσαντος ἀντὶ τῶν τεσσάρων, συνέβη καὶ εἰς πεντήκοντα μέρη διαταγῆναι· αὐτοὺς δὲ ἑκάλουν ναυκραρίας, ὥσπερ νῦν εἰς τὰ ἑκατὸν μέρη διαιρεθέντα καλοῦσι συμμορίας.»

In postremis Siebelis scribere vult: εἰς τὰ ἑκατὸν μέρη διαιρεθέντας καλοῦσι. Equidem malim αὐτοὺς vocem mutari in ταῦτα. De re cf. C. Hermann. Antiquit. gr. 99, 5 et quos ibi laudat.

LIBER QUARTUS.

Vide locum libri quarti in fragm. 1.

LIBER DUODECIMUS.

9.

Hesych.: Ἀγαμεμνόνια φρέατα. Ἱστοροῦσι τὸν Ἀγαμέμνονα περὶ τὴν Αὐλίδα καὶ πολλαχοῦ τῆς Ἑλλάδος φρέατα ὀρύξαι, καὶ Δῆμος δὲ ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῆς Ἀτθίδος.

Phavorinus eadem habet, nisi quod ὡς addit post καὶ Δῆμος δέ. Albertus scribi voluit Δήμων pro Δῆμος, Meursius in Lection. Theophr. in Gronovii Thes. Antiq. Gr. X, p. 647 proposuit Κλείδημος, quod probavit Siebelis: nos quoque hanc scripturam adoptamus, sed deletis καὶ quod ex κλει depravatum est, atque particula δὲ, assumto vero ὡς ex Harpocratione, legendum credimus: ὡς Κλείδημος ἐν κ. τ. λ. Omissa auctoris notitia hanc rem Eustath. ad Il. Δ, p. 461 Rom. paullo plenius exhibet: Ἀγαμεμνόνεια ᾄδονταί τινα φρέατα, ἐπεὶ περὶ Ἀττικὴν, φασὶ, καὶ ἐν Αὐλίδι καὶ πολλαχοῦ τῆς Ἑλλάδος ὤρυξεν ὁ Ἀγαμέμνων φρέατα. Ex quo intelligitur, Siebelis ait, cur Clidemus in Atthide rem istam tetigerit: et forsan apud Hesychium inter Ἀγαμέμνονα et περὶ exciderunt hæc: ἐν τῇ Ἀττικῇ καί.

FRAGMENTA INCERTÆ SEDIS.

10.

Schol. Eurip. Med. 19: Περὶ δὲ τῆς Κρέοντος θυγατρὸς οὐχ ὁμοφωνοῦσι τῷ Εὐριπίδῃ οἱ συγγραφεῖς. Κλειτόδημος μὲν γὰρ Κρέουσάν φησι καλεῖσθαι, γήμασθαι δὲ Ξούθῳ, Ἀναξικράτης δὲ Γλαύκην.

Num Clitodemus Creontis filiam Xuthi uxorem dixerit, jure dubitabis. Confuderit igitur Scholiasta hanc Corinthiam Creusam cum Atheniensi Erechthei filia.

11.

Athen. VI, 6, p. 235, A: Κλείδημος ἐν τῇ Ἀτθίδι φησί· « Καὶ παράσιτοι δ' ᾑρέθησαν τῷ Ἡρακλεῖ. »

12.

Suidas: Ἐπὶ Παλλαδίῳ. ... Κλειτόδημος δέ φησιν, Ἀγαμέμνονος σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήναις, Δημοφῶντα ἁρπάσαι τὸ Παλλάδιον, καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀνελεῖν. Τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος δυσχεραίνοντος, κρίσιν αὐτοὺς ὑποσχεῖν ἐπὶ ν' Ἀθηναίων καὶ ν' Ἀργείων, οὓς Ἐφέτας κληθῆναι, διὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰ τῆς κρίσεως.

Antecedentia v. in Phanodemi fr. XII. Eadem exstant in Etym. M, apud Eustath. ad Odyss. A, p. 1419, Apostolium VIII, 42. Harpocration et Phavorinus s. v. Ἐπὶ Παλλαδίῳ Clitodemum sequuntur, quamquam nullam ejus faciunt mentionem. Αὐτοὺς ante ὑποσχεῖν Siebelis inseruit; idem ex Harpocrat. et Phavorino τὰ τῆς κρίσεως pro περὶ τῆς κρίσεως scripsit. Eu-

---

mus; naucrarus idem fere significat, quod demarchus, Solone sic nominante, ut Aristoteles quoque tradit: dubitaveris vero, num in legibus naucrarias et naucraros secundum naucrarias creandos constituerit. Postea a temporibus Clisthenis in usu erant vocabula *demi* et *demarchi* (quod docet Aristoteles in Politia), servata ea reipublicæ ratione, quam Solon constituerat. Tribus erant quatuor, ut antea, tribuum reges item quatuor; singulæ tribus in ternas trittyes et duodenas naucrarias divisæ erant. Clidemus libro tertio dicit: « Quum Clisthenes decem tribus substituisset quattuor illis, quæ antea fuerant, factum est, ut in quinquaginta quoque partes Athenienses dividerentur, eosque ita divisos vocabant naucrarias, ut nunc in centum partes distributos vocant symmorias. »

LIBER DUODECIMUS.

9.

Putei Agamemnonii. Narrant Agamemnonem prope Aulidem et in multis Græciæ locis puteos fodisse, ut Clidemus libro duodecimo Atthidis.

FRAGMENTA INCERTÆ SEDIS.

10.

De Creontis (*Corinthiorum regis*) filia non consentiunt cum Euripide scriptores. Clitodemus ait, eam appellari Creusam, nupsisse autem Xutho; Anaxicrates vero eam dicit Glaucam.

11.

Clidemus in Atthide dicit: « Et parasiti electi sunt Herculi. »

12.

Clitodemus auctor est, Agamemnone cum Palladio Athenas appellente, Demophontem id rapuisse et persequentium multos interfecisse. Agamemnone autem hoc graviter ferente, judicium ea de re habitum esse a quinquaginta Atheniensibus totidemque Argivis, quos Ephetas appellatos esse aiunt, quod ab utraque parte controversiæ disceptatio eis permissa esset.

Digitized by Google

stathius addit post κρίσεως: Καὶ τὸ δικαστήριον ἐπώνυμον τῇ Παλλάδι γενέσθαι..

13.

Plutarch. Themist. c. 10, de pecunia in classem: Κλείδημος δὲ καὶ τοῦτο Θεμιστοκλέους ποιεῖται στρατήγημα· καταβαινόντων γὰρ εἰς Πειραιᾶ τῶν Ἀθηναίων, φησὶν ἀπολέσθαι τὸ Γοργόνειον ἀπὸ τῆς θεοῦ τοῦ ἀγάλματος. Τὸν οὖν Θεμιστοκλέα προσποιούμενον ζητεῖν, καὶ διερευνώμενον ἅπαντα, χρημάτων εὑρίσκειν πλῆθος ἐν ταῖς ἀποσκευαῖς ἀποκεκρυμμένον· ὧν εἰς μέσον κομισθέντων, εὐπορῆσαι τοὺς ἐμβαίνοντας εἰς τὰς ναῦς ἐφοδίων.

14.

Plutarch. Aristid. cap. 19: Ex iis, qui ad Platæas pro Græcia dimicarunt, non plus MCCCLX desiderati sunt: Τούτων Ἀθηναῖοι μὲν ἦσαν δύο καὶ πεντήκοντα, πάντες ἐκ τῆς Αἰαντίδος φυλῆς, ὥς φησι Κλείδημος, ἀγωνισαμένης ἄριστα· διὸ καὶ ταῖς Σφραγίτισι νύμφαις ἔθυον Αἰαντίδαι τὴν πυθόχρηστον θυσίαν ὑπὲρ τῆς νίκης, ἐκ δημοσίου τὸ ἀνάλωμα λαμβάνοντες.

Cf. Plutarch. Συμπος. προβλημ. lib. I, problem. 10, Vitam Aristid. 9, Pausan. IX, 3, Müller. Orchom. p. 145.

15.

Pausanias X, 15, postquam dixit se, quum signum Minervæ, in templo Delphico positum, multis ex partibus auro privatum vidisset, credidisse hoc ab hominibus sacrilegis commissum esse, addit hæc: Κλειτόδημος δὲ ὁπόσοι τὰ Ἀθηναίων ἐπιχώρια ἔγραψαν ὁ ἀρχαιότατος, οὗτος ἐν τῷ λόγῳ φησὶ τῷ Ἀττικῷ, ὅτε Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο ἐπὶ Σικελίαν τὸν στόλον, ὡς ἔθνος τι ἄπειρον κοράκων κατῆρε τότε ἐς Δελφοὺς, καὶ περιέκοπτόν τε τοῦ ἀγάλματος τούτου, καὶ ἀπέῤῥησσον τοῖς ῥάμφεσιν ἀπ' αὐτοῦ τὸν χρυσόν· λέγει δὲ καὶ ὡς τὸ δόρυ καὶ τὰς γλαῦκας, καὶ ὅσος καρπὸς ἐπὶ τῷ φοίνικι ἐπεποίητο ἐς μίμησιν τῆς ὀπώρας, κατακλάσαιεν καὶ ταῦτα οἱ κόρακες. Ἀθηναίοις μὲν δὴ καὶ ἄλλα σημεῖα μὴ ἐκπλεῦσαι σφᾶς ἀπαγορεύοντα ἐς Σικελίαν διηγήσασθαι ὁ Κλειτόδημος.

Cf. Paus. III, 24, 7, Ælian. V. H. IV, 14, Plutarch. Them. 20. Alex. 26.

16.

Hesych.: Βοῦς ἕβδομος· μνημονεύει δὲ τοῦ ἑβδόμου βοός· ὅτι δὲ πέμμα ἐστὶ καὶ τῆς Σελήνης ἱερὸν, Κλειτόδημος ἐν Ἀτθίδι φησί.

Probabile est, post βοός nonnulla excidisse, ut putat Heinsius, aut particulam δὲ post ὅτι expungendam esse. Pergerus locum ita restituere conatus est: Μνημονεύει δὲ τοῦ ἑβδόμου βοὸς Κλειτόδημος ἐν Ἀτθίδι. Φησὶ δὲ, ὅτι πέμμα ἐστὶ καὶ τῆς Σελήνης ἱερόν. Cf. Hesych. v. Ἕβδομος βοῦς: Εἶδος πέμματος, κέρατα ἔχοντος· et v. Βοῦς: Πόπανόν τι τῶν θυομένων οὕτως ἐν ταῖς ἁγιωτάταις Ἀθήνησι θυσίαις· ἦν δὲ βοὶ παραπλήσιον. Intelligenda esse Διάσια, in quo festo, ut Thucydides I, 126 dicit, θύματα ἐπιχώρια (πέμματα εἰς ζῴων μορφὰς τετυπωμένα, schol. offerri solebant, verisimiliter statuit Siebelis, qui præterea laudat Phavorin. v. Βοῦς p. 384, 24 sqq., v. Ἑβδομευομ. p. 545 et Suidas v. Βοῦς ἕβδομος. Photii Lex.: Σελήνη, πόπανον ὅμοιον τῷ ἀστέρι. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Σεληνὶς καὶ Ἐπισελήνιον καὶ Ἀρστὴρ καὶ βοῦς καλεῖται. Eustath. ad Homer. p. 1165 Rom., Erasmi Adag. Chil. I, cent. 10, c. 63.

ΠΡΩΤΟΓΟΝΙΑ.

17.

Athen. XIV, 23, p. 660, A: Ὅτι δὲ σεμνὸν ἦν ἡ μαγειρικὴ, μαθεῖν ἐστιν ἐκ τῶν Ἀθήνησι Κηρύκων· οἵδε γὰρ μαγείρων καὶ βουτύπων ἐπεῖχον τάξιν, ὡς φησι Κλείδημος ἐν Πρωτογονίας πρώτῳ.

Schweigh. ex Ms. edidit σεμνὸν ἦν ἡ μαγ. Idem Clidemi esse censet quæ sequuntur apud Athenæum: Ὅμηρός τε τὸ ῥέζειν ἐπὶ τοῦ θύειν τάσσει· τὸ δὲ θύειν ἐπὶ τοῦ ψαιστὰ μεταδόρπια θυμιᾶν. Καὶ ὁ

13.

Clidemus Themistoclem narrat pecuniam in classem astu parasse. Descendentibus in Piræeum Atheniensibus in simulacro Minervæ desideratam ait fuisse ægidem. Themistoclem igitur, quum specie quærentis excuteret omnia, immensam vim pecuniæ invenisse in impedimentis abditam: quain medium prolata abundasse classiarios milites viatico.

14.

In quibus (desideratis) fuerunt Athenienses duo et quinquaginta, omnes ex tribu Æantide, quæ, ut Clidemus ait, pugnavit fortissime. Quamobrem nymphis Sphragitidibus Æantidæ victoriæ caussa, sacra ex Apollinis oraculo præscripta sumptu publico faciebant.

15.

Clitodemus, eorum qui literis res Atticas mandarunt vetustissimus auctor, dicit in rerum Atticarum commentario, comparata ab Atheniensibus classe ad Siciliensem expeditionem, magnum corvorum numerum Delphos convolasse, irruentesque in illud signum, aurum rostris avellisse. Additum et ibidem, hastam, noctuas, et caryotas, quæ in palma illa ad palmularum similitudinem ex auro factæ fuerant, eosdem illos corvos abrupisse. Sed et alia prodigia commemorat Clitodemus, quæ ab ea navigatione suscipienda Athenienses deterrere debuerant.

16.

Bos septimus; bovem septimum Clitodemus in Atthide dicit esse placentam Lunæ sacram.

PROTOGONIA.

17.

Fuisse in honore coquorum artem, intelligere licet ex *Cerycibus* apud Athenienses. Hi enim coquorum et poparum victimas mactantium fungebantur munere, ut ait Clidemus libro primo Protogoniæ.

Digitized by Google

ιλαιοὶ τὸ θύειν δρᾶν ὠνόμαζον. Ἕδρων δ' οἱ κήρυκες ·ρι πολλοῦ βουθυτοῦντες, φησί, καὶ σκευάζοντες ἱ μιστύλλοντες, ἔτι δ' οἰνοχοοῦντες. Κήρυκας δ' αὐ·ὺς ἀπὸ τοῦ κρείττονος ὠνόμαζον. Ἀναγέγραπταί τε ·δαμοῦ μαγείρῳ μισθὸς, ἀλλὰ κήρυκι. Si φησί bene ıbet, vix dubitari potest, quin ad minimum mnia, quæ leguntur post ἕδρων δ' οἱ κήρυκες litodemo tribuenda sint: de Cerycibus enim litodemus disputaverat: v. fr. 2.

18.

Tradit Philochorus, rursus alio tempore quater mille septingentos sexaginta cives falso inscriptos esse repertos, ut hoc loco declaratum est. Atque quod ad tempus attinet quo Euboea subacta est, potest hoc cum Didascaliis congruere: antecedente enim anno, archonte Isarcho (Ol. 89, 1.), expeditio facta erat in Euboeam, secundum Philochorum. Fortasse vero sermo est

Digitized by Google

μρεᾶς ὁ λόγος, ἣν Φιλόχορός φησι Ψαμμήτιχον πέμαι τῷ δήμῳ ἐπὶ Λυσιμαχίδου μυριάδας τρεῖς (πλὴν τὰ ῦ ἀριθμοῦ οὐδαμῶς συμφωνεῖ), ἑκάστῳ δὲ Ἀθηναίων έντε μεδίμνους· τοὺς γὰρ λαβόντας γενέσθαι μυρίους ιτρακισχιλίους διακοσίους μ'. Ἄλλως. Σιτοδείας ποτὲ ενομένης ἐν τῇ Ἀττικῇ, Ψαμμήτιχος ὁ τῆς Λιβύης κσιλεὺς ἀπέστειλε σῖτον Ἀθηναίοις αἰτήσασιν αὐτόν. ῆς δὲ διανομῆς γενομένης τοῦ σίτου, ξενηλασίαν τοίησαν Ἀθηναῖοι, καὶ ἐν τῷ διακρίνειν τοὺς αὐθιενεῖς, εὗρον καὶ ἑτέρους τετρακισχιλίους ἑπτακοσίους ήκοντα ξένους παρεγγεγραμμένους.

Ad hæc Siebelis: « Scholiasta poetæ verba de umenti largitione explicaturus duo affert tempora, ubi ejusmodi largitiones factæ sunt; quorum alterum est Ol. 89, 1, ubi demagogi Eubœam abactam populo et 50 modios singulis se daturos promiserunt, atque hoc congruit cum tempore, quo hanc Aristophanes comœdiam docuerit: alterum autem est Ol. 83, 4, qua archonte Lysimachida Psammetichus Ægypti rex frumentum Atheniensibus donavit; utrum vero tempus apud Aristophanem intelligendum sit, grammaticus lectoribus dijudicandum relinquit. Bene autem observavit Palmerius de posteriore hac donatione, annis 23 ante Vespas editas facta, non esse verisimile intellexisse Aristophanem. » Porro Dindorf. ad verba πέντε μεδίμνους adnotat: « Si triginta millia medimnorum inter cives 21240 divisa sunt, non πέντε μεδίμνους singuli, sed paulo minus quam πέντε ἡμιμέδιμνα acceperunt. Confundit scholiasta (neque enim in Philochorum hujus erroris culpa cadit) antiquiorem illam largitionem cum Euboica quinque medimnorum. »

91.

Harpocratio: Γεννῆται, οἱ τοῦ αὐτοῦ γένους κοινωνοῦντες. Διῃρημένων γὰρ ἁπάντων τῶν πολιτῶν εἰς μέρη, τὰ μὲν πρῶτα καὶ μέγιστα μέρη ἐκαλοῦντο φυλαί.... Ἰσαῖος ... τοὺς συγγενεῖς γεννήτας ὠνόμασεν· οὐχ οἱ συγγενεῖς μέντοι ἁπλῶς καὶ οἱ ἐξ αἵματος γεννῆταί τε καὶ οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐκαλοῦντο, ἀλλ' οἱ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὰ καλούμενα γένη κατανεμηθέντες. Φιλόχορος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ φησὶ πρότερον ὁμογάλακτας ὀνομάζεσθαι οὓς νῦν γεννήτας καλοῦσιν.

92.

Suidas: Καὶ γεννῆται, οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ καὶ πρώτου τῶν τριάκοντα γενῶν, οὓς καὶ πρότερόν φησι Φιλόχορος ὁμογάλακτας καλεῖσθαι.

93.

Suidas v. Ὁμογάλακτας: Φιλόχορος καλεῖ τοὺς γεννήτας τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ πρώτου γένους τῶν λ' γενῶν.

94.

Suidas v. Ὀργεῶνες: Περὶ δὲ τῶν ὀργεώνων γέγραφε καὶ Φιλόχορος· « Τοὺς δὲ φράτορας ἐπάναγκες δέχεσθαι καὶ τοὺς ὀργεῶνας καὶ τοὺς ὁμογάλακτας, οὓς γεννήτας καλοῦμεν. »

Eadem sunt in Phot. Lex. p. 231 ed. Herm. V. Meier. de gentil. Att. p. 24.

95. [Olymp. LXXXIV, 1.]

Schol. Arist. Vesp. 947: Θουκυδίδης Μελησίου υἱὸς Περικλεῖ ἀντιπολιτευσάμενος ... ὃς κατηγορηθεὶς ἐν τῷ δικάζειν οὐκ ἠδυνήθη ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὥσπερ ἐγκατεχομένην ἔσχε τὴν γλῶτταν, καὶ οὕτω κατεδικάσθη, εἶτα ἐξωστρακίσθη. Ἄλλως. Πρὸς τὴν ἱστορίαν. Μήποτε ὁ Περικλεῖ ἀντιπολιτευσάμενος. Τοῦτο δὲ Φιλόχορος μὲν ἱστορεῖ, ὃς οὐδὲ πάντη γνώριμος ἐγένετο, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς κωμικοῖς, διὰ τὸ ἐπ' ὀλίγον στρατείας ἀξιωθέντα μετὰ Κλέωνος ἐπὶ Θρᾴκης φυγῇ καταψηφισθῆναι (Ald. καταδικασθέντα).

Major interpunctio ante τοῦτο δὲ Φιλ. tollenda nobis videtur, ut Philochori testimonio confirmetur, Thucydidem fuisse Periclis adversarium; quæ enim sequuntur: ὃς οὐδὲ πάντη etc. non sunt

---

dono, quod secundum Philochorum ex Ægypto sit Psammetichus, archonte Lysimachida (Ol. 83, ter decem millia modiorum omni populo, quinos singulis Atheniensibus (numerus tamen non quadrat); m eorum, qui frumentum acceperint fuisse quatuordecim millia ducentos et quadraginta.

91.

Γεννῆται, qui ejusdem generis societate conjuncti nt. Civibus quippe universis in partes distributis, rum primariæ et maximæ φυλαί, id est, tribus vobantur. ... Isæus ... consanguineos vocat γεννήτας: non nen simpliciter cognati, et sanguine ac eodem genere ncti γεννῆται nuncupabantur, sed qui a principio in γένη int distributi. Ceterum Philochorus libro quarto testa-, olim ὁμογάλακτας, id est, collactaneos, dictos fuisse, os hodie γεννήτας appellant.

92.

Γεννῆται vocabantur, qui erant ex eadem gente et quidem primaria inter reliquas triginta; quos Philochorus ὁμογάλακτας olim appellatos fuisse ait.

93.

Ὁμογάλακτας Philochorus vocat gentiles, qui ex eadem gente erant et quidem ex triginta gentium prima.

94.

De *orgeonibus* etiam Philochorus scripsit: « Necesse autem est, ut phratores recipiant (i. e. ad sacra sua admittant) orgeones et collactaneos quos γεννήτας vocamus. »

95.

Thucydides Melesiæ filius, Periclis adversarius in gerenda republica, qui accusatus in judicio se defendere non poterat, sed linguam veluti affixam habebat: itaque condemnatus, deinde ostracismo expulsus est. ... Fortasse de Thucydide sermo est, qui Pericli adversatus est in gerenda republica (hoc Philochorus narrat), qui neque omnino neque apud comicos aliquo numero est, quoniam postquam breve bellici imperii tempus in Thracia cum Cleone prætor fuerat, condemnatus inque exilium ejectus est.

Digitized by Google

Philochori, sed Scholiastæ verba, qui Thucydidem Melesiæ filium cum Thucydide historico confudit.

96.

Harpocrat. v. Λύκειον: ... Ἐν τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων ἐστὶ τὸ Λύκειον, ὁ Θεόπομπος μὲν ἐν τῇ κα' Πεισίστρατον ποιῆσαι, Φιλόχορος δὲ ἐν τῇ τετάρτῃ Περικλέους φησὶν ἐπιστατοῦντος αὐτὸ γενέσθαι.

97. [Olymp. LXXXV, 3.]

Schol. Arist. Pac. 605: Φιλόχορος ἐπὶ Θεοδώρου (sic Palmer.; legebatur Πυθοδώρου) ἄρχοντος ταῦτά φησι· «Καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν τῆς Ἀθηνᾶς ἐστάθη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν, ἔχον χρυσίου σταθμὸν ταλάντων μδ', Περικλέους ἐπιστατοῦντος, Φειδίου δὲ ποιήσαντος. Καὶ Φειδίας ὁ ποιήσας, δόξας παραλογίζεσθαι τὸν ἐλέφαντα τὸν εἰς τὰς φολίδας, ἐκρίθη. Καὶ φυγὼν εἰς Ἦλιν ἐργολαβῆσαι τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ λέγεται. Τοῦτο δὲ ἐξεργασάμενος ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠλείων ἐπὶ Πυθοδώρου (sic Palm. vulgo Σκυθ.) ὃς ἐστιν ἀπὸ τούτου ἕβδομος. ... ὁ Φειδίας, ὡς Φιλόχορός φησιν, ἐπὶ Θεοδώρου ἄρχοντος τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς κατασκευάσας ὑφείλετο τὸ χρυσίον ἐκ τῶν δρακόντων τῆς χρυσελεφαντίνης Ἀθηνᾶς, ἐφ' ᾧ καταγνωσθεὶς ἐζημιώθη φυγῇ· γενόμενος δὲ εἰς Ἦλιν καὶ ἐργολαβήσας παρὰ τῶν Ἠλείων τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου καὶ καταγνωσθεὶς ὑπ' αὐτῶν ὡς νοσφισάμενος ἀνῃρέθη.

De hoc scholio v. C. O. Müller. De Phidia p. 22, 35, et Krüger. in Clintonis Fast. Hell. Ol. 87, 1. — Persuasum mihi est aut ipsum Philochorum in his quæ de Phidia narrat falsa quadam chronologia a vero seductum esse, aut scholiastam ejus narrationem perturbasse. Caveas, ne Palmerii conjecturam, Θεοδώρου pro Πυθοδώρου scribentis, pro vera habeas et indubitata.

98. [Olymp. LXXXV, 4.]

Harpocr. s. v. Προπύλαια ταῦτα: ... Περὶ δὲ τῶν προπυλαίων τῆς ἀκροπόλεως, ὡς ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος οἰκοδομεῖν ἤρξαντο Ἀθηναῖοι, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος, ἄλλοι τε ἱστορήκασι καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ.

99. [Olymp. LXXXVI, 4.]

Schol. Arist. Av. 997: Μέτων ἄριστος ἀστρονόμος καὶ γεωμέτρης. Τούτου ἐστὶν ὁ ἐνιαυτὸς λεγόμενος Μέτωνος. Φησὶ δὲ Καλλίστρατος ἐν Κολωνῷ ἀνάθημά τι εἶναι αὐτοῦ ἀστρολογικόν· Εὐφρόνιος δέ, ὅτι τῶν δήμων ἦν ἐκ Κολωνοῦ. Τοῦτο δὲ ψεῦδος. Φιλόχορος γὰρ Λευκονοέα (Ald. Λευκωνέα) φησὶν αὐτόν. Τὸ δὲ τοῦ Καλλιστράτου δῆλον· ἴσως γάρ ἦν τι καὶ ἐν Κολωνῷ. Ὁ δὲ Φιλόχορος ἐν Κολωνῷ μὲν αὐτὸν οὐδὲν θεῖναι λέγει, ἐπὶ Ἀψεύδους δὲ τοῦ πρὸ Πυθοδώρου ἡλιοτρόπιον ἐν τῇ νῦν οὔσῃ ἐκκλησίᾳ πρὸς τῷ τείχει τῷ ἐν τῇ Πνυκί. Μήποτε οὖν τὸ χωρίον, φασί τινες, ἐκεῖνο πᾶν, ᾧ περιλαμβάνεται (sic Dobraeus, vulgo ἐπάνω παραλαμβάνεται) καὶ ἡ Πνύξ, Κολωνός ἐστιν, οὗ ἕτερος ὁ μίσθιος λεγόμενος. Οὕτως μέρος τι νῦν σύνηθες γέγονε τὸ Κολωνὸν καλεῖν τὸ ὄπισθεν τῆς μακρᾶς στοᾶς· ἀλλ' οὐκ ἔστι. Μελίτη γὰρ ἅπαν ἐκεῖνο, ὡς ἐν τοῖς ὁρισμοῖς γέγραπται τῆς πόλεως.

Cf. Boeckh. ad C. I. p. 151. — Pro τῶν δήμων Suidæ v. Μέτων libri deteriores habent τὸν δῆμον. ... Κολωνὸς ὁ μίσθιος ex Meursii conjectura (Opp. tom. I, p. 300 C): vulgo K. μισθός. De ἡλιοτρόπιον v. Ideler. in Commentatt. Academ. Berolin. 1813, p. 239, et in libro de Chronolog. vol. I, p. 326, et C. O. Müller. in Ephemer. Gœttingensibus a. 1822, p. 459. Citat Dindorf.

96.

Lyceum est unum e gymnasiis Atheniensium, quod Theopompus in vigesimo primo, Pisistrato regnante; Philochorus autem in quarto, curante Pericle exstructum fuisse testatur.

97.

Philochorus sub archonte Theodoro (Ol. 85, 3) hæc memorat: « Atque aureum Minervæ simulacrum collocatum est in templo magno, auri pondus habens quadraginta quatuor talentorum: id fecit curatore Pericle Phidias; qui quum ebur draconum squamis impendendum suffuratus esse videretur, condemnatus est; quum deinde Elin confugisset, simulacrum Jovis Olympii faciendum sumsisse, hocque absoluto ab Eleis interfectus esse dicitur, archonte Pythodoro, qui ab illo (Theodoro) est septimus.» — Phidias, ut Philochorus tradit, sub archonte Theodoro, quum fecisset simulacrum Minervæ, suffuratus est aurum ex draconibus hujus statuæ auro et ebore ornatæ, quam ob rem condemnatus et in exilium actus est. Tum Elin se contulit et Elei ei simulacrum Jovis Olympii elaborandum dederunt: ab iis vero furti accusatus et interfectus est.

98.

Propylæa arcis archonte Euthymene ædificari coepta esse ab Atheniensibus, Mnesicle architecto, quum alii narrant, tum Philochorus in quarto.

99.

Meton optimus astronomus et geometra fuit; hujus est qui dicitur annus Metonis. Dicit autem Callistratus, a Colono instrumentum ejus quoddam astronomicum esse dedicatum; Euphronius autem, eum ex pago Colono oriundum fuisse; hoc autem falsum: Philochorus eum Leuconensem dicit. Quod vero Callistratus memorat, verum est: atque verisimile est in Colono ejusmodi instrumentum fuisse. Philochorus quidem in Colono nihil ejusmodi dicit eum posuisse, sed archonte Apseude, qui ante Pythodorum fuit, heliotropium positum esse in eo loco ubi nunc concio habetur, ad murum, quo cincta est Pnyx. Forsan igitur, nonnulli dicunt, totus ille locus, qui etiam Pnyx continetur, nominabatur Colonus, a quo alter Colonus μίσθιος cognominatus distingui debet. Sic pars quædam urbis nunc solet vocari Colonus similirum ea, quæ est post longam porticum. Sed non recte. Melite enim totus ille locus appellatur, quemadmodum in descriptione urbis scriptum est.

Digitized by Google

100.

Hesych. : Ἱππῆς, ἱππεῖς·

ἀλλ' εἰσὶν ἱππῆς ἄνδρες ἀγαθοὶ χίλιοι.

Σύστημα πολεμικῶν ἀνδρῶν χιλίων ἵππους τρεφόντων. ... Φιλόχορος δὲ ἐν τετάρτῳ εἴρηκε, πότε κατεστάθησαν χίλιοι. Διάφορα γὰρ ἦν ἱππέων πλήθη κατὰ χρόνον Ἀθηναίοις.

101.

Harpocr. v. Στρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις : ... Τίς ἦν ἡ ἐν τοῖς ἐπωνύμοις στρατεία, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ λέγων· « Εἰσὶ γὰρ ἐπώνυμοι δέκα μὲν οἱ τῶν φυλῶν, δύο δὲ καὶ τεσσαράκοντα οἱ τῶν ἡλικιῶν. Οἱ δὲ ἔφηβοι ἐγγραφόμενοι, πρότερον μὲν εἰς λελευκωμένα γραμματεῖα ἐνεγράφοντο, καὶ ἐπεγράφοντο αὐτοῖς ὅ τε ἄρχων, ἐφ' οὗ ἐνεγράφησαν, καὶ ἐπώνυμος ὁ τῷ προτέρῳ ἔτει δεδιητηκώς (sic Gœsiana : codd. δεδεικτικώς). Νῦν δὲ εἰς τὴν βουλὴν ἀναγράφονται. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Χρῶνται δὲ τοῖς ἐπωνύμοις καὶ πρὸς τὰς στρατείας, καὶ ὅταν ἡλικίαν ἐκπέμπωσι, προγράφουσι ἀπὸ τίνος ἄρχοντος ἐπωνύμου μέχρι τίνος δεῖ στρατεύεσθαι. » Διείληκται περὶ τούτων καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ τῆς Ἀτθίδος. Cf. Bœckh. C. Inscr. n. 113.

102. [Olymp. LXXXII, 2.]

Schol. Sophocl. Œdip. Col. 697 : Ὅτι ἀπέσχοντο τῶν ἐλαιῶν τῆς θεοῦ, τῶν μορίων ὀνομαζομένων, οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσι καὶ Φιλόχορος.

103. [Olymp. LXXXVII, 4.]

Athen. V, 18, p. 217, E : Περδίκκας πρὸ Ἀρχελάου βασιλεύει, ὡς μὲν ὁ Ἀκάνθιός φησι Νικομήδης, ἔτη μα'· Θεόπομπος δέ φησι λε'· Ἀναξιμένης μ'· Ἱερώνυμος κη'· Μαρσύας δὲ καὶ Φιλόχορος κγ'.

104. [Olymp. LXXXVIII, 2.]

Schol. ad Aristoph. Vesp. 240, Ὡς ἔοικε Λάχητι νυνί : Ἡ δίκη, ἢ τιμωρία, ἢ τοιοῦτόν τι. Τοῦτο δέ φησιν, ὡς τοῦ Κλέωνος εἰς δίκην ἐπαγαγόντος τὸν Λάχητα. Στρατηγῆσαι δὲ αὐτόν φησι Δημήτριος ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλέους πρὸ τριῶν ἐτῶν, εἰς Σικελίαν πεμφθέντα μετὰ νεῶν Λεοντίνοις βοηθήσοντα. Οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλόχορον διαδέξασθαι αὐτόν φασι Σοφοκλέα καὶ Πυθόδωρον, οὓς καὶ φυγῇ ζημιωθῆναι. Εἰκὸς γοῦν μετακληθῆναι αὐτὸν ἐπὶ τὴν κρίσιν, ἧς νῦν ὁ κωμικὸς μνημονεύει.

105. [Olymp. LXXXVIII, 4.]

Schol. ad Aristoph. Pac. 665 : Φιλόχορός φησιν οὕτως· « Λακεδαιμόνιοι περὶ διαλύσεων ἔπεμψαν πρέσβεις πρὸς Ἀθηναίους, σπονδὰς ποιησάμενοι πρὸς τοὺς ἐν Πύλῳ, καὶ τὰς ναῦς αὐτῶν παραδόντες οὔσας ξ'. Κλέωνος δὲ ἀντειπόντος ταῖς διαλύσεσι, στασιάσαι λέγεται τὴν ἐκκλησίαν. Ἐρωτῆσαι δὲ συνέβη τὸν ἐπιστάτην· ἐνίκησαν δὲ οἱ πολεμεῖν βουλόμενοι. »

106.

Schol. ad. Lucian. Tim. 30 : Ἐπέστη (Κλέων) καὶ τῇ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνῃ, ὡς Φιλόχορος καὶ Ἀριστοφάνης, προσθεὶς ἄρχοντα Εὔθυνον. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ περιζωσάμενον αὐτὸν λέγει δημηγορῆσαι, εἰς τὴν θρασύτητα αὐτοῦ ἀποσκώπτων.

Hemsterhusius ad h. l. Scholiastæ verba ita disposuit : Ὡς Φιλόχορος προσθεὶς ἄρχοντα Εὔθυνον καὶ Ἀριστοτέλης. Ἀριστοφάνης δὲ καὶ περιζ. αὐτ. λεγ. δημηγορ. εἰς τὴν θρασ. αὐτ. ἀποσκώπτων. Restat vero ea difficultas, quod non Euthynus, sed Stratocles eo anno archon fuerit.

107. [Olymp. LXXXIX, 1.]

Schol. ad Aristoph. Vesp. 210 : Φιλόχορος ἐπὶ

100.

Philochorus libro quarto dicit, quando mille equites fuerint constituti. Diversus enim eorum numerus erat apud Athenienses diversis temporibus.

101.

Στρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις. — Quid ea sit declarat Aristoteles in Republica Atheniensium, inquiens : « Eponymi decem quidem sunt, qui tribuum vocantur, quadraginta duo vero, qui juventutis. Ephebi enim primum quidem in dealbatis tabellis inscribebantur et adscribebatur archon, sub quo inscripti fuerunt, cum Eponymo superioris anni; nunc vero in senatu inscribuntur. » Et paulo post : « Utuntur autem eponymis etiam ad expeditiones militares, et quando juventutem foras emittunt, inscribunt, a quonam archonte eponymo et usque ad quem debeant militare. » De his Philochorus quoque disseruit libro quarto Atthidis.

102.

Lacedæmonios manus abstinuisse a sacris deæ oleis, quæ μορίαι vocantur, et alii narrant et Philochorus.

103.

Quippe ante Archelaum regnat Perdiccas, annis, ut quidem Nicomedes Acanthius ait, XLI : Theopompus vero ait XXXV : Anaximenes, XL : Hieronymus, XXVIII : Marsyas vero et Philochorus, XXIII annis.

104.

Demetrius tradit, Lachetem tribus annis ante (Vesparum fabulæ editionem), archonte Eucle, exercitus præfecturam habuisse, in Siciliam missum cum navibus, ut Leontinis opem ferret. Qui Philochorum sequuntur, successisse ei aiunt Sophoclem et Pythodorum, hosque exilio multatos esse. Consentaneum est igitur, Lachetem ad judicium revocatum esse, cujus comicus hoc loco mentionem facit.

105.

Philochorus ita narrat : « Lacedæmonii de compositione legatos ad Athenienses miserunt, qui pacem orarent et pascisceretur de iis, quos in Pylo ceperat Cleon, atque naves sexaginta, quas bello Atheniensibus ceperant, reddere pollicerentur. Cleone vero pacem recusante, in diversas partes concionem abire effecisse dicitur. Interrogavit tum epistata, atque vicit eorum sententia, qui bellum præferebant. »

106.

Obstitit Cleon, ne pax cum Lacedæmoniis iniretur, quod Philochorus memorat sub archonte Euthyno et Aristoteles : Aristophanes vero dicit etiam præcinctum eum concionatum esse, irridens ejus temeritatem.

107.

Philochorus sub archonte Isarcho ait, anno ante (Ve-

Digitized by Google

Ἰσάρχου φησὶ πρὸ ἐνιαυτοῦ Βρασίδαν ἀποστῆσαι Σκιωναίους τῶν Ἀθηναίων.

108. [Olymp. LXXXIX, 3.]

Schol. Aristoph. Pac. 466: Ἐπὶ τοῦ Ἀλκμαίωνος σπονδάς φησι Φιλόχορος γεγονέναι πεντηκονταετεῖς Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς συμμάχοις, πλὴν Βοιωτῶν καὶ Κορινθίων καὶ Ἠλείων.

Pro Ἀλκμαίωνος haud dubie scribendum est Ἀλκαίου.

109.

Schol. Arist. Pac. 475, verba poetæ οὐδὲν Ἀργεῖοι ita illustrat: Ὡς τῶν Ἀργείων ἐπαμφοτεριζόντων ὁπότε δοκοίη αὐτοῖς. Διὸ καὶ Φιλόχορός φησι, πολεμοῦντας πάλιν πρὸς Κορινθίους προσλαμβάνεσθαι καὶ τοὺς Ἀργείους.

110. [Olymp. XCI, 1.]

Schol. Arist. Lysistr. 1094: Οἱ Ἑρμοκοπίδαι ἠκρωτηρίασαν τοὺς Ἑρμᾶς, ὅτε ἐπὶ Σικελίας ἔμελλον πλεῖν πρὸ ἐτῶν τεσσάρων τῆς καταθέσεως τούτου τοῦ δράματος. Τὴν δὲ αἰτίαν ταύτην οἱ μὲν τοῖς περὶ Ἀλκιβιάδην προσέγραφον, ὡς Θουκυδίδης, οἱ δὲ Κορινθίοις, ὡς Φιλόχορος· μόνον δὲ φησὶ περικοπῆναι τὸν Ἀνδοκίδου Ἑρμῆν.

Negationem deesse ante περικοπῆναι, Dukerus animadvertit ad Thucyd. VI, 61. Cf. Plut. V. Nic. 3, Corn. Nep. V. Alc. 3.

111. [Olymp. XCI, 2.]

Schol. Arist. Av. 766: Οὐδὲν σαφὲς ἔχομεν, τίς ὁ Πεισίου. ... Εἴη δ' ἄν τι συμπεπραχὼς τοῖς Ἑρμοκοπίδαις ὁ Πεισίου, οἵτινες, ὡς Φιλόχορός φησιν, ἐπὶ Χαβρίου θάνατόν τε κατεγνώσθησαν καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐστηλιτεύθη, καὶ ἐδημεύθη, καὶ τῷ κτείναντι κατ' ἄνδρα ἐκηρύχθη τάλαντον.

112. [Olymp. XCI, 4.]

Plut. Nicia c. 23: Τῷ μέντοι Νικίᾳ συνηνέχθη τότε μηδὲ μάντιν ἔχειν ἔμπειρον. Ὁ γὰρ συνήθης αὐτοῦ καὶ τὸ πολὺ τῆς δεισιδαιμονίας ἀφαιρῶν Στιλβίδης, ἐτεθνήκει μικρὸν ἔμπροσθεν. Ἐπὶ τὸ σημεῖον, ὥς φησι Φιλόχορος, φεύγουσιν οὐκ ἦν τινηρὸν, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρηστόν. Ἐπικρύψεως γὰρ εἰ σὺν φόβῳ πράξεις δέονται, τὸ δὲ φῶς πολεμιόν ἐστιν αὐταῖς.

113.

Schol. Arist. Pac. 1031: Ὁ Στιλβίδης εὐδόκιμος καὶ περιβόητος μάντις, τῶν τοὺς παλαιοὺς χρησμοὺς ἐξηγουμένων· ... ὃν φησι Φιλόχορος ἀκολουθῆσαι ἐν Σικελίᾳ, ἡνίκα ἐπολέμουν Ἀθηναῖοι καὶ εἰς Σικελίαν ἐστράτευον.

114.

Marcellin. Vit. Thucyd. p. 5: Δῆλον, ὅτι κάθοδος ἐδόθη τοῖς φεύγουσιν, ὡς καὶ Φιλόχορος λέγει καὶ Δημήτριος ἐν Ἄρχουσιν.

115. [Olymp. XCII, 1.]

Harpocr. s. Ἑτιωνία: ... Οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ ἑτέρα (sic Suidas; ἥ γε παρὰ cod. Anglicanus) τῶν Πειραιέως ἄκρα ἀπὸ τοῦ κατακτησαμένου τὴν γῆν Ἑτίωνος, ὡς φησι Φιλόχορος ἐν τῇ πρὸς Δήμωνα ἀντιγραφῇ.

In Eetionia tum temporis murum exstructum esse apparet ex Thucyd. VIII, 90.

116.

Schol. Arist. Lys. 173: Τὸ ἀργύριον τὸ ἄδωτον ἦν παρὰ τῇ θεῷ ἐν τῇ ἀκροπόλει. Καὶ γὰρ ἑξακόσια ἀπέκειτο χίλια τάλαντα. Ἤρξαντο οὖν κινεῖν αὐτὰ ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος, ἐφ' οὗ εἰσήχθη τὸ δρᾶμα, ὡς φησι Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδι.

---

sparum editionem) Brasidam eo adduxisse Scionæos, ut ab Atheniensibus deficerent.

108.

Sub archonte Alcmæone [*imo* Alcæo] Philochorus dicit inducias fecisse Athenienses et Lacedæmonios sociosque, præter Bœotos, Corinthios et Eleos.

109.

Argivi, prout commodum ipsis videbatur, alterutras partes amplexi sunt; quare Philochorus dicit, Athenienses, iterum bellum gerentes cum Corinthiis, in suas partes traduxisse Argivos.

110.

Hermocopidæ, quum Athenienses se accingerent ad expeditionem in Siciliam faciendam, truncarunt Hermas quatuor annis ante quam Lysistrata fabula edita est. Hoc facinus alii Alcibiadi imputarunt, in quorum numero est Thucydides, alii Corinthiis, ut Philochorus; qui solum Andocidis Hermam ait integrum esse relictum.

111.

Nihil certi compertum habemus de Pisiæ filio. — Fortasse res ei fuit cum Hermocopidis, qui, ut Philochorus ait, archonte Chabria capitis condemnati, quorumque nomina stelis inscripta, bona publicata sunt, præconio autem promulgatum est, talentum pro præmio eum accepturum esse, qui aliquem ex illis interfecturus esset.

112.

Accidit Niciæ tunc, ut ne peritum quidem hariolum haberet. Nam familiaris ejus, qui multum detrahebat ei superstitionis, Stilbides, paulo ante decesserat. Prodigium erat alioquin id, ut Philochorus ait, haud malum fugientibus, immo admodum faustum: siquidem obscuritatem, quæ geruntur cum metu, quærunt, hancque habent infestam.

113.

Stilbides vates celeberrimus, unus ex veterum oraculorum interpretibus, quem Philochorus dicit Atheniensis sequutum esse, quum in Siciliam expeditionem faceret.

114.

Certum est, exulibus redeundi potestatem datam esse, ut Philochorus quoque et Demetrius tradunt in Archontibus.

115.

Eetionia. — Sic vocabatur alterum Piræei promontorium, ab Eetione, illius agri quondam possessore, ut Philochorus ait in refutatione Demonis.

116.

Argentum illud immensum in arce erat apud Minervam; revera enim mille talenta reposita erant: quibus ut cœperunt archonte Callia, sub quo Lysistrata fabula acta est, ut ait Philochorus in Atthide.

Digitized by Google

117. [Olymp. XCII, 2.]

Schol. Eurip. Orest. 371: Πρὸ Διοκλέους, ἐφ' ὃ τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε, Λακεδαιμονίων πρεσβευσαμένων περὶ εἰρήνης, ἀπιστήσαντες Ἀθηναῖοι οὐ προσκαντο ἐπὶ ἄρχοντος Θεοπόμπου, ὃς ἦν πρὸ Διοκλέους, κ ἱστορεῖ Φιλόχορος.

118.

Schol. Eurip. Or. 771: Πρὸ ἐτῶν δύο τῆς διδασκαλίας τοῦ Ὀρέστου αὐτός (ὁ Κλεοφῶν) ἐστιν ὁ κωλύσας πονδὰς γενέσθαι Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδαιμονίους, κ Φιλόχορος ἱστορεῖ.

119. [Olymp. XCII, 3.]

Scnol. ad Aristoph. Plut. 972: Ὅτι δὲ κατὰ ράμματα ἐκληροῦντο, προείρηται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βούλευον οὗτοι τῷ πρὸ τούτου ἔτει ἀρξάμενοι. Φησὶ ἀρ Φιλόχορος· « Ἐπὶ Γλαυκίππου καὶ ἡ βουλὴ κατὰ ράμμα τότε πρῶτον ἐκαθέζετο, καὶ ἔτι νῦν ὀμνυιν ἀπ' ἐκείνου καθεδεῖσθαι ἐν τῷ γραμματείῳ, ᾧ ἂν ἄρχωσι. »

Pro οὗτοι legendum esse οὕτως monuit Siebelis; n sequentibus Petitus L. A. p. 196 bene scribit ν τῷ γράμματι pro ἐν τῷ γραμματείῳ.

120. [Olymp. XCIII, 2.]

Schol. ad Aristoph. Ran. 720: Τῷ προτέρῳ ἔτει πὶ Ἀντιγένους. Ἀλλὰ νικᾷ, φησὶ, χρυσοῦν νόμισμα οπῆναι. Καὶ Φιλόχορος ὁμοίως, τὸ ἐκ τῶν χρυσῶν ἰκῶν.

In verbis Ἀλλὰ νικᾷ latere videtur auctoris nomen, ad quod φησι referatur: nam Aristophanes on dicit, sub Antigene archonte aureos numos usos esse. Probanda igitur est Bentleii conjectura Ἑλλάνικός φησιν. Idem Hellanicus ab eodem choliasta paullo ante ad vers. 706 laudatus est, ubi de pugna navali ad Arginusas agitur. Punctum post Ἀντιγένους delendum est.

121.

Schol. ad Aristoph. Ran. 1196: Ἐρασινίδης. Εἷς τῶν περὶ Ἀργέννουσαν στρατηγησάντων δυστυχῶς. Ἀπέθανε δὲ δημοσίᾳ, οὗτός τε καὶ οἱ ὑπομείναντες, Θράσυλλος, Περικλῆς, Λυσίας, Ἀριστοκράτης, Διομέδων, ὥς φησι Φιλόχορος.

122. [Olymp. XCIV, 1.]

Harpocr. v. Συγγραφεῖς: ... Εἰθισμένον ἦν παρ' Ἀθηναίοις, ὁπότε δέοι πλῆθός τι αἱρεῖσθαι, εἰς ῥητὴν ἡμέραν εἰσφέρειν γνώμας εἰς τὸν δῆμον. Τοῦτο δὲ καὶ πρὸ τῆς καταστάσεως τῶν υ' ἐγένετο, καθὰ Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ φησίν· « Ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ οἱ περὶ Πείσανδρον ἐλθόντες, εὐθὺς τῶν λοιπῶν εἶχοντο, καὶ πρῶτον μὲν τὸν δῆμον συλλέξαντες εἶπον γνώμην, δέκα ἄνδρας ἐλέσθαι συγγραφέας αὐτοκράτορας, τούτους δὲ ξυγγράψαντας γνώμην ἐξενεγκεῖν ἐς τὸν δῆμον ἐς ἡμέραν ῥητὴν, καθότι ἄριστα ἡ πόλις οἰκήσεται. » Ἦσαν δὲ οἱ μὲν πάντες συγγραφεῖς τριάκοντα οἱ τότε αἱρεθέντες, καθά φησιν Ἀνδροτίων τε καὶ Φιλόχορος, ἑκάτερος ἐν τῇ Ἀτθίδι. Ὁ δὲ Θουκυδίδης τῶν δέκα ἐμνημόνευσε μόνων τῶν προβούλων.

Hæc repetita sunt a Suida, Etym. M. auctore, Photio in Lex. et Phavorino h. v. Siebelis infinitivum εἰσφέρειν reposuit ex Phavorino pro vulg. εἰσέφερε, et eliminavit ὥσπερ ante εἰς ῥητὴν, quod et a Suida, Phavorino et Photio omissum est. Vid. Thucyd. VIII, 67.

123. [Olymp. XCIV, 2.]

Schol. ad Aristoph. Plut. 1146: Ὅτι μετὰ τὸ κατελθεῖν τοὺς μετὰ Θρασυβούλου Φυλὴν καταλαβόντας, καὶ νικήσαντας ἐν Πειραιεῖ τοὺς τριάκοντα,

---

117.

Ante Dioclem archontem, sub quo Orestem fabulam docuit, quum Lacedæmonii legatos mitterent de pace, Athenienses non obtemperarunt, nullam iis fidem habentes, archonte Theopompo, qui hoc munere fungebatur ante Dioclem, ut tradit Philochorus.

118.

Duobus annis ante quam Orestes fabula edita est, Cleophon impedivit, ne Athenienses inducias facerent cum Lacedæmoniis, ut narrat Philochorus.

119.

Senatores sorte ductos esse secundam literas, antea dimum est: sed etiam sententiam hoc modo dicebant, cujus i initium fecerant anno ante quam Plutus fabula edita t. Philochorus enim ait: « Archonte Glaucippo senatus imum sedebat secundum literas, atque etiamnunc inde illo tempore jurant senatores, se eo ordine, quem litee sors attribuerit, in senatu sessuros esse. »

120.

Archonte Antigene anno ante quam Ranæ editæ sunt, mos aureos cusos esse dicit Hellanicus. Atque similiter hilochorus numos ex aureis Victoriis cusos memorat.

121.

Erasinides, unus ex illis infelicibus, qui ad Arginusas munere imperatorio fungebantur: nam et hic populi jussu capitis supplicium subiit et ceteri qui remanserant, Thrasyllus, Pericles, Lysias, Aristocrates, Diomedon, ut tradit Philochorus.

122.

Consuetum fuit apud Athenienses, ut quotiescunque aliquid de republica decernendum esset, statuto die sententia ad populum referretur. Hoc autem ante constitutionem quadringentorum etiam fiebat, ut Thucydides libro octavo testatur: « Interea vero temporis Pisander ejusque collegæ Athenas reversi confestim ceteris peragendis operam dare cœperunt. Ac primum quidem populo coacto sententiam dixerunt, decem viros legum conscribendarum caussa deligendos, penes quos liberum imperium esset: hi vero rogationem scriptam ad populum ad certam diem ferrent, qua ratione respublica optime administrari posset. » Erant autem omnes legibus scribendis tunc electi numero triginta, ut ait Androtio et Philochorus, uterque in Atthide. Thucydides vero tantum decem Probulorum mentionem facit.

123

Qui cum Thrasybulo Phylam occupaverant et triginta viros in Piræeo vicerant, quum Athenas rediissent, sciscere

Digitized by Google

ψηφίσασθαι ἔδοξε, μὴ μνησικακῆσαι ἀλλήλοις καθάπαξ μηδὲν τοὺς πολίτας. Ἀλλὰ ταῦτά γε οὕπω ἐπέπρακτο, οὐδὲ τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἤδη ἦν, ἀλλὰ καὶ, ὡς Φιλόχορός φησιν, « πέμπτῳ ἔτει ὕστερον τῆς Θρασυβούλου γενομένης Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ. »

Postrema, quæ secundum codicem Venet. 474 exhibuimus, luxata sunt. Aldina legit: ὕστερον μάχεται μετὰ Θρασυβούλου γενομένου ἢ κ.τ.λ. Idem habet cod. Florentin. Laurent., nisi quod ibi pro γενομένου ἢ reperitur γενομένους. Hemsterhusius emendavit πέμπτῳ ἔτει ὕστερον μάχῃ τῶν μετὰ Θρασυβούλου γενομένη ἦν. In quibus offendit, ut ipse Hemsterh. sensit, illud γενομένη ἦν. Quare equidem malim: μάχῃ τοῖς μετὰ Θρ. γενομένοις ἦν. Dindorfio ex vestigiis cod. Ven. scribendum videtur: ὕστερον μάχης γενομένης, deleto Θρασυβούλου, quod ex superiore illo μετὰ Θρασυβούλου Φυλὴν καταλαβόντας ortum putat. Dukerus conjecit πέμπτῳ ἔ. ὕστερον μάχεται μετὰ Θρασυβούλου ἐν Πειραιεῖ γενομένου ὁ Κριτίας καὶ τελευτᾷ.

124.

Harpocr. s. v. Πομπείας: ... Πομπεῖα δὲ λέγεται τὰ εἰς τὰς πομπὰς κατασκευαζόμενα σκεύη, ὡς ὁ αὐτὸς ῥήτωρ (Δημοσθένης) κατ' Ἀνδροτίωνος ὑποσημαίνει. « Πομπείοις δὲ, φησὶ Φιλόχορος, πρότερον ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς ἐκ τῆς οὐσίας τῶν τριάκοντα κατασκευασθεῖσιν· ὀψὲ δὲ, φησὶ, καὶ Ἀνδροτίων ἄλλα κατεσκεύασεν. »

Repetita hæc sunt a Suida, Phavorino et Photio in Lex. h. v.

LIBER V.

Ex libro quinto citantur, quæ Philochorus dixit de Symmoriis tributorum Olymp. C, 3 institutis (fr. 126), de Stryma urbe, cujus mentio facta est sub archonte Timocrate Olymp. CIV, 4 (fr. 128; cf. Demosth. C. Polyclet. p. 1213, 15, Bœckh. l. l. p. 19), de Dato urbe, quæ memoranda erat sub archonte Callimede, Olymp. CV, 1 (fr. 127; cf. Bœckh. p. 18) Quum autem certum sit, ea quæ in Olymp. CV, 3 incidunt, libro sexto narrata esse (fr. 129), statuendum videtur, libro quinto historiam ab Olymp. XCIV, 1 usque ad id tempus, quo Philippus in Macedonia regnare cœpit, deductam esse.

125. [Olymp. XCVI, 2.]

Schol. Arist. Eccles. 193: Περὶ τοῦ συμμαχικοῦ Φιλόχορος ἱστορεῖ, ὅτι πρὸ δύο ἐτῶν ἐγένετο συμμαχία Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν.

Ol. 96, 2 societas inter Athenienses, Boeotos, Argivos et Corinthios inita est contra Lacedæmonios, quare Petitus Miscell. I, 15 et Palmerius Exerc. p. 777 pro Λακεδαιμονίων recte scripserunt Ἀθηναίων.

126. [Olymp. C, 3.]

Harpocr. v. Συμμορία: ... Οὐχ ἅπαν τὸ χρῆμα ... διῃρῆτο εἰς τὰς συμμορίας Ἀθήνησιν, ἀλλὰ μόνοι οἱ πλούσιοι καὶ εἰσφέρειν τῇ πόλει δυνάμενοι ... Διῃρέθησαν δὲ πρῶτον Ἀθηναῖοι κατὰ συμμορίας ἐπὶ Ναυσινίκου (Ναυσικοῦ codd.) ἄρχοντος, ὡς φησι Φιλόχορος ἐν τῇ πέμπτῃ Ἀτθίδος.

Suidas h. v. Philochori nomen omisit; Etym. M. auctor omnia repetivit.

127.

Harpocr.: Δάτος, πόλις ἐστὶ Θράκης στρατηγὸς εὐδαίμων. ... Μετωνομάσθη μέντοι ἡ πόλις τῶν Δατηνῶν, Φιλίππου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως κρατήσαντος αὐτῆς, ὡς Ἔφορός τέ φησι καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ πέμπτῃ.

Lenzius monet post Δατηνῶν excidisse Φιλιπποι. Cf. Diodor. XVI, 71.

128.

Harpocr.: Στρύμη: ... Ἀποικίαι δὲ εἰσὶ Θασίων τῆς Θράκης Γάληψος καὶ Στρύμη ἡ νῆσος. Ἔστι δὲ ἐμπόριον Θασίων. Μνημονεύει τῶν Θασίων πρὸς Μαρωνείτας περὶ τῆς Στρύμης ἀμφισβητήσεως Φιλόχορος ἐν πέμπτῃ, Ἀρχίλοχον ἐπαγόμενος μάρτυρα.

---

visum est, ne cives injuriarum memores sibi invicem irascerentur. Sed hæc nondum acta erant (quum primus Plutus editus est, archonte Diocle), neque quæ sub triginta viris acciderunt: quinque enim annis post pugna cum Thrasybulo ejusque sociis in Piræeo, in qua Critias cæsus, commissa est.

124.

Πομπεῖα dicuntur vasa in solennia pomparum apparata, ut Demosthenes indicat contra Androtionem. « Primitus, Philochoro teste, Athenienses Πομπείοις utebantur e bonis triginta tyrannorum factis, multo vero post, ait, alia Androtio fecit. »

LIBER V.

125.

Quod attinet ad bellum sociale, Philochorus narrat, duobus annis ante (Ecclesiazusarum editionem) Athenienses et Bœotos societatem iniisse.

126.

Συμμορία, classis. — Non omnis multitudo Athenis in symmorias distributa erat, sed divites solum, et qui conferre civitati pecunias poterant. Primum vero Athenienses in symmorias divisi sunt archonte Nausinico, ut ait Philochorus libro quinto Atthidis.

127.

Datus, urbs Thraciæ valde opulenta. ... Datenorum tamen civitas, quum eam Philippus Macedonum rex occupasset, transnominata est, ut Ephorus testatur, et Philochorus in quinto.

128.

Thasiorum in Thracia coloniæ sunt Galepsus et Stryme insula, quæ est Thasiorum emporium. Controversiæ de Stryme inter Thasios et Maronitas, Philochorus, Archilochum laudans testem, meminit libro quinto.

Digitized by Google

LIBER VI.

Libro sexto tribuuntur, quæ a Philochoro arrata sunt de symmoriis trierarchiæ Olymp. V, 3 institutis (fr. 129), de sacra trieri circa lymp. CVI a Philippo Atheniensibus erepta (fr. 30), de bello Olynthiaco Olymp. CVII, 4 ıscepto (fr. 132), de civium recensione .rchia archonte, Olymp. CVIII, 3 facta (fr. 33), de rebus gestis, quæ incidunt in)lymp. CX, 1 et CX, 2 (fr. 135), de ludis hytrinis a Lycurgo oratore instauratis inter)lymp. CX, 3 et CXII, 3 (fr. 137). Theoris vates, de qua Philochorus hoc in libro loquutus est (fr. 136), quo anno a Demosthene accusata sit, non habemus compertum, ed ex Bœckhii sententia non est, cur hoc post ›rœlium Chæronense factum esse existimemus. Nihil igitur obstat, quin statuamus, libro sexto istoriam Atticam ab Olymp. CV, 1 usque ad ·um annum, quo Alexander imperium iniit,)lymp. CXI, 1 comprehensam esse; sed si reputemus, Philochorum in libro peculiari egisse le archontibus ab Olymp. CI, 3 usque ad Olymp. CXV, 2, i. e. usque ad tempus, quo ipse florere :œpit, porro inde a septimo Atthidis libro eum ıuæ memoriæ historiam prolixe tractasse, denique sex priores Atthidis libros separatim editos :sse videri, Bœckhio, qui his de rebus sagacissime disputavit, credere cogimur, librum sextum Atthidis eodem modo ac librum de archontibus)ertinuisse usque ad Olymp. CXV, 2, a quo tempore suæ ætatis historiam tradidit. Incipit autem ıoc anno Cassandri imperium, quo mox gravissima reipublicæ Atheniensium facta est mutatio.

129. [Olymp. CV, 3.]

Harpocrationis: Χίλιοι διακόσιοι, οἱ πλουσιώτατοι Ἀθηναίων χίλιοι καὶ διακόσιοι ἦσαν, οἳ καὶ λειτούργουν. Μνημονεύουσι δ' αὐτῶν καὶ ἄλλοι ῥήτορες καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ ἕκτῃ.

Suidas Philochori nomen omisit.

130 a.

Harpocr. v. Ἱερὰ τριήρης: Δημοσθένης ἐν δ' Φιλιππικῶν· « Καὶ τὴν ἱερὰν ἀπὸ τῆς χώρας ᾤχετο ἔχων τριήρη. » Λέγοι ἂν τὴν Πάραλον, ὡς συνιδεῖν ἔστιν ἔκ τε τῆς Φιλοχόρου καὶ ἐκ τῆς Ἀνδροτίωνος ὁμοίως ἕκτης.

130 b.

App. Photii Porson. p. 676, 7, s. v. Πάραλος καὶ Σαλαμινία: ... Ἡ δὲ Πάραλος καὶ ἀπό τινος ἥρωος ἐπιχωρίου ἐκλήθη· τῆς μὲν Παράλου καὶ Σαλαμινίας ἐν τρίτῃ μνημονεύει Θουκυδίδης, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισιν. Ἀριστοτέλης δὲ Ἀμοριάδα καὶ Πάραλον οἶδε· καὶ Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους· Στησίχορος δὲ ἐν τῇ ς' τέτταρας αὐτὰς οἶδε, πρώτας μὲν δύο, Ἀμοριάδα καὶ Πάραλον, πρυσγενομένας δὲ Δημητριάδα καὶ Ἀντιδονίδα.

Pro Στησίχορος legendum esse Φιλόχορος ex Harpocrationis loco modo laudato, in quo idem liber citatur, patet. Ἀντιδονίδα mutandum in Ἀντιγονίδα.

131. [Olymp. CVII, 1.]

Dionys. Halic. t. 2, p. 118, 40 Sylb.: Οἱ μὲν εἰς Σάμον ἀποσταλέντες κληροῦχοι, κατὰ τοῦτον τὸν ἄρχοντα (Ἀριστόδημον) ἀπεστάλησαν, ὡς Φιλόχορος ἐν ταῖς ἱστορίαις λέγει.

132. [Olymp. CVII, 4.]

Dionys. Hal. t. 2, p. 122, 32 Sylb.: Οὗτος (ὁ Ὀλυνθιακὸς πόλεμος) ἐπὶ Καλλιμάχου γέγονεν ἄρχοντος, ὡς δηλοῖ Φιλόχορος ἐν ς' βίβλῳ τῆς Ἀτθίδος, κατὰ λέξιν οὕτω γράφων· « Καλλίμαχος Περγασῆθεν· ἐπὶ τούτου Ὀλυνθίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου, καὶ πρέσβεις Ἀθήναζε πέμψασιν οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τε ἐποιήσαντο καὶ βοήθειαν ἔπεμψαν, πελταστὰς μὲν δισχιλίους, τριήρεις δὲ τριάκοντα τὰς μετὰ Χάρητος, ἃς καὶ συνεπλήρωσαν. « Ἔπειτα διεξελθὼν ὀλίγα τὰ μεταξὺ γενόμενα, τίθησι ταυτί· » Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Χαλκιδέων τῶν ἐπὶ Θράκης θλιβομένων τῷ πολέμῳ, καὶ πρεσβευσαμένων Ἀθήναζε, Χαρί-

LIBER VI.

129.

Ditissimi Atheniensium mille ducenti fuerunt, qui et munia obibant publica. Horum cum alii rhetores mentionem faciunt, tum Philochorus libro sexto.

130 a.

Demosthenes in quarta Philippicarum: « Atque ex terra profectus est sacram habens trierem. » Paralum dicere videtur, ut cognoscere licet cum ex Philochori, tum similiter ex Androtionis libro sexto.

130 b.

Paralus et Salaminia. Paralus ab heroe quodam patrio nomen accepit; Parali et Salaminiæ Thucydides mentionem facit libro tertio, et Aristophanes in Avibus. Aristoteles Amoriadem et Paralum memorat, itemque Dinarchus oratione contra Timocratem. Stesichorus (Philochorus) vero libro sexto quatuor memorat, duas illas priores, Amoriadem et Paralum, præter easque Demetriadem et Antigonidem.

131.

Coloni, qui in Samum deducti sunt, hoc archonte (Aristodemo) missi sunt, ut in Historiis tradit Philochorus.

132.

Hoc bellum (Olynthiacum) gestum esse Callimacho Athenis archonte Philochorus testatur libro sexto Rerum Atticarum, sic scribens: « Callimachus Pergasæus. Sub hoc cum Olynthiis bello pressis a Philippo, quum legatos misissent Athenas, Athenienses societatem inierunt, et auxilio miserunt pedites bis mille, triremes vero triginta, quæ Chareti parebant, quas et impleverunt militibus. » Post vero paucis, quæ interea gesta sunt, interjectis, hæc addit: « Eodem ipso tempore Chalcidensibus in Thracia bello oppressis, quum misissent Athenas legatos, miserunt

Digitized by Google

δημον αὐτοῖς ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν ἐν Ἑλλεσπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαίδεκα τριήρεις καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, ἦλθεν εἴς τε Παλλήνην καὶ τὴν Βοττιαίαν μετ' Ὀλυνθίων, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησεν.» Ἔπειθ' ὑπὲρ τῆς τρίτης συμμαχίας λέγει ταυτί· «Πάλιν δὲ τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ δεομένων, μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικὴν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων, ἔπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτακαίδεκα, τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας δισχιλίους καὶ ἱππεῖς τριακοσίους ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρατηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ στόλου παντός.»

Ulpian. ad Demosth. Olynth. II, p. 24 Wolf.: Ἰστέον δὲ, ὅτι φησὶ καὶ ὁ Φιλόχορος, ὅτι τρεῖς βοήθειαι ἐπέμφθησαν, καθ' ἕκαστον λόγον (τοῦ Δημοσθένους) μίας πεμπομένης, ὡς τῆς πρώτης μὴ οὔσης ἱκανῆς.

133. [Olymp. CVIII, 3.]

Harpocr.: Διαψήφισις ἰδίως λέγεται ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἐξετάσεων, αἳ γίγνονται περὶ ἑκάστου τῶν δημοτευομένων, εἰ τῷ ὄντι πολίτης καὶ δημότης ἐστὶν ἢ παρεγγέγραπται ξένος ὤν. ... Ἐντελέστατα δὲ διείληκται περὶ τῶν διαψηφίσεων, ὡς γεγόνασιν ἐπὶ Ἀρχίου ἄρχοντος, Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῳ τῆς Ἀτθίδος.

134. [Olymp. CIX, 2.]

Dionys. Hal. t. 2, p. 119: Διοπείθους ἔτι περὶ Ἑλλήσποντον τοῦ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῦ διατρίβοντος, εἴρηται ὁ λόγος, ὡς ἐξ αὐτοῦ γίνεται φανερόν. Ἔστι δὲ ὁ χρόνος κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα, ὡς δηλοῖ Φιλόχορος σὺν τοῖς ἄλλοις ἐπὶ τούτου τοῦ ἄρχοντος, οὐδέπω εἰκοστὸν ἔχων ἔτος.

Ultima verba Siebelis ita restitui voluit: ὡς δηλοῖ Φιλόχορος ἐν τοῖς γενομένοις ἐπὶ τούτου τοῦ ἄρχοντος, οὐδέπω εἰκοστὸν ἔχοντος ἔτος Δεινάρχου.

135. [Olymp. CX, 1, 2.]

Dionys. Halic. t. 2, p. 123, 45 Sylb.: Τὰς δὲ αἰτίας, δι' ἃς εἰς τὸν πόλεμον κατέστησαν (Ἀθηναῖοι καὶ Φίλιππος), ἀδικεῖσθαι λέγοντες ἀμφότεροι, καὶ τὸν χρόνον, ἐν ᾧ τὴν εἰρήνην ἔλυσαν, ἀκριβῶς δηλοῖ Φιλόχορος ἐν τῇ ς' Ἀτθίδος βίβλῳ. Θήσω δὲ ἐξ αὐτῆς τὰ ἀναγκαιότατα. «Θεόφραστος Ἀλλαιεύς· ἐπὶ τούτου Φίλιππος τὸ μὲν πρῶτον ἀναπλεύσας Περίνθῳ προσέβαλεν· ἀποτυχὼν δ' ἐντεῦθεν Βυζάντιον ἐπολιόρκει, καὶ μηχανήματα προσῆγεν.» Ἔπειτα διεξελθὼν ὅσα τοῖς Ἀθηναίοις ὁ Φίλιππος ἐνεκάλει διὰ τῆς ἐπιστολῆς καὶ Δημοσθένους παρακαλέσαντος αὐτοὺς πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ ψηφίσματα γράψαντος, ἐχειροτόνησε, τὴν μὲν στήλην καθελεῖν τὴν περὶ τῆς πρὸς Φίλιππον εἰρήνης καὶ συμμαχίας σταθεῖσαν, ναῦς δὲ πληροῦν καὶ τὰ ἄλλα ἐνεργεῖν τὰ τοῦ πολέμου· ταῦτα γράψας κατὰ Θεόφραστον ἄρχοντα γεγονέναι, ᾧ μετ' ἐκεῖνον ἐνιαυτῷ τὰ πραχθέντα μετὰ τὴν λύσιν τῆς εἰρήνης ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἄρχοντος διεξέρχεται. Θήσω δὲ καὶ τούτων αὐτῶν τὰ ἀναγκαιότατα. «Λυσιμαχίδης Ἀχαρνεύς· ἐπὶ τούτου τὰ μὲν ἔργα τὰ περὶ τοὺς νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην ἀνεβάλοντο διὰ τὸν πόλεμον πρὸς Φίλιππον· τὰ δὲ χρήματ' ἐψηφίσαντο πάντ' εἶναι στρατιωτικὰ, Δημοσθένους γράψαντος. Φιλίππου δὲ καταλαβόντος Ἐλάτειαν καὶ Κυτίνιον, καὶ πρέσβεις πέμψαντος εἰς Θήβας Θεττα-

---

Athenienses Charidemum, in Hellesponto classi præfectum; qui octodecim triremes et militum quatuor millia, equites vero centum et quinquaginta decem ducens, profectus est in Pallenen et Bottiæam cum Olynthiis, et regionem omnem vastavit.» Mox de tertia societate sic ait: «Missis iterum ab Olynthiis Athenas legatis, qui rogarent, ne bello oppressos contemnerent, sed auxilium præter eas copias, quas haberent, mitterent, non ex peregrinis militibus, sed ex civibus Atheniensibus, misit ad eos populus alias triremes septendecim, civium vero armatorum millia duo equitesque trecentos navibus hippagis impositos, Chares vero classi præfectus est.»—Memoratudignum est, Philochorum quoque tradere, ter esse copias Olynthiis auxilio missas, singulas post singulas Demosthenis orationes, quum non sufficerent quæ missæ essent primæ.

133.

Διαψήφισις proprie dicitur recensio eorum qui sunt in demis, qua quisque popularium recognoscitur, ut sciatur verusne civis sit et popularis an peregrinus falso in civitatem adscriptus. Plenissime de recensionibus, quæ archonte Archia institutæ sunt, dixerunt Androtio et Philochorus libro sexto Atthidis.

134.

Diopithe, duce Atheniensi, adhuc circa Hellespontum rem gerente, dicta est hæc oratio, uti ex ipsa patet, idque factum est circa tempora Archontis Pythodoti, ut in hoc archonte Philochorus et alii ostendunt, quum Dinarchus nondum viginti annorum esset.

135.

Causas ob quas ad arma ventum est, quum utrique injurias sibi illatas esse dicerent, atque tempus, quo pax soluta est, Philochorus accurate refert, Rerum Atticarum libro sexto: cujus ea potissimum hic afferam, quæ maxime necessaria sunt: «Theophrastus Allæensis. Sub hoc Philippus prima expeditione irruit in Perinthum. Quumque non satis successisset ex sententia, hinc Byzantium obsedit, machinasque admovit.» Deinde postquam exposuit, quas ob res Philippus Athenienses accusaverit in epistola, atque narravit, hos, quum Demosthenes adhortatus esset, ut bellum gererent plebiscitumque proposuisset, decrevisse «columnam, quæ de pace et societate cum Philippo inita posita esset, dejiciendam, naves vero implendas, parandaque esse quæ ad bellum necessaria essent», hæc postquam narravit sub Theophrasto archonte gesta esse, mox subjicit quæ sequenti anno acta sunt, rupta pace, Lysimachide archonte. Apponam et ex his quæ maxime necessaria sunt: «Lysimachides Acharnensis. Sub hoc opera in navibus et armamentario intermissa sunt, ob bellum cum Philippo exortum: pecunias vero omnes decreverunt militiæ impendi, rogationem perferente Demosthene. Quum vero Philippus Elateam cepisset et Cytinium, legatosque Thes-

Digitized by Google

ῶν, Αἰνιάνων, Αἰτωλῶν, Δολόπων, Φθιωτῶν· Ἀθηναίων δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πρέσβεις ἀποστειλάντων τοὺς περὶ Δημοσθένη, τούτοις συμμαχεῖν ἐψηφίσατο. »

Verba καὶ Δημοσθένους ἐχειροτόνησε mutila sunt: Sylburg. hanc adhibet medelam: καὶ ὡς Δημοσθένους... γράψαντος, ἐχειροτόνησεν ὁ δῆμος. Sub finem hujus loci haud dubie scribendum est ἐψηφίσαντο.

136.

Harpocr. v. Θεωρίς: Μάντις ἦν ἡ Θεωρὶς, καὶ ἰσπεδείας κριθεῖσα ἀπέθανεν, ὡς καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῃ γράφει.

137.

Schol. Arist. Ran. 218: Ἤγοντο ἀγῶνες αὐτόθι, οἱ Χύτρινοι καλούμενοι, καθά φησι Φιλόχορος ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἀτθίδων.

Phavorinus habet οἱ χύτριοι pro οἱ χυτρίνοι.

138.

Harpocr.: Κατατομή· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους· Καὶ καθήμενος κάτω ὑπὸ τῇ κατατομῇ. Φιλόχορος δὲ ἐν ἕκτῃ οὕτως· « Αἰσχραῖος Ἀναγυράσιος ἀνέθηκε τὸν ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τρίποδα καταργυρώσας, νενικηκὼς τῷ πρότερον ἔτει χορηγῶν παισὶ, καὶ ἐπέγραψεν ἐπὶ τὴν κατατομὴν τῆς πέτρας. »

Phavorinus h. v. eadem verba habet, Suidas v. v. et Photius in Lex. p. 107 nonnisi ultimam partem dant. V. H. Steph. Thesaur. s. ead. v.

139. [Olymp. CXIV, 3.]

Plutarch. Orator. vitt. p. 846, fin. (Reisk. IX, p. 367) de morte Demosthenis: Ἀποθανεῖν αὐτὸν Φιλόχορος μέν φησι φάρμακον πιόντα, Σάτυρος δὲ ὁ συγγραφεὺς, τὸν κάλαμον πεφαρμάχθαι, ᾧ γράφειν ἤρξατο τὴν ἐπιστολὴν, οὗ γευσάμενον ἀποθανεῖν.

LIBER VII.

In libro septimo memorati sunt magistratus, quos Demetrius Phalereus constituit, νομοφύλακες (fr. 141), ἀποστολεῖς (fr. 142), γυναικονόμοι (fr. 143). Credibile est, hunc librum ab Olymp. CXV, 3 usque ad Olymp. CXVII, 2, quo anno Antigonus, Cassander, Ptolemæus et Lysimachus pacem inter se composuerunt, pertinuisse.

140.

Harpocrat.: Φυλὴ δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Οἰνηΐδος. Μένανδρος Δυσκόλῳ· Τῆς Ἀττικῆς νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον Φυλήν· τὸ Νυμφαῖον δ' ὅθεν προέρχομαι Φυλασίων. Φιλόχορος δὲ ἐν ἑβδόμῳ Ἀτθίδος φρούριον αὐτό φησιν εἶναι.

141 a.

Harpocrat.: Νομοφύλακες· ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις οὕτω ἐκαλεῖτο, διαφέρουσα τῶν θεσμοθετῶν.... Φιλόχορος ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἄλλα τέ τινα διεξῆλθε περὶ αὐτῶν καὶ ὅτι οὗτοι τὰς ἀρχὰς ἐπηνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι.

Eadem Suidas, qui vero Philochori non facit mentionem.

141 b.

Appendix Photii Porson. p. 674, 5: Νομοφύλακες ἕτεροί εἰσι τῶν θεσμοθετῶν, ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ ζ'. Οἱ μὲν γὰρ ἄρχοντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον ἐστεφανωμένοι· οἱ δὲ νομοφύλακες στροφία χαλκᾷ ἄγοντες καὶ ἐν ταῖς θέαις ἐναντίον ἀρχόντων ἐκαθέζοντο· καὶ τὴν πομπὴν ἔπεμπον τῇ Παλλάδι, τὰς δὲ ἀρχὰς ἠνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τῇ βουλῇ μετὰ τῶν προέδρων ἐκάθηντο, κωλύοντες τὰ ἀσύμφορα τῇ πόλει πράττειν. Ἑπτὰ δὲ ἦσαν· καὶ κατέστησαν, ὡς Φιλόχορος, ὅτε Ἐφιάλτης μόνα κατέλιπε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος.

---

alorum, Ænianum, Ætolorum, Dolopum et Phthiotarum Thebas misisset, Athenienses vero eodem tempore legatum eo misissent Demosthenem, Thebani decreverunt cum his societatem inire. »

136.

Hæc Theoris erat fatidica et ob impietatis crimen morte mulctata est, ut Philochorus libro sexto testatur.

137.

Celebrabantur ibi (in urbe Athenarum) ludi, quos Chytrinos vocabant, ut ait Philochorus libro sexto Atthidum.

138.

Incisura. — Hyperides in oratione contra Demosthenem: « Et infra sedens sub incisura, » Philochorus autem libro sexto sic: « Tripodem illum argenteum pro theatro dicavit Æschræus Anagyrasius, qui anno antecedenti choragus pueris vicerat et in ipsa rupis pariete inscripsit (victoriam).

139.

Mortuum eum (Demosthenem) esse tradit Philochorus epoto veneno; Satyrus autem, historiæ scriptor, veneno imbutum fuisse calamum, quo scribere epistolam cœperit, eoque gustato, ipsum periisse.

LIBER VII.

140.

Phyle est populus Œneidis tribus. Menander autem in Moroso: Terræ Atticæ putate esse locum Phylen, atque Nymphæum, unde progredior, Phylasiorum. Sed Philochorus castellum id esse tradit, libro septimo Atthidis.

141 a.

Nomophylaces, magistratus apud Athenienses ita appellabatur, a Thesmothetis diversus ... Philochorus libro septimo quum alia nonnulla de iis dixit, tum eos coegisse magistratus legibus uti.

141 b.

Nomophylaces differunt a Thesmothetis, ut Philochorus scribit libro septimo; archontes enim in Areopagum ascendebant coronati, nomophylaces vero redimiculum æneum gestabant et in spectaculis e regione archontibus sedebant; Minervæ pompam ducebant, et magistratus cogebant legibus uti; in comitiis et in senatu cum proedris præsidebant, impedientes, ne quid decerneretur, quod urbi esset noxium; erant autem septem et constituti sunt quo tempore Ephialtes Areopago nonnisi judicia capitis reliquisset.

Digitized by Google

Schœmannus (Antiqq. juris publ. Græc., p. 299) monet Philochorum probabiliter jam libro tertio mentionem fecisse nomophylacum ab Ephialte institutorum, sed breviter tantummodo, ut de magistratu qui mox abolitus fuerit; copiose vero de iis in universum disputasse libro septimo, quum de Demetrio Phalereo narraret: Bœckhium igitur (De Philoch. p. 25, sqq.) non debuisse de hoc magistratu ab Ephialte instituto ob eam rationem dubitare, quod Philochorus de eo septimo demum libro exposuisse dicatur.

142.

Harpocrat.: Ἀποστολεῖς, οἱ ἐπὶ τῆς ἐκπομπῆς τῶν τριήρων ἀποδεδειγμένοι. Δημοσθένης ... καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ ἑβδόμῃ.

143.

Athen. VI, 11, p. 245, C: Φιλόχορος ἐν ἑβδόμῃ Ἀτθίδος, «Οἱ γυναικονόμοι, φησὶ, μετὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἐσκόπουν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους, ἔν τε τοῖς γάμοις καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις.»

LIBER VIII.

Libri octavi, qui incepisse videtur ab Olymp. CXVII, 2, terminus fuit Olymp. CXVIII, 2, ut apparet ex fr. 144.

144. [Olymp. CXVIII, 2.]

Dionys. Hal. t. 2, p. 113, Dinarchum narrat Anaxicrate archonte, sub quo Antigonus et Demetrius Cassandri præsidium Athenis expulerunt, accusatum esse, sed non ausum in judicium venire in Eubœam discessisse; inde quindecim annis post Athenas rediisse et a Proxeno receptum esse, sed quum aurum perdidisset, Proxeno negligenter hoc quærenti actionem de amissa pecunia intendisse. Tum pergit: Οὗτος μὲν ὁ βίος τἀνδρός· ἀποδείκνυται δ' ἕκαστον αὐτῶν ἔκ τε τῶν ἱστοριῶν τῶν Φιλοχόρου, καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς περὶ αὑτοῦ συνέγραψεν ἐν τῷ λόγῳ τῷ κατὰ Προξένου. ... Φιλόχορος δὲ ἐν ταῖς Ἀττικαῖς ἱστορίαις περί τε τῆς αὐτῆς τῶν καλεσάντων τὸν δῆμον, καὶ περὶ τῆς καθόδου πάλιν οὕτως λέγει· «Τοῦ γὰρ Ἀναξικράτους ἄρχοντος εὐθὺ μὲν ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις ἑάλω· ὁ δὲ Δημήτριος, ὁ κατελθὼν ἐκ τῶν Μεγάρων, κατεσκευάζετο τὰ πρὸς τὴν Μουνυχίαν, καὶ τὰ τείχη κατασκάψας ἀπέδωκε τῷ δήμῳ. Ὕστερον δὲ εἰσηγγέλθησαν πολλοὶ πολιτῶν, ἐν οἷς καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. Τῶν δὲ εἰσαγγελθέντων, τοὺς μὲν οὐχ ὑπομείναντας τὴν κρίσιν, ἐνεθανάτωσαν τῇ ψήφῳ, τοὺς δ' ὑπακούσαντας, ἀπέλυσαν.» Ταῦτα μὲν οὖν τῆς ὁδοῦ.

Pro περί τε τῆς αὐτῆς τῶν καλεσάντων τὸν δῆμον Sylburgius bene scripsit περί τε τῆς φυγῆς τῶν καταλυσάντων τὸν δῆμον.

145. [Olymp. CXVIII, 2.]

Athen. XV, 16, p. 697, A: Ἐπ' Ἀντιγόνῳ δὲ καὶ Δημητρίῳ φησὶ Φιλόχορος Ἀθηναίους ᾄδειν παιᾶνας, τοὺς πεποιημένους ὑπὸ Ἑρμίππου τοῦ Κυζικηνοῦ, ἐφαμίλλων γενομένων τῶν παιᾶνας ποιησάντων πολλῶν, καὶ τοῦ Ἑρμοκλέους προκριθέντος.

LIBER IX.

Liber nonus complexus est tres vel quatuor annos ab Olymp. CXVIII, 3 usque ad Olymp. CXIX, 2 vel Olymp. CXIX, 3; ex hoc enim libro afferuntur, quæ Olymp. CXVIII, 3 acciderunt; tertium autem annum Olymp. CXIX ad librum decimum pertinere, ex fr. 148 clarum fit, ubi narratur, Demetrium Poliorcetam utrisque mysteriis initiatum esse, quod illo anno factum est.

146. [Olymp. CXVIII, 3.]

Dionys. Hal. t. 2, p. 113 Sylb.: Ἐν δὲ τῇ ἐνάτῃ φησί (Φιλόχορος)· «Τοῦ δ' ἐνιαυτοῦ τουδὶ διελθόντος, ἑτέρου δ' εἰσιόντος, ἐν ἀκροπόλει σημεῖον ἐγένετο τοιοῦ-

---

142.

Ἀποστολεῖς, qui ad emissionem triremium designati sunt. Demosthenes et Philochorus libro septimo.

143.

Philochorus libro septimo Atthidis: « Gynæconomi, ait, cum Areopagitis inspiciebant convivia in domibus instituta, quum in nuptiis, tum in aliis sacris epulis.»

LIBER VIII.

144.

Hæc Dinarchi vitæ ratio fuit: quæ ex Historiis Philochori depromta sunt, et ex iis quæ ipse de se in oratione contra Proxenum scripsit. ... Philochorus vero in Historiis Atticis de eodem exilio eorum qui populum ad seditionem commoverant, deque eorum reditu, hæc commemorat: « Anaxicrate enim archonte, primo impetu Megarensium civitas capta est: Demetrius autem Megara reversus præparavit ea, quæ ad Munychiæ defensionem necessaria videbantur: muros etiam dejectos populo reddidit. Plurimi deinde cives denunciati sunt, inter quos fuit Demetrius Phalereus. Denunciatorum vero alii, quum ad judicium venire non auderent, decreto judicum capitis damnati sunt, alii autem morem gerentes absoluti.» Hæc quidem libro octavo.

145.

De Antigono atque Demetrio Philochorus ait, eorum tempore Athenienses canere pæanes ab Hermippo Cyziceno compositos, multis æmulis, qui pæanes fecerant, et ipsi Hermocli prælato.

LIBER IX.

146.

Libro nono tradit (Philochorus) hæc: « Anno hoc elapso et alio inchoante, tale in arce prodigium contigit.

Digitized by Google

το. Κύων εἰς τὸν τῆς Πολιάδος νεὼν εἰσελθοῦσα, καὶ δῦσα εἰς τὸ Πανδρόσιον, ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβᾶσα τοῦ Ἐρκείου Διὸς, τὸν ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ, κατέκειτο. Πάτριον δ' ἐστὶ τοῖς Ἀθηναίοις, κύνα μὴ ἀναβαίνειν εἰς ἀκρόπολιν. Περὶ τὸν αὐτὸν δὲ χρόνον καὶ ἐν τῷ ἱερῷ μεθ' ἡμέραν, ἡλίου τ' ἐξέχοντος καὶ οὔσης αἰθρίας, ἀστὴρ ἐπί τινα χρόνον ἐγένετο ἐκφανής. Ἡμεῖς δ' ἐρωτηθέντες ὑπέρ τε τοῦ σημείου καὶ τοῦ φαντάσματος, εἰς ὃ φέρει, φυγάδων κάθοδον ἔφαμεν προσημαίνειν ἀμφότερα· καὶ ταύτην οὐκ ἐκ μεταβολῆς πραγμάτων ἐσομένην, ἀλλ' ἐν τῇ κατεστώσῃ πολιτείᾳ· καὶ τὴν κρίσιν ἐπιτελεσθῆναι συνέβη. »

147.

Athenæus V, 3, p. 189, C: Λέγονται Ἀθήνησι καὶ ἱεροί τινες αὐλῶνες, ὧν μέμνηται Φιλόχορος ἐν τῇ ἐννάτῃ.

Eadem leguntur in Fragm. Lex. Gr. in calce Hermanni libri De emend. rat. gramm. Gr. p. 328, ubi vero Philochori nomen prætermissum.

LIBER X.

In librum decimum scimus Olymp. CXIX, 3 incidere. Atque persuasit nobis Bœckhius (l. l. p. 29) libris posterioribus passim inserta esse, quæ in prioribus erant omissa; hujusmodi additamenta esse videntur, quæ ex libro decimo afferuntur de xenicis ἐν Κορίνθῳ (fr. 150) et de censu agri Attici (fr. 151).

148. [Olymp. CXIX, 3.]

Jo. Lydus De mensibus a Schow. ed. p. 82, de Dionyso: Φέρεται δὲ καί τις μῦθος περὶ αὐτοῦ (τοῦ Διονύσου) ὡς εἴη γεγονὼς ἐκ Διὸς καὶ Γῆς, τῆς δὲ Γῆς Θεμέλης προσαγορευομένης διὰ τὸ εἰς αὐτὴν πάντα καταθεμελιοῦσθαι, ἢν κατὰ συναλλαγὴν ἑνὸς στοιχείου τοῦ σ, Σεμέλην οἱ ποιηταὶ προσηγορεύκασι.

30.

Schol. ad Odyss. Ψ, 198: Ἑρμῆν' ἀσκήσας]: Ἑρμῆς δ Διὸς καὶ Μαίας τῆς Ἄτλαντος, παῖς ἔτι ὤν, ἐν ἀνθρώποις τέσσαρα μέγιστα εὗρετο· γράμματα, καὶ μουσικὴν, καὶ παλαίστραν, καὶ γεωμετρίαν. Ὅθεν καὶ τοὺς Ἕλληνας τετράγωνον αὐτὸν ἀσκῆσαι, καὶ οὕτως ἐν τοῖς γυμνασίοις ἀναθεῖναι. Τῷ δὲ ὀνειροπομπὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ τοὺς κοιμωμένους αὐτῷ εὔχεσθαι, καὶ αὐτὸν ἀναμένειν, εἵλοντο ἐν τοῖς θαλάμοις ἔχειν αὐτὸν φύλακα τοῦ ὕπνου, ἐπινοῆσαί τε καὶ ἀσκῆσαι τοὺς τῶν κλινῶν πόδας εἰς τὴν τοῦ θεοῦ πρόσοψιν, ὅπως ἀλεξήτορας ἔχοντες ἰδέας [Barnes. em. ἰδίους: Heyne mavult ἀλεξήτορος (sc. θεοῦ) ἰδέας. Neutrum necessarium], τὰ μὲν δείματα μὴ φοβοῖντο, προσδοκῶσι δὲ πλείστην ἐπαφροδισίαν διὰ τῶν ὀνειράτων. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀπολλοδώρῳ τῷ Ἀθηναίῳ.

31.

Eustath. ad e. l. p. 1951, 16: Κυλλήνιος δὲ Ἑρμῆς, μυθικῶς μὲν ἀπὸ Κυλλήνης, ἥτις ὄρος ἐστὶν Ἀρκαδίας, σταδίων ἐννέα Ὀλυμπιακῶν, παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα, καθὰ φασὶν ἱστορεῖν Ἀπολλόδωρον, ὀνομασθὲν ἀπὸ Κυλλήνης ἡρωΐδος τινός· περιᾴδεται δὲ διαφερόντως ἐν τοῖς περὶ τοῦτο τὸ ὄρος τιμᾶσθαι τὸν Ἑρμῆν, κἀκεῖθεν σχεῖν τὸ λεχθὲν ἐπίθετον.

Exscripsit hæc Eustath. ex Steph. Byz. v. Κυλλήνη, ὄρος Ἀρκαδίας, σταδίων ἐννέα παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα, ἀπὸ Κυλλήνης Ναΐδος νύμφης. Etiam ea quæ sequuntur Heynius Apollodoro deberi suspicatur: Ἐν τούτῳ δέ φασι τῷ ὄρει τοὺς κοττύφους λευκοὺς γίγνεσθαι, ἄλλοθι δὲ μηδαμῆ, καὶ φωνὰς ποικίλας προΐεσθαι· θηρεύεσθαι δὲ πρὸς τὴν σελήνην· τῆς δὲ ἡμέρας εἴ τις ἐπιχειροίη, σφόδρα δυσθηράτους

27.

Apollodorus in libris de Diis, « Curiales, inquit, ut majores haberent portiones, acclamabant adstantes: Appendere oportet, nam justo minus est pondere. »

28.

Choes, festum quoddam apud Athenienses agi solitum duodecimo die mensis Anthesterionis. Apollodorus autem ait, Anthesteria generaliter vocari totum festum in honorem Bacchi celebrari solitum; particulariter vero distingui Pithœgia, Choas, Chytra. Aliter: Quum Orestes post cædem [matris] Athenas venisset, eo tempore, quo festum Bacchi Lenæi celebrabatur; ne earundem libationum particeps fieret qui matrem occidisset, Pandion tale quid excogitavit. Singulis convivis congium apposuit, et e suo quemque bibere jussit, non vero cum aliis miscere; quo ne ex eodem cratere biberet Orestes, neu ægre ferret, si ipse solus et separatim ab aliis biberet. Ab illo igitur tempore Choes festum apud Athenienses celebrari cœpit.

29.

Est etiam fabula, quæ Dionysum e Jove atque Terra natum dicit, ex Terra inquam *Themele* cognominata, quippe in qua omnia tamquam in θεμελίῳ, i. e. *in fundamento suo*, posita sint, quamque, una litera *s* commutata, *Semelen* poetæ vocant.

30.

Mercurius, Jovi ex Maja Atlantis filia natus, puer adhuc quattuor res maximas invenit: literas, musicam, palæstram, geometriam. Quare etiam Græci signa ejus quadrata fingunt, et sic ponunt in gymnasiis. Idem quia est ὀνειροπομπός, i. e. somnia immittit, dormituri eum precantur, exspectantque donec somnum injiciat; solent eum in cubiculis habere somni custodem, atque lectorum pedes studeant in dei formam elaborare, ut speciem ejus habeant malorum propulsatricem, nec terriculamenta timeant, sed quam maximas ex somniis capiant delicias. Narratur res ab Apollodoro Atheniensi.

31.

Cyllenius Mercurius mythice dicitur a Cyllene, Arcadiæ monte novem stadiorum Olympiacorum deficientibus pedibus octoginta, ut narrare dicunt Apollodorum, nomen habente a Cyllene heroina. Decantatur autem præcipue in locis ad hunc sitis montem honorari Mercurium, indeque quod diximus illum nactum esse cognomen.

Digitized by Google

εἶναι. Quæ eadem exscripsit Eustath. ad Il. B, p. 300.

32.

Schol. Sophoclis OEd. Colon. 57 : Τιτὰν Προμηθεὺς] Περὶ τοῦ τὸν Προμηθέα περὶ τὴν Ἀκαδημίαν καὶ τὸν Κολωνὸν ἱδρῦσθαι, Ἀπολλόδωρος γράφει οὕτω τῇ π[ερὶ θεῶν ?]· « Συντιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος. Καὶ ἔστιν αὐτῷ παλαιὸν ἵδρυμα, καὶ ναὸς ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ. Δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ᾗ τοῦ τε Προμηθέως ἐστὶ τύπος καὶ τοῦ Ἡφαίστου. Πεποίηται δὲ, ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν, ὁ μὲν Προμηθεὺς πρῶτος καὶ πρεσβύτερος, ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων, ὁ δὲ Ἥφαιστος, νέος καὶ δεύτερος· καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐστιν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος.

Excidit libri numerus et nomen operis. Ms : γρ. οὕτω τῆι π. vacuo spatio relicto.

33.

Idem ibid. v. 58 : Χαλκόπους ὁδός.] Ὡς οὕτω τινὸς καλουμένου τόπου ἐν τῷ ἱερῷ, χαλκόποδος ὁδοῦ. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος δι' αὐτοῦ κατάβασιν εἶναι εἰς Ἅδου. Καὶ Ἴστρος δὲ μνημονεύει τοῦ χαλκοῦ ὁδοῦ καὶ Ἀστυδάμας. Καί τις τῶν χρησμοποιῶν φησι « Βοιωτοὶ δ' ἵπποιο (f. ἱππῆα, ut ἱππεὺς κολωνὸς ap. Schol. Sophocl. et ἱππότης v. 60. *Heynius*) ποτιστείχουσι Κολωνὸν, Ἔνθα λίθος τριπάρανος ἔχει καὶ χάλκεος οὐδός. » V. Müller. Eum. p. 171 not.

34.

Idem ibid. v. 705 : Κύκλος λεύσσει νιν Μορίου Διός] Μόριον Δία εἶπε τὸν ἐπόπτην τῶν μορίων ἐλαιῶν. Καὶ ἔστιν ὁ λεγόμενος Μόριος Ζεὺς [περὶ Ἀκαδημίαν], ὡς φησιν Ἀπολλόδωρος· « Περὶ Ἀκαδημίαν ἐστὶν ὅ, τε τοῦ Καταιβάτου Διὸς βωμὸς, ὃν καὶ Μόριον καλοῦσι, τῶν ἐκεῖ μορίων παρὰ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρυμένων. »

« Forte hæc ad lib. XVII spectarunt. » *Heynius.*

35.

Schol. Apollonii I, 599 : Ὄλυμποι δέ εἰσιν ξ· Μακεδονίας, Θεσσαλίας, ἐν ᾧ καὶ Ὀλύμπιά φησιν Ἀπολλόδωρος ἄγεσθαι, Μυσίας, Κιλικίας, Ἤλιδος, Ἀρκαδίας.

« Cf. Schol. Thucyd. I, 126. Et Demosth. Π. παραπρεσβ. p. 401, 13, Olympia a Philippo, capta Olyntho, acta narrat. » *Heynius.* Dubitari potest utrum ex opere περὶ θεῶν hæc petita sint, an ex Chronicis aut Navium Catalogo.

36.

Schol. Theocr. II, 36 : Ἃ θεὸς ἐν τριόδοισι· τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει.] Τὸν γὰρ χαλκὸν ἐπεῖδον (ἐπῆδον, i. e. fecerunt accinere, ἐπήχουν, ἐπέκραον Heyn.; ἔπηλαν Jacobs.; ἤπειγον Kiessling.; ἔπαιον Coray. ad Plutarch. tom. II, p. 468) ἐν ταῖς ἐκλείψεσι τῆς σελήνης καὶ ἐν τοῖς κατοιχομένοις, ἐπειδὴ ἐνομίζετο καθαρὸς εἶναι καὶ ἀπελαστικὸς τῶν μιασμάτων. Διόπερ πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν καὶ ἀποκάθαρσιν αὐτῷ ἐχρῶντο· ὥς φησι καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ Θεῶν. Aliud Scholion : Τὸ ἄχει ἀντὶ τοῦ ψόφει, κροῦε. Ἐπεὶ ὁ τοῦ χαλκοῦ ἦχος οἰκεῖος τοῖς κατοιχομένοις. Φησὶν Ἀπολλόδωρος Ἀθήνησι τὸν ἱεροφάντην τῆς Κόρης ἐπικαλουμένης ἐπικρούειν τὸ λεγόμενον ἠχεῖον. Καὶ παρὰ Λάκωσι, βασιλέως ἀποθανόντος, εἰώθασι κρούειν λέβητα.

37.

Schol. Theocr. Id. X, 41 : Λυτιέρσης. .... τοῦτον δέ φησιν Ἀπολλόδωρος ᾠδὴν εἶναι θεριστῶν, λέγων οὕτω· « Καθάπερ ἐν μὲν θρήνοις Ἰάλεμος, ἐν δὲ ὕμνοις Ἴουλος, ἀφ' ὧν καὶ τὰς ᾠδὰς αὐτὰς καλοῦσιν, οὕτω καὶ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ Λυτιέρσης. » Cf Athenæus XIV.

32.

De Promethei juxta Academiam atque Colonum consecratione Apollodorus scribit ita : « Colitur ille in Academia una cum Minerva, sicut Vulcanus. Atque est ei vetus signum fanumque in sacrario deæ. Monstratur etiam basis antiqua in aditu, in qua Promethei signum et Vulcani. Primum vero et antiquius, ut Lysimachides quoque dicit, illud est Promethei dextra sceptrum tenentis, secundum vero ac recentius Vulcani. Et ara est utriusque communis in basi efficta.

33.

Limen æreum; sic appellatur locus quidam in sacrario. Dicit vero Apollodorus per id descensum esse ad inferos. Istrus quoque liminis ærei meminit et Astydamas. Atque eorum unus qui oracula condunt, dicit : « Bœoti tendunt ad Colonum equestrem, ubi saxum triceps et limen æreum. »

34.

Morium Jovem dixit sacrarum olearum, quas *morias* vocant, inspectorem. Atque est hic Jupiter Morius ad Academiam, ut dicit Apollodorus : « Juxta Academiam ara est Jovis Catæbatæ (i. e. *qui per fulmina de cœlo descendit*), quem etiam Morium nominant ab oleis ad Minervæ templum consecratis. »

35.

Olympi numerantur sex : Macedoniæ, Thessaliæ, in quo etiam Olympia agi Apollodorus dicit, Mysiæ, Ciliciæ, Elidis, Arcadiæ.

36.

Æs pulsabant in lunæ defectu et ad mortuos, quum putaretur purum esse et liberans a contaminatione. Quare ad omnem expiationem et expurgationem eo utebantur, ut Apollodorus quoque in libro de Diis inscripto testatur. Vox ἄχει in Theocrito posita est pro ψόφει, κροῦε, i. e. *pulsa*. Etenim æris sonus peculiariter pertinet ad inferos. Apollodorus dicit Athenis sycophantam in Proserpinæ invocatione ἠχεῖον quod dicunt, i. e. vas æreum ita fabricatum, ut, quum tangitur, sonitum faciat, pulsare. Apud Lacedæmonios quoque, ubi rex vita decesserit, lebetem pulsare solent.

37.

Lytiersen Apollodorus dicit cantilenam esse messorum, his utens verbis : « Ut in threnis Ialemus, in hymnis vero Iulus, a quibus etiam ipsas cantilenas ita nominant, sic etiam messorum cantilena Lytierses. »

Digitized by Google

p. 619, A. Photius in Lex.: Αιτυέρσαν, ᾠδήν τινα ἣν ᾄδουσιν οἱ θερίζοντες, ὡς ἐπίσημόν τινα γεγονότα τῶν παλαιῶν τὸν Αιτυέρσαν ἀνακαλούμενοι. Eichstadt. De dram. com.-satyr. p. 16 sqq.

38.

Hesych.: Ἀγρεὺς ὁ Πᾶν παρὰ Ἀθηναίοις, ὡς Ἀπολλόδωρος. Ex eodem Apollodoro fluxisse videntur quæ de flagellata Panis statua narrantur ap. Schol. Theocriti VII, 107.

39.

Suidas: Ἀμφιφῶντες, πλακοῦντος εἶδος· οἵτινες ἐγίνοντο, ὅτε ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη πρωὶ ὑπὲρ γῆς φαίνονται. Ἢ ὅτι ἐκόμιζον αὐτὸν (sc. τὸν πλακοῦντα), δαδία ἡμμένα περιπηγνύντες ἐπ' αὐτῷ· ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος.

Cf. v. Ἀνάστατοι:... ὀνομάζονται δὲ Ἀμφιφῶντες, ὡς μέν τινες, ὅτι τότε γίνονται, ὅτε ἥλιός τε καὶ σελήνη πρωὶ ὑπὲρ γῆς φαίνονται· ὡς δὲ Ἀπολλόδωρος, ὅτι κομίζουσιν αὐτοὺς δαδία ἡμμένα παραπηγνύντες ἐπ' αὐτῶν. Igitur postrema tantum Apollodori sunt. Cf. Pollux lib. VI, 75, Hesych. v. Ἀμφιφόων, Casaubon. ad Athen. XIV, p. 645, A.

40.

Suidas: Ταυροπόλον· τὴν Ἄρτεμιν· ὅτι ὡς ταῦρος περίεισι πάντα, ὡς Ἀπολλόδωρος.

Eadem, sed non nominato Apollodoro, ap. Etym. M. v. Ταυροπόλον. Eadem habet Phot. in Lex., Apostol. XVIII, 23. Ex opere περὶ θεῶν hæc esse desumta apparet ex Schol. ad Aristoph. Lysistr. 447: Νὴ τὴν ταυροπόλον] οὕτω τὴν Ἄρτεμιν ἐκάλουν. Τὴν δὲ αἰτίαν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ Θεῶν ἐκτίθεται. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τὴν Ἀθηνᾶν οὕτω καλοῦσιν, ὡς Ξενομήδης ἱστορεῖ.

41.

Macrob. Sat. I, 8: *Cur autem Saturnus ipse in compedibus visatur, Verrius Flaccus caussam se ignorare dicit. Verum mihi Apollodori lectio sic suggerit: « Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, et solvi ad diem sibi festum, id est mense hoc decembri, atque inde proverbium ductum, deos laneos pedes habere. Significari vero decimo mense semen in utero animatum ad vitam grandescere: quod, donec erumpat in lucem, mollibus naturæ vinculis detinetur. »*

42.

Idem I, 20: *Æsculapium vero eundem esse atque Apollinem, non solum hinc probatur, quod ex illo natus creditur; sed quod ei et jus divinationis adjungitur. Nam Apollodorus in libris, quibus titulus est* περὶ θεῶν, *scribit quod Æsculapius divinationibus et auguriis præsit. Nec mirum, siquidem medicinæ atque divinationum consociatæ sunt disciplinæ.*

Omnino plura in Macrobii Saturnalium primo ex Apollodori opere isto hausta esse suspicari licet. *Heynius.*

43.

Steph. Byz.: Ἀκρώρεια, ἄκρον ὄρους, ἐν ᾧ οἱ οἰκοῦντες Ἀκρωρεῖται. Οὕτω δὲ παρὰ Σικυωνίοις ἐτιμᾶτο [ὁ Διόνυσος]. Ἐκαλεῖτο δὲ παρὰ μὲν Σικυωνίοις Ἀκρωρείτης, παρὰ δὲ Μεταποντίνοις Ἐριφιος. Ἀπολλόδωρός φησιν.

44.

Idem: Ἴλισσὸς, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς, « ἐν ᾧ τιμῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισσίδες », ὡς Ἀπολλόδωρος. Hoc, sicut quod antecedit fragmentum Heynius ad Periegesin Apollodori retulit.

ΧΡΟΝΙΚΑ

sive

ΧΡΟΝΙΚΗ ΣΥΝΤΑΞΙΣ.

De hoc libro Scymnus Chius v. 16 sqq. dicit hæc:

Ἔστι δ' ἃ γράφω τοιαῦτα. Τοῖς ἐν Περγάμῳ
βασιλεῦσιν, ὧν ἡ δόξα καὶ τεθνηκότων
παρὰ πᾶσιν ἡμῖν ζῶσα διὰ παντὸς μένει,
τῶν Ἀττικῶν τις γνησίων τε φιλολόγων,
γεγονὼς ἀκουστὴς Διογένους τοῦ Στωϊκοῦ,
συνεσχολακὼς δὲ πολὺν Ἀριστάρχῳ χρόνον,
συνέταξατ' ἀπὸ τῆς Τρωϊκῆς ἁλώσεως
χρονογραφίαν στοιχοῦσαν ἄχρι τοῦ νῦν βίου.
Ἔτη δὲ τετταράκοντα πρὸς τοῖς χιλίοις

38.

Ἀγρεὺς (i. e. *venationi præfectus*) Pan appellatur apud Athenienses, teste Apollodoro.

39.

Amphiphontes (quasi Circumlucentes), placentarum genus, quæ tunc parabantur, quum sol et luna mane supra terram apparerent. Vel sic appellatæ, quod eas circumfebant, faculis ardentibus circum eas undique fixis, ut Apollodorus docet.

40.

Ταυροπόλον Dianam dicunt, quod ceu taurus omnia circumeat et lustret; ut Apollodorus ait.

43.

Acroria (summa pars montis), cujus incolæ dicuntur Acroritæ; istac vero appellatione apud Sicyonios Bacchus honorabatur: vocabatur autem apud Sicyonios Acrorita, apud Metapontinos Eriphius, ut Apollodorus perhibet.

44.

Ilissus, Atticæ fluvius, ad quem coluntur Musæ Ilissides, ut Apollodorus refert.

CHRONICA.

Quæ scribo sunt talia. Pergamenis regibus, quorum gloria etiam mortuorum apud omnes nos viva semper manet, Atticorum aliquis verorumque philologorum, qui fuerat auditor Diogenis Stoici, condiscipulus vero Aristarchi longo tempore, conscripsit a Trojano excidio chronographiam progredientem usque ad præsentem ætatem. Annos autem quadraginta supra mille definite expo-

Digitized by Google

ὡρισμένως ἐξέθετο, καταριθμούμενος
πόλεων ἁλώσεις, ἐκτοπισμοὺς στρατοπέδων,
μεταναστάσεις ἐθνῶν, στρατείας βαρβάρων,
ἐφόδους, περαιώσεις τε ναυτικῶν στόλων,
θέσεις ἀγώνων, συμμαχίας, σπονδάς, μάχας,
πράξεις βασιλέων, ἐπιφανῶν ἀνδρῶν βίους,
φυγάς, στρατείας, καταλύσεις τυραννίδων·
πάντων ἐπιτομὴν τῶν χύδην εἰρημένων.
Μέτρῳ δὲ ταύτην ἐκτιθέναι προείλετο
τῷ κωμικῷ δὲ, τῆς σαφηνείας χάριν·
εὐμνημόνευτον ἐσομένην οὕτως ὁρῶν.

Deinde, nonnullis de ligatæ orationis utilitate interjectis, pergit v. 45.

Ἐκεῖνος οὖν κεφάλαια συναθροίσας χρόνων,
εἰς βασιλέως ἀπέθετο Φιλαδέλφου χάριν·
ἃ καὶ διὰ πάσης γέγονε τῆς οἰκουμένης
ἀθάνατον ἀπονέμοντα δόξαν Ἀττάλῳ
τῆς πραγματείας ἐπιγραφὴν εἰληφότι.

v. 31 φυγὰς, στρατείας, καταλ. τυρ. Heynius pro στρατείας, quod ex antecedentibus repetitum putat, requirit ἐπανόδους. Quod vero a textu longius recedit. Si opus foret, mallem φυγὰς ἐξ πατρίδος, vel φυγὰς τροπαίας, vel φυγὰς, τροπαῖα vel tale quid.

LIBER I.

45.

Steph. Byz.: Δύμη, πόλις Ἀχαΐας... Καὶ Δύμη ἡ χώρα πάλαι ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ πόλις Στρατός. Ὕστερον δὲ καὶ ἡ πόλις καὶ ἡ χώρα Δύμη ἐκλήθησαν. Λέγεται καὶ πληθυντικῶς, ὡς Ἀπολλόδωρος· « Τούτων ἀπέχουσα σταδίους ρκ', ἐσχάτη κεῖται πρὸς δύσιν Δῦμαι. » Ὁ πολίτης Δυμαῖος... Ἀπολλόδωρος ἢ ὁ τὰ τούτου ἐπιτεμνόμενος· « Τὴν δὲ χώραν ἔχουσι Δυμαῖοι » ... Καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν α'· « Πόλεμος ἐνέστη τοῖς τε Δυμαίοις. » Primum et secundum Apollodori locum non ad Chronica refero, sed ad librum περὶ γῆς, qui sub Apollodori nomine circumferebatur. Bellum illud Dumæorum fuisse videtur contra Eleos. Ol. 28.

46.

Steph. Byz.: Ἀσσώριον, πόλις Σικελίας. Ταύτην τρισυλλάβως Ἀσσωρὸν καλεῖ Ἀπολλόδωρος ἐν πρώτῃ Χρονικῶν. Vossianus: ἐν δ' χρονικῶν.

47.

Idem: Ἕλωρος, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ἕλώρου ποταμοῦ τοῦ κατὰ Πάχυνον, ὃς λέγεται τιθασοὺς ἰχθῦς ἔχειν ἀπὸ χειρὸς ἐσθίοντας, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν πρώτῃ.

48.

Idem: Μυοῦς, πόλις Ἰωνίας, ὡς Φίλων καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν α' Χρονικῶν.

49.

Idem: Χήσιον, Ἰωνίας πολίχνιον, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν πρώτῳ.

LIBER II.

50.

Idem: Μεναί, πόλις Σικελίας ἐγγὺς Παλίκων. Ἀπολλόδωρος ἐν β' Χρονικῶν.

Hæc depromta sunt ex eo loco, ubi de Ducetio egit, ut suspicor ex Diodor. XI, 88 (ol. 81, 4): Μετὰ δὲ ταῦτα Δουκέτιος ὁ τῶν Σικελιωτῶν ἀρχηγούμενος, τὰς πόλεις ἁπάσας τὰς ὁμοεθνεῖς, πλὴν τῆς Ἕλας, εἰς μίαν καὶ κοινὴν ἤγαγε συντέλειαν. Δραστικὸς δὲ ὢν, νεωτέρων ὠρέγετο πραγμάτων, καὶ παρὰ τοῦ κοινοῦ τῶν Σικελῶν ἀθροίσας δύναμιν ἀξιόλογον, τὰς μὲν Μένας (sic scribo pro Νέας), ἥτις ἦν αὐτοῦ πατρὶς, μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ πλησίον τοῦ τεμένους τῶν ὀνομαζομένων Παλίκων ἔκτισε πόλιν ἀξιόλογον, ἣν ἀπὸ τῶν προειρημένων θεῶν ὠνόμαζε Παλίκην.

---

suit, enumerans urbium expugnationes, translationes castrorum, migrationes gentium, expeditiones barbarorum, incursus hostiles, traductionesque navalium classium, certaminum situs, societates armorum, fœdera, pugnas, res gestas regum, illustrium virorum vitas; exsilia, expeditiones, eversiones tyrannidum, epitomen omnium, quæ fuse dicta sunt: carmine vero hanc exponere elegit, et comico quidem, perspicuitatis gratia, facile hæsuram sic memoriæ videns.

Ille igitur capita colligens temporum, in regis Attali Philadelphi gratiam exposuit: quæ etiam per totum manarunt orbem terrarum, immortalem tribuentia gloriam Attalo, operis inscriptionem nacto.

LIBER I.

45.

Dymus, urbs Achajæ... Antiquitus Dyme appellabatur regio, urbs vero Stratus. Sed postea et urbs et regio nominatæ sunt Dyme. Dicunt etiam *Dymas* plurali numero, sicut Apollodorus: « Abest ab hisce centum viginti stadia Dymæ urbs, quæ ultima occidentem versus sita est » .. Apollodorus, vel qui ejus scripta in compendium redegit: « Hanc regionem tenent Dymæi »... Apollodorus libro primo Chronicorum: « Bellum impendebat Dymæis. »

46.

Assorium, urbs Siciliæ, quam Apollodorus libro primo Chronicorum tribus syllabis Assorum nominat.

47.

Helorus, urbs Siciliæ, ab Heloro fluvio, qui est ad Pachynum, nomen habens. Is cicures dicitur habere pisces e manu edentes, auctore Apollodoro libro primo Chronicorum.

48.

Myus, urbs Ioniæ, uti Philo et Apollodorus libro primo Chronicorum.

49.

Chesium, Ioniæ oppidulum, ut Apollodorus in Chronicorum primo.

LIBER II.

50.

Menæ, urbs Siciliæ, prope Palicos, de qua Apollodorus libro secundo Chronicorum.

Digitized by Google

51.

Idem : Νόαι, ... πόλις Σικελίας. Ἀπολλόδωρος ἐυτέρῳ Χρονικῶν. V. Diodor. XI, 91 (ol. 82, 2), ibi pro Νόμας, quod nihili est, restituendum outo Νόας.

52.

Idem : Παρπάρων, χωρίον ἐν Ἀσίᾳ Αἰολικὸν, ἔνθα στοροῦσι Θουκυδίδην ἀποθανεῖν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν δευτέρῳ.

53.

Idem : Ὕκκαρον, φρούριον Σικελίας, ὡς Φίλιστος Σικελικῶν πρώτῳ. Ἀπολλόδωρος δ' ἐν δευτέρῳ Χρονικῶν πόλιν λέγει αὐτὴν τὰ Ὕκκαρα.

54.

Idem : Φαβία, πόλις Κελτογαλατῶν, κτίσμα Φαβίου στρατηγοῦ Ῥωμαίων. Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ Χρονικῶν.

55.

Idem : Χαιρώνεια, ... τὸ κτητικὸν Χαιρωνικὸς καὶ Καιρωνική. Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν δευτέρῳ· «Κατὰ τὴν μάχην, ὥς φασι, τὴν Χαιρωνικήν.»

LIBER III.

56.

Idem : Ἀμαξιτὸς, πολίχνιον τῆς Τρωάδος.... Τὸ ἐθνικὸν Ἀμαξιτεύς. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν Χρονικῶν τρίτῃ Ἀμαξιτηνούς φησιν.

57.

Idem : Λίγγος, φρούριον Κασσανδρέων. Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν τρίτῳ, ὃς καὶ τὸ ἐθνικὸν Λιγγαῖος.

58.

Idem : Ληναῖος, ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς ἀπὸ τῆς ληνοῦ. Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ Χρονικῶν.

Ex tertio libro nonnulla laudata v. infra e Diogene Laert. IV, 23 et 28.

LIBER IV.

59.

Idem : Ἀερία, ἡ Αἴγυπτος... Ἔστι καὶ Κελτικὴ πόλις Ἀερία, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν τετάρτῳ. Codd. Salmas. ἐν χρονικῶν δευτέρῳ.

60.

Idem : Αἰδούσιοι, σύμμαχοι Ῥωμαίων πρὸς τῇ Κελτικῇ Γαλατίᾳ. Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν δ'.

61.

Idem : Ἀμήστρατος, πόλις Σικελίας. Ἀπολλόδωρος τετάρτῃ Χρονικῶν.

62.

Idem : Ἀρόερνοι, ἔθνος μαχιμώτατον τῶν πρὸς τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν. Ἀπολλόδωρος τετάρτῃ Χρονικῶν· «Κελτῶν Ἀροέρνους.»

63.

Idem : Δῶρος, πόλις Φοινίκης ... Ἀπολλόδωρος δὲ Δῶρον καλεῖ ἐν Χρονικῶν δ.

« Εἰς Δῶρον οὖσαν ἐπιθαλάττιον πόλιν. »

64.

Idem : Καινοὶ, ἔθνος Θρᾴκιον. Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν τετάρτῳ.

51.

Noæ... Siciliæ oppidum, de quo Apollodorus libro secundo Chronicorum.

52.

Parparon, regio in Asia Æolica, ubi referunt Thucydidem obiisse, ut Apollodorus Chronicorum libro secundo.

53.

Hyccaron, castellum Siciliæ, ut Philistus Sicularum rerum primo. Apollodorus autem, in secundo Chronicorum, eam urbem vocat plurali numero Hyccara.

54.

Fabia, urbs Celtogalatarum, opus Fabii Romanorum ducis. Apollodorus in secundo Chronicorum.

55.

Chæronea. ... Possessivum Chæronicus et Chæronica. Apollodorus in Chronicorum secundo : « In pugna, ut aiunt, Chæronica. »

LIBER III.

56.

Amaxitus, Troadis oppidulum... Gentile Amaxitensis. Apollodorus libro tertio Chronicorum incolas Amaxitenos nominat.

57.

Lingus, castellum Cassandreensium, de quo Apollodorus libro tertio Chronicorum, apud quem gentile, Lingæus.

58.

Lenæus, certamen in honorem Bacchi in agris, quod ἀπὸ τῆς ληνοῦ, *a torcular*i, nomen invenit, teste Apollodoro libro tertio Chronicorum.

LIBER IV.

59.

Aeria, Ægyptus. Est etiam urbs Celtica, uti refert Apollodorus Chronicorum quarto (*al.* secundo).

60.

Ædusii, Romanorum socii juxta Celtogalatiam, uti Apollodorus in quarto Chronicorum testatur.

61.

Amestratus, Siciliæ civitas, auctore Apollodoro libro quarto Chronicorum.

62.

Aroerni, gens bellicosissima Gallorum in Celtica. Apollodorus libro quarto Chronicorum : « Celtarum Aroernos. »

63.

Dorus, urbs Phœniciæ... Apollodorus vero Dorum nominat libro quarto Chronicorum : « Ad Dorum urbem maritimam. »

64.

Cæni, populus Thraciæ, de quo Apollodorus libro quarto Chronicorum.

Digitized by Google

65.

Steph. : Χαλκητόριον, πόλις Κρήτης. Ὁ πολίτης Χαλκητορεύς. Ἀπολλόδωρος τετάρτῳ Χρονικῶν·

« Μεθ' οὗ Χαρίδημος ἦν φυγὰς Χαλκητορεύς. »

66.

Sine libri nota idem : Πάρθος, πόλις Ἰλλυρική. Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς.

67.

Post hæc geographica reliqua Chronicorum fragmenta ex temporum populorumque ordine apponemus. Initium facimus a Chaldaicis.

Euseb. Armen. p. 9 ed. Ang. Mai. Mediolan.: De Chaldaica improbabili chronologia ex Alexandro Polyhistore : *Atque primo anno e Rubro mari emersisse ait* (sc. Berosus) *intra eosdem terminos Babyloniorum immanem quandam belluam, cui nomen Oanni, quod et Apollodorus in historia narrat, eamque toto quidem corpore piscem fuisse, verum sub capite piscis aliud caput appositum, et in cauda pedes ad instar hominis, et loquelam humanæ similem : ejusque imaginem ad hunc usque diem delineatam superesse. Hanc belluam, inquit, interdiu cum hominibus versari solitam, nullumque cibum capere : docuisse homines literas et varia genera artium, descriptiones urbium, templorum structuras, legum lationem, finium regundorum doctrinam : semina præterea et fructuum collectionem demonstravisse, atque omnia prorsus, quæ mundanæ societati conducunt hominibus tradidisse : ita ut ex eo tempore nemo præterea aliquid invenerit. Tum sub solis occasum eam belluam Oannem denuo mergi solitam mari, noctuque in immenso pelago collocari ; atque ita ancipitem quandam vitam degere.*

Syncelli Chronograph, p. 28, C (p. 51 Dindorf.): Berosus dicit Ἐν τῇ Βαβυλῶνι πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων γενέσθαι ἀλλοεθνῶν κατοικησάντων τὴν Χαλδαίαν· ζῆν δὲ αὐτοὺς ἀτάκτως ὥσπερ τὰ θηρία. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ φανῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης κατὰ τὸν ὁμοροῦντα τόπον τῇ Βαβυλωνίᾳ ζῶον ἄφρενον ὀνόματι Ὤαννην, καθὼς καὶ Ἀπολλόδωρος ἱστόρησε, τὸ μὲν ὅλον σῶμα ἔχον ἰχθύος, ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν παραπεφυκυῖαν ἄλλην κεφαλὴν ὑποκάτω τῆς τοῦ ἰχθύος κεφαλῆς, καὶ πόδας ὁμοίως ἀνθρώπου, παραπεφυκότας δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς τοῦ ἰχθύος. κ. τ. λ.

In sequentibus quoque Apollodorus aliquoties laudatur. Sic p. 34, D, p. 62 Dindorf. : Alexandri Anniani Panodorique testimoniis de diluvio prolatis fidem non habendam esse, οὔτε ἄλλη τις δαιμωνιώδει αὐτῶν ἱστορίᾳ. Σχεδὸν γὰρ ἀπὸ ταύτης τῆς συγγραφῆς καθάπερ ἔκ τινος πηγῆς βορβορώδους καὶ τῶν παραπλησίων αὐτῇ πᾶσα μυθώδης Ἑλληνικὴ καὶ Μανιχαϊκὴ κακοδοξία ἀνέβλυσε. Καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς δὲ αἱρέσεων οὐκ ὀλίγαι τὰς ἀρχὰς ἐκ τοιούτων ἀπατηλῶν ἐσχήκασι τὰς ἀφορμάς. Οὐ χάριν προήχθημεν ἀσφαλείας ἕνεκα τῶν τὰ τοιαῦτα μυθάρια ὡς καίρια λογιζομένων τὰς προγραφείσας μαρτυρίας Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν προειρημένων δύο μοναζόντων Ἀννιανοῦ τε καὶ Πανοδώρου τῶν ὁμοχρόνων ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἀκμασάντων καὶ πολλὰ χρήσιμα κεφάλαια ἱστορικὰ πεπονηκότων παραθέσθαι.

Εἰ καὶ ἐν τῷδε τῷ μέρει δοκοῦντές τι κατορθοῦν οὐδὲν τῇ ἀληθείᾳ κέρδος προσήγαγον, δεξάμενοι τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ προρρηθέντος περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων βασιλέων δόξας, ὅτι πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἐβασίλευσαν, καὶ τὸν τῶν ἐτῶν μυριαδισμὸν ἀλληγορησάντων, πρὸς τούτοις δὲ καὶ Ἀβυδηνοῦ καὶ Ἀπολλοδώρου περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ἔτι Μανεθῶ περὶ τῆς Αἰγυπτίων δυναστείας πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ παρόμοια μυθολογοῦντας, ὧν τὰς χρήσεις, Ἀβυδηνοῦ λέγω καὶ Ἀπολλοδώρου καὶ Μανεθῶ, προστεθῆναι ταύτῃ ἡγοῦμαι τῆς προθέσεως, ὃς ἂν καὶ ἐξ ἀλλήλων αὐτοῖς τὸ ἀσύμφωνον συναχθῇ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ τὸ κα-

---

65.

Chalcetorium, urbs Cretæ. Civis, Chalcetoreus. Apollodorus quarto Chronicorum : « Quicum Charidemus erat exul Chalcetoreus. »

66.

Parthus, urbs Illyrica. Apollodorus in Chronicis.

67.

Babylone hominum alienigenarum Chaldæam incolentium multitudinem immensam numerari, eosque brutorum more sine lege liberam vitam ducere. Primo anno e mari Rubro ad vicinum littus Babyloni contiguum, animans ratione destitutum emersisse, Oannem nomine, ut Apollodorus quoque retulit, toto corpore piscem, infra piscis caput aliud caput enatum gerere ; pedes humanos in ejus corpore cerni, at piscis caudæ annexos, *etc.*

Omnis ferme Gentilium Manichæorumque falsitas ex hujusmodi scriptura, velut ex aliquo fonte cœnoso, vel ex origine simili scaturivit : nec paucæ hæreseon, quæ nostram fœdarunt fidem, in fallacibus ejusmodi scripturis principia fundamentaque posuerunt. Quapropter animos eorum, qui fabellis hujusmodi tanquam veritati consonis fidem præbuerunt, ab errore vindicatum atque in tuto posituri, supra scripta Alexandri, nec non Anniani Panodorique, ejusdem ætatis monachorum, qui sub Theophilo, vigesimo secundo archiepiscopo Alexandriæ, florentes plures historicos tractatus a se elaboratos ediderunt, testimonia producere sumus compulsi. Prædicti siquidem Alexandri de regibus ante diluvium Babylone regnantibus recepta sententia, probata quoque aliorum, qui annorum myriadas allegorice sumendas esse putant, ac demum admissis Abydeni et Apollodori de iisdem, adde et Manethonis de Dynastiis Ægyptiorum ante diluvium similia fabulantis auctoritatibus, magnæ licet sese putent historicæ rei utilitatis auctores exstitisse, nullum tamen inde veritati emolumentum accessit. Quorum dicta, Abydeni, inquam, et Apollodori et Manethonis proferre operæ pretium duco, quo ipsorum inter se dissensus colligatur, malumque ruinæ sibimet sit caussa, atque ita singulis quibusque post diluvium annis, quæ divisim et successive

Digitized by Google

ον ἀνατραπῇ, καὶ οὕτω τοῖς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔσι τὰ κατὰ μέρος ὅση δύναμις ἐπισημήνασθαι.

P. 36, D (p. 66 Dindorf.): Εὐσέβιος καὶ Ἰώσηπος καὶ ἄλλοι περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων βασιλείας ἱστορικοὶ φαίνονται λέγοντες ὅτι πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ βασίλευον ἑπόμενοι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πολυΐστορι καὶ Ἀβυδηνῷ καὶ Ἀπολλοδώρῳ, μηδεμίαν ἔχοντες ἀφορμὴν ἐκ τῶν θειῶν γραφῶν.

Deinde p. 38, A, (p. 69 Dindorf.) appositurum se dicit Abydeni et Apollodori necnon Manethonis pauca quædam capita, ad confutationis demonstrationem, ne quispiam eorum legendi studiosus circa plures libros distraheretur. Alsito igitur Abydeni loco de regno Chaldæorum, ad Apollodori narrationem se convertit hunc in modum:

Πρὸς τούτοις καὶ Ἀπολλόδωρος ὁμοίως τούτοις τεταρτευόμενος οὕτω λέγει· Ταῦτα μὲν ὁ Βήρωσσος ἱστόρησε, πρῶτον γενέσθαι βασιλέα Ἄλωρον ἐκ Βαβυλῶνος Χαλδαῖον· βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα, καὶ ἀθεξῆς Ἀλάπαρον καὶ Ἀμήλωνα τὸν ἐκ Παντιβίβλων· εἶτα Ἀμμένωνα τὸν Χαλδαῖον, ἐφ' οὗ φησι φανῆναι τὸν μυσαρὸν Ὡάννην, τὸν Ἀννήδωτον, ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς· ὑπερ Ἀλέξανδρος προλαβὼν εἴρηκε φανῆναι τῷ πρώτῳ ἔτει· οὗτος δὲ μετὰ σάρους τεσσαράκοντα, ὁ δὲ Ἀβυδηνὸς τὸν δεύτερον Ἀννήδωτον μετὰ σάρους εἴκοσιν ἕξ· εἶτα Μεγαλάρον ἐκ Παντιβίβλων πόλεως, βασιλεῦσαι αὐτὸν σάρους ὀκτωκαίδεκα· καὶ μετὰ τοῦτον Δάωνον τοιμένα ἐκ Παντιβίβλων βασιλεῦσαι σάρους δέκα. Κατὰ τοῦτον πάλιν φησὶ φανῆναι ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς Ἀννήδωτον τέταρτον τὴν αὐτὴν τοῖς ἄνω ἔχοντα διάθεσιν καὶ τὴν ἰχθύος πρὸς ἀνθρώπους μῖξιν. Εἶτα ἄρξαι Εὐεδώραχον ἐκ Παντιβίβλων, καὶ βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα. Ἐπὶ τούτου φησὶν ἄλλον φανῆναι ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὅμοιον κατὰ τὴν ἰχθύος πρὸς ἄνθρωπον μῖξιν, ᾧ ὄνομα Ὠδάκων. Τούτους δέ φησι πάντας τὰ ὑπὸ Ὡάννου κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα κατὰ μέρος ἐξηγήσασθαι. Περὶ τούτου Ἀβυδηνὸς οὐδὲν εἶπεν. Εἶτα ἄρξαι Ἀμεμψινὸν Χαλδαῖον ἐκ Λαράγχων· βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν ὄγδοον σάρους δέκα. Εἶτα ἄρξαι Ὠτιάρτην Χαλδαῖον ἐκ Λαράγχων, βασιλεῦσαι δὲ σάρους ἡ'. Ὠτιάρτου δὲ τελευτήσαντος τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ξίσουθρον βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα. Ἐπὶ τούτου δὲ τὸν μέγαν κατακλυσμὸν φησι γεγενῆσθαι. Ὡς γίνεσθαι δμοῦ πάντας βασιλεῖς δέκα, σάρους δὲ ἑκατὸν εἴκοσι. Cf. Scaliger. Euseb. p. 5.

Euseb. Armen. p. 5: *Hæc quidem Berosus in libro primo narravit, secundo autem reges singillatim recensuit. Ut ipse inquit, Narbonassarus erat eo tempore rex. Et regum quidem nomina diligenter acervat; nullum tamen eorum opus peculiariter recitat, fortasse quia nil memorandum esse arbitratur. Ex eo igitur regum tantummodo seriem depromere licet. Hac vero ratione narrationem exorditur, ut Apollodorus ait: nempe primum exstitisse regem Alorum, ex urbe Babylone Chaldæum: hunc saris decem regno potitum. Porro is sarum ex annis ter mille ac sexcentis conflat. Addit etiam nescio quem nerum et sosum: nerum ait sexcentis annis constare, sosum annis sexaginta. Sic ille de veterum more annos supputat.*

His dictis pergit porro, regesque Assyriorum singillatim atque ex ordine enumerat; decem videlicet ab Aloro primo rege usque ad Xisuthrum, sub quo magnum illud primumque diluvium contigisse ait, quod Moses quoque commemorat. Jam summam temporum, quibus hi reges imperitaverunt, ait esse saros centum viginti, nempe quadraginta tres annorum myriades annosque bis mille. Tum et disertis verbis ita scribit: Defuncto, inquit, Aloro, regnavit ejus filius Alaparus saris tribus. Post Alaparum Almelon ex urbe Pantibiblis Chaldæus saris tredecim. Almeloni successit Ammenon, item ex Pantibiblis Chaldæus, saris duodecim. Hujus ætate bellua quædam, cui nomen Idotioni, e Rubro mari emersit, forma ex homine et pisce mixta. Hinc Amegalarus Pantibiblicus octodecim saris regnavit. Deinde pastor Davonus Pantibiblicus, qui et ipse saris decem regno potitus est. Hoc imperante, rursus e Rubro mari emerserunt eadem

---

contigerunt, quantum fert virtus et ingenium, adscribantur.

Eusebius et Josephus et alii Chaldaicarum rerum scriptores Alexandrum Polyhistorem, Abydenum et Apollodorum, nullo accepto divinis ex Scripturis, secuti, Chaldæos ante diluvium antiquum exercuisse imperium visi sunt asserere.

Ad hæc prodigiosa narratione etiam Apollodorus ita refert: Berosus narrat regum Babylone natorum primum fuisse Alorum Chaldæum; saris vero decem regnasse, ac deinceps Alaparum et Amelonem ex Pantibiblis, tum Ammenonem Chaldæum, cujus tempestate exsecrandum Oannem, Annedotum, e mari Rubro prodiisse, quem Alexander præoccupato tempore anno primo, hic autem exactis quadraginta saris, Abydenus autem secundum Annedotum post saros viginti sex visum esse affirmant: tum Megalarum ex Pantibiblorum urbe saris octodecim regnasse; Daonumque ex Pantibiblis pastorem saris decem in imperio successisse; ac ejus, inquit, tempore quartum Annedotum eadem prioribus forma, humanæ nimirum mixta piscis specie, e mari Rubro prodiisse; deinde regnasse Euedorachum ex Pantibiblis saris octodecim. Sub hoc dicit alium e mari Rubro apparuisse prioribus similem, in quo piscis cum homine fuerit conjunctio, eique nomen fuisse Odaconi. Omnes istos cuncta summatim ab Oanne dicta singillatim et per partes exposuisse asserit, de quo nihil penitus memorat Abydenus. Deinde regnasse Amempsinum Chaldæum e Laranchis saris decem; deinde regnasse Otiartem Chaldæum e Laranchis saris octo, eoque defuncto filium ejus Xisuthrum imperium tenuisse saris octodecim. Sub hoc dicit magnum illud diluvium fuisse. Adeo ut reges omnes numero decem computentur, sari vero centum et viginti.

Digitized by Google

hominis itemque piscis figura monstra quattuor. Postea regnavit Edoranchus Pantibiblicus saris octodecim. Eo tempore item apparuit aliud quiddam simile piscis et hominis, cui nomen Odaconi. Hos, inquit, omnes ea, quæ ab Oanne summatim dicta erant, accurate exposuisse. Exin imperavisse Amemphsinum e Lancharis Chaldæum saris octo. Defuncto denique Otiarte, filium ejus Xisuthrum rexisse imperium saris octodecim : sub eoque evenisse magnum diluvium.

Plura in his a verbis Syncelli diversa, quæ ipse lector animadvertet.

68.

Chron. Paschale, p. 29, A, tamquam ex Petri Clementinis laudat verba: Αὐτὸν Νῖνον τὸν Νεβρώθ οἱ Ἀσσύριοι προσηγόρευσαν· «Οὗτος διδάσκει Ἀσσυρίους σέβειν τὸ πῦρ.» Versus iambicus prodit Apollodorum, monente Heynio.

69.

Ex Assyriorum regum catalogo: Schol. Aristoph. Aves 1021, de Sardanapalo: Ἀπολλόδωρος δὲ ταῦτά φησιν ἐγγεγράφθαι ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ Ἀσσυρίοις γράμμασι· Σαρδανάπαλος, Ἀνακυνδαράξου παῖς, Ταρσόν τε καὶ Ἀγχίαλαν ἔδειμεν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Ἔσθιε, πῖνε, ὄχευε· ὡς τἄλλα οὐδενός ἐστιν ἄξια. «Iamborum vestigia vides. Qui primi ista tradiderant, erant Clitarchus et Aristobulus, Alexandri comites. Ex his adeo petiere idem Apollodorus noster, tum Strabo XIV, p. 988, C, D, ubi vide diversitatem in verbis, Athenæus XII, 7, Arrianus et alii.» *Heynius.* De temporibus regum Assyriacorum v. Syncell. Chron. p. 165, C sq., ubi Etesiæ Diodori et Cephalionis computationes exponuntur.

70.

Syncell., p. 91, C sqq. (p. 171, sqq. Dindorf.): Ἀπολλόδωρος χρονικὸς ἄλλην Αἰγυπτίων τῶν Θηβαίων λεγομένων βασιλείαν ἀνεγράψατο βασιλέων λη΄, ἐτῶν ,αος. Ἥτις ἤρξατο μὲν τῷ ,βτθ ἔτει τοῦ κόσμου, ἔληξε δὲ εἰς τὸ ,γμε (γτδος΄ m.) ἔτος τοῦ κόσμου, ὧν τὴν γνῶσιν, φησὶν, ὁ Ἐρατοσθένης λαβὼν Αἰγυπτιακοῖς ὑπομνήμασι καὶ ὀνόμασι κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παρέφρασεν οὕτως·

Θηβαίων βασιλέων τῶν μετὰ ,αρκδ (ρκδ΄ m.) ἔτη τῆς διασπορᾶς λη΄ βασιλευῶν.

Α΄ ἐβασίλευε Μήνης Θεινίτης (vulgo Θηβαίτης) Θηβαῖος, ὃ ἑρμηνεύεται Αἰώνιος (sic Jablonskius apud Vignolium II, p. 736. Legebatur Διόνιος)· ἐβασίλευεν ἔτη ξϛ΄· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,βτϛ.

Θηβαίων δεύτερος ἐβασίλευσεν Ἀθώθης υἱὸς Μήνεως ἔτη νϑ΄. Οὗτος ἑρμηνεύεται Ἑρμογένης. Ἔτος τοῦ κόσμου ,βτϟξϛ΄.

Θηβαίων Αἰγυπτίων τρίτος ἐβασίλευσεν Ἀθώθης ὁμώνυμος ἔτη λϛ΄· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γκα΄.

Θηβαίων ἐβασίλευσε δ΄ Διαβιῆς υἱὸς Ἀθώθεως ἔτη ιϑ· οὗτος ἑρμηνεύεται φιλέταιρος· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γνγ΄.

Θηβαίων ἐβασίλευσε ε΄ Πεμφῶς (Σεμφῶς Jablonsk.) υἱὸς Ἀθώθους, ὅ ἐστι Ἡρακλείδης, ἔτη ιη΄· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γοϑ΄.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ϛ΄ Τοιγαράμμης Μομχειρὶ Μεμφίτης ἔτη οϑ· οὗτος ἑρμηνεύεται τῆς ἀνδρὸς (Τίσανδρος Scaliger. p. 18 proximo vocabulo omisso) περισσομελής· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γϛ΄.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ζ΄ Στοῖχος υἱὸς αὐτοῦ, ὅ ἐστιν Ἄρης ἀναίσθητος, ἔτη ϛ΄· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γρξθ΄.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ὄγδοος Γοσορμίης, ὅ ἐστιν Ἐτησιπαντὸς, ἔτη λ΄· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γροε΄.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν θ΄ Μάρης υἱὸς αὐτοῦ, ὅ ἐστιν Ἡλιόδωρος, ἔτη κϛ· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γσε΄.

---

68 (?).

Ninum Assyrii appellant Nemrod. Hic Assyrios docuit colere ignem.

69.

Apollodorus hæc dicit Sardanapali sepulcro literis Assyriacis inscripta : Sardanapalus, Anacyndaraxæ filius, Tarsum et Anchialum uno die ædificavit. Ede, bibe, ama; nam reliqua in vita humana nullius sunt pretii.

70.

Apollodorus annalium scriptor Ægyptiorum, qui Thebani dicuntur, aliud descripsit regnum, regum videlicet 38, quorum imperium annis 1076 duraverit. Cœpit vero anno mundi 2900, desiitque 3045 (3976), quorum, inquit, notitiam quum ex Ægyptiacis commentariis per singula nomina collegisset Eratosthenes, cuncta Græcis literis regio jussu hoc pacto exposuit.

Thebæorum 38 regum post annum dispersionis 124 imperantium.

Primus regnavit Menes Thinites Thebanus, qui Æonius exponitur. Regnavit annis 62, anno mundi 2900.

Thebanorum secundus regnavit Athothes, filius Menes, annis 59, anno mundi 2962. Hic exponitur Hermogenes.

Thebæorum Ægyptiorum tertius rex Athothes ejusdem nominis, annis 32, anno mundi 3021.

Thebæorum rex 4 Diabies, filius Athotheos, qui exponitur Humanior, annis 19. Anno mundi 3053.

Thebæorum rex 5 Pemphos, filius Athotheos, qui dicitur Heraclides, annis 18. Anno mundi 3072.

Thebæorum Ægyptiorum rex 6 Tœgaramachus Momchiri Memphites, qui exponitur vir membris redundans, annis 79. Anno mundi 3090.

Thebæorum Ægyptiorum rex 7 Stoichus, filius ejus, qui Mars absque sensu dicitur, annis 6. Anno mundi 3169.

Thebæorum Ægyptiorum rex 8 Gosormies, qui dicitur Etesipantus, annis 30. Anno mundi 3175.

Thebæorum Ægyptiorum rex 9 Mares, filius ejus, qui dicitur Heliodorus, annis 26. Anno mundi 3205.

Digitized by Google

Θηβαίων Αἰγυπτίων ι' ἐβασίλευσεν Ἀνωϋφις, ὅ ν ἐπίχωμος (ἐπίκομος cod. Par. A., ἐπίκοινος ar.), ἔτη κ', τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτοφ γσλα'.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ια' ἐβασίλευσε Σίριος, ὅ ἐστιν κόρης, ὡς δὲ ἕτεροι ἀδάσκαντος, ἔτη ιη'· τοῦ δὲ μου ἦν ἔτος, 'γσνα'.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ιϐ' ἐβασίλευσε Χνοῦβος Γνευ , ὅ ἐστι Χρύσης Χρύσου υἱὸς, ἔτη κϐ'· τοῦ δὲ κό ου ἦν ἔτος, 'γσξθ'.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ιγ' ἐβασίλευσε Ῥαυῶσις, ὅ τιν Ἀρχικράτωρ, ἔτη ιγ'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ζα'.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ιδ' ἐβασίλευσε Βιύρης ἔτη ι'· ῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γτδ'.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ιε' ἐβασίλευσε Σαῶφις, κω- ιστὴς, κατὰ δὲ ἑνίους χρηματιστὴς, ἔτη κθ'· τοῦ δὲ σμου ἦν ἔτος, 'γτιδ'.

Θηβαίων ις' ἐβασίλευσε Σαῶφις β' ἔτη κζ'· τοῦ δὲ σμου ἦν ἔτος, 'γτμγ'.

Θηβαίων ιζ' ἐβασίλευσε Μοσχερῆς Ἡλιόδοτος ἔτη ι'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, γτο'.

Θηβαίων ιη' ἐβασίλευσε Μοσθῆς ἔτη λγ'· τοῦ δὲ ὁσμου ἦν ἔτος, 'γυα'.

Θηβαίων ιθ' ἐβασίλευσε Παμμῆς Ἀρχονδὴς ἔτη λε'· ῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γλυδ'.

Θηβαίων κ' ἐβασίλευσε Ἀπάππους μέγιστος· Οὗτος, ς φασι, παρὰ ὥραν μίαν ἐβασίλευσεν ἔτη ρ'· τοῦ δὲ όσμου ἦν ἔτος, 'γφξθ'.

Θηβαίων κα' ἐβασίλευσεν Ἐχεσκοσοκάρας ἔτος α', οὗ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, γφξθ'.

Θηβαίων κϐ' ἐβασίλευσε Νίτωκρις γυνὴ ἀντὶ τοῦ ἀνδρὸς, ὅ ἐστιν Ἀθηνᾶ νικηφόρος, ἔτη ς'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γφο'.

Θηβαίων κγ' ἐβασίλευσε Μυρταῖος Ἀμμωνόδοτος ἔτη κϐ'. Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γφζη'.

Θηβαίων κδ' ἐβασίλευσεν Οὐοσιμάρης κραταιὸς, ὅ ἐστιν ἥλιος· ἔτη ιϐ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, γφζη'.

Θηβαίων κε' ἐβασίλευσε Θίνιλλος, ὅ ἐστιν αὐξήσας τὸ πάτριον κράτος, ἔτη η'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος 'γχι'.

Θηβαίων κς' ἐβασίλευσε Σεμφρουκράτες, ὅ ἐστιν Ἡρακλῆς Ἀρποκράτης, ἔτη ιη'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος γχιη'.

Θηβαίων κζ' ἐβασίλευσε Χουθὴρ Ταῦρος τύραννος ἔτη ζ'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γχλς'.

Θηβαίων κη' ἐβασίλευσε Μευρὴς Φιλοσκόρος ἔτη ιϐ'. Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γχμγ'.

Θηβαίων κθ' ἐβασίλευσε Χωμαεφθὰ κόσμος Φιλήφαιστος ἔτη ια'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, γχνε'.

Θηβαίων λ' ἐβασίλευσε Σοικουνιόσσχος τύραννος ἔτη ξ'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γχξς'.

Θηβαίων λα' ἐβασίλευσε Πετεαθυρῆς ἔτη ις'. Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γψξς'.

Θηβαίων λϐ' ἐβασίλευσε Σταμμενέμης β' ἔτη κγ'. Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γψξη'.

* * * * * * * * * * * * * * * * * *

Θηβαίων λδ' ἐβασίλευσε Σιστοσιχερμῆς Ἡρακλῆς κραταιὸς ἔτη νε'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γψζα'.

Θηβαίων λε' ἐβασίλευσε Μάρις ἔτη μγ'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, γωμς'.

Θηβαίων λς' ἐβασίλευσε Σιφόας, ὁ καὶ Ἑρμῆς, υἱὸς Ἡφαίστου, ἔτη ε'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος, 'γωπθ'.

Thebæorum Ægyptiorum rex 10 Anoyphis, qui filius communis (?) exponitur, annis 20. Anno mundi 3231.

Thebæorum Ægyptiorum rex 11 Sirius, qui puellæ filius dicitur et secundum alios non fascinatus, annis 18. Anno mundi 3251.

Thebæorum Ægyptiorum rex 12 Chnubus Gneurus, qui est Chryses Chrysi filius, annis 22. Anno mundi 3269.

Thebæorum Ægyptiorum rex 13 Rauosis, qui Princeps principum exponitur, annis 13. Anno mundi 3291.

Thebæorum Ægyptiorum rex 14 Biyres, annis 10. Anno mundi 3304.

Thebæorum Ægyptiorum rex 15 Saophis, comissator, secundum alios negotiator, annis 29. Anno mundi 3314.

Thebæorum rex 16 Saophis secundus, annis 27. Anno mundi 3343.

Thebæorum rex 17 Moscheres Heliodotus, annis 31. Anno mundi 3370.

Thebæorum rex 18 Mosthes annis 33. Anno mundi 3401.

Thebæorum rex 19 Pammes Archondes regnavit annis 35. Anno mundi 3434.

Thebæorum rex 20 Apappus Maximus. Hic, ajunt, 100 annis una hora minus regnavit. Anno mundi 3469.

Thebæorum rex 21 Echescosocaras per unum annum. Anno mundi 3569.

Thebæorum rex 22 Nitocris femina pro viro. Hæc est Minerva victrix. Annis 6. Anno mundi 3570.

Thebæorum rex 23 Myrtæus Ammonodotus annis 22. Anno mundi 3598.

Thebæorum rex 24 Vosimares Robustus, qui dicitur Sol, annis 12. Anno mundi 3598.

Thebæorum rex 25 Thinillus, i. e. augens patrium imperium, annis 8. Anno mundi 3610.

Thebanorum rex 26 Semphrucrates, i. e. Hercules Harpocrates, annis 18. Anno mundi 3618.

Thebæorum rex 27 Chuter Taurus tyrannus, annis 7. Anno mundi 3636.

Thebæorum rex 28 Meures Philoscorus, annis 12. Anno mundi 3643.

Thebæorum rex 29 Chomaephtha, Mundus Philephæstus, annis 11. Anno mundi 3655.

Thebæorum rex 30 Sœcuniosochus tyrannus annis 60. Anno mundi 3666.

Thebæorum rex 31 Peteathyres annis 16. Anno mundi 3766.

Thebæorum rex 32 Stammenemes secundus annis 23 Anno mundi 3768.

* * * * * * * * * * * * * * * * * *

Thebæorum rex 34 Sistosichermes, Herculis robur, annis 55. Anno mundi 3791.

Thebæorum rex 35 Maris annis 43. Anno mundi 3846.

Thebæorum rex 36 Siphoas, qui et Mercurius, Vulcani filius annis 5. Anno mundi 3889.

Digitized by Google

Θηβαίων λζ' ἐβασίλευσε Φρουερῶ, ἤτοι Νεῖλος, ἔτη ε'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γωπθ'.

Θηβαίων λη' ἐβασίλευσεν Ἀμουθαρταῖος ἔτη ξγ'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γπειγ'.

Ἡ τῶν λη' βασιλέων τῶν κατ' Αἴγυπτον λεγομένων Θηβαίων, ὧν τὰ ὀνόματα Ἐρατοσθένης λαβὼν ἐκ τῶν ἐν Διοσπόλει ἱερογραμματέων παρέφρασεν ἐξ Αἰγυπτίας εἰς Ἑλλάδα φωνήν, ἐνταῦθα ἔληξεν ἀρχή, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τοῦ ,βπδ' κοσμικοῦ ἔτους, ἔτεσιν ρκδ' μετὰ τὴν σύγχυσιν τῶν γλωσσῶν, λήξασα δὲ εἰς τοῦτο τῷ ,γπδοε' τοῦ κόσμου ἔτει. Τῶν δὲ τούτοις ἐφεξῆς ἄλλων νγ' Θηβαίων βασιλέων ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ἀπολλοδώρου παραδεδομένων τὰς προσηγορίας περιττὸν ἡγούμεθα ἐνταῦθα, ὡς μηδὲν συμβαλλομένας ἡμῖν, παραθέσθαι, ἐπεὶ μηδὲ αἱ πρὸ αὐτῶν.

71.

Syncell. p. 97, B (p. 181 Dindorf.): Τῷ ,γσλθ' ἔτει τοῦ κόσμου, ος' τοῦ Ναχὼρ ἡ Σικυωνίων βασιλεία ἤρξατο ἀπὸ πρώτου βασιλέως Αἰγιαλέως, ἕως κς' βασιλέως Ζευξίππου, ἐπὶ ἔτη διαρκέσασα ,βξζ'. Μεθ' οὓς ἄρχοντες ἱερεῖς ς' ἔτη λγ'. Ὁμοῦ τὰ πάντα τῆς Σικυωνίων ἀρχῆς ἔτη ,α, ὡς Ἀπολλόδωρος καὶ ἕτεροι, ἐν οἷς καὶ Εὐσέβιος, ἔγραψαν.

Cum Apollodori computo in summa ad annum fere concinit Castor apud Euseb. Armen. p. 126: *Sicyonios reges subjungimus, quorum princeps Ægialeus, postremus Zeuxippus. Et reges quidem dominati sunt annis* 959 (in posteriore libro ad annum 888 dicuntur anni 958); *post reges autem præfuerunt Carnii sacerdotes sex, qui pontificatum gesserunt annis* 33: *quorum postremus Charidemus sacerdos lectus, quum impensæ ferendæ impar esset, fugam arripuit.* Eadem habet Syncellus p. 19. Regum nomina hæc sunt 1, Ægialeus annis 52. 2. Europs a. 45. 3. Telchin. a. 20. 4. Apis vel Pelops a. 25. 5. Thelxion a. 52. 6. Ægydrus a. 34. 7. Thurimachus a. 54, Inachi æqualis. 8. Zeuxippus a. 53. 9. Messapus a. 47. 10. Eratus a. 46. 11. Plemnæus (Πιλημναῖος Sync. a. 48). 12. Orthopolis a. 43. 13. Marathonius a. 30, Cecropis æqualis. 14. Marathon a. 20. 15. Chyreus (Ἐχυρεὺς Sync.) a. 55. Danai æqualis. 16. Corax a. 30. 17. Epopeus a. 35. 18. Laomedonia 40. 19. Sicyon a. 45. Hujus ætate desiverunt reges Argivorum. 20. Polybus a. 40. 21. Inachus a. 40. 22. Phasus a. 8. 23. Adrastus a. 4. 24. Polyphides a 31. Hujus ætate Ilium captum est. 25. Pelasgus a. 20. 26. Zeuxippus a. 31. — Sequuntur nomina sacerdotum: 1) Archelaus a. 1. 2) Automedon a. 1. 3) Theoclytus a. 4. 4) Euneus a. 6. 5) Theonomus a. 9. 6) Amphichyes a. 12. Septimus denique Charidemus qui impensis exhaustus fugit. Ab hoc usque ad primam Olympiadem anni labuntur 352. Sicyoniorum et sacerdotum temporibus anni conflantur 998.

72.

Clemens Alex. Strom. I, c. 21, p. 382 Pott., p. 139 Sylb. (ex quo Euseb. Pr. ev, X, 12.) Moses, ait, annis sexcentis quattuor ante Dionysum ponendum esse, εἴ γε τῆς Περσέως βασιλείας τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ ἔτει ἐκθεοῦται (ὁ Διόνυσος, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς. Ἀπὸ δὲ Διονύσου ἐπὶ Ἡρακλέα καὶ τοὺς περὶ Ἰάσονα ἀριστεῖς τοὺς ἐν τῇ Ἀργοῖ πλεύσαντας συνάγεται ἔτη ἑξήκοντα τρία. ... Ἀπὸ δὲ τῆς Ἡρακλέους ἐν Ἄργει βασιλείας ἐπὶ τὴν Ἡρακλέους αὐτοῦ καὶ Ἀσκληπιοῦ ἀποθέωσιν ἔτη συνάγεται τριάκοντα (vel τρ. ὀκτὼ) κατὰ τὸν χρονογράφον Ἀπολλόδωρον. Ἐνταῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν Κάστορος καὶ Πολυδεύκους ἀποθέωσιν ἔτη πεντηκοντατρία. Ἐνταῦθά που καὶ ἡ Ἰλίου κατάληψις.

Ex his, si quidem Castoris et Pollucis apotheosin eodem anno contigisse statuas quo Trojæ excidium, Apollodori computum in rebus Herculis ita fere constituere licet (cf. Fréret *Mém. de l'Acad.* tom. XIV, p. 273 sqq.):

178 ante Trojam captam Perseus regnum adipiscitur.
146 Bacchi apotheosis
101 Hercules nascitur.

Thebæorum rex 37 Phruero, hoc est Nilus, annis 5. Anno mundi 3889.

Thebæorum rex 38 Amuthartæus annis 63. Anno mundi 3913.

Regum 38, quibus in Ægypto Thebæorum nomen inditum est, quorumque nomina Eratosthenes ex sacris literis Diospoli desumta ex Ægyptia in linguam Græcam transtulit, imperium hic desinit. Incipit ab anno mundi 2900, annis 124 post linguarum confusionem; desinit anno mundi 3975.

Aliorum qui sequuntur regum Thebæorum 53 nomina, ab eodem Apollodoro scriptis tradita, ut parum nobis profutura, hic apponere superfluum ducimus, quum neque priorum notitia ullam habeat utilitatem.

71.

Anno mundi 3239, Nachor 76 Sicyoniorum regnum cœpit a primo rege Ægialeo et ad 26 Zeuxippum duravit annis 967, quibus sacrorum præfecti sex successerunt annis triginta tribus. Summa itaque Sicyoniorum imperii est annorum 1000, prout et Apollodorus et alii, inter quos est etiam Eusebius, scriptum reliquerunt.

72.

In deos refertur (Bacchus) tricesimo secundo anno regni Persei, ut ait Apollodorus in Chronicis. A Baccho autem ad Herculem, et principes qui cum Iasone in Argo navigarunt, colliguntur anni sexaginta tres. ... A regno autem Herculis quod fuit Argis, usque ad ipsius Herculis et Æsculapium in deos relatum, colliguntur anni triginta (*vel* triginta octo), ut vult Apollodorus chronographus. Hinc autem usque ad Castoris et Pollucis apotheosin, sunt anni quinquaginta tres. Hoc utique tempore Troja quoque capta fuerit.

Digitized by Google

4 18 annos natus leonem occidit. (Bibl. II, 4, 10, 5.)

3 Argis regno potitur. Argonautarum expeditio (τὸν πάντα πλοῦν ἐν τέσσαρσι μησὶ τελειώσαντες. Bibl. I, 9, 26, 6).

8 Initium laborum. Priores decem peracti sunt ἐνὶ μηνὶ καὶ ἔτεσιν ὀκτὼ, Bibl. II, 5, 11, 1.

8 Iphitum occidit. Omphalæ venditus tres annos servit.

4 Molionidas necat ad Cleonas τῆς τρίτης Ἰσθμιάδος (post cædem Iphiti?) τελουμένης. Bibl. II, 7, 2, 4.

;a Olympicos ludos instituit. Syncellus p. 172, A, p. 324 Dindorf.: Ἡρακλῆς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα ἔθηκεν, ἀφ' οὗ ἐπὶ πρώτην Ὀλυμπιάδα υο' (470) ἔτη, κατὰ δὲ ἄλλους υλ' (430). Quod prius posuit, Apollodori esse debuit.

;3 Herculis et Æsculapii apotheosis. Eidem anno, sine dubio ex Apollodori calculo, Pausanias Dioscurorum cum Apharetidis pugnam assignat.

roja capta. Castoris et Pollucis apotheosis.

73.

Diodor. I, 5: Ἀπὸ δὲ τῶν Τρωϊκῶν, ἀκολούθως πολλοδώρῳ τῷ Ἀθηναίῳ, τίθεμεν ὀγδοήκοντα ἔτη ὡς τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν· ἀπὸ δὲ ταύτης ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα δυσὶ λείποντα τῶν τριακοσίων καὶ τριάκοντα, συλλογιζόμενοι τοὺς χρόνους τὸ τῶν ἐν Λακεδαίμονι βασιλευσάντων. Congruunt næ leguntur XIV, 2, 3, et XIX, 1. Cf. Thucyd. , 12.

Porphyrius libro primo Historiæ philosophicæ p. Euseb. Armen. p. 139: *A capto Ilio usque ad Heraclidarum in Peloponnesum descensum ait Apollodorus elapsos esse annos LXXX: tum a descensu ad Ioniam urbibus frequentatam annos LX: deinde ad Lycurgum annos CLIX: summam autem temporis a capto Ilio ad primam Olympiadem annorum esse CCCCVII.* P. 166 in eadem re in odice Arm. corrupte legitur CCCVIII.

Eadem plane tradidit Eratosthenes ap. Clem. lex. Strom. I, 21, p. 402: Ἐρατοσθένης τοὺς χρόνους ὧδε ἀναγράφει· Ἀπὸ μὲν Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη ὀγδοήκοντα· ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν Ἰωνίας κτίσιν, ἔτη ἑξήκοντα· τὰ δὲ τούτοις ἑξῆς, ἐπὶ μὲν τὴν ἐπιτροπίαν τὴν Λυκούργου, τῆ ἑκατὸν πεντηκονταεννέα, ἐπὶ δὲ προηγούμενον ἔτος τῶν πρώτων Ὀλυμπίων ἔτη ἑκατὸν ὠκτώ. V. Müller. Dor. II, p. 501, Bernhardy ad Eratosthen. p. 239.

74.

Tatian. Ad Græc. 49: Οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδωρον (φασὶ τὸν Ὅμηρον ἠκμακέναι) μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν ἔτεσιν ἑκατὸν (addit Clemens: Ἀγησιλάου τοῦ Δορυσσαίου Λακεδαιμονίων βασιλεύοντος), ὅπερ γένοιτο ἂν ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν διακοσίων τεσσαράκοντα.

Cf. Clemens Alex. Strom. I, p. 388, 18, Euseb. Præp. Evang. X, 11, Syncellus p. 180, D. Postremi verba hæc sunt: Ὅμηρον τὸν παρ' Ἕλλησι μέγαν ποιητὴν οἱ μὲν περὶ Κράτητα πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶ γεγονέναι, οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένην μετὰ ἔτη ρ' τῶν Τρωϊκῶν, οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν μετὰ ἔτη ρ', οἱ δὲ περὶ Φιλόχορον ἐπὶ τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας, καθ' ἕνα τῶν διὰ βίου ἀρχόντων Ἀθήνησιν Ἄρχιππον μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἔτεσιν ρπ'. Οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀθηναῖον ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτη σμ'. Ἄλλοι μικρὸν πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσι υ' ἐγγὺς μετὰ Ἴλιον ἅλωσιν, καὶ ἕτεροι κατὰ Ἀρχίλοχον περὶ τὴν κγ' Ὀλυμπιάδα μετὰ ἔτη φ' που τῆς ἁλώσεως Τροίας.

Errat igitur et Philochori computum cum Apollodori calculis confundit Tzetzes XII, 193: Ὁ δ' Ἀπολλόδωρός φησι τὸν Ὅμηρον ὑπάρχειν μετ' ἔτη ὀγδοήκοντα πολέμου τοῦ τῶν Τρώων, ὁπότε καὶ ἡ κάθοδος Ἡρακλειδῶν ὑπῆρχεν.

75.

Loco Porphyrii fragm. 73 laudato vidimus Apollodorum, sicut etiam Eratosthenem, inde a Trojæ excidio usque ad Lycurgum numerare annos 299. Restat ut reliquos veterum locos, quibus de Lycurgi ætate Apollodori auctoritatem apponunt, in medium proferamus.

Syncell. Chronogr. p. 185, C: Ἀπολλόδωρος Λυκούργου νόμιμα ἐν τῷ η' Ἀλκαμένους. Addit margo χρόνους τοὺς Λακεδαιμονίους καταδεχθῆναι γράφει. Heynius scribendum putavit: Ἀπολλόδωρος τὰ Λυκούργου νόμιμα τούτοις τοῖς χρόνοις κ. γρ. Sed in textu nil mutandum; sin vero quæ margo habet cum Syncelli verbis conjungenda sunt, χρόνοις mutaverim in χρόνῳ, sicut jam Goar. χρόνοις voci substituere voluit ἔτει, quamquam is præferendam duxit alteram explicationem, eamque perversissimam. Vertit enim hunc in modum: « Alcamenis ætate Lycurgi leges suscepisse

---

73.

A bello Trojano, Apollodorum Atheniensem secuti, octoginta annos ad reditum Heraclidarum statuimus. Ab hoc ad olympiadem primam, trecentos et viginti octo, a regibus Lacedæmoniorum tempora computando.

74.

Apollodorus Homerum floruisse ait post coloniam Ionicam annis centum (quum Agesilaus Doryssæi esset rex Lacedæmoniorum), ideoque post Trojam captam annis bis centum et quadraginta.

75.

Apollodorus Lycurgi leges ponit Alcamenis anno octavo.

Digitized by Google

Lacedæmonios scribit Apollodorus libro octavo.»

Euseb. Chron. N° 1218: *Lycurgi leges Lacedæmone, teste Apollodoro, octavo decimo Alcamenis anno.*

Apollodori calculum sequitur etiam Cic. De republ. II, 10: *Nam si, id quod Græcorum investigatur annalibus, Roma condita est secundo anno Olympiadis septimæ, in id sæculum Romuli cecidit ætas, quum jam plena Græcia poetarum et musicorum esset; minorque fabulis, nisi de veteribus rebus, haberetur fides. Nam centum et octo annis, postquam Lycurgus leges scribere instituit, prima posita est olympias; quam quidem nominis errore ab eodem Lycurgo constitutam putant. Homerum autem, qui minimum dicunt, Lycurgi ætati triginta annis anteponunt fere.*

Cf. Plutarch. Lycurg. init.: Περὶ Λυκούργου τοῦ νομοθέτου καθόλου μὲν οὐδέν ἐστιν εἰπεῖν ἀναμφισβήτητον, ἥκιστα δὲ οἱ χρόνοι καθ' οὓς γέγονεν ὁ ἀνὴρ ὁμολογοῦνται. Οἱ μὲν γὰρ Ἰφίτῳ συνακμάσαι καὶ συνδιαθεῖναι τὴν Ὀλυμπιακὴν ἐκεχειρίαν λέγουσιν αὐτόν· ὧν ἔστι καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, τεκμήριον προφέρων τὸν Ὀλυμπίασι δίσκον, ἐν ᾧ τοὔνομα τοῦ Λυκούργου διασώζεται καταγεγραμμένον· οἱ δὲ ταῖς διαδοχαῖς τῶν ἐν Σπάρτῃ βεβασιλευκότων ἀναλεγόμενοι τὸν χρόνον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης καὶ Ἀπολλόδωρος οὐκ ὀλίγοις ἔτεσιν πρεσβύτερον ἀποφαίνουσι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος.

Hæc tum inter se non congruunt, tum ab iis, quæ fragm. 73 posuimus, mirum quantum recedunt. Erroris fons in eo quærendus est, quod Eusebius et Syncellus ea, quæ Iphiti Olympiadi (884) Apollodorus adscripsit, ad Corœbi Olympiadem (776) retulerunt. Apparet hoc ex Agidarum recensu, quem ex Apollodoro sine dubio Eusebius (p. 166 ed. Mai.) in Chronicon suum recepit. Constituendus vero est ita:

P. Troj.	c. a. C. n.	
80	1104	Eurysthenes nascitur.
110	1074	Eurysthenes anno ætatis trigesimo imperium adipiscitur. Regnat annis 42.
152	1032	Agis a 1.
153	1031	Echestratus a 35.
188	996	Labotas a. 37.
225	959	Doryssus a. 29.
254	930	Agesilaus a. 44.
298	886	Archelaus a. 60 (Lycurgus).
358	826	Teleclus a. 40.
398	786	Alcamenes a 37.
408	776	Alcamenis *anno decimo primo Olympias acta est.*

In aprico est eandem primam Olympiadem significare voluisse Syncellum Alcamenis anno octavo. Immo hunc potissimum calculum Apollodori esse puto. Apollodorus enim pro sua in temporibus notandis diligentia, præter illos annos triginta inter Eurysthenis annum natalem et regni initium interjectos, alios duos dedisse videtur Aristodemo (v. O. Müller. Dor. II, p. 502). Sic Lycurgi ἐπιτροπεία, quæ ex computo supra adscripto in annum 886 cadit, duobus annis posterior fit, ideoque concinit cum Apollodori et Eratosthenis calculo, qualem tradit Porphyrius. Qua in re illud quidem pro certo statui, numeros Eusebii veros esse Apollodoreos atque unicos. Sed fieri etiam potuit, ut in uno alterove regno incertus hærens Apollodorus duplicem annorum numerum apponeret lectorique faceret eligendi potestatem. Fortasse Agesilao dedit vel 42 vel 44 annos, ac consequenter primam Olympiadem actam esse dixerit vel octavo vel decimo anno Alcamenis. Simili de caussa, nisi alia, quam ignoro, auctoritate perductus O. Müller., vir immortalis, (Dor. II, p. 486) Agesilao, qui secundum Euseb. 60 annos regnavit, 58 tantum annos tribuit. Utut est, id certe ex modo disputatis intelligitur, alterum Eusebii locum, ubi Lycurgi leges decimo octavo Alcamenis anno latæ esse dicuntur, corruptela laborare, cui mederi mihi videor pro *decimo octavo* scribens *decimo vel octavo*. Quod denique idem Eusebius N. 1240 primam Olympiadem ponit Alcamenis anno trigesimo septimo, hoc ex temporis quo Heraclidæ Peloponnesum occuparunt atque illius, quo regnum suscepit Eurysthenes, confusione explicandum esse docet O. Müller. l. l. p. 503. Restat ut paucis moneamus de loco Plutarchi. Qui quum dicat Lycurgum ex Aristotelis sententia una cum Iphito Olympicum certamen instituisse, ideoque primæ Olympiadis tempore vixisse, verum Apollodorum nec non Eratosthenem haud paucis eum annis ante primam Olympiadem ponere, alios denique vel Homeri æqualem facere; quod de Corœbi Olympiade, 108 annos post Lycurgum acta, Eratosthenes et Apollodorus intellexerunt, vulgari illo errore ad Iphiti Olympiadem retulit, ac discordiam statuit scriptorum, quorum optimus est consensus. Cf. Clinton. p. 416 sq. Krüg.

De Lycurgi legislatoris ætate minime inter se consentiunt scriptores. Sunt qui cum Iphito eum vixisse et Olympicas inducias tradant instituisse: ex quo numero est Aristoteles, argumentum ducens ex disco Lycurgi nomine inscripto, qui Olympiæ servatur. Alii per Spartanorum regum successionem ad Lycurgi ætatem ascendunt, velut Eratosthenes et Apollodorus, paucis annis majorem olympiade prima eum pronunciantes.

Digitized by Google

76.

Ol. 35, 1. 639 a. C.

Diogen. Laert. I. p. 37, de Thalete: Φησὶ δὲ τολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς γεγενῆσθαι αὐτὸν κατὰ πρῶτον ἔτος τῆς τριακοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος. τελεύτησε δ' ἐτῶν ἑβδομήκοντα ὀκτὼ, ἢ, ὡς Σωσιτης φησὶν, ἐνενήκοντα (Ol. 58. Diog. Laert. I, p.). Apollodorum in constituendis Thaletis natalus sequuntur Cyrill. Adv. Julian. I, p. 12, idas v. Θαλῆς Μιλήσιος, et Euseb. Ætatem vero n omnes eandem tradunt. Lucian. Macrob. c. : Σόλων καὶ Θαλῆς καὶ Πιττακὸς ἑκατὸν ἕκαστος ησεν ἔτη. Euseb. Scalig. ad Ol. 1: λέγεται ζῆι ὑπὲρ τὰ ρ'. Idem ad Ol. 57, 3: ἀπέθανε ζήσας η ξα'. Probabile est Apollodori numerum apud ogenem depravatum esse. Nam septuaginta to anni, Clintonus ait, natum facerent 624 t mortuum 559, quorum prius omnibus de ejus tali tempore testimoniis, posterius Herodoto I, repugnat. Quare legendum putat: ἐνενήκοντα τὼ, ἢ, ὡς Σ. φ., ἐνενήκοντα, ita ut ejus ætas 100, , 91, 90 annorum posita fuisset. Ceterum cf. Ritteri Histor. philosoph. Ionic. p. 6 sqq.

77.

Ol. 40. 620 a. C.

Clemens Alex. Strom. I, p. 301, de Xenophane olophonio: Ὃν φησι Τίμαιος κατὰ Ἱέρωνα, τὸν κελίας δυνάστην, καὶ Ἐπίχαρμον τὸν ποιητὴν γενέναι· Ἀπολλόδωρος δὲ κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν λυμπιάδα γενόμενον παρατετακέναι ἄχρι τῶν Δαείου τε καὶ Κύρου χρόνων.

Cum Apollodoro facit Sextus Empiricus Adv. ramm. I, 21, 12, sect. 257, p. 270: Ξενοφάνης λοφώνιος ἐγένετο περὶ τὴν μ' Ὀλυμπιάδα· et Soon apud Diogen. Laert. IX, 18. Eusebius Xephanem floruisse dicit Ol. sexagesima. Quapropter Ritter. in Hist. phil. nostro loco legendum nset τὴν ν' Ὀλυμπιάδα. Sed præferenda videtur intonis sententia, qui, quum Xenophanes etiam b Hieronis regno ex Timæi testimonio vixisse catur, idemque efficiatur ex Athen. II, p. 54, (Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν Παρῳδαῖς — Πητος ἦσθ' ὅθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο), et e Plutarch. Moral. p. 175, B. C (Ἱέρων μετὰ Γέλωνα τύραννος ἔλεγε πρὸς Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον. κ. τ. λ.), philosophi ætatem duabus rationibus notatam fuisse statuit.

Ad verba ἄχρι τῶν Δαρείου τε καὶ Κύρου χρόνων Karsten. De Xenophane p. 2 annotat: «Hæc verba merito suspecta sunt, ut jam notavit Dodwellus in Veteribus Græc. et Rom. cyclis, p. 135. Nam Darius Nothus et Cyrus minor, illius filius, recentiores sunt, quam ut hic intelligi possint; Medum autem regem, Cyri majoris decessorem, quem sacræ literæ Darium nominant, Apollodorus certe hoc nomine non appellavit. Si ergo Darius Hystaspis, ut plerisque videtur, intelligendus sit, mutato ordine scribi oportuit ἄχρι τῶν Κύρου καὶ Δαρείου. Bayle in *Diction. critiq.* s. v. *Xenophane*, conjicit pro Δαρείου reponendum esse nomen Κροίσου. Origen. Philosoph. c. XIV. Opp. tom. I, simpliciter dicit: Οὗτος ἕως Κύρου δ' ἐνειμεν· quod nescio an probandum sit.»

78.

Diogenes Laert. I, 74, ubi de Pittaco vindicante civibus Mitylenæis portionem agri controversam: Ὕστερον μέντοι φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς διαδικασθῆναι τοὺς Ἀθηναίους περὶ τοῦ χωρίου πρὸς τοὺς Μιτυληναίους, ἀκούοντος τῆς δίκης Περιάνδρου, ὃν καὶ τοῖς Ἀθηναίοις προσκρῖναι. (Olymp. 43-48.)

79.

Ol. 58, 2. 547 a. C.

Diogen. Laert. II, 2, de Anaximandro Milesio: Τῶν δὲ ἀρεσκόντων αὐτῷ πεποίηται κεφαλαιώδη τὴν ἔκθεσιν, ἥπερ περιέτυχε καὶ ὁ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος· ὃς καί φησιν αὐτὸν ἐν τοῖς Χρονικοῖς τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἐτῶν εἶναι ἑξήκοντα τεσσάρων, καὶ μετ' ὀλίγον τελευτῆσαι, ἀκμάσαντά πη μάλιστα κατὰ Πολυκράτην τὸν Σάμου τύραννον.

Natales igitur incidunt in Ol. 42, 3, 610 a. C. Quocum congruit Euseb. Ol. 51, 2: «Anaximander Milesius physicus agnoscitur.» Quum vero Polycrates, quo regnante floruisse dicitur Ana-

---

76.

Apollodorus in Chronicis tradit Thaletem natum esse mo anno tricesimæ quintæ Olympiadis, mortuum ætate anno septuagesimo octavo, sive, ut Sosicrates ait, nogesimo.

77.

Xenophanem Colophonium Timæus fuisse dicit tempre Hieronis qui in Sicilia obtinuit dominatum, et Epiarmi poetæ; Apollodorus autem eum, quum natus esquadragesima olympiade, pervenisse usque ad tempora rii et Cyri.

78.

Postea Athenienses disceptasse cum Mitylenæis de possessione agri, ipsumque a Periandro controversiæ judice Atheniensibus adjudicatum esse, tradit Apollodorus in Chronicis.

79.

In brevem Anaximandri placitorum suorum expositionem incidit Apollodorus quoque Atheniensis, qui illum in Chronicis ait secundo anno quinquagesimæ octavæ olympiadis annum egisse ætatis sexagesimum quartum, ac paulo post obiisse diem: floruisse autem maxime sub Polycrate Samiorum tyranno.

Digitized by Google

ximander, regnum adeptus sit Ol. 62, 1, 532 a. C. Clintonus hic in mortis tempore notando (μετ' ὀλίγον) erratum suspicatur, nisi forte statuendum sit intelligi *majorem* Polycratem qui Ol. 54 floruit. (Suid. v. Ἴβυκος.)

80.

Ol. 63. 528 a. C.

Diogen. Laert. II, 3, de Anaximene Milesio: Καὶ γεγένηται μὲν, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος, τῇ ἑξηκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι, ἐτελεύτησε δὲ περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν.

Sardes combustæ sunt Ol. 70, 2, 499 a. C. Itaque Diogenis locus vitio laborare videtur. Pseudo-Orig. Philos. c. 7, p. 66: Ἤκμασε περὶ ἔτος πρῶτον τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος. Suidas: Γέγονεν ἐν τῇ νε' (leg. νη') Ὀλυμπιάδι ἐν τῇ Σάρδεων ἁλώσει, ὅτε Κῦρος ὁ Πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν. Certioris aliquid vix poterit constitui: v. Clinton. ad Ol. 58, 1, et p. 376 Kr., Ritter. l. l. p. 23 sq. Heynius cum Simsono verba esse transposita putat et sic constituenda: γεγένηται μὲν... περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν, ἐτελεύτησε δὲ τῇ ξγ' Ὀλυμπιάδι.

81.

Ol. 71, 1. 500 a. C.

Diogen. Laert. II, 7, de Anaxagora: Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, τεθνηκέναι δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης. Sic postrema correxerunt viri docti; vulgo legitur τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης, quod errore positum fuisse indicant ipsius Laertæ verba l. l.: Λέγεται κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν εἰκοσιν ἐτῶν εἶναι, βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο. Cum Apollodoro consentit Demetrius Phalereus ap. Laert. l. l. Cf. Ritter. Histor. phil. Ion. p. 203, et Schaubach. Anaxag. fragmm. p. 2 sqq.

82.

Ol. 77, 4. 469 a. C.

Diogen. Laert. II, 44, de Socrate: Ἐγεννήθη, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, ἐπὶ Ἀψεφίωνος (leg. Ἀφηψίωνος) ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν Ἄρτεμιν γενέσθαι Δήλιοι φασίν. Ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐννενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, γεγονὼς ἐτῶν ἑβδομήκοντα. Cf. Plutarch. Symp. VIII, 1, Ælian. V. H. 25, Clinton. procem. p. XI.

83.

(Ol. 79. 464 a. C.)

Diogen. Laert. IX, 25: Ζήνων Ἐλεάτης Τοῦτον Ἀπολλόδωρός φησιν εἶναι ἐν Χρονικοῖς φύσει μὲν Τελευταγόρου, θέσει δὲ Παρμενίδου. Sic cum Rossio hunc locum constituit Hübnerus. Legebatur: Τοῦτον Ἀπ. φ. ε. ἐν Χρ. Πύρρητος, τὸν δὲ Παρμενίδου φύσει μὲν Τελευταγόρου, θέσει δὲ Παρμενίδου.

Zeno Eleates ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, Laert. IX, 29, sine dubio secundum Apollodorum. De Parmenide v. Clinton. et Krügerum l. l. p. 376.

84.

Ol. 80. 460 a. C.

Diogen. Laert. IX, 41, de Democrito: Γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ μικρῷ Διακόσμῳ, νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν, ἔτεσιν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα. Συντετάχθαι δέ φησι τὸν μικρὸν Διάκοσμον ἔτεσιν ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίοις· γεγόνοι δ' ἄν, ὡς φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Itaque Apollodori computatio ex ipso Democrito confirmatur. Alii aliter; v. Clinton. s. Ol. 80, 1 et Wesseling. ad Diodor. XIV, 11, qui annum 1183 a Democrito pro Trojana æra positum esse opinatus Apollodori sententiam studeat infringere.

85.

Ol. 84. 444 a. C.

Diogen. Laert. IX, 41, de Melisso, Parmenidis et Heracliti discipulo: Φησὶν Ἀπολλόδωρος ἠκμακέναι αὐτὸν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Cf. Suidas v. Μέλιτος Λάρου. Plutarch. Pericl. 26; Adv. Colot. 32.

80.

Anaximenes Milesius natus est, referente Apollodoro, Olympiade sexagesima tertia, vitam finivit quo tempore Sardes captæ sunt.

81.

Apollodorus in Chronicis Anaxagoram floruisse dicit septuagesima olympiade, obiisse vero octogesimæ octavæ anno primo.

82.

Natus est Socrates, ut ait Apollodorus in Chronicis, sub Aphepsione, septuagesimæ et septimæ olympiadis anno quarto, Thargelionis mensis sexto, quo die lustrant Athenienses civitatem Dianamque natam Delii tradunt. Moritur primo anno nonagesimæ quintæ olympiadis, septuagesimo ætatis anno.

83.

Zeno Eleates. Hunc Apollodorus ait in Chronicis natura quidem Teleutagoræ, adoptione autem Parmenidis filium.

84.

Erat Democritus, ut ipse in parvo Diacosmo refert, juvenis quo tempore jam senior vivebat Anaxagoras, illo minor natu annis quadraginta. Parvum vero illum Diacosmum a se compositum refert anno post Trojæ excidium septingentesimo trigesimo. Fuerit vero, ut ait Apollodorus in Chronicis, olympiade octogesima.

85.

Floruisse Melissum quarta et octogesima Olympiade Apollodorus refert.

Digitized by Google

86.

Ol. 84. 444 a. C.

iogen. Laert. IX, 50, de Protagora: Πρωτα-ς Ἀρτέμωνος, ἢ, ὡς Ἀπολλόδωρος καὶ Δίνων ἐν τικοῖς, Μαιανδρίου.

lem IX, 56: Ἔνιοι κατὰ τὴν ὁδὸν τελευτῆσαι ν, βιώσαντα ἔτη πρὸς τὰ ἐνενήκοντα· Ἀπολλό-ις δέ φησιν ἑβδομήκοντα, σοφιστεῦσαι δὲ τεσσα-ντα ἔτη (ex Platon. Menon. p. 91, E: ἀποθα-ἐγγὺς ἑβδομήκοντα ἔτη γεγόνοτα, τετταράκοντα ν τῇ τέχνῃ ὄντα—) καὶ ἀκμάζειν κατὰ τὴν τε-την καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. V. Clinton. t. Hell. p. 377 Kr.

87.

Ol. 84. 442 a. C.

)iogen. Laert. VIII, 74, de Empedocle: Ἤκμα-:ατὰ τὴν πδ' Ὀλυμπιάδα. Supra VIII, 52: ολλόδωρος δὲ ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς Χρονικοῖς ιν· «ὡς ἦν Μέτωνος μὲν υἱὸς, εἰς δὲ Θουρίους ὸν νεωστὶ παντελῶς ἐκτισμένους (Ol. 83, 3 et 84, Γλαῦκος ἐλθεῖν φησιν.» Εἶθ' ὑποβάς· «οἱ δ' ἱστο-ντες, ὡς οἴκοθεν πεφευγὼς εἰς τὰς Συρακούσας, ' ἐκείνων ἐπολέμει πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, τελέως οεῖν μοι δοκοῦσιν. Ἤ γὰρ οὐκέτ' ἦν, ἢ παντελῶς ργεγηρακώς· ὅπερ οὐ φαίνεται. Ἀριστοτέλης γὰρ ὸν, ἔτι τε Ἡράκλειτον, ἐξήκοντα ἐτῶν φησὶ τετε-τηκέναι.» Ὁ δὲ πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμ-ὶδα νενικηκὼς κέλητι, τούτου πάντως ἦν ὁμώνυμος· θ' ἅμα καὶ τὸν χρόνον ὑπὸ τοῦ Ἀπολλοδώρου ση-νεσθαι.

Ex his Clinton. s. Ol. 84, 1, Apollodori versus tituit hunc in modum:

Ἦν μὲν Μέτωνος υἱὸς, εἰς δὲ Θουρίους
αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐκτισμένους
Γλαῦκος .... ἐλθεῖν φησιν ...
Οἱ δ' ἱστοροῦντες ὡς πεφευγὼς οἴκοθεν
εἰς τὰς Συρακόσας μετ' ἐκείνων ἐπολεμεῖ
πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, τελέως ἀγνοεῖν ἐμο
δοκοῦσιν· ἢ γὰρ οὐκ ἔτ' ἦν ἢ παντελῶς
ὑπεργεγηρακώς· ὅπερ οὐχὶ φαίνεται.
Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν ἐξήκοντ' ἐτῶν,
ἔτι τ' Ἡράκλειτον, φησὶ τετελευτηκέναι.

Ad Apollodori calculos plus minus accedunt Gellius N. A. XVII, 21, et Euseb. Ol. 81 et 86. V. Karsten De Empedocle p. 9 et 45 sq.

88.

Diogen. Laert. VIII, 58: Γοργίαν γοῦν τὸν Λεοντῖνον αὐτοῦ (Empedoclis) γενέσθαι μαθητὴν, ἄνδρα ὑπερέχοντα ἐν ῥητορικῇ, καὶ τέχνην ἀπολελοιπότα. Ὃν φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιῶναι.

Secundum Philostratum in Vita annos vixit 108, secundum Ciceron. De sen. 5: 107; secundum Pausan. VI, 17, 5: 105; secundum Lucian. Macrob. 23: 108; cum Apollodoro consentit Suidas. V. Clinton. ad an. 427, 459 et Append. p. 388 Kr.

89.

Ol. 88, 4. 428 a. C.

Diogen. Laert. III, 2, 3: Γίνεται Πλάτων, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ· καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασίν. Si accuratius calculos subducimus, Platonem natum videmus duobus mensibus ante Ol. 88 (87, 4. 429 a. C. Maii mensis die 21^mo vel 22^do). V. Clinton. an. 429.

90.

Ol. 93, 3. 406 a. C.

Diodor. XIII, 103: Ἀπολλόδωρος δὲ, ὁ τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενος, φησὶ καὶ τὸν Εὐριπίδην κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι.

91.

Ol. 93, 4. 405 a. C.

Diodor. XIII, 108: Successit Dario Artaxerxes Ol. 93, 4: Καθ' ὃν δὴ χρόνον καὶ Ἀντίμαχον τὸν ποιητὴν Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος φησὶν ἠνθηκέναι. Cf. Plutarch. Lys. 18 et Suidas v. Ἀντίμαχος.

86.

rotagoras Artemonis, sive, ut Apollodorus et Dinon ersicis ait, Mæandrii filius.

uidam illum iter agentem in via defecisse dicunt, m ad nonagesimum ætatis pervenisset annum: Apol-rus vero vixisse eum tradit septuaginta, dicendi ar-exercuisse quadraginta annos, floruisse olympiade gesima quarta.

87.

pollodorus grammaticus in Chronicis, olymp. 84, pedoclem Metonis filium fuisse ait, ceterum ad rios nuper omnino conditos venisse Glaucus ait: ple post panca: « Qui vero narrant domo profugum se Syracusas et cum illis bellasse adversus Athenien-prorsus id mihi ignorare videntur: aut enim jam de-ui, aut omnino valde senex erat, id quod minime atur. Namque et Aristoteles ipsum sexagesimo ætatis , insuper etiam Heraclitum, ait vita excessisse. » Qui vero septuagesimam et primam olympiadem vicerat eques, eodem censebatur nomine, ita ut simul tempus ab Apollodoro significetur.

88.

Gorgiam Leontinum narrant ipsius (Empedoclis) fuisse discipulum, insignem oratorem, qui et artem rhetoricam scripserit. Hunc tradit Apollodorus in Chronicis centum et novem ætatis implevisse annos.

89.

Nascitur Plato, ut dicit Apollodorus in Chronicis, octogesima octava olympiade, Thargelionis septima, qua die Delii Apollinem natum esse dicunt.

90.

Apollodorus, annalium scriptor, hoc anno (Ol. 93, 3) Euripidem quoque defunctum esse tradit.

91.

Successit Dario Artaxerxes Ol. 93, 4. Quo tempore Antimachum poetam Apollodorus floruisse tradit.

Digitized by Google

92.

Ol. 99, 1. 381 a. C.

Diogen. Laert. V, 9, de Aristotele: Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, γεννηθῆναι μὲν αὐτὸν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑνάτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, παραβαλεῖν δὲ Πλάτωνι καὶ διατρίψαι παρ' αὐτῷ εἴκοσιν ἔτη, ἑπταικαιδεκέτη συστάντα, καὶ εἰς τε Μυτιλήνην ἐλθεῖν ἐπὶ ἄρχοντος Εὐβούλου τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· Πλάτωνος δὲ τελευτήσαντος τῷ πρώτῳ ἔτει ἐπὶ Θεοφίλου, πρὸς Ἑρμείαν ἀπᾶραι καὶ μεῖναι ἔτη τρία· ἐπὶ Πυθοδότου δ' ἐλθεῖν πρὸς Φίλιππον, τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, Ἀλεξάνδρου πεντεκαίδεκα ἔτη ἤδη γεγονότος· εἰς δ' Ἀθήνας ἀφικέσθαι τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑνδεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· καὶ ἐν Λυκείῳ σχολάσαι ἔτη τρία πρὸς τοῖς δέκα. Εἶτα ἀπᾶραι εἰς Χαλκίδα τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ τελευτῆσαι ἐτῶν τριῶν που καὶ ἑξήκοντα νόσῳ, ὅτε καὶ Δημοσθένην καταστρέψαι ἐν Καλαυρίᾳ ἐπὶ Φιλοκλέους.

93.

Ol. 103. 368 a. C.

Diogen. Laert. VIII, 90: Γεγόνασι δὲ Εὔδοξοι τρεῖς· αὐτὸς οὗτος (sc. ὁ Κνίδιος), ἕτερος Ῥόδιος ἱστορίας γεγραφὼς, τρίτος Σικελιώτης παῖς Ἀγαθοκλέους, ποιητὴς κωμῳδίας, νίκας ἑλὼν ἀστικὰς μὲν τρεῖς, Λήναϊκὰς δὲ πέντε, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς.... Ὁ δ' αὐτός φησι τὸν Κνίδιον Εὔδοξον ἀκμάσαι κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, εὑρεῖν τε τὰ περὶ τὰς καμπύλας γραμμάς. Ἐτελεύτησε δὲ τρίτον ἄγων καὶ πεντήκοστον ἔτος.

94.

Diogen. Laert. IX, 61, de Pyrrhone: Πύῤῥων Ἠλεῖος, Πλειστάρχου μὲν ἦν υἱὸς, καθὰ καὶ Διοκλῆς ἱστορεῖ, ὡς φησι δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ἕτερον ἦν ζωγράφος.

95.

Ol. 109, 3. 342 a. C.

Diogen. Laert. X, 13, de Epicuro: Τοῦτον Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς Ναυσιφάνους (vel Λεωφάνους) ἀκοῦσαι φησὶ καὶ Πραξιφάνους. Μοι 14 Ἐγεννήθη δὲ, φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Σωσιγένους ἄρχοντος, μηνὸς Γαμηλιῶνος ἑβδόμῃ, ἔτεσιν ὕστερον τῆς Πλάτωνος τελευτῆς ἑπτά· ὑπάρχοντα δὲ αὐτὸν ἐτῶν δύο καὶ τριάκοντα, ἐν Μυτιλήνῃ καὶ Λαμψάκῳ πρῶτον συστήσασθαι σχολὴν ἐπὶ ἔτη πέντε· ἔπειθ' οὕτως εἰς Ἀθήνας μετελθεῖν, καὶ τελευτῆσαι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑκατοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Πυθαράτου, ἔτη βιώσαντα δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα, τήν τε σχολὴν διαδέξασθαι Ἕρμαρχον Ἀγεμάρχου Μυτιληναῖον.

96.

Ol. 122, 2. 291 a. C.

Gellius XVII, 4, de Menandro: *Sed Apollodori scriptoris celebratissimi, hos de Menandro versus legimus in libro, qui Chronica inscriptus est:*

Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθεος πατρὸς,
πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα
ἐξέλιπε, πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτῶν.

Ex istis tamen centum et quinque omnibus, quos cum octo vicisse idem Apollodorus eodem in libro scripsit.

Menander diem obiit Ol. 122, 2, a. C. 291. Cum Apollodoro consentit inscriptio ap. Corsin. F. A. t. IV, p. 76, Prolegg. Aristoph. p. XXXI V. Clinton. ad annos 291 et 342.

92.

Narrat Apollodorus in Chronicis Aristotelem natum esse anno primo nonagesimæ nonæ olympiadis, perrexisseque ad Platonem decimo septimo ætatis anno, annosque viginti apud eum fuisse commoratum. Tum vero venisse Mytilenen archonte Eubulo, quarto anno centesimæ octavæ olympiadis. Verum Platone primo anno functo vita sub Theophilo, profectum esse ad Hermiam mansisseque annos tres. Sub Pythodoto autem se contulisse ad Philippum secundo anno centesimæ nonæ olympiadis, Alexandro quintum decimum jam annum ætatis agente; Athenas vero concessisse secundo anno centesimæ undecimæ olympiadis, atque in Lyceo tredecim annos docuisse, ac demum perrexisse Chalcidem tertio anno centesimæ quartæ decimæ olympiadis, morboque periisse, quum esset annorum ferme sexaginta trium: quo etiam tempore Demosthenem in Calauria defunctum esse sub Philocle.

93.

Fuerunt Eudoxi tres: primus hic de quo loquor (sc. Æschini filius, Cnidius, astrologus, geometra, medicus), secundus Rhodius historiarum scriptor, tertius Siculus Agathoclis filius, poeta comicus, qui ter urbana vicit certamina, et quinquies Lenaica, ut Apollodorus in Chronicis ait. ... Idem vero refert Eudoxum Cnidium circa centesimam et tertiam Olympiadem claruisse atque linearum curvarum doctrinam reperisse.

94.

Pyrrho Eleus, Plistarchi filius erat, ut Diocles quoque refert, secundum Apollodorum vero in Chronicis primum fuerat pictor.

95.

Epicurum Apollodorus in Chronicis Nausiphanem et Praxiphanem audivisse tradit. ... Nascitur autem, inquit Apollodorus in Chronicis, centesimæ nonæ Olympiadis anno tertio, sub Sosigene archonte, mensis Gamelionis die septimo, septem annis post Platonis obitum. Quum vero triginta duorum esset annorum, primum Mytilenæ et Lampsaci scholam instituit annis quinque, postea Athenas migravit, ubi diem obiit anno secundo centesimæ vicesimæ septimæ olympiadis sub Pytharato, quum septuaginta et duos vitæ implesset annos. Successit in moderanda schola Hermarchus Agemarchi filius Mytilenæus.

Digitized by Google

97.

Ol. 123, 2. 287 a. C.

Diogen. Laert. V, 58, de Stratone Peripatetico: χολαρχεῖν δὲ, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ἑξατο τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι, ἰς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη ὀκτωκαίδεκα.

98.

Diogen. Laert. IV, 23, de Cratete Atheniensi: ελευτῶν δὲ ὁ Κράτης, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν ίτῳ τῶν Χρονικῶν, ἀπέλιπε βιβλία, τὰ μὲν φιλοσο- ούμενα, τὰ δὲ περὶ κωμῳδίας, τὰ δὲ λόγους δημη- ρικοὺς καὶ πρεσβευτικούς.

« Excidisse puto annum mortis Cratetis, quod ctum nolim, quum aliunde de eo non constet. » eynius. Euseb. ad Olymp. 127: *Polemo philo- phus moritur, post quem Arcesilas et Crates* od. Armen. corrupte: *Coton*) *clari habentur.* lem habet Syncell. p. 276, B.

99.

Diogen. Laert. IV, 28: Ἀρκεσίλαος, Σεύθου ἢ κύθου, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ Χρονικῶν. V. linton. ad an. 315 et p. 378 sq. ed. Krüg.

100.

Syncell. Chron. p. 275, C (p. 253 ed. Dindf.): ἱ βασιλεῖς Ποντίων δέκα κατὰ τούτους ἦρξαν τοὺς ρόνους διαρκέσαντες ἔτη σιή· περὶ ὧν Ἀπολλόδωρος ὶ Διονύσιος ἱστοροῦσι.

101.

Ol. 143.

Diogen. Laert. VII, 184, de Chrysippo: Τοῦ- ν ἐν τῷ Ὠδείῳ σχολάζοντά φησιν Ἕρμιππος, ἐπὶ σίαν ὑπὸ τῶν μαθητῶν κληθῆναι· ἔνθα προσενεγ- ίμενον γλυκὺν ἄκρατον καὶ ὑλιγγιάσαντα πεμπταῖον τελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων, τρία καὶ ἑβδομήκοντα βιώ- ντα ἔτη, κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετταρακοστὴν καὶ ατοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν ρονικοῖς.

102.

Ol. 162, 4.

Diogen. Laert. IV, 65, de Carneade: Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ἀπελθεῖν αὐτὸν ἐξ ἀνθρώ- πων ἔτει τετάρτῳ τῆς δευτέρας καὶ ἑξηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιώσαντα ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα.

103.

Phlegon De longævis, 2: Κτησίβιος ὁ ἱστοριο- γράφος ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα (ἔζησεν), ἐν περιπάτῳ δὲ ἐτελεύτα, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς δεδήλω- κεν.

Eadem Lucian. in Macrobiis 22: Συγγραφέων δὲ Κτησίβιος ἑκατὸν εἴκοσι τεσσάρων ἐτῶν ἐν περιπά- τῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς ἱστορεῖ. In his εἴκοσι ante τεσσάρων delendum esse monet Meursius.

104.

Joseph. Contra Apionem II, 7: *Antiochus neque justam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, quum non esset hostis, et socios insuper nos suos et amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic invenit. Multi et digni scriptores super hoc quoque testantur: Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes et Castor chronographus et Apollodorus: qui omnes dicunt, pecuniis indigentem Antiochum transgressum fœdera Judæorum, et spoliasse templum auro argentoque plenum.*

ΠΕΡΙ ΓΗΣ sive ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

LIBER I.

105.

Steph. Byz.: Ταυρόεις, πόλις Κελτική, Μασσα- λιωτῶν ἄποικος. Οἱ πολῖται Ταυροέντιοι. Ἀπολλόδω-

97.

Strato scholæ præesse cœpit, ut Apollodorus in Chro- is refert, olympiade centesima vicesima tertia, eam- e annos octo et decem tenuit.

98.

Moriens Crates, ut Apollodorus in tertio Chro- orum ait, libros reliquit alios quidem philosophicos, os de comœdia, orationes item pro concione et in le- tionibus habitas.

99.

Arcesilaus Seuthi sive Scythi filius, sicut Apollodorus tertio Chronicorum ait.

100.

Ponti reges decem annis 218 regnantes imperii princi- im hoc tempore posuerunt; de quibus Apollodorus et onysius scribunt.

101.

Chrysippum in Odeo philosophantem Hermippus ait iscipulis ad sacrificium vocatum fuisse, ibique quum oblatum dulce merum hausisset, vertigine fatigari cœ- pisse, atque ita quinto die defunctum esse, quum septuaginta et tres vixisset annos, olympiade, ut ait Apollodorus in Chronicis, centesima quadragesima ter- tia.

102.

Refert Apollodorus in Chronicis, Carneadem vita ex- cessisse olympiadis centesimæ sexagesimæ secundæ anno quarto, quum vixisset annos octoginta quinque.

103.

Inter historicos Ctesibius centum quatuor annos natus in Peripato obiit, ut auctor est in Chronicis Apollodorus.

DE ORBE TERRARUM.

LIBER I.

105.

Taurois, urbs Celtica, Massiliensium colonia. Cives, Tauroentii. Apollodorus in primo Geographicorum, dicit

Digitized by Google

ρος ἐν πρώτῳ Γεωγραφουμένων φησὶν, ὅτι ταυροφόρος ἦν ἡ ναῦς ἡ διακομίσασα τοὺς τὴν πόλιν κτίσαντας· οἱ ἀποβρίφέντες ἀπὸ τοῦ στόλου τῶν Φωκαέων καὶ προσενεχθέντες αὐτόθι ἀπὸ τοῦ ἐπισήμου τῆς νεὼς τὴν πόλιν ὠνόμασαν.

Libri index ἐν πρώτῳ Γεωγραφουμένων Heynium movit, ut hoc fragmentum ex Artemidori opere geographico petitum esse mallet. Sed quæ est tituli hujus Apollodorei operis fluctuantia, non est cur auctoris nomen mutemus.

LIBER II.

106.

Idem : Ἄβυλλοι, ἔθνος πρὸς τῇ Τρωγλοδυτικῇ, ἔγγιστα τοῦ Νείλου, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ Περιηγήσεως. Libri περὶ γῆς.

107.

Idem : Ἀριανία (leg. Ἀριανοί), ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις. Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ.

108.

Idem : Αὔγιλα, οὐδετέρως, πόλις Λιβύης· Ἀπολλόδωρος β' Περιηγήσεως. Ms. περὶ γῆς.

109.

Idem : Αὐσεῖς, ἔθνος Λιβύης. Ἀπολλόδωρος δευτέρᾳ Περιηγήσεως. Codd. περὶ γῆς.

110.

Idem : Γαυγάμηλα, τόπος Περσίδος. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ Περὶ τῆς γῆς δευτέρῳ.

111.

Idem : Ἰβηρίαι δύο, ἡ μὲν πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις, ἀπὸ Ἴβηρος ποταμοῦ, οὗ μέμνηται Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ Περὶ γῆς β'· « Ἐντὸς δὲ Πυρήνης Ἴβηρ τ' ἐστὶν μέγας ποταμὸς φερόμενος ἐνδοτέρω. » « Eadem apud Constantin. Porphyrog. De themat. II, 23, ubi locus plenior servatus. Omnino in hoc, seu potius in iis, quos exscripsit, plurium Apollodoreorum vestigia agnosco p. 11, 16, 24. *Heynius.*

112.

Idem : Λᾶος, πόλις Λευκανίας. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ Περὶ γῆς δευτέρῳ.

113.

Idem : Μάρδοι, ἔθνος Ὑρκανῶν. Ἀπολλόδωρος Περὶ γῆς δευτέρῳ. Λῃσταὶ δ' οὗτοι καὶ τοξόται.

113 a.

Idem : Μασσύλοι, Λιβυκὸν ἔθνος. Ἀπολλόδωρος β'.

114.

Idem : Νάστος, πόλις Θρᾴκης. Γράφεται καὶ Νῆστός. Ἀπολλόδωρος δευτέρᾳ Περιηγήσει. Leg. δευτέρῳ περὶ γῆς. *Heynius.*

115.

Idem : Νοῦβαι, ἔθνος Λιβύης παρὰ Νείλῳ. Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ Περὶ γῆς. Λέγονται καὶ Νουβαῖοι, ὡς Δαβαῖοι (Berkel. Σαβαῖοι; Holsten., cui Heyn. adstipulatur, Δαμαῖοι), καὶ Νούμιδες οἱ αὐτοί.

116.

Idem : Ὀρβῖται, ἔθνος Ἰνδικὸν, ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ Ἀλεξανδρείας. « H. e. gens habitans circa Alexandriam Indiæ; non vero, ut opus Apollodori fuerit περὶ Ἀλεξανδρείας. Monuit quoque Berkel. » *Heynius.* Verum hoc ferri nequit. Verba Ἀπολλόδ. δευτέρῳ περὶ Ἀ. ex satis vulgari veterum libros citandi more significant: Apollodori (Chronicorum) libro secundo, ubi agit de Alexandria in India ab Alexandro magno condita.

---

navem, quæ urbis conditores transvexit, pro insigni gessisse taurum, atque hos a classe Phocæensium disjectos et illuc appulsos, urbem a navis insigni nominasse.

LIBER II.

106.

Abylli, gens juxta regionem Troglodyticam, Nili proxima, uti tradidit Apollodorus lib. secundo Periegeseos.

107.

Ariani, gens Cadusiis proxima, auctore Apollodoro in libro secundo.

108.

Augila, genere neutro, urbs Libyæ, Apollodorus libro secundo Periegeseos.

109.

Auses, gens Libyæ, Apollodorus libro secundo Periegeseos.

110.

Gaugamela, locus Persidis, de quo Apollodorus libro secundo de Terra.

111.

Iberiæ duæ sunt. Altera circa columnas Herculeas, ab Ibere flumine sic dicta, cujus Apollodorus libro secundo Descriptionis terræ meminit : « Cis Pyrenen Iber est, « magnum flumen, ad mediterranea usque devolvens « undas. »

112.

Laos, urbs Lucaniæ, de qua Apollodorus libro secundo de Terra.

113.

Mardi, gens Hyrcanorum, de qua Apollodorus libro secundo de Terra. Latrones isti atque sagittarii.

113 a.

Massyli, Libycus populus. Apollodor. libro secundo.

114.

Nastus, urbs Thraciæ. Scribitur quoque Nestus, auctore Apollodoro libro secundo Periegeseos.

115.

Nubæ, gens Libyæ juxta Nilum, de qua Apollodorus libro secundo de Terra. Iidem appellantur etiam Nubæi, uti Sabæi, et Numides.

116.

Orbitæ, gens Indica, cujus meminit Apollodorus libro secundo, ubi de Alexandria agit.

Digitized by Google

117.

Idem : Παροπάμισσος, πόλεως ὄρος Ἰνδικῆς, ἀφ' ἧ Παροπαμισσάδαι οἱ παροικοῦντες. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν δευτέρῳ Περὶ γῆς ἀπ' αὐτῶν φησι τὸ ὄρος κεκλῆθαι.

118.

Idem : Τόρεται, ἔθνος Ποντικόν. Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ Περιηγήσεως. Ms. περὶ γῆς.

119.

Idem : Ὑλλεῖς, ἔθνος Ἰλλυρικόν. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ Περὶ γῆς δευτέρῳ· « Ὑπὲρ δὲ τοὺς Ὕλλους Λιβυρνοὶ καί τινες Ἴστροι λεγόμενοι Θρᾷκες. » Καὶ τὸ ἐθνικὸν Ὑλλίς. « Πρόκειται Χερρόνησος Ὑλλικὴ μάλιστα Πελοποννήσου, ὡς φασι, πεντεκαίδεκα πόλεις ἔχουσα παμμεγέθεις οἰκουμένας. » Postrema inde a πρόκειται corrupta sunt, sed quid sibi velint, e Scymno Chio intelligitur. Is enim v. 404 :

Ἐξῆς δὲ μεγάλη χερρόνησος Ὑλλικὴ,
πρὸς τὴν Πελοπόννησόν τι ἐξισουμένη.
Πόλεις δ' ἐν αὐτῇ φασὶ πέντε καὶ δέκα
Ὕλλους κατοικεῖν, ὄντας Ἕλληνας γένει.

Nec tamen propterea cum Heynio putandum hos ipsos Scymni versus Ethnographum adscribere voluisse, sed cum Holstenio vindicanda sunt Apollodoro, ex quo mutatos in sua transtulit Scymnus. Eundem locum laudat Eustath. ad Periegeten p. 184, sed multo etiam contaminatiorem. Cf. Timæi fragm. 42.

120.

Idem : Ψῆσσοι, ἔθνος τῆς Ταυρινίας (Heyn. leg. Ταυρικῆς). Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ Περιηγήσεως Mss. ἐν β' περὶ γῆς)· « Ἔπειτα δ' Ἑρμώνασσα καὶ Κῆπος, τρίτον δὲ τὸ Ψησσῶν ἔθνος. »

121.

Idem : Ὠρῖται, ἔθνος Ἰνδικὸν αὐτόνομον. Στράβων p. 720) ... καὶ Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ·

« Ἔπειτα δ' Ὠρίτας τε καὶ Γεδρωσίους,
« ὧν τοὺς μὲν Ἰνδοὺς, ὡς ἐνοικοῦντας πέτραν ...

« Supplet tertio versu Ἄορνιν Scaliger ad Euseb. p. 127. Holstenius πέτραν in πέραν mutat : non male. Salmas., qui omnino his de verss. videndus ad Solin. p. 828, b, sic laudat : « Ἔπειτα δ' Ὠρίτας τε καὶ Γεδρωσίους οὐκ ἴσμεν Ἰνδοὺς τοὺς ἐνοικοῦντας πέραν Ἄρβιος. » *Heyn.* Equidem nil mutandum puto. Verbis ὡς ἐνοικοῦντας πέτραν auctor Oritarum regionis naturam et nomen (ὄρος, πέτρα) explicare voluit.

Sequuntur reliqua fragmenta geographica, quæ, etsi nulla libri notitia adjecta est, probabiliter tamen ad Chronica sive ad opus Περὶ γῆς referuntur.

122.

Strabo XIV, p. 995, D (p. 677), ubi adversus Apollodorum disputat, qui Asiam intra Sinopen et Issum triquetram esse dixerat, quum sit potius quadrilaterum : Νῦν δέ γε ... ἀμαθία τὸ λέγειν τριγωνοειδὲς τὸ τοιοῦτον τετράπλευρον, οὐδὲ χωρογραφικόν· ὁ δὲ καὶ χωρογραφίαν ἐξέδωκεν ἐν κωμικῷ μέτρῳ, Γῆς Περίοδον ἐπιγράψας.

123.

Idem I, 105, B (p. 61), ubi de populorum migrationibus : Οἷον Ἰβήρων μὲν τῶν ἑσπερίων εἰς τοὺς ὑπὲρ τοῦ Πόντου καὶ τῆς Κολχίδος τόπους μετῳκισμένων, οὓς καὶ ὁ Ἀράξης, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος, ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ὁρίζει. E libro secundo petita esse videntur.

124.

Steph. Byz. : Ἄδρανον, πόλις Σικελίας ἐν τῇ Αἴτνῃ... Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀδρανίτας φησὶ τὸ ἐθνικόν.

125.

Idem : Αἶνος, πόλις Θράκης. ... Ταύτην Ἀπολλόδωρός φησιν ὠνομάσθαι Πολτυοβρίαν. Cf. Biblioth. II, 5, 9, 12, 13.

126.

Idem : Ἁλικαρνασσός. ... Ἀπὸ τοῦ νάσασθαι αὐτὸν (sc. τὸν Ἄνθην) ἀπὸ Τροιζῆνος, ὡς Ἀπολλόδωρος.

117.

Paropamissus, mons urbis Indicæ, a quo, qui juxta abitant, Paropamissadæ dicti. Apollodorus autem secundo de Terra, ab ipsis ait montem esse appellatum.

118.

Toretæ, gens Pontica. Apollodorus secundo Perieseos.

119.

Hyllei, populus Illyricus. ... Apollodorus in secundo e Terra : « Supra autem Hyllos Liburni, et quidam itri dicti Thraces. »

120.

Psessi, gens Taurica. Apollodorus in secundo Perieseos : « Postea vero Hermonassa, et Cepos, tertia vero sessorum gens. »

121.

Oritæ, populus Indicus liber. Strabo ... et Apollodorus secundo : « Deinde autem Oritas et Gedrosios, quorum illos quidem Indos, utpote inhabitantes petram**

122.

Nunc inscitia est, non regionis descriptio, tanto quadrilatero tria tantum assignare latera. Ille tamen nobis chorographiam edidit versibus comicis, quam Terræ Circuitum inscripsit.

123.

Iberi occidentales in loca ultra Pontum et Colchidem commigrarunt, quos etiam Araxes, ut ait Apollodorus, ab Armenia separat.

124.

Adranum, urbs Siciliæ ad Ætnam. Apollodorus gentile dicit Adranitæ.

125.

Ænus, urbs Thraciæ... Hanc Apollodorus Poltyobriam nominatam esse dicit.

126.

Halicarnassus,... secundum Apollodorum nomen habet ἀπὸ τοῦ νάσασθαι αὐτὸν (Anthen), i. e. ex eo quod Anthes huc commigraverit ex Trœzene.

Digitized by Google

Cf. Strabo XIV, p. 656, Pausan. II, 30, 8; IX, 22, 5.

127.

Steph.: Ἀλλόβρυγες, ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικὸν, ὡς Ἀπολλόδωρος.

128.

Idem: Ἀμφιγένεια ... ἔστι κατὰ μὲν Ἀπολλόδωρον τῆς Μακιστίας, κατὰ δὲ τὸν Ἀντίμαχον Μεσσηνίας.

129.

Idem: Ἀντικύρα, πόλεις δύο, ἡ μία Φωκίδος, ... ἡ δὲ ἐν Μαλιεῦσιν, ὡς Ἀπολλόδωρος.

130.

Idem: Αὐτομάλακα, χωρίον Λιβύης. Πολυΐστωρ τρίτῃ· Ἀπολλόδωρος δὲ Αὐτόμαλά φησι.

131.

Idem: Βῆσσα, πόλις Λοκρῶν. Ἡρωδιανὸς δι' ἑνὸς σ γράφει, Ἀπολλόδωρος δὲ ... διὰ δύο.

132.

Idem: Δαμαῖοι, ἔθνος παρὰ τοῖς Ἰχθυοφάγοις, ὡς Ἀπολλόδωρος.

133.

Idem: Ἐχῖναι, νῆσοι περὶ τὴν Αἰτωλίαν ... Λέγονται καὶ Ἐχινάδες διὰ τὸ τραχὺ καὶ ὀξὺ, παρὰ τὸν ἐχῖνον, ἢ διὰ τὸ πλῆθος ἔχειν ἐχίνων. Ἀπολλόδωρος δὲ ἀπὸ Ἐχίνου μάντεως. Etymol. M. h. v. addit: τοῦ μετὰ Ἀμφιτρύωνος στρατεύσαντος.

134.

Idem: Θέρμη, πόλις Θράκης. Ἀπολλόδωρος δὲ Μακεδονίας φησὶ καὶ Θουκυδίδης (I, 61).

135.

Idem: Λακεδαίμων. ... Ὁ πολίτης Λακεδαιμόνιος ... λέγεται κατὰ συγκοπὴν Λάκων· ὡς Ἀπολλόδωρός φησιν, ὡς τοῦ Κυδωνιᾶται οἱ Κύδωνες.

136.

Idem: Μένδη, πόλις Θράκης, ἀπὸ Μένδης γυναικός. Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτήν φησι.

137.

Idem: Ὀδησσὸς, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ. Ἀπολλόδωρος δ' ὄρος μέγα τὴν Ὀδησσόν φησιν.

138.

Idem: Πασσαργάδαι. .. Ἀπολλόδωρος δὲ ἀρσενικῶς φησιν.

139.

Idem: Πέφνον, πόλις Λακωνικὴ, οὐδετέρως. Ἀπολλόδωρος δὲ νῆσον αὐτήν φησιν.

140.

Idem: Σικανία, ἡ περίχωρος Ἀκραγαντίνων. Καὶ ποταμὸς Σικανὸς, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος.

141.

Idem: Τέβερις, ποταμὸς Ἰταλίας, ἔνθα ἡ Ῥώμη καὶ ἡ τῶν Λατίνων ἐστὶ χώρα, ὡς Ἀπολλόδωρος.

142.

Idem: Τένεδος, ... Ἔστι καὶ πόλις Τένεδος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. Ἀπολλόδωρος δὲ Παμφυλίας αὐτὴν εἶναί φησι. «Ex loci extrema parte forte colligas, ad libros Περὶ νεῶν spectasse hæc.» *Heyn.*

143.

Idem: Φιλωτέρα, πόλις περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, Σατύρου κτίσμα. Ἀπολλόδωρος δὲ Φιλωτερίδα καλεῖ.

127.

Allobryges, populus Galliæ potentissimus, teste Apollodoro.

128.

Amphigenia... secundum Apollodorum, urbs Macistiæ; secundum Antimachum, Messeniæ.

129.

Anticyra, urbes duæ, una Phocidis,... alia in Maliensium terra, ut Apollodorus.

130.

Automalaca, oppidum Libyæ: Polyhistor libro tertio. Apollodorus vero Automala dicit.

131.

Bessa, urbs Locrorum. Herodianus per unum tantum *s* scribit, Apollodorus vero... per duo.

132.

Damei, populus juxta Ichthyophagos, ut Apollodorus.

133.

Echinæ, insulæ circa Ætoliam... Appellantur etiam Echinades vel quia sunt asperæ et acutæ velut echinus, vel quod echinorum multitudinem habeant. Apollodorus vero ab Echino vate sortitas fuisse nomen asserit.

134.

Therme, urbs Thraciæ. Apollodorus Macedoniæ dicit, et Thucydides.

135.

Lacedæmon. ... Civis Lacedæmonius. Dicitur etiam per syncopen Lacon, ut Apollodorus inquit, quemadmodum Cydoniatæ dicuntur Cydones.

136.

Mende, urbs Thraciæ, a Mende muliere. Apollodorus Mendin eam vocat.

137.

Odessus, urbs in Ponto juxta Salmydessum. Apollodorus vero montem magnum ait esse Odessum.

138.

Passargadæ..... quod Apollodorus genere masculino usurpat.

139.

Pephnum, urbs Laconica, neutro genere. Apollodorus vero insulam esse affirmat.

140.

Sicania, regio finitima Agrigentinis. Est etiam fluvius Sicanus, ut inquit Apollodorus.

141.

Tiberis, fluvius Italiæ, ubi Roma est et Latinorum regio, ut Apollodorus.

142.

Tenedus... Est etiam urbs Tenedos juxta Lyciam. Apollodorus vero Pamphyliæ esse dicit.

143.

Philotera, urbs circa Troglodyticam, a Satyro condita. Apollodorus vero Philoteridem vocat.

Digitized by Google

144.

Idem : Ὠκαλέα, πόλις Βοιωτίας. ... Ὅμηρος. ... λεῖτο δὲ Ὠκάλεια, ὡς Ἀπολλόδωρος.

145.

Idem : Ὤρικός.... Ἑκαταῖος λιμένα καλεῖ Ἠπείρου Ὤρικὸν ... Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ θαυμασιώτατος πόαὐτὴν οἶδε.

146.

Idem : Ὠρεὸς, πόλις Εὐβοίας. ... Ὠρείτης ... Ἀπολδωρος δὲ τετρασυλλάβως φησὶν, οὐ διὰ τῆς ει διόγγου, ἀλλὰ διὰ τοῦ ε καὶ ι, Ὠρείτας · « Οὕτω τὴν ν Ὠρειτῶν νυκτὸς αἱροῦσι πόλιν. » Heyniùs metro bveniendum putat sic : τῶν Ὠρειτῶν αἱροῦσιν τω τὴν πόλιν.

147.

Schol. Apollonii I, 1116 : Πεδίον Νηπείας ἐστὶ ερὶ Κύζικον.... Ἀπολλόδωρος δέ φησι Νηπείας πεδίον Φρυγίᾳ.

148.

Schol. Pind. Ol. I, 35, ad verba, Δεσπόταν ὐρακόσιον ἱπποχάρμαν βασιλῆα : Ineptos dicit Dymus eos, qui Hieronem non Syracusanum, sed Etnæum fuisse dicentes, Συρακοσίων ἱπποχαρμᾶν cribere voluerint : Τότε γὰρ Ἱέρων ἦν Συρακούσιος, αὶ οὐδὲ ἦν Αἰτναῖος, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος.

149.

Schol. Pindari Ol. IX, 63 : Πρωτογενείας ἄστει .. τῇ Ὀποῦντι λέγει · ἐκεῖ γάρ φησι Δευκαλίωνα καὶ Πύῤῥαν οἰκῆσαι, ὧν θυγάτηρ Πρωτογένεια. Ἀπολλόδωρος (δὲ) φησὶν, οὐκ ἐν Ὀποῦντι, ἀλλ' ἐν Κύνῳ τὸν Δευκαλίωνα καὶ τὴν Πύῤῥαν οἰκῆσαι. Cf. Strabo IX, p. 651, A (p. 425).

150.

Etymol. M. : Ἑλληνόπολις. Ἀπολλόδωρος · « Ἀταλὸς ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων οἰκήτορας συναγαγὼν, ἔκτισε πόλιν, καὶ ὠνόμασεν αὐτὴν Ἑλληνόπολιν. » Add. Stephan. in h. v : Πόλις Βιθυνίας μετὰ τὸν ἀνῳκισμὸν Βιθάλδης.

ΠΕΡΙ ΝΕΩΝ,
vel
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΕΩΝ ΚΑΤΑΛΟΓΟΥ.
LIBER I.

151.

Steph. Byz. : Πλαταιαὶ, πόλις Βοιωτίας ... κέκληται δὲ ἀπὸ τῆς πλάτης τῆς κώπης, ὡς Ἀπολλόδωρος πρώτῳ τοῦ Καταλόγου · Ἐκλιμνωθείσης τῆς Βοιωτίας, τοὺς παροικοῦντας ταῖς λίμναις Βοιωτοὺς πλῷ πορεύεσθαι ἐπ' ἀλλήλων. Ὅθεν παρὰ τὴν πλάτην καὶ τὴν κώπην τὰς πόλεις κληθῆναι.

Cf. Eustath. ad Il. B, 502, p. 267 : Φασὶν ὅτι Κῶπαι καὶ Κωπαῖς ἐκλήθησαν διὰ τὰς κώπας, αἷς ἐχρῶντο οἱ ἐγχώριοι πρὸς ἀλλήλους πλέοντες, διὰ τὸ ἀπολιμνωθῆναι, φασὶ, τὰ ἐκεῖ. Ὅθεν καὶ ἡ ἐκεῖσέ που Πλάταια πόλις παρὰ τὴν πλάτην, ἤ δηλοῖ τὴν κώπην. Strabo X, p. 406.

152.

Idem : Ἄργουρα, πόλις Θεσσαλίας ἡ πρότερον Ἄργισσα ... Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀργουραῖος, ὡς καὶ Φλῶν· Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἐν πρώτῳ Νεῶν καταλόγῳ Ἀργείους ὀνομάζεσθαι· ἢ τῆς προσηγορίας μεταπεσούσης, ἢ διὰ τὸ προσκυροῦν τὰ πεδία τῆς Θετταλίας, ἣν δὴ Πελασγικὸν Ἄργος εἶπεν Ὅμηρος. Cf. Eustath. ad Il. B, 738, p. 333, qui τὸν ἀναλεξάμενον τὰ ἐθνικὰ secutus, post alia dicit : Ἄργισσα δὲ ὠνομάσθη ἢ ἀπὸ Ἀργείων ἢ διὰ τὸ προσκυροῦν τοῖς πεδίοις τῆς Θεσσαλίας, ἣν etc. Quare Berkel. Stephani locum,

---

144.

Ocalea, urbs Bœotiæ... Sic Homerus... Vocabatur vero Ocalia, teste Apollodoro.

145.

Oricus... Hecatæus portum Epiri vocat Oricum.... Apollodorus autem admirabilissimus urbem eam novit.

146.

Oreus, urbs Eubœæ. ... Gentile Ὠρείτης... Apollodorus autem quadrisyllabice inquit, non per ει diphthongum, sed per ε et ι, Ὠρείτας : « Sic nocte Oreitarum urbem capiunt. »

147.

Campus Nepeæ prope Cyzicum est... Apollodorus vero Nepeæ campum in Phrygia dicit.

148.

Hiero erat Syracusanus, non vero Ætnæus, sicut Apollodorus dicit.

149.

Protogeniæ urbi... Opuntem dicit; illic enim habitasse ait Deucalionem et Pyrrham, quorum filia Protogenia. Apollodorus vero refert non Opunte, sed Cyni Deucalionem et Pyrrham habitasse.

150.

Hellenopolis. « Apollodorus : Attalus ex Græcis urbibus colonos postquam collegerat, urbem condidit eamque nominavit Hellenopolin. »

DE NAVIBUS
sive
DE NAVIUM CATALOGO.
LIBER I.

151.

Platææ, urbs Bœotiæ,... vocata fuit a *palmula remi*, ut Apollodorus primo Catalogi : « Quum ab paludibus inundari soleret Bœotia, qui juxta paludes habitant, Bœotios navibus vehentes ad invicem proficisci. Sic a palmula remi (πλάτη) vocatas esse Platæas, et a remo (κώπη) Copas urbem. »

152.

Argura, urbs Thessaliæ (ad Peneum fluvium), antea Argissa dicta... Gentile oportebat esse Argureus, quemadmodum etiam Philo perhibet : verum Apollodorus in primo libro de Navium Catalogo tradit, incolas Argivos appellari, vel nomine mutato, vel quod campestria Thessaliæ loca, quam Homerus Pelasgicum Argos nominavit, sibi vindicaverint.

Digitized by Google

quem corruptum esse putat, hoc modo in integrum vult restitui: Ἀπ. δέ φησιν ἐν πρώτῳ νεῶν καταλόγῳ Ἄργισσαν ὀνομάζεσθαι κ. τ. λ. Sed non de urbis, sed de civis nomine jam quæritur, quod Ἀργείους esse Apollodorus dixit. Id gentile est Ἀργείας, cujus nominis alia forma erat Ἄργισσα, ut indicat Eustath. l. l.: Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν ῥηθεῖσαν Ἄργισσαν εὑρηνται σπανιά τινα τῶν ἀντιγράφων, Ἄργειαν ἔχοντα προπαροξυτόνως διὰ διφθόγγου.

153.

Etymol. M.: Ἀσπληδών· φασὶ γὰρ εἶναι Σπληδόνα τὸν Πρεσβῶνος καὶ Στερόπης· Ἀπολλόδωρος δέ φησιν Ἀσκληπιάδην οὕτω λέγειν· Σπληδόνα τ' ἠγαθέην.

Truncata hæc, quæ ad Il. B, 511 spectant, facili negotio restituas ex Eustath. p. 272: Ἡ δὲ Ἀσπληδὼν γράφεται παρ' ἑτέροις καὶ χωρὶς τοῦ α· ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀσπληδόνος, υἱοῦ Ποσειδῶνος ἢ Πρέσβωνος ἢ Ὀρχομένου. Cf. Steph. Byz. h. v., schol. Hom. ad l. l., Etym. M., Strabo IX, p. 637, C (415).

154.

Steph. Byz.: Ὠρωπός. ... Τὸ ἐθνικὸν Ὠρωπιεύς· οὕτω γὰρ ὁ αὐτὸς (sc. Ἀπολλόδωρος) ἐν Νεῶν καταλόγῳ πρώτῃ· « Ἔστι δ' ἡ Γραῖα τόπος, τῶν Ὠρωπιέων πόλις. »

155.

Strabo IX, p. 621, B, (405): Οἴονται δέ τινες δεῖν γράφειν (Il. B, 508)·

Ἴσόν τε ζαθέην, Ἀνθηδόνα τ' ἰσχατόωσαν·

ἐκτείνοντες τὴν πρώτην συλλαβὴν ποιητικῶς διὰ τὸ μέτρον, ἀντὶ τοῦ

Νῖσάν τε ζαθέην·

ἡ γὰρ Νῖσα οὐδαμοῦ φαίνεται τῆς Βοιωτίας, ὡς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Περὶ νεῶν· ὥστ' οὐκ ἂν εἴη, εἰ μὴ τὴν Ἴσον οὕτως εἴρηκεν.

Eadem Eustath. ad e. l. p. 271, sed Apollodori non meminit. Cf. O. Müller. Orchom. p. 381.

156.

Strabo X, p. 713, A (p. 464): Καὶ Ἀπολλόδωρος δ' εἴρηκεν ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀπελθόντας Ἕλληνας ἱστορεῖσθαι καὶ ἐποίκους τοῖς Αἰτωλοῖς γενομένους.

157.

Idem lib. IX, p. 637, B (p. 416), postquam Bœotiæ urbes enarraverat: Εὖ γὰρ, inquit, τὴν τοιαύτην ὕλην ὑποβεβλήκασιν ἡμῖν οἱ τὰ περὶ τῶν νεῶν συγγράψαντες· οἷς ἀκολουθοῦμεν, ὅταν οἰκεῖα λέγωσι πρὸς τὴν ἡμετέραν ὑπόθεσιν. Ex quibus apparet, et in superioribus et toto hoc loco de vetere Græcia plura Strabonem ex Commentariis his Apollodori mutuatum esse. *Heynius.*

158.

Steph. Byz.: Ἀκτή· οὕτως ἡ Ἀττικὴ καλεῖται ἀπὸ Ἀκταίου τινός. Ἀνὴρ δὲ ἦν αὐτόχθων, ὃς Φαδρῖνος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐκεῖ, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτω τὴν χώραν ὠνόμασε καὶ τοὺς λαούς. Ἀπολλόδωρος δὲ τἀναντία φησίν· « Οὕτω γὰρ ἐκλήθη διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς καθικνεῖσθαι εἰς θάλασσαν. Τριγώνου γὰρ οὔσης, αἱ συννεύουσαι ὑπὸ τὸ Σούνιον ἑκατέρωθεν δύο πλευραὶ παράλιοι τυγχάνουσι, δι' ἃς τῶν ἐπὶ Κέκροπος φυλῶν τεττάρων οὐσῶν δύο προσηγόρευσαν Ἀκταίαν καὶ Παραλίαν. » Utrum hæc ex opere de Navium Catalogo, an aliunde petita sint, discerni nequit, illud tamen verisimilius. Itaque hunc maxime locum fragmento assignavi, quia Attica post Bœotiam nominatur apud Homerum, cujus in navibus recensendis ordinem etiam Apollodorus secutus est, uti et res ipsa suadet et ex fragmentis libri nota distinctis licet intelligere.

LIBER II.

159.

Strabo VII, p. 457 B (298): Ἃ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νεῶν προοιμιαζόμενος εἴρη-

---

153.

Aspledon (urbs in Bœotorum et Locrorum confinio, quam etiam Spledonem vocant) nominata est a Spledone Presbonis et Steropæ. Apollodorus vero ait Asclepiadem ita dicere: Σπληδόνα τ' ἠγαθέην.

154.

Oropus.. Gentile, Oropieus. Sic enim Apollodorus libro primo de Navium Catalogo: « Est autem Græa locus, Oropieorum urbs »

155.

Sunt qui apud Homerum sic putent scribendum:

« Atque Isum sacram positamque Anthedona fine, »

priori syllaba vocis *Isos* poetice producta, pro:

Nisam sacram.

Nusquam enim in Bœotia invenitur Nisa, sicut docet Apollodorus in Commentariis de navibus. Itaque locum non habet, nisi Isum ita appellaverit.

156.

Apollodorus quoque tradidit, Hyantes memorari, qui e Bœotia profecti, Ætolorum sint facti inquilini.

157.

Hujusmodi materiam probe nobis suggesserunt illi qui in Catalogum Homeri scripsere: quos sequimur, ubi nostro argumento accommodata tradiderunt.

158.

Acte: sic Attica appellabatur ab Actæo quodam. Is vir fuit, Phavorino auctore, indigena, qui ibi regnavit, atque de se ita et terram nominavit et populum. Sed alia prorsus statuit Apollodorus, scilicet, ita esse dictam παρὰ τὴν ἀκτὴν, id est, a littore, quia magna illius pars ad mare vergit. Quum enim triangularis sit, latera utrinque Sunium versus vergentia mari adjacent. Hac de causa duas quatuor tribuum sub Cecrope Actæam et Paralian appellarunt.

LIBER II.

159.

Quæ Apollodorus in exordio libri secundi de navibus affert, nullo pacto quadrant. Laudat enim is ser-

Digitized by Google

, ἥκιστα λέγοιτ' ἄν. Ἐπαινεῖ γὰρ Ἐρατοσθένους
όφασιν, ὅτι φησὶν ἐκεῖνος καὶ Ὅμηρον καὶ τοὺς ἀλ-
ις τοὺς παλαιοὺς τὰ μὲν Ἑλληνικὰ εἰδέναι, τῶν δὲ
βρω πολλὴν ἔχειν ἀπειρίαν, ἀπείρους μὲν μακρῶν
ὄν ὄντας, ἀπείρους δὲ τοῦ ναυτίλλεσθαι. Συνηγο-
ν δὲ τούτοις, Ὅμηρόν φησι τὴν μὲν Αὐλίδα καλεῖν
τρήεσσαν, ὥσπερ καὶ ἔστι· πολύκνημον δὲ τὴν
τεωνὸν, πολυτρήρωνα δὲ τὴν Θίσβην, ποιήσαντα δὲ
Ἁλίαρτον· τὰ δ' ἄπωθεν οὔτ' αὐτὸν εἰδέναι οὔτε
ὺς ἄλλους. Ποταμῶν γοῦν περὶ τετταράκοντα ῥεόν-
ν εἰς τὸν Πόντον, μηδὲ τῶν ἐνδοξοτάτων μηδενὸς
μνῆσθαι, οἷον Ἴστρου, Τανάϊδος, Βορυσθένους,
πάνιος, Φάσιδος, Θερμώδοντος, Ἅλυος· ἔτι δὲ
υθῶν μὲν μὴ μεμνῆσθαι, πάντας (πλάττειν Coraes)
ἀγαυοὺς τινὰς Ἱππημολγοὺς καὶ Γαλακτοφάγους
δίους τε. Παφλαγόνας τε τοὺς [μὲν] ἐν τῇ μεσογαίᾳ
τορηκέναι παρὰ τῶν πεζῇ τοῖς τόποις πλησιασάν-
ιν, τὴν παραλίαν δὲ ἀγνοεῖν· καὶ εἰκότως γε. Ἀ-
ουν γὰρ εἶναι τότε τὴν θάλατταν ταύτην καὶ καλεῖ-
αι Ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα
ὧν περιοικούντων ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθικῶν
νοθυτούντων καὶ σαρκοφαγούντων καὶ τοῖς κρανίοις
πώμασι χρωμένων· ὕστερον δ' Εὔξεινον κεκλῆσθαι,
ὧν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλεις κτισάντων. Ὁμοίως
ἀγνοεῖν καὶ τὰ περὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην, οἷον τὰς
αναβάσεις τοῦ Νείλου καὶ προσχώσεις τοῦ πελάγους·
ν οὐδαμοῦ μεμνῆσθαι, οὐδὲ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ μεταξὺ
ῆς Ἐρυθρᾶς καὶ τῆς Αἰγυπτίας θαλάσσης, οὐδὲ τῶν
κτὰ τὴν Ἀραβίαν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ τὸν Ὠκεανόν·
μὴ Ζήνωνι τῷ φιλοσόφῳ προσεκτέον γράφοντι·

Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους Ἀραβάς τε.

(V. Strab. I, p. 70, A, B.) Οὐ θαυμαστὸν δ' εἶναι περὶ Ὁμήρου· καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν Ἡμίκυνας λέγοντα καὶ Μεγαλοκεφάλους καὶ Πυγμαίους· Ἀλκμᾶνα δὲ Στεγανόποδας· Αἰσχύλον δὲ Κυνοκεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους καὶ ἄλλα μυρία. Ἀπὸ δὲ τούτων ἐπὶ τοὺς συγγραφέας βαδίζει Ῥιπαῖα ὄρη λέγοντας, καὶ τὸ Ὠγύγιον ὄρος, καὶ τὴν τῶν Γοργόνων καὶ Ἑσπερίδων κατοικίαν, καὶ τὴν παρὰ Θεοπόμπῳ Μεροπίδα γῆν (v. fr. 76), παρ' Ἑκαταίῳ δὲ Κιμμερίδα πόλιν (v. fr. 2), παρ' Εὐημέρῳ δὲ τὴν Παγχαίαν γῆν, παρ' Ἀριστοτέλει δὲ ποταμίους λίθους ἐξ ἄμμου, ἐκ δὲ τῶν ὄμβρων τήκεσθαι (v. Theophrast. Περὶ λίθ. p. 394), ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ Διονύσου πόλιν εἶναι, ταύτην δ' οὐκ ἐνδέχεσθαι δὶς τὸν αὐτὸν ἐξευρεῖν. Ἐπιτείνει (Casaub. ἐπιτιμᾷ) δὲ καὶ τοῖς περὶ Σικελίαν τὴν πλάνην λέγουσι καθ' Ὅμηρον τὴν Ὀδυσσέως· εἰ γὰρ αὖ χρῆναι (fortasse χρῆναι ἂν) τὴν μὲν πλάνην ἐκεῖ γεγονέναι φάσκειν, τὸν δὲ ποιητὴν ἐξωκεανικέναι μυθολογίας χάριν. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς, ὃς τὴν μὲν Γαῦδον (Heyn. Γαῦλον) Καλυψοῦς νῆσον φησὶ, τὴν δὲ Κόρκυραν Σχερίαν· ἄλλους δὲ αἰτιᾶται ψεύσασθαι περὶ Γερήνων, καὶ τοῦ Ἀχαικησίου, καὶ Δήμου ἐν Ἰθάκῃ, Πελεθρονίου τε ἐν Πηλίῳ, Γλαυκωπίου τε ἐν Ἀθήναις. Τούτοις δὲ μικρὰ τινὰ προσθεὶς τοιαῦτα παύεται, τὰ πλεῖστα μετενέγκας παρὰ τοῦ Ἐρατοσθένους, ὡς καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν, οὐκ εὖ εἰρημένα. Τὸ μὲν γὰρ

---

Peleus, Phthiota, Æaci ex Endeide f., III, 12, 6, 8; amicus non vero frater Telamonis, *Pher.* 15; Argonauta, I, 9, 16, 8; Phoci a Telamone cæsi consocius, ab Æaco pellitur, III, 12, 6, 12; ad Eurytionem fugit, Pythiæ parte potitur, Antigonam ducit, ex ea progenies, III, 13, 1, 1; *Pher* 16, 17; cum Atalante certat, III, 1 3, 3,

Digitized by Google

1; apri Calydonii venator, I, 8, 2, 4; Eurytionem imprudens necat, ab Acasto lustratur, III, 13, 2, 1 *sq.*; Astydamiæ amores recusat, III, 13, 3, 2; ab ea coram Acasto marito stupri accusatus, ab hoc inermis in venatione relinquitur, *ibid.* § 4 *sq.*; in Centauros incidens a Chirone servatur, *ibid.* § 9; Thetin ducit, III, 13, 5, 1; *ibid.* 16; filium e Thetide immortalem reddi impedit, III, 13, 6, 2; Iolcum expugnat, *ibid.* 18; Astydamiam ulciscitur, III, 13, 7; Polymelæ pater, III, 13, 8, 5; Menœtium et Patroclum excipit, *ibid.*

Pelia, Pylæ f., Pandionis II uxor, III, 15, 5, 3.

Pelias, Neptuni e Tyro f., *Pher.* 59; a matre expositus, servatur; Sidero novercam interimit; Junonem contemnit; cum Neleo fratre jurgia habet, I, 9, 8, 1 *sq.*; *Pher.* 56; in Thessalia habitat; ejus ex Anaxibia al. Philomache liberi, I, 9, 10; cui dare voluerit Alcestidem filiam, I, 9, 15, 1; Iolci post Cretheum R., I, 9, 16, 1; tutor Jasonis, *Pher.* 59; ex oraculo ad aureum vellus petendum Jasonem mittit, I, 9, 16, 5; Æsonem cum uxore et f. perdit, I, 9, 27, 1; Medeæ dolis interficitur, I, 9, 27, 4; ludi in ejus honorem facti, III, 9, 2, 4.

Πελιχάν, catinus ligneus, *Ap. fr.* 227.

Pelion mons, II, 5, 4, 5; III, 13, 3, 5.

Pelopia, Cygni e Marte mater, II, 7, 7, 5.

Pelopia, Amphionis e Niobe f., Dianæ telis confoditur, III, 5, 6, 1 *sq.*; *Pher.* 102, 6.

Pelopia, Peliæ f., I, 9, 10.

Peloponnesiaci belli caussæ, *Ephor.* 119.

Peloponnesii Heraclides superant, II, 8, 2, 5.

Peloponnesus paret Phoroneo, Apidi, a quo Apia dicitur, II, 1, 1, 5; Tisameno, II, 8, 2, 5; a Pelasgis habitata Argos vocatur, II, 1, 2, 1; Heraclidarum tempore peste vexatur, II, 8, 2, 2; Peloponnesus universa antiquissimis temporibus a barbaris habitata, *Hec.* 356.

Pelops, Elei f., II, 5, 1, 7; Tantali e Clytia f., *Pher.* 93; Hippodamiam ducit, *ibid.*; *Theop.* 339; Cillam urbem condit, *ibid.*; Myrtilum in mare dejicit, *Pher.* 93; pater Lysidices, II, 4, 5, 4; Nicippes, II, 4, 5, 8; Atrei et Thyestis, II, 4, 6, 5; *Hell.* 42; Coprei, 5, 1, 7; Chrysippi, a Laio, quem exceperat, rapti, III, 5, 5, 12; *Hell.* 42; Alcathoi, III, 11, 7, 2; Pitthei, III, 15, 7, 1; Amphibiæ, *Pher.* 31; Mytilenes, *Hec.* 101; Argii, *Pher.* 93; Arcadiam debellat, Stymphalum necat, Helladi sterilitatem parat, III, 12, 6, 10; ei ab Hercule ara extruitur, II, 7, 2, 6; Pelops Paphlagonius fuit, *Ister* 59.

Pelor, quinque Spartorum superstitum unus, III, 4, 1, 7; *Hell.* 2; *Pher.* 44.

Penates Romanorum; de eorum forma et habitu, *Tim.* 20.

Peneleus, Leiti f., Helenæ procus, III, 10, 8, 2.

Peneleus, Hippalmi f., Argonauta, I, 9, 16, 8.

Penelope, Icarii e Peribœa f., *Pher.* 90; Ulyssis uxor, III, 10, 6, 1; III, 10, 9, 3.

Penestæ, Thessalorum servi, *Theop.* 134.

Peneus fl. in Elide, ab Hercule derivatur, II, 5, 5, 3.

Peneus, Menippæ, Pelasgi uxoris, f., *Hell.* 1; Hypsei pater, *Pher.* 9; Iphidis pater, *Hell.* 10.

Pentaploa, poculi species, *Philoch.* 43.

Pentathlus, Cnidius, dux coloniæ in Siciliam deductæ, *Ant.* 2.

Penthesilea cur Trojam venerit, *Hell.* 145.

Pentheus, Echionis ex Agave f., post Cadmum Thebarum R. a matre, Bacchico furore correpta, dilaniatur, III, 5, 2, 2.

Penthilus, Bori f., ex Anchirrhoe pater Andropompi, *Hell.* 10.

Peparethiorum donarium in templo Delphico, *Theop.* 182.

Peplnum, urbs Laconica, *Ap. fr.* 139.

Pephredo, Phorci f., II, 4, 2, 3; *Pher.* 26.

Peplum a Minerva Harmoniæ datum, postea a Polynice Argiæ, *Hell.* 12.

Perdiccas, Alexandri amicus; gymnicorum exercitiorum studiosus; ejus luxuria, *Phyl.* 41.

Perdiccas, [qui ante Archelaum regnavit] quot annos regnaverit, *Theop.* 31; *Philoch.* 103.

Perdix, Dædali soror; Tali mater, III, 15, 9, 1.

Peregrinorum militum exercitus in Corintho [Ξενικὸς ἐν Κορίνθῳ], *Philoch.* 150.

Perelaus, pater Ithaci et Neriti, *Acus.* 30.

Pereus, Elati e Laodice f., Neæræ pater, III, 9, 1, 2.

Pergamum ab Apolline et Neptuno muris cingitur, *Hell.* 136.

Perialces, Biantis e Perone f., *Pher.* 75.

Periander imperium tyrannicum instituit, *Ephor.* 156; quomodo auream statuam deo Olympiæ dedicaverit, *ibid.*; controversiæ inter Athenienses et Mytilenæos judex, *Ap. fr.* 78; Achilleum exstruit, *Tim.* 49.

Periapis, Pheretis f., Patrocli e Menœtio mater, III, 13, 8, 5.

Peribœa, Alcathi f., Telamonis uxor, III, 12, 7, 2.

Peribœa, Hipponoi f., OEnei conjux, I, 8, 4.

Peribœa, Nympha Nais, Icarii conjux, III, 10, 6, 1.

Peribœa, Polybi uxor, a pastoribus accipit infantem inventum, qui erat Laii f., OEdipum appellat, educat, III, 5, 7, 3.

Pericles, Lyciorum rex, *Theop.* 111.

Periclis in gerenda rep. adversarius Pantæni filius, *Theop* 98; Eubœam subigit, *Philoch.* 89; Samum obsidione cingit, *Ephor.* 117; quum viginti talenta in res necessarias a se impensa diceret, a Lacedæmoniis putatur Cleandridem et Plistoanactem corrupisse, *Ephor.* 118; quum rationes populo reddere non posset, Alcibiadis utitur consilio, *ibid.* 119; oratione Athenarum potestatem demonstrans suadet Atheniensibus, ne Lacedæmoniorum postulatis cederent, *ibid.*; Olympius dictus, *ibid.*

Pericles, unus imperatorum Atheniensium in prœlio ad Arginusas, *Philoch.* 121.

Periclymenus, Nelei e Chloride f., I, 9, 9, 1; e Pisidice pater Bori, *Hell.* 10; formam mutandi facultate a Neptuno præditus; ab Hercule cum fratribus cæditur, *ibid.* § 2 et II, 7, 3, 1; Argonauta, I, 9, 16, 8; persequitur Amphiaraum, III, 6, 8, 6.

Periclymenus, Neptuni f., Parthenopæum necat, III, 6, 8, 2.

Perieres, Æoli al. Cynortæ f., I, 7, 3, 4; III, 10, 4, 5; Messeniæ R. Gorgophonen ducit, I, 9, 5; III, 10, 3, 4; pater Apharei et Leucippi, III, 10, 4, 5; OEbali, *ibid.*; Bori, III, 13, 1, 2,

Perieris, Menœcei auriga, Clymeno vulnerato, patriæ malum parat, II, 4, 11, 2.

Perigune (?), Sinidis f., Thesei uxor, *Pher.* 109.

Perilaus, Icarii e Peribœa f., III, 10, 6, 1.

Perimede, Æoli f., Acheloi conjux, I, 7, 3, 4.

Perimede, Licymnii conjux, soror Amphitryonis, II, 4, 6, 6.

Perimede, Eurysthei f., ab Atheniensibus immolatur, II, 8, 1, 3.

Perinthi obsessio, *Ephor.* 157.

Periphas, Euryganiæ pater, *Pher.* 48.

Periphas, Ægypti e Gorgone f., Actææ sponsus, II, 1, 5, 8.

Periphetes (Corynetes dictus) Vulcani ex Anticlea f., ad Epidaurum habitans prædo, clava spoliatur a Theseo,

Digitized by Google

II, 16, 1, 3.
·isthenes, Ægypti e Caliande f., Electræ sponsus, II, 1, 5, 8,
·isthenes, Damastoris filius, Androthoes uxor, Dictyis et Polydectæ pater, *Pher.* 13, 26.
ρισπίαρχος qui vocetur, *Ister* 32.
·ithœdæ, demus Œneidis tribus, *Ephor.* 37.
·o, Nelei e Chloride f., I, 9, 9, 1; *Pher.* 75; conjux Biantis, I, 9, 13, 1.
·o, Asopi fl. e Neptuno mater, III, 12, 6, 5; *Acus.* 22.
·rhæbi, populus Thessaliæ, *Hec.* 114.
·rsarum reges in itineribus in regni oppidis cœnis excipiuntur, in quas ad minimum viginti talenta impendenda sunt, *Theop.* 124; Persarum in Ægyptum descensus, *Theop.* 125; Persæ et Phœnices Carthaginienses movent, ut classe Siciliam aggrediantur, *Ephor.* 111.
·rseis, Solis uxor, I, 9, 1, 6; III, 1, 2, 6.
·rsephonen Theseus et Pirithous ex orco abducere volunt, *Hell.* 74.
·rsephone, Minyæ f., uxor Amphionis, mater Chloridis, *Pher.* 56.
·rseptolis Telemachi e Nausicaa f., *Hell.* 141.
·rses, Crii f., I, 2, 2, 4; Hecates ex Asteria pater, I, 2, 4.
erses, regnum Æetæ fratri eripit, a Medea necatur, I, 9, 28, 6.
erses, Persei f., apud Cepheum a patre relictus; a quo reges Persarum descendunt, II, 4, 5, 1.
erseus, Jovis e Danae f., ab avo in mare præcipitatus, a Dictye servatur, II, 4, 1, 3; a Polydecte ad caput Medusæ petendum mittitur, II, 4, 2, 2; *Pher.* 26; iter eo, *ibid. sqq.*; Medusam necat, II, 4, 2, 11; Andromedam liberat, Phineum interficit, II, 4, 3, 5; Seriphum revertitur; Polydecte in lapidem mutato, Dictyn regem facit; arma e Nymphis accepta Mercurio dat; caput Medusæ Palladi; Argos venit; avum imprudens necat; regno cum Megapenthe mutato, Tirynthem obtinet; Mideam et Mycenas tenet; nomen dat Mycenis; ejus ex Andromeda liberi, II, 4, 3, 7 *sqq.*; pater Gorgophones, I, 9, 5; III, 10, 3, 4.
Perseus, Nestoris f., I, 9, 10, 3.
Persiæ reges a Perse descendunt, II, 4, 5, 1.
Petheus, Menesthei pater, III, 10, 8, 2.
Peucæi, populus Iapygiæ, *Hec.* 66.
Peucestes, Demetrii Poliorc. amicus, *Phyl.* 6.
Peucetiantes, populus Œnotris vicinus, *Hec.* 57.
Peucetii a Peucetio nominati, *Pher.* 85.
Peucetius, Lycaonis f., III, 8, 1, 3; in Italiam migrat, *Pher.* 85.
Phacussa, insula prope Atticam, *Hec.* 281.
Phacussa, vicus inter Ægyptum et mare Rubrum, *Hec.* 281.
Phæaces, Corcyræ incolæ, I, 9, 25, 3; ex Urani sanguinis guttis orti, *Acus.* 29.
Phæax, quem Theseus a Sciro accepit proræ rectorem, *Philoch.* 41.
Phæax, Neptuni et Cercyræ f., *Hell.* 45.
Phædimus, Amphionis e Niobe f., telis Apollinis confoditur, III, 5, 6, 1.
Phædra, Minois e Pasiphae f., III, 1, 2, 6.
Phæo, Hyas, *Pher.* 46.
Phæsyle [i. q. Æsyle], Hyas, *Pher.* 46.
Phaethon, Tithoni f., Astynoi pater, III, 14, 3, 2.
Phaethon, Solis e Rhode f., *Hell.* 107.
Phagres, urbs Thraciæ, *Hec.* 126.
Phalæcus cum Onomarcho templi Delphici thesaurum diripit, *Ephor.* 155; *Theop.* 184.
Phalanna vel Phalannum, urbs Perrhæbiæ, *Hec.* 333; *Ephor.* 105.
Phalanna, Tyri filia, *Hec.* 333; *Ephor.* 105.
Phalanthus, princeps Partheniarum, *Ant.* 14.
Phalces Corinthum occupat, *Ephor.* 16.
Phalias, Herculis ex Heliconide f., II, 7, 8, 6.
Phanagora, insula, *Hec.* 164.
Phani janua. Locutio proverb., *Demo* 8.
Phanostrata, meretrix Atheniensis, *Ap. fr.* 239.
Phantes, Ægypti e Caliande f., ejus sponsa Theano, II, 1, 5, 7.
Phanus, Bacchi f., Argonauta, I, 9, 16, 8.
Pharax, Lacedæmonius, homo luxuriosus, *Theop.* 218.
Pharcedon, urbs Thessaliæ, *Theop.* 87.
Pharis, urbs Lacedæmoniæ, *Ephor.* 18.
Pharmacus sacras phialas furatus lapidibus obruitur, *Ister* 33.
Pharnabazus, Darii regis satrapes, Alcibiadem interficiendum curavit, *Ephor.* 126.
Pharnace, Megessaris f., Sandaci conjux, III, 14, 3, 3.
Pharsalia saltatrix, pellex Philomeli, *Theop.* 182.
Pharsalii ignavissimi et luxuriæ dediti, *ibid.* 54.
Pharsalus, Thetidis et Pelei sedes, *Pher.* 16.
Pharte, Danai ex Æthiopide f., sponsa Eurydamæ, II, 1, 5, 5.
Pharus, insula in mari Adriatico, Pariorum colonia, *Ephor.* 150.
Pharus, insula Ægypti, *Hec.* 287.
Pharus, proreta Menelai, *ibid.*
Phaselussæ, duæ insulæ Libyæ, *Hec.* 316.
Phasis, fluvius, *ibid.* 187; I, 9, 23, 2.
Phassus, Lycaonis f., III, 8, 1, 3.
Phayllus, Onomarchi frater, Delphica donaria ad monetæ usum conflat, *Theop.* 184; Aristonis uxori, quam amabat, monile Eriphyles, Delphis in templo depositum, donat, *Phyl.* 60; *cf. Ephor.* 155; amori deditus, *Theop.* 182.
Phegus, R. Psophidis, III, 7, 5, 7.
Phellus, urbs Pamphyliæ, *Hec.* 243.
Phemiæ, urbs Arnææ, *Hell.* 25.
Phemius, Ampycis f., urbis cognom. conditor, *ibid.*
Phemius, Smyrnæus magister, *Ephor.* 164.
Pheneus, Melanis f., a Tydeo necatur, I, 8, 5, 3
Phera, urbs Peloponnesi, *Pher.* 87.
Pheræ, in Thessalia, a Pherete conduntur, I, 9, 14; Admeto parent, III, 10, 4, 4.
Pherebœa, Thesei uxor, *Pher.* 109.
Pherecydis Syri vaticinia, *Theop.* 66.
Pherendates in pugna ad Eurymedontem terrestribus Persarum copiis præfectus, *Ephor.* 116.
Pheres, Orchomeni f., Amyntoris pater, *Acus.* 27.
Pheres, Niobæ f., *Pher.* 102 b.
Pheres, Crethei f., condit Pheras, I, 9, 11, 1; I, 9, 14; *Pher.* 59; ejus progenies, *Apoll. ibid.*; pater Admeti, I, 8, 2, 4; Idomenes, I, 9, 11, 2; Periapidis, III, 13, 8, 5.
Pheres, Jasonis e Medea f., a matre al. Corinthiis necatur, I, 9, 28, 3; pater Mermeri, *Ap. fr.* 170.
Pherusa, Nereis, I, 2, 7.
Phiceus, Bœotiæ m., sedes Sphingis, III, 5, 8, 4.
Phidias accusatur in elaboranda statua Minervæ magnam pecuniæ vim subripuisse, *Ephor.* 119; Athenis fugit Elin, ubi interfectus est, *Philoch.* 97.
Phiditia; Lacedæmonii ad ea non amplius conveniunt de patrio more, *Phyl.* 43.
Phido Argivus, decimus a Temeno, hujus regnum arripuit, *Ephor.* 15; mensuras, pondera, invenit, *ibid.*; Olympici certaminis procurationem obtinet, *ibid.*; a Spartanis et Eleis vincitur, *ibid.*

Digitized by Google

Phidon, Aristodamidæ f., Carani pater, *Theop.* 30.
Philæas, Ajacis filius, *Pher.* 20.
Philæmon, Priami f., III, 12, 5, 13.
Philænis, femina, de rebus obscœnis scripsit, *Tim.* 141.
Philammon, Apollinis e Philonide f., *Pher.* 63; ejus ex Argiope f. Thamyris, I, 3, 3, 1.
Philammon Argonauta, *Pher.* 63; primus videtur choros virginum instituisse, *ibid.*
Philippus, Amyntæ f., contra Cotyn proficiscitur, *Theop.* 33; quomodo Thessalos sibi adjunxerit, *ibid.* 178; ejus bellum contra Olynthios, *Philoch.* 132; caussæ aperti belli contra Athenienses, *ibid.* 135; singulis Thessaliæ tetrarchiis archontem præficit, *Theop.* 234; in Thessalia Thrasydæum tyrannum constituit, *ibid.* 235; quomodo se gesserit post reportatam victoriam ad Chæroneam, *ibid.* 262; Philippi indoles et mores, *ibid.* 136, 179, 27, 298, 301, 285, 249.
Philisti historici mors, *Ephor.* 152.
Philoctetes, Pœantis f., Helenæ procus, III, 10, 8, 2; Herculis telis Alexandrum vulnerat, III, 12, 6, 3.
Philodamia. *Vide* Hippodamia.
Philodice, Inachi f., Leucippi uxor, III, 10, 3, 6.
Philolaus, Minois e Paria Nympha f., III, 1, 2, 6; Parum insulam tenens cum fratribus ab Hercule trucidatur, II, 5, 9, 3.
Philomache, Amphionis f., uxor Peliæ, I, 9, 10.
Philomela, Pandionis e Zeuxippe f., Tereo nubit; cujus injuriam sororis ope ulciscitur; in avem mutatur, III, 14, 8, 1 *sqq.*
Philomeli pellex Pharsalia saltatrix, *Theop.* 182; ejus uxor prima fuit, quam duæ ancillæ sequebantur, *Tim.* 67.
Philon, impii facinoris auctor, pœnas solvit, *Theop.* 184.
Philonis, Deionis f., cum Mercurio et Apolline concumbit; ex Apolline mater Philamonis, e Mercurio mater Autolyci, *Pher.* 63.
Philonoe, Iobatæ f., Bellerophontis uxor, II, 3, 2, 3.
Philonoe, Tyndarei e Leda f., a Diana immortalis facta, III, 10, 6, 2
Philonomus, Electryonis f., II, 4, 5, 7.
Philotera vel Philoteris, urbs circa regionem Troglodyticam, *Ap. fr.* 143.
Philoterpes, Idmonidis f., *Hell.* 6.
Philottus, uxor Niobæ, in venatione periit, *Xanth.* 13.
Philoxenus Cythereus in facete dictis imitator Simonidis, *Ephor.* 158.
Philyra, Nauplii conjux, II, 1, 5, 14.
Philyra, Oceani filia, mater Chironis, *Pher.* 2.
Phineus, Agenoris al. Neptuni f. [rex Paphlagoniæ, *Hell.* 38; *Pher.* 68], vates cæcus, quamobrem? [*Ister* 60 a]; ab Harpyiis liberatur; Argonautis iter significat, I, 9, 21; ejus e Cleopotra et Idæa uxoribus progenies; hujus calumniis permotus, Plexippum et Pandionem, ex illa natos, obcæcat; ab Argonautis punitur, III, 15, 3.
Phineus, Beli ex Anchinoe f., II, 1, 4, 4; Andromedæ sponsus, Perseo insidiatus perit, II, 4, 3, 6.
Phineus, Lycaonis f., III, 8, 1, 3.
Phineus, Phœnicis e Cassiopea f., *Pher.* 41.
Phlegræ, Gigantum sedes, I, 6, 1, 3; II, 7, 1, 3; Phlegræ, nunc Pallenæ, incolæ, crudeles quondam fuerunt homines, humanis carnibus vescentes, quos Gigantes appellarunt. Eos Hercules a Troja rediens debellavit, *Ephor.* 70.
Phlegræi campi in Italia, ubi habitabant Gigantes, *Tim.* 10.
Phlegyæ, Cadmo regi infesti, *Pher.* 102 a; Gyrtonem incolunt, latrocinia et deprædationes exercent, *ibid.*; sub Eurymacho rege Thebas ceperunt; Apollinis Delphici templum incenderunt; quapropter ab Apolline interfecti sunt, *ibid.*
Phlegyas, Thessalus, Coronidis pater, III, 10, 3, 7.
Phlegyas, Martis e Chryse f., a Chthonii filiis trucidatur, III, 5, 5, 3.
Phlius oppidum; e quo Jupiter Æginam rapuit, *Pher.* 71.
Phlogidas non recipiendam Spartæ monetam auream vel argenteam censuit, *Ephor.* 127.
Phobus, Codrida, Blepsi frater, Phocæensis, Mandroni, Bebrycum regi, auxilium tulit; a Leucadibus petris in mare se dedit, *Charon* 6.
Phocæenses post captam a Cyro Phocæam ad Cyrnum ac Massiliam appellunt, indeque repulsi Eleam condunt, *Ant.* 9; coloniam deducunt Pityoessam, a Pityoessensibus trucidantur, *Charon* 6; eorum donarium in templo Delphico, *Theop.* 182.
Phocæenses Lampsacum condiderunt, *Ephor.* 93; ex lege antiqua non licuit servos possidere, *Tim.* 67.
Phocis, III, 5, 7, 7; III, 14, 8, 6; *Hec.* 84; Deioni paret, I, 9, 4.
Phocus, Æaci e Psamathe f., III, 12, 6, 9; a Telamone occiditur, III, 12, 6, 12; pater Crisi, *Hec.* 84.
Phœbe, Hamadryas Nympha, Danaïdum aliquot mater, II, 1, 5, 4.
Phœbe, Leucippi e Philodice f., cum sorore rapitur a Dioscuris, III, 10, 3, 6; ejus e Polluce progenies, III, 11, 2, 2.
Phœbe, Cœli f., Titanis, I, 1, 3; ejus e Cœo progenies, I, 2, 2, 2.
Phœnicæum, mons Corinthi, *Ephor.* 137.
Phœnicum pacta, *Demo* 15.
Phœnices cum Persis legatos mittunt ad Carthaginienses, ut hi in Siciliam, deinde in Peloponnesum trajiciant, *Ephor.* 111.
Phœnicia, prius nominata Chna, *Hec.* 254.
Phœnicussæ, urbs Phœnicum in Syria, *ibid.* 257.
Phœnicussæ, duæ insulæ in sinu Libyco, *ibid.* 315
Phœnix, Agenoris e Telephassa [e Dammo, *Pher.* 40] f., III, 1, 1, 3; [al. Europæ pater] Europam quærere jubetur, invenire nequit; Phœniciæ de se nomen dat, III, 1, 1, 8; e Cassiopea pater Phœnicis, *Pher.* 41.
Phœnix, Adonidis ex Alphesibœa pater dicitur Hesiodo, III, 14, 4, 2.
Phœnix, Amyntoris f., ob calumnias Phthiæ a patre excæcatus; a Chirone sanatur; Dolopum R., Achillis comes, III, 13, 8, 4.
Phœnix instrumentum, *Ephor.* 159.
Phœnix, sacra avis Ægyptiorum; ejus descriptio, *Hec.* 292.
Φοίνιξ, arbor et fructus ap. *Hell.*, 157.
Phœtiæ, urbs Acarnaniæ, *ibid.* 128.
Pholoe, Pholi Centauri sedes, II, 5, 4, 2 et 6.
Pholus, Centaurus, Sileni e Melia Nympha f., Herculem hospitio excipit, II, 5, 4, 2; interimitur, II, 5, 4, 8.
Phorbas, Neptuni f., *Hell.* 66.
Phorbas, Thesei auriga, *Pher.* 108.
Phorbas, Criasi filius, Ereuthalionis frater, *ibid.* 22.
Phorbas, Augeæ pater, II, 5, 5, 1.
Phorbus, pater Pronoes, I, 7, 7.
Phorcides, Phorci filiæ, I, 2, 6; Gorgonum sorores, Perseum ad Nymphas ducunt, II, 4, 2, 4.
Phorcus, Ponti f., I, 2, 6; ejus e Ceto progenies, *ibid.*; *Pher.* 26.
Phorcys ex Hecate pater Scyllæ, *Acus.* 45.
Phorica, vicus Arcadiæ, *Ephor.* 97.
Phormio, *Theop.* 322.
Phoroneus, Inachi f., primus homo, *Acus.* 14; Peloponnesum tenet; ejus e Laodice liberi, II, 1, 1, 3 *sq.*; Apidis pater, I, 7, 6; *Acus.* 11.
Phoroneus, Spartonis f., *Acus.* 16.

Digitized by Google

oroneus, Iasi, Pelasgi et Agenoris pater, *Hell.* 37 [ubi rero Eustath. pro Phoroneo dicere debebat Triopam].
otinæum, urbs Thessaliæ, *Hec.* 113.
rasimus, Praxitheæ e Diogenia pater, III, 15, 1, 2.
rasius, vates, e Cypro, a Busiride Jovi mactatur, II, 5, 11, 8.
rastor, Pelasgi f., Amyntoris pater, *Hell.* 1.
rastor, Œdipi ex Iocasta f., *Pher.* 48; a Minyis et Ergino occisus, *ibid.*; *cf. Pher.* 50.
ricanes, Æoles ad Phricium habitantes, *Hell.* 48.
ricium, mons supra Thermopylas, *ibid.*
rixa urbs Arcadiæ, *Pher.* 117.
rixi liberi, II, 9, 1, 7; e Colchide Græciam petunt, I, 9, 21, 2.
rixus, Athamantis f., I, 9, 1, 1 [*Pher.* 52]; morti eripitur *ibid.* §, 4; in Colchidem venit, Chalciopen ducit, [quæ etiam Evenia vel Iophossa appellatur, *Pher.* 54]; aureum vellus dedicat, *ibid.* § 6; pater Melantis, *Pher.* 55; Argi, *Acus.* 8; *Pher.* 61, Cytori, *Ephor.* 85; Phrixi aries loqui poterat, *Hec.* 337; Hellespontum trajicit, *Pher.* 53.
rixus, Spartiata, *Theop.* 292.
rontis, Phrixi e Chalciope f., I, 9, 1, 6.
ryges ex Europa in Asiam venerunt, *Xanth.* 5, 8; e Thracia advenientes Trojæ et viciniæ principem ceperunt, *ibid.*
hrynæ, duæ meretrices Athenienses, *Ap. fr.* 242.
hrynis, citharœdus Mytilenæus, *Ister* 49, 50.
hthia, Amyntoris pellex, Phœnicen stupri falso accusat, III, 13, 8, 4.
hthia, Amphionis e Niobe f., Dianæ telis confoditur, III, 5, 6, 1.
hthia, Thessaliæ pars, in qua Deucalion R., I, 7, 2, 1; eam adit Peleus, III, 13, 1, 1.
hthiæ ex Apolline filii, I, 7, 6.
hthinus, Lycaonis f., *Hec.* [?] 375.
hthiotis, tetras Thessaliæ, *Hell.* 28.
hthiron, mons Cariæ, *Hec.* 227.
hthius, Lycaonis f., III, 8, 1, 3.
hthius, pater Amphictyonæ, *Pher.* 8.
hya, Socratis f., a Pisistrato Hipparcho in matrimonium data, *Clitod.* 24.
hylace, unde boves abegit Melampus, *Pher.* 75; Iphiclis regia, I, 9, 12, 3.
hylacus, Deionis f., I, 9, 4; pater Alcimedæ, *Pher.* 59; pater Iphicli, *ibid.* 75; I, 9, 12, 5.
hylas, Ephyræ Thesprotorum R., II, 7, 6, 1; II, 7, 8, 12.
hylas, Antiochi f., Hippotæ pater, II, 8, 3, 2.
hyle, pagus Œneidis tribus, *Phyl.* 77; *Philoch.* 140.
hyleis, Thespii f., Tigasidis ex Hercule mater, II, 7, 8, 4.
hyleus, Augeæ f., II, 5, 5, 3; contra patrem testis, ab eo pellitur; Dulichium habitat, *ibid.* § 5; Elidis R. ab Hercule constituitur, II, 7, 2, 5.
hyscidas, formosus puer ab Onomarcho amatus, *Theop.* 182.
hyscus, pater Ionis, *Hec.* 342.
hysius, Lycaonis f., III, 8, 1, 3.
hyteum, urbs Elidis, a Phyteo dicta, *Ister* 45.
hytius, filius Orestei, pater Œnei, avus Ætoli, *Hec.* 341.
Pia urbs [Εὐσεβής], *Theop.* 76.
Pieria, I, 3, 2, 3; in ea Apollo armenta pascit, III, 10, 2, 2.
Pieria, Danai conjux, II, 1, 5, 8.
Pieris, al. Teridae, Ætolica, Menelai pellex, mater Megapenthis, III, 11, 1.
Pierus, Magnetis f., cum Clio consuescit, I, 3, 3, 1.
Pione [?] Nereis, I, 2, 7.
Piræeus, urbs antea Amisus nominata, *Theop.* 202.
Piraica platea Athenarum, *Clitod.* 5.
Piranthus, Argi f., II, 1, 2, 1.
Piren, Iûs pater, *Acus.* 18; II, 1, 3, 1.
Piren, a Bellerophonte necatur, II, 3, 1, 1.
Pirene, Danai f., Agaptolemi sponsa, II, 1, 5, 5.
Pirithous, Larissæus, Ixionis f., apri Calydonii venator, I, 8, 2, 4; Proserpinæ amplexus petens, vincitur in inferis, II, 5, 12, 5; ab Hercule liberari nequit, *ibid.* § 6; pater Polypœtis, III, 10, 8, 2; cum Theseo ad Ædoneum venit ut mulierem ejus stupraret; ab Ædoneo occiditur, *Philoch.* 46; *cf. Hell.* 74; nomen dedit demo Attico, *Ephor.* 37,
Piromis, nomen Ægyptiacum, quid significet, *Hec.* 276.
Pisa in Pelopon., *Hell.* 42.
Pisæorum rex Ætolus, *Ephor.* 15.
Pisidæ, populus Asiæ min., *Ephor.* 80.
Pisidice, Æoli f., Myrmidonis uxor, I, 7, 3, 4.
Pisidice, Nestoris f., I, 9, 9, 3.
Pisidice, Peliæ f., I, 9, 10.
Pisidice, Periclymeni uxor, *Hell.* 10.
Pision, pater Ixionis, *Pher.* 103.
Pisistratus, Nestoris f., I, 9, 9, 3.
Pisistrati tyranni indoles, *Theop.* 147; Lyceum exstruxit, *Theop.* 148.
Pisus, Apharei ex Arene f., III, 10, 3, 5.
Pitana a Pelasgis in servitutem redacta, ab Erythræis in libertatem vindicata, *Hell.* 115.
Pithecusæ insulæ, *Tim.* 16; Typhoni superinjectæ, *Pher.* 14.
Pitho, Oceani f., Argi uxor, *Pher.* 22.
Pittheus, Pelopis f., Æthræ pater, III, 15, 7, 1; *Hell.* 74; Ægeum ebrium cum filia congredi jubet, *Ap. ibid.* § 2; naves construit Theseo, *Clitod.* 5.
Pityocamptes unde dicatur Sinis, III, 16, 2, 1.
Pityoessa s. Pityusa, coloniam accepit Phocæensium; postea nominata est Lampsacus, *Charon* 6.
Placia, Atrei al. Leucippi f., Laomedontis uxor, III, 12, 3, 11.
Planctæ, I, 9, 25, 2; *Tim.* 5.
Platææ, urbs Bœotiæ, unde nominata, *Ap. fr.* 151.
Platæenses, Damasistrato parent, III, 5, 8, 1; ab Atheniensibus inter cives relati, *Hell.* 80.
Plato, Lycaonis f., I, 8, 1, 3.
Plato quo tempore natus? *Ap. fr.* 89; ejus dialogi inutiles et mendaces, *Theop.* 279; *cf.* 280, 281.
Pleiades, Atlantis e Pleione [ex Æthra, *Tim.* 25] filiæ VII e Cyllene Arcadiæ natæ, III, 10, 1, 1.
Pleiades septem filiæ Lycurgi, ex Bacchum educaverunt, a Jove inter sidera collocatæ, *Pher.* 46.
Pleione, Oceani f., Atlantis uxor, III, 10, 1, 1.
Plemmyrium, Siciliæ castellum, *Philoch.* 25.
Pleuron, Ætoli f., ejus e Xanthippe progenies, I, 7, 7; *Pher.* 29.
Plexaure, Nereis, I, 2, 7.
Plexippus, Thestii f., I, 7, 10, 1; ejus obitus, I, 8, 2, 7.
Plexippus, Phinei e Cleopatra f., a patre excæcatur, I, 15, 3, 1.
Plinthine, urbs Ægypti, in qua vitis inventa, *Hell.* 155.
Plisthenes, Aeropen ducit; ejus ex hac progenies, III, 2, 2, 1.
Plisthenis donarium in Delphico templo, *Theop.* 182.
Plistoanax a Spartanis 15 talentis multatus, *Ephor.* 118
Pluto, Croni e Rhea f., a patre devoratur, I, 1, 5; effertur, I, 2, 1, 1; patre victo, imperium inferorum obtinet, I, 2, 1, 4; Proserpinam rapit, I, 5, 1, 1; eam remittere jussus, dolo utitur, ne diutius apud matrem moretur

Digitized by Google

illa, I, 5, 3; Cerberum ab Hercule abduci patitur, II, 5, 12, 8; Sisyphum ad superos remittit, *Pher.* 78.
Pnytagoras, Evagoræ f., cum Nicocreontis filia concumbit, *Theop.* 111.
Pnyx, *Clitod.* 5, 18.
Poculum tertium Jovis Τελείου et Σωτῆρος, *Philoch.* 179.
Poculum, quod Jupiter Alcmenæ dedit, ad Charonis usque ætatem apud Lacedæmonios monstrabatur, *Charon* 11.
Podalirius, Æsculapii f., Helenæ procus, III, 10, 8, 2; ejus posteri, *Theop.* 111.
Podarce, Danai e Pieria f., OEnei sponsa, II, 1, 5, 8.
Podarces, Iphicli f., Phylaci nepos, I, 9, 12, 7; *Pher.* 75.
Podarces, Laomedontis f., ab Hesione e servitute redemtus, vocatur Priamus, II, 6, 4, 6.
Pœas, Thaumaci f., Argonauta, I, 9, 16, 8; Talum necat, I, 9, 26, 5; Herculis sagittas accipit rogo incenso, II, 7, 7, 14; pater Philoctetis, III, 10, 8, 2.
Polemon, Herculis ex Iphinoe filius, *Pher.* 33 e.
Polichus, Lycaonis f., III, 8, 1, 3.
Polites, Priami ex Hecuba f., III, 12, 5, 12.
Pollux, Jovis e Leda f., III, 10, 7, 1; *Pher.* 29; apri Calydonii venator, I, 8, 2, 4; Argonauta, I, 9, 16, 8; cestum tractat, III, 11, 2, 1; Amycum necat, I, 9, 20, 2; Lynceum, III, 11, 2, 5; Eurymantem, *Pher.* 92; ejus e Phœbe f., III, 11, 2, 2.
Poltys, Æni R., Herculem hospitio excipit, I, 5, 9, 13.
Polus tragœdus, *Philoch.* 160.
Polyarches, i. q. Dardanus, Electræ f., *Hell.* 129.
Polybotes, Gigas, I, 6, 2, 4.
Polybus, frater Orsilochi, maritus Medusæ, *Pher.* 47.
Polybus, Corinthi R.; ejus uxor Periboea, III, 5, 7, 3.
Polycaste, Nestoris f., I, 9, 9, 3.
Polyctor, Ægypti e Caliande f., Stynes sponsus, II, 1, 5, 7.
Polydectes, Peristhenis et Androtheæ f., Dictyis frater, *Pher.* 13; Seriphum condit, I, 9, 6; ejus R. Danaes amores ambit, II, 4, 2, 1; Perseum ad caput Medusæ petendum mittit, *ibid.* § 2; *Pher.* 26; lapis fit, II, 4, 3, 7; *Pher.* 26.
Polydora, Danai filia, Sperchei uxor, mater Dryopis, *Pher.* 23.
Polydora, Perieris f., Pelei conjux [?], III, 13, 4.
Polydora, Pelei ex Antigone f., Bori conjux, III, 13, 1, 2; *Pher.* 17.
Polydorus, Cadmi ex Harmonia, III, 4, 2, 4; Thebarum R., ejus e Nereide liberi, III, 5, 5, 1.
Polydorus, Priami ex Hecuba f., III, 12, 5, 12.
Polygonus, Protei f., ab Hercule necatur, II, 5, 9, 14.
Polyhymnia, Musa, I, 3, 1, 5.
Polyidus, Cœrani f., Glaucum in vitam revocat, artem vaticinandi docet; ei eripit, III, 3, 1, 4; Euryto vetat ne Tyrinthem se conferat, *Pher.* 34.
Polylaus, Herculis ex Eurybia f., II, 7, 8, 2.
Polymede, Autolyci f., Æsonis uxor, I, 9, 16, 1.
Polymedon, Priami f., III, 12, 5, 13.
Polymele, Pelei f., Patrocli e Menœtio mater, III, 13, 8, 5.
Polynices, OEdipodis ex Iocaste [ex Eurygania, *Pher.* 48;] f., III, 5, 8, 8; cum fratre regnum partitur, III, 6, 1, 1; *cf. Hell.* 12; quo illud sibi soli retinente, fugit, *ibid.* § 3; vi ex patria pellitur, *Pher.* 49; contra Thebas proficiscitur, III, 6, 3, 2; Nemeis victor, III, 6, 4, 5; ejus cum fratre certamen et interitus, III, 6, 8, 1; ab Antigone sepelitur, III, 7, 1, 2; Thersandri pater, III, 7, 2, 3.
Polynoe, Nereis, I, 2, 7.
Polypemon, e Sylea pater Sinidis, III, 16, 2, 1.
Polyphemus, Elati f., Argonauta, I, 9, 16, 8; Hylam quærens, in Mysia relictus, Cium condit, I, 9, 19, 4.
Polyphetes, Laii præco, Pherecydi appellatur Polypœtes, *Pher.* 47 a.
Polyphides, Mantii filius, e Sariusa suscipit Harmonidem et Theoclymenum, *ibid.* 91.
Polyphontes, Laii præco, ab OEdipo trucidatur, III, 5, 7, 7.
Polyphontes, Heraclida, Cresphonti Messeniæ R. succedit; Meropen ducit; ab Æpyto necatur, II, 8, 5, 7.
Polypœtes, Laii præco, *Pher.* 47 a.
Polypœtes, Ætolus, Apollinis e Phthia f., ab Ætolo necatur, I, 7, 6.
Polypœtes, Pirithoi f., Helenæ procus, III, 10, 8, 2.
Polyxene, Priami ex Hecuba f., III, 12, 5, 10.
Polyxenus, Medeæ ex Jasone f., *Hell.* 30.
Polyxenus, Agasthenis f., Helenæ procus, III, 10, 8, 2.
Polyxenus, Eleorum R., Amphitryoni reddit Electryonis armenta, quæ a Taphiis acceperat, II, 4, 6, 2.
Polyxenus Tauromenitarum legatus, *Tim.* 135.
Polyxo, Nais, Danai conjux, II, 1, 5, 7.
Polyxo, uxor Nyctei, III, 10, 1, 4.
Polyxo, Hyas, *Pher.* 46.
Polyzelus, frater Hieronis, *Tim.* 86; post mortem Gelonis præfecturam exercitus accipit et Demaretam, fratris uxorem, *Tim.* 90; Hieronis in eum invidia, *ibid.*
Πομπεῖα, vasa in solennia pomparum apparata, *Philoch.* 124.
Poneropolis, urbs Thraciæ, *Theop.* 122.
Pontomedusa, Nereis, I, 2, 7.
Ponti reges decem, *Ap. fr.* 100.
Ponti Euxini mensura, *Hec.* 163; Pontus Euxinus Milesiorum coloniis frequentatur, *Ephor.* 92.
Pontus, ejus e Tellure liberi, I, 2, 6.
Porphyrion, Gigantum unus, I, 6, 1, 4; Junoni vim inferre conatus, Jovis fulmine et Herculis manu cadit, I, 6, 2, 1.
Porthaon, I, 7, 7, 3; ejus progenies, I, 7, 10, 2.
Portheus, Lycaonis f., III, 8, 1, 3.
Potamon, Ægypti e Caliande f., Glaucippes sponsus, II, 1, 5, 7.
Potidæa. Quot talentorum in ejus obsidionem impensam sit, *Ephor.* 119.
Praxithea, Thespii f., Nephi ex Hercule mater, II, 7, 8, 6.
Praxithea, Phrasmii f., Erechthei conjux, III, 15, 1, 2.
Praylus, Trojanus, Timonis discipulus, animi constantia insignis, *Phyl.* 61.
Priamus, Laomedontis ex Strymo [*Hell.* 37] al. Placia f., [antea Podarces dictus, unde nomen posterius accepit?] Trojæ R.; ejus ex Arisbe, quam deinde Hyrtace dat, et Hecuba liberi, *Pher.* 99; Paridem f. exponit, III, 12, 5 *sqq.*
Priene, urbs, *Ephor.* 91.
Prienenses appellantur Cadmii, *Hell.* 95.
Procles, Aristodemi ex Argia f.; cum Eurysthene fratre Spartam sorte obtinet, II, 8, 3; *Ephor.* 16; reipublicæ Lacedæm. auctores, *Hell.* 91; pater Eurypontis, *Ephor.* 19.
Procne, Pandionis e Zeuxippe f., Terei uxor, III, 14, 8, 2; ob mariti perfidiam, Itym filium cibum ei apponit, III, 14, 8, 5; in avem mutatur, *ibid.* § 7.
Προκώνια quid sit, *Demo* 22.
Procris, Erechthei e Praxithea f., [*Hell.* 83; *Phanod.* 3] Cephali conjux, ob adulterium cum Pteleonte ad Minoem fugit; cum eo consuescit; in Atticam redit; cum marito reconciliata ab eo imprudente necatur, III, 15, 1, 2 *sqq.*; *Pher.* 77; canem Athenas secum ducit insignem, II, 4, 7, 2; *Ister* 18.
Procris, Thespii f. natu maxima; ejus ex Hercule progenies, II, 7, 8, 1.

Digitized by Google

Prodigium quod Ol. 118,3 in arce Athenarum contigit, *Philoch.* 146.

Προπρόσια, sacra, *Clitod.* 23.

Prætides, Thebarum portæ, III, 6, 6, 6.

Prætides, Prœti filiæ, insanientes, a Melampode sanantur, II, 2, 2, 7.

Prœtus, Abantis f. [Thersandri f., *Pher.* 79]; ab Acrisio Argis pulsus, in Lyciam venit ad Iobatem al. ad Amphianactem; ducit Anteam al. Sthenebœam; in Argolidem redux, Tirynthem tenet; ejus filiæ insaniunt [*Acus.* 19]; Melampodi et Bianti filias cum parte regni dat; Bellerophontem purgat [*Pher.* 24], uxoris fraude ductus, ad Iobatem mittit, necem ei paraturus; Danaen dicitur corrupisse, II, 2, 1 *sqq.*; pater Mœræ, *Pher.* 79.

Promachus, Æsonis f., a Pelia necatur, I, 9, 27, 2.

Promachus, Parthenopæi f., unus Epigonorum, I, 9, 13, 2; III, 7, 2, 5.

Prometheus, Iapeti f., I, 2, 3; Deucalionis ex Hesione, *Acus.* 7; Jovis caput aperit, I, 3, 6; hominibus ignem dat; Caucaso affigitur, I, 7, 1; ab Hercule liberatur, II, 5, 11, 12; *Pher.* 33; Deucalioni arcam struere suadet, I, 7, 2, 2; pro Chirone fit immortalis, II, 5, 4, 6; Jovi Thetidis nuptias dissuadet, III, 13, 5, 3; duodecim diis aras exstruit, *Hell.* 15; pater Ius vel Isidis, *Ister* 40; Promethei signum in Academia, *Ap. fr.* 32.

Promethea, festum Atticum, *Ister* 3.

Pronax, Talai f., Lycurgi et Amphitheæ pater, I, 9, 13.

Pronoe, Phorbi f., Ætoli conjux, I, 7, 7.

Pronous, Phegei f., Alcmæonem necat; ab hujus filiis trucidatur, III, 7, 6, 2.

Προοικίαι, *Clitod.* 25.

Propylæa quando ædificata, *Philoch.* 98.

Prosepelia nympha, ex Arcade mater Elati et Aphidantis, *Charon* 13.

Proserpina, Jovis f., I, 3, 2, 4; a Plutone, I, 5, 1, 1; ab Ædoneo Molossorum rege rapitur, *Philoch.* 46; ex Attica, *Phanod.* 20; aliquot menses apud Plutonem, reliquam anni partem apud superos moratur, I, 5, 3; *vide* Ceres. Alcestin in vitam remittit, I, 9, 15, 2; Adonidem nutrit; de eo cum Venere contentio, III, 14, 4, 5; Proserpina ver appellatur a populis qui ad occasum solis habitant, *Theop.* 293.

Protagoras in Siciliam navigans cum nave demersus, *Phil.* 168; ejus ætas, *Ap. fr.* 86.

Protesilaus, Iphicli f., Helenæ procus, III, 10, 8, 2.

Proteus, pater Cabiræ, *Pher.* 6.

Proteus (Toronensis) Neptuni f., ejus progenies, II, 5, 9, 14.

Proteus, Ægypti R., Bacchum benigne excipit, III, 5, 1, 2.

Proteus, Ægypti ex Argyphia f., Gorgophones sponsus, II, 1, 6, 2.

Prothous, Agrii f., I, 8, 6, 1.

Prothous, Lycaonis f., III, 8, 1, 3.

Proto, Nereis, I, 2, 7.

Protogenia, Erechthei f., pro patria immolata; ubi? *Phanod.* 3.

Protogenia, Calydonis f., Oxyli e Marte mater, I, 7, 7, 2.

Protogenia, Deucalionis f., *Pher.* 51 a; Aethlii e Jove mater, I, 7, 2, 7.

Protomedusa, I, 2, 7.

Psamathe, Nereis, I, 2, 7; Æaci congressum evitare conata; ex eo Phocum parit, III, 12, 6, 9.

Psammetiche insula ante Delum sita, *Phanod.* 26.

Psessi, gens Taurica, *Ap. fr.* 120.

Psophidii, Alcmæonis filios persequentes, ab Argivis et Tegeatis fugantur, III, 7, 6, 3.

Psophis, ab apro Erymanthio vastatur, II, 5, 4, 1; *Hec.* 344; Phegeo paret, III, 7, 5, 3.

Psyllicus sinus, in sinu Libyco, *Hec.* 303.

Pteleon, cum Procride, Cephali uxore, rem habet, III, 15, 1, 4.

Pterelaus, Taphii f., a Neptuno immortalitate donatur; ejus progenies; filii armenta Electryonis abigunt; ejus filios occidunt; ipsi pereunt præter Everem; coma aurea, qua immortalis erat, Comæthus fraude recisa, perit, II, 4, 5, 5 *sqq.*

Ptimyris ab Ægyptiis vocatur Delta insula, *Ephor.* 109.

Ptolemæi secundi indoles, *Phyl.* 40 a.

Ptous, Athamantis e Themistone f., I, 9, 2, 3.

Puerorum amores a Thamyri cœpti, I, 3, 3, 1.

Purpuris voracior, proverb., *Ap. fr.* 182.

Putei Agamemnonii, *Clitod.* 9.

Pydna urbs Atheniensibus Philippo promissa, *Theop.* 139.

Pygela, urbs Ioniæ, unde nomen acceperit, *Theop.* 62.

Pygmæi, populus in extrema Ægypto, contra grues belligerant, *Hec.* 266.

Pygmalion, rex Tyriorum, cujus soror Thiosso, *Tim.* 23; Carpasiam in Cypro condit, *Hell.* 147: pater Metharmes, III, 14, 3, 4.

Pylæ, ubi Amphictyonum congressus, *Theop.* 186.

Pylades, ex Electra pater Medontis et Strophii, *Hell.* 43.

Pylaon, Nelei e Chloride f., I, 9, 9, 1.

Pylarge, Danai e Pieria f., Idmonis sponsa, II, 1, 5, 8.

Pylas, Megaræ R., Pandioni filiam dat, et, Biante occiso, regnum: in Peloponnesum abiens, Pylum condit, III, 15, 5, 3.

Pylene, urbs Ætoliæ, *Hell.* 111.

Pylo, Thespii f., Hippotæ ex Hercule mater, II, 7, 8, 3.

Pylus, Martis f., I, 7, 7, 3.

Pylus, a Neleo conditur, I, 9, 9, 1; *Hell.* 64; *Pher.* 56; ab Hercule capitur, I, 9, 9, 2; II, 7, 3, 1; habet armenta Apollinis, a Mercurio abacta, III, 10, 2, 2; alia Pylus a Pyla conditur. *Vide* Pylas.

Pyræchma, Ætolus; ejus singulare certamen cum Degmeno, Epeo, *Ephor.* 15.

Pyramus, Ciliciæ fl., III, 1, 1, 8.

Pyrene, Cycni e Marte mater, II, 5, 11, 3.

Pyrippe, Thespii f., Patrocli ex Hercule mater, II, 7, 8, 6.

Pyrrha, Epimethei e Pandora f., Deucalionis uxor, *Acus* 7; I, 7, 2, 1; mater Hellenis, *Hell.* 10; Protogeniæ, *Pher.* 51 a.

Pyrrho, Eleus, Plistarchi filius, *Ap. fr.* 94.

Pyrrhus, Achillis f., a quo genus duxit Olympias, mater Alexandri, *Theop.* 282.

Pyrrhus a Cleonymo persuasus contra Spartam proficiscitur; copiarum numerus, *Phyl.* 48; ejus aquila, *ibid.* 49.

Pyrrhus, canis Gelonis, *Phyl.* 44.

Pythagoras, Mnesarchi f., Tuscus fuit, *Theop.* 67; quo tenderit ejus philosophia, *ibid.* 68; ejus filia summopere a Crotoniatis honorata, *Tim.* 78; Apollinis aram, quæ Deli est, velut inviolatam adorat, *ibid.* 79; quomodo puellas et feminas appellaverit, *ibid.* 83; Pythagoræ opinio quædam, *Ap. fr.* 2.

Pytheæ in Demosthenem dicterium, *Phyl.* 65.

Pythia, III, 15, 6, 3; Herculi respondere non vult, tripode spoliatur, illi nomen Alcidæ dat, II, 6, 2, 6.

Pythica pompa: quanam via ab Atheniensibus Delphos mitti soleat, *Ephor.* 70.

Pythionice, Harpali pellex, post mortem monumentis magnifice honorata, *Theop.* 277.

Pythium in OEnoe, *Philoch.* 158.

Python, draco, Delphici oraculi custos, ab Apolline necatur, I, 4, 1, 3.

Pytho, cognomento Draco, homo intolerabilis, ab Apolline interfectus, *Ephor.* 70; Pythonis tabernaculum a Delphis incensum, *ibid.*

Digitized by Google

Pythodorus archon, *Philoch.* 97.

Q.

« Quarta die mensis natus es. » Proverb., *Philoch.* 176.
Quercus Matri deorum sacra, *Ap. fr.* 4.
Quinquertium Persei temporibus nondum institutum, *Pher.* 26.
«Quondam fuere strenui Milesii.» Proverb., *Demo* 10.

R.

« Res amicorum communes » ; quo tempore hoc proverbium et apud quos invaluerit, *Tim.* 77.
Rhadamanthus, Jovis ex Europa f., III, 1, 1, 5; leges fert Cretensibus, III, 1, 2, 5; harum specimen, II, 4, 9, 2; a Minoe fratre pulsus, in Bœotiam fugit, Alcmenam ducit viduam (*Pher.* 39); in Ocalia habitat; cum Minoe judex apud inferos, III, 1, 2, 5 *sqq.*; II, 4, 11, 8.
Rhodius, Nelei e Chloride f., I, 9, 9, 1.
Rhapsodi unde nominati, *Philoch.* 206.
Rhea s. Magna Mater s. Cybele, Titanis, Cœli f., I, 1, 3; Crono nubit, I, 1, 5; liberos a marito devorari videns, Jovem celat, I, 1, 6; sedes ejus in Cybelis; Bacchum sanat, mysteria docet, III, 5, 1, 3; Œnonen docet artem vaticinandi, III, 12, 6, 2.
Rheginum, colonia Chalcidensium, *Ant.* 10; a Delphis profecta, *Tim.* 64.
Rhesus, Strymonis e Calliope f., a Diomede necatur, I, 3, 4.
Rhexenor, Chalciopes pater, III, 15, 6, 2; *Phanod.* 3 a.
Rhipæi montes, *Hell.* 96.
Rhius, urbs Messeniæ, *Ephor.* 20.
Rhodanus fluvius duo ostia habet, *Tim.* 38.
Rhode, Mopsi filia, *Theop.* 111.
Rhode, Danai f., Hippolyti sponsa, II, 1, 5, 4
Rhode, Neptuni ex Amphitrite f., Solis uxor, I, 4, 6; *Hell.* 107.
Rhodia in Lycia, a qua nomen acceperit, *Theop.* 111.
Rhodia, Danai f., Chalcodontis sponsa, II, 1, 5, 4.
Rhodii, in sacris Herculis ipsum exsecrantur, quamobrem? II, 5, 11, 10.
Rhœcus, Cnidius, a Nympha excæcatus, *Charon* 12.
Rhœcus, Centaurus; ab Atalante sternitur, III, 9, 2, 3.
Rhymus, fluvius Asiæ per Mygdonium campum fluens, *Hec.* 202.
Rhyndacus, fluvius Asiæ, *Hec.* 202.
Rhytia ex Apolline mater Corybantum, *Pher.* 6.
Roma, Trojana, nomen dedit urbi ab Ænea conditæ, *Hell.* 53.
Roma, urbs antiqua quædam, ante bellum Trojan. condita, *Ant.* 7.
Roma eodem tempore condita quo Carthago, *Tim.* 21; ab Ænea, *Hell.* 53; a Gallis capta, *Theop.* 144.
Romani equum ante urbem jaculis conficiunt in Trojæ captæ memoriam, *Tim.* 152.
Romphæa, telum barbaricum, *Phyl.* 58.
Rubetæ duo jecora habent, *Tim.* 156.

S.

Sacæ, gens Scythica, *Hell.* 171; *Ephor.* 78.
Sacra bella duo, *Philoch.* 88.
Sadyattes, Alyattæ filius, rex Lydorum, ipsius sorori (Lydæ) vim intulit atque uxorem habet; ex ea filium suscepit Alyatten; deinde alias duas uxores duxit, ex quibus Attales et Adramys nascuntur, *Xanth.* 19, p. 40. (*Idem Sadyattes p.* 42 *ap. Anonym. nominatur Alyattes.*)
Sadyattes, ditissimus Lydorum ἔναρχος, a quo Crœsus argentum mutuo sumere voluit, *Xanth.* 19, p. 40.
Saitæ Atheniensium patres, *Theop.* 172; ab Atheniensibus orti, *Phanod.* 7.
Salamis, Asopi f., Cychrei e Neptuno mater, III, 12, 7, 1.
Salamis, post Cychreum Telamoni paret, III, 12, 7, 1.
Salamis, pugna ad Salaminem, *Ephor.* 112.
Salix, arbor, *Hec.* 173.
Salmoneus, Æoli f., I, 7, 3, 4; *Hell.* 10; ejus uxor Alcide; Thessaliam incolit, post Elidem adit; cum civibus ob impietatem e medio tollitur; I, 9, 7; pater Tyros, *Hell.* 10; *Pher.* 59; Epeorum et Pisæorum rex, ex Elea filium ejicit, *Ephor.* 15.
Salmus, urbs Bœotiæ, *Hell.* 13, 27.
Salmydessus, Thraciæ urbs, Phinei sedes, I, 9, 21, 1.
Samiorum Ioniæ migratio, *Ap. fr.* 180.
Samus olim a Lelegibus occupata, *Pher.* 111; ei Ancæus præfuit, *ibid.*; a Pericle obsessa, *Ephor.* 117.
Samus, Nili insula, *Hec.* 286.
Samus, Same, i. q. Cephallenia, *Ap. fr.* 167.
Samothrace, Dardani prima sedes, III, 12, 1, 3; sedes Corybantum, *Pher.* 6; Idæorum Dactylorum, *Ephor.* 65; unde dicta? *Ap. fr.* 180.
Samothraces festo quodam Harmoniam quærunt, *Ephor.* 12.
Sanapæ apud Thraces vocantur ebrii, *Hec.* 352.
Sandacus, Astynoi f., e Syria veniens, Celenderin in Cilicia condit; e Pharnace pater Cinyræ, III, 14, 3, 3.
Sandrocyttus, Indorum rex, munera misit Seleuco Nicatori, *Phyl.* 37.
Sangarius, flumen Phrygiæ, ad quod Cereris Montanæ sacrum, *Xanth.* 7.
Sangarius fl., Hecubæ pater e Metope, III, 12, 5, 3.
Sao, Nereis, I, 2, 7.
Sarapis, nomen Apidis, inter deos recepti, II, 1, 1, 6.
Sarapis unde dictus, *Phyl.* 80.
Sardanapalus, rex Persarum, uno die Tarsum condit et Anchialen, *Hell.* 158; *Ap. fr.* 69.
Sardes a Ionibus captæ, *Charon* 2.
Sardinia ins. a Thespiadis culta, II, 7, 6, 2; ejus incolæ Saturno sacrificant parentes, *Tim.* 28.
Sardiniorum mos barbarus, *Demo* 11, 12.
Sardonium mare, I, 9, 24, 5.
Sardonius risus unde dictus, *Tim.* 28, 29.
Sariusa, Polyphidis uxor, *Pher.* 91.
Sarpedon, Neptuni f., Poltyis frater, in litore Æniæ ab Hercule confoditur, II, 5, 9, 13.
Sarpedon, Jovis ex Europa, al. Laodamia f., ob amorem Mileti a Minoe fratre in Lyciam fugit, ubi rex fit; Isægævus, II, 5, 9, 13 *sq.*, Miletum condit, *Ephor.* 31.
Sarpedonia petra in Thracia, *Pher.* 104.
Satræ, gens Thraciæ, *Hec.* 128.
Satrocentæ, gens Thraciæ, *Hec.* 129.
Saturno parentes immolantur ab incolis Sardiniæ, *Tim.* 28; pueri a Curetibus, *Ister* 47; Saturnus in Sicilia sepultus jacet, *Philoch.* 184; iis qui ad solis occasum habitant, appellatur hiems, *Theop.* 293.
Satyrium, *Ant.* 14.
Satyri, Bacchi comites, a Lycurgo vincti liberantur, III, 5, 1, 5.
Satyrus, ab Argo cæditur, II, 1, 2, 4; cum Amymone congredi conatus, a Neptuno pellitur, II, 1, 4, 10.
Satyrus Dionysii junioris assentator, *Tim.* 127.
Satyrus, Timoleontis amicus, *Theop.* 215.
Sauromatæ, populus Scythicus; eorum instituta, *Ephor.* 76, 78.
Sauromatides, eædem quæ Amazones, *Ephor.* 103.
Scalaba, regio Eretriensium, *Theop.* 162.

Digitized by Google

æa, Danai f., Daiphronis sponsa, II, 1, 5, 3.
æi, gens inter Troadem et Thraciam, *Hec.* 133.
æus, Hippocoontis f., ab Hercule trucidatur, III, 10, 5, 1.
amander, pater Teucri ex Idæa, III, 12, 14; Calirrhoes, III, 12, 2, 2; Strymus, III, 12, 3, 11.
amander ab Ida defluens, *Hell.* 132; eum Achilles tranat, *ibid.*
amandrius, dux Phrygum, *Xanth.* 5.
epsis, urbs Troadis, *Ephor.* 122.
eptrum cyaneum Tiresiæ, *Pher.* 50.
hedius, Epistrophi f., Helenæ procus, III, 10, 8, 2.
heria, antiquum nomen Corcyræ, *Hell.* 45; *Tim.* 54.
hœneus, Athamantis f., I, 9, 2, 5.
hœneus, Atalantes pater nonnullis dicitur, I, 8, 2, 4; I, 9, 16, 8; III, 9, 2, 8.
iapodes, gens Æthiopica, *Hec.* 265.
ιράχια unde dicta? *Theop.* 254.
iraphidas monetam auream vel argenteam in Spartam urbem non recipi voluit, *Theop.* 10.
ironides petræ, II, 8, 1, 4.
irus, Theseo misit Nausithoum et Phæacem, *Philoch.* 41.
ithæ, urbs Thraciæ, *Theop.* 311.
ius, regio ignota Eubœæ insulæ, *Hec* 106.
orpio a Diana Orioni missa, *Pher.* 4.
otussa lacu suo insignis, *Theop.* 84.
utorum Lacedæmoniorum et Messeniorum signa, *Theop.* 325.
ybrus, regio Macedonica, *Theop.* 312.
ylace, urbs Asiæ, *Hec.* 205,
yletinus, sinus Italiæ, *Ant.* 4, 6.
ylla, Nisi f., patrem Minoi prodit, ab hoc punitur, III, 15, 8, 2.
ylla, Phorcynis et Hecatæ f., *Acus.* 5.
yllæum promontorium, *Hec.* 42
yphia, oppidum Clazomeniorum, *Ephor.* 35.
yphus Solis et Herculis, II, 5, 10, 5; *Pher.* 33.
yrius, Ægei pater, III, 15, 5, 5.
ythæ, quam terræ partem teneant, *Ephor.* 38; *cf.* 78; asinos sacrificant, *Ap. fr.* 13; eorum mores, *Ephor.* 78; *Phyl.* 69; a Milesiis vincuntur, *Ephor.* 92.
ythia, II, 1, 3, 6.
is. *Vide* Neis.
ισάχθεια Solonis, *Androt.* 40; *Philoch.* 37.
leucus Nicator; ei munera misit Sandrocyttus, rex Indorum, *Phyl.* 37.
leuci Callinici amasia Mysta, *Phyl.* 29.
leucis, poculi genus, *Ap. fr.* 247.
llasia, urbs Laconica, *Theop.* 13; pugna ad Sellasiam, *Phyl.* 56.
lleis, flumen in Elide, *Ap. fr.* 170.
machidæ, Epacriæ in Attica demus, *Philoch.* 78.
mele, Cadmi ex Harmonia f., III, 4, 2, 4; cum Jove congressa, Junonis fraude perit, III, 4, 3; a Baccho ex inferis petita, Thyones nomine in cœlum migrat, III, 5, 3, 3; ejus nuptias Actæon ambit, *Acus.* 21; Hyes vocatur, *Pher.* 46.
natores Atheniensium inde a quo anno secundum literarum ordinem sententiam dixerint, *Philoch.* 119.
nus, urbs Ægypti, *Hec.* 272.
ptem duces adversus Thebas. *Vide* Thebæ.
ptem sapientes Sophistas nominat *Ephor.* 101; *Androt.* 39.
ptimus dies, faustus Græcis, *Ephor.* 9 a.
phoclis vita, *Ister* 51.
riphus, ins., II, 4, 1, 3 ejus incolæ a Perseo in lapides transformati, *Pher.* 26.
Sermylia, urbs Thraciæ, *Hec.* 121.
Servi emptitii antiquitus Græcis non famulabantur, *Tim.* 67.
Servi Lacedæmoniorum, Thessalorum, Chiorum, *Theop.* 134.
Servorum urbs, in Libya, *Ephor.* 96.
Servius, rex Romanorum, primus signavit æs, *Tim.* 22.
Sesarethus, urbs Taulantiorum, *Hec.* 68.
Sesostris rex, *Theop.* 52.
Sestus urbs, in Propontide, *Theop.* 6; *Ephor.* 86.
Seuthes, Thracum rex, *Theop.* 8.
Sicane, urbs Iberiæ, *Hec.* 15.
Sicani, indigenæ, *Tim.* 2; a Sicano fluvio nomen habent; ex Iberia in Siciliam translati, *Philoch.* 3.
Sicania, regio finitima Agrigentinis, *Ap. fr.* 140.
Sicania antiquum nomen Siciliæ, *Hell.* 51.
Sicanus, fluvius Iberiæ, *Philoch.* 3.
Σίκελον(?), *Ister* 63.
Sicilia ins., ejus ortus I, 6, 2, 3; Eryci paret, II, 5, 10, 10, prius Sicania vocata, *Hell.* 51; Trinacria unde dicta, *Tim.* 1; Sicilia a Siculo Ausonum rege nominata, *Hell.* 53; primum ex Italia venerunt Elymi, deinde Ausones, *ibid.*; ab Iberibus olim habitata, *Ephor.* 51; quinque diebus circumnavigatur, *Ephor.* 50.
Siculi ab Œnotris et Opicis ex Italia pulsi transierunt in Siciliam. *Ant.* 1; quo tempore? *Philoch.* 2; Siculi et Morgetes et Itali iidem sunt, qui erant Œnotri. *Ant.* 3; Siculi domi Nymphis sacra facere solent, *Tim.* 127.
Siculus Roma profugus a Morgete Œnotrorum rege hospitio exceptus, *Ant.* 3, 7; Siculus, Itali filius, dux Ligurum; ab eo appellati sunt Siculi. *Philoch.* 2.
Sicyon, Epopeo cæso, a Lyco occupatur, III, 5, 5, 7; a Phalce occupatur, *Ephor.* 16.
Sicyoniorum reges, *Ap. fr.* 71.
Side, Orionis uxor, a Junone, quacum certamen inierat, in Hadem pellitur, I, 4, 3, 2.
Side, filia Tauri, uxor Cimoli, *Hec.* 250.
Side, urbs Pamphyliæ, *Hec,* 250.
Sidele, urbs Ioniæ, *Hec.* 218.
Sidene, urbs Lyciæ, *Xanth.* 24.
Sidero, Tyrus noverca a Pelio trucidatur, I, 9, 8, 3.
Sidon, urbs Phœniciæ, *Hell.* 8; *Hec.* 256.
Sidus, vicus agri Corinthii, *Ap. fr.* 163.
Sidussa, urbs Ioniæ, *Hec.* 217.
Sigeum, I, 9, 1, 5.
Sige, urbs Troadis, *Hec.* 208.
Sileni cum Mida colloquium, *Theop.* 76.
Simois, Asyoches pater et Hieromnemes, III, 12, 2, 1.
Simonides, poeta, Theronem et Polyzelum inter se reconciliavit, *Tim.* 90.
Simulacra lignea, *Theop.* 181.
Sindia, urbs Lyciæ, *Hec.* 240.
Sindi, populus ad Bosporum Cimmericum, *Hell.* 92.
Sindonæi, populus Thraciæ, *Hec.* 117.
Sinis, Polypemonis e Sylea f. Pityocamptes dictus, isthmum Corinthium infestum reddit; ab Theseo trucidatur, III, 16, 2, 1; Sinidis filia a Theseo abducta, *Ister* 14; *Pher.* 109.
Sinope urbs, unde nomen sortita sit, *Hec.* 352.
Sinties, Thraces in Lemno insula, *Hell.* 112 et 113; unde nominati, *Philoch.* 6.
Sipylus, urbs, Tantali sedes, III, 5, 6, 6; *Hell.* 44.
Sipylus, Amphionis e Niobe f. telis Apollinis confoditur, III, 5, 6, 1 *sq.*
Sirenes, Acheloi e Melpomene filiæ, I, 3, 4; e Sterope, I, 7, 10, 2; eas Argonautæ prætervehuntur, I, 9, 25, 1.
Siris, urbs, unde nomen habeat, *Tim.* 62.

Digitized by Google

Siris, fluvius Libyæ, *Hec.* 316.
Siritæ in luxuriam mollitiemque prolapsi, *Tim.* 62.
Siritis; ob eam Tarentini cum Thuriis belligerant, *Ant.* 12.
Sirrha, urbs Thraciæ, *Theop.* 138.
Sisyphus, Æoli f., I, 7, 3, 4; Ephyram condit, ducit Meropen [*Hell.* 56]; ex ea progenies; supplicium apud inferos, I, 9, 3; Isthmiorum conditor, III, 4, 3, 8; Jovem, Antigonæ raptorem, Asopo palam facit, III, 12, 6, 6; *Pher.* 78.
Sisyphus, Pharsali tyrannus, *Theop.* 20.
Sitace, urbs Persica, *Hec.* 184.
Sitophagi, populus Libyæ, *Hec.* 305.
Sixus, urbs Mastienorum, *Hec.* 9.
Smila, urbs Thraciæ, *Hec.* 118.
Smindyrides, Sybarita Agaristæ, Clisthenis filiæ nuptias ambit, *Tim.* 58.
Smyrna. *Vide* Myrrha.
Socleus, Lycaonis f., III, 8, 1, 3.
Socratis ætas, *Ap. fr.* 82; lapides cædendi artem a patre edoctus, *Tim.* 100.
Solii in Cypro, *Ephor.* 134.
Soli, urbs Cypri, *Ephor.* 94.
Soli, urbs Ciliciæ, *Hec.* 253; *Ephor.* 94.
té, et pour connaître le temps de leur naissance t de leur mort, du moins celui de leur plus rande célébrité. C'est dans cette vue qu'il marquait avec tant de soin la suite des rois d'Athènes, depuis Cécrops jusqu'à l'abolition de la oyauté, et qu'il rapporte plusieurs événements e l'histoire de ce temps-là, l'établissement des rincipales fêtes religieuses d'Athènes, l'introuction de diverses sortes de musique dans les ymnes chantées à ces fêtes, les premiers comencements de la tragédie et de la comédie, les lifférentes victoires théâtrales de plusieurs poèes, et celles de plusieurs musiciens dans les oncours qui accompagnaient certaines fêtes. Entre les quatre-vingts époques différentes qui ous restent, il y en a peu qui contiennent des aits d'un autre genre, encore sont-ils presque oujours accompagnés de quelques circonstances eu importantes de l'histoire littéraire, et en uelques occasions, il est difficile de s'assurer i la date se rapporte au fait de l'histoire généale ou à celui de l'histoire littéraire. L'auteur le la chronique parle rarement de ce qui regarde le Péloponnèse, même dans l'objet que je rois qu'il s'était proposé principalement : sans loute, parce que tout cela était marqué dans l'inscription placée à Sicyone. »

Minus accurate hæc disputata esse recte monet Bœckhius; atque omnino a veri specie abhorret Marmor nostrum in usum scholarum fuisse exaratum. Quod Athenarum historiam ceteris uberius persequitur, ejus rei caussa sponte intelligitur. Nam Paros insula Atheniensium imperio erat subjecta. Porro tam diligenter refert ea quæ ad mysteria spectant, quoniam Cereris cultu auctoris patria insignis fuit (v. Hom. Hymn. in Cererem vers. finem). Ac quod in universum festorum originibus, poetarum musicorumque victoriis rebusque mirabilibus longe primæ partes tribuuntur, res autem historiæ politicæ admodum parce commemorantur, frustraque quæris reditum Heraclidarum, Lycurgum, Iphiti Olympiadem, bella Messeniaca, Draconem, Solonem, Septem Sapientes, bella Messeniaca, Clisthenem, Periclem, bellum Peloponnesiacum, Triginta tyrannos, etc. : hæc omnia, inquam, probare videntur magnam Chronico nostro similitudinem intercedere cum templorum ἀναγραφαῖς, ubi illa unice fere enotata, hæc tantum non prorsus neglecta fuisse consentaneum. Neque tamen his potissimum monumentis Nostrum sese addixisse probabile est. Immo seriorum maxime scriptorum opera consuluisse videtur, ex iisque sine magno judicii acumine elegisse res Marmori inscribendas. Qui vero fuerint isti auctores, propter ipsam eorum copiam, qui præsto esse poterant Nostro, dici nequit. Nam quod in una vel altera re cum hoc vel illo scriptore consentit, omnino nihil probat. Unus tamen exsistit auctor, Phaniam dico, quem Bœckhius maxime accommodatum putat, unde multa Noster in usus suos converterit. Quare quæ de eo disputat vir doctissimus, apponam. «De Phania Eresio, ait, Aristotelis discipulo, post alios dixere Plehn. Lesbiac. p. 215 sq., F. J. Ebert. Dissert. Sicul. tom. I, p. 76 sqq. et singulari libello Voisinus. Vir γραμμάτων οὐκ ἄπειρος ἱστορικῶν, ut ait Plutarch. (Themist. 13), scripsit præter alia περὶ ποιητῶν : quo opere tractavit etiam musica (Athen. VIII, p. 352, C), eademque vel in libro adversus Sophistas attigit: ejusdem affertur liber, Τυράννων ἀναίρεσις ἐκ τιμωρίας, unde aliquid de Heracleæ Italicæ tyranno promit Parthenius (Erot. c. 7), item liber de Siciliæ tyrannis (Athen. VI, p. 231, E; p. 232, C), in quo nominatim de Gelone et Hierone dixerat; aliquid de rebus Himerensibus ex Phania profert Plutarchus (De oracul. def. c. 32). Postremo ejus de Eresi prytanibus liber (Athen. VIII, p. 333, A) manifesto fuit chronicus, quod jam Ebertus monuit. Profecto non novi commodiorem hominem, quo uti Noster potuerit, etiamsi fortasse ea, quæ Phanias protulit, depravarit. Phanias definierat epocham Trojæ captæ : qua de re quæ tradiderat, ea fortasse convenirent Nostro, nisi corruptus a librariis numerus esset; Terpandri constituerat ætatem (v. ep. 34), cujus νόμων meminerat etiam in libro adversus Sophistas (Athen. XIV, p. 638, C): quidni ex illo hæc habuerit Parius? Tum epoch. 36 Sapphonis Lesbiæ in Siciliam fuga ex Attico archonte et Geomorum Syracusis imperio definitur; hæc nemo disertius tradere hac ratione poterat quam Phanias Eresius, qui de prytanibus Eresiorum scripserat, compositis haud dubie etiam archontibus ipsi notissimis, et Sicularum rerum erat peritissimus. Idem ut Noster de Gelone et Hierone dixerat, idem ut Noster de Dionysio majore et Philoxeno dithyramborum poeta (Athen. I, p. 6, E); maxime Noster ad poetas et tyrannos attendit, de quibus scripsit Phanias; et Himerenses poetas duos rettulit Parius. Nec Phanias Attica non attigit : de Solone egit (Plutarch. Solon. c. 14, Etym. M. et Gud. v. Κύρβεις); cujus obitum ex Attici archontis anno definiit : Ἐπεβίωσε δ' οὖν ὁ Σόλων ἀρξαμένου τοῦ Πεισιστράτου τυραννεῖν, ὡς μὲν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ συχνὸν χρόνον, ὡς δὲ Φανίας ὁ Ἐρέσιος ἐλάττονα

Digitized by Google

δυοῖν ἐτῶν. Ἐπὶ Κωμίου μὲν γὰρ ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος, ἐφ' Ἡγεστράτου δὲ Σόλωνά φησιν ὁ Φανίας ἀποθανεῖν τοῦ μετὰ Κωμίαν ἄρξαντος (Plutarch. Solon. extrem.) : quo loco quæ de Pisistrato dicta sunt, et ipsa videntur Phaniæ esse; atque eadem epocha a Nostro redditur (ep. 40). Nonne vero probabile, etiam reliqua, quæ Parius de Pisistratidis et præsertim de Hipparcho et aliquo, ut conjicio, Hippiæ filio interemtis habet, esse ex Phania sumta, qui de tyrannorum cædibus egerat ultione adductis, item quæ in chronico hoc de repositis Harmodii et Aristogitonis statuis dicuntur? Etiam de prœliis ad Artemisium et Salaminem exposuerat Phanias (Plutarch. Themist. c. 7 et 13) : et Noster Salaminii non oblitus est. Denique Phanias in libro de Prytanibus Eresiorúm etiam mirabilia narravit, non solum quæ in Lesbo accidissent, sed etiam peregrina (Athen. VIII, p. 333, A, et hinc Eustath. ad Iliad. A, p. 35, 17 Rom., ubi de tridua piscium in Peloponneso pluvia') : qui certe non omiserit lapidem ad Ægos flumen cœlo delapsum et insignem illum cometam, quos probe norat ab Aristotele magistro : quas res apud Nostrum perscriptas reperimus. Ac nescio an eodem fonte usus sit is, quem Eusebius compilavit; Eusebii enim aliquot notata ad Chronici Parii verba proxime accedunt, ut illud ipsum de lapide cœlitus delapso, et de Thespide; neque in Terpandri ætate, quam Noster videtur ex Phania constituisse, Eusebius a Nostro discedit magis quam pro turbatissimis Eusebiani canonis numeris exspectes. »

Tempora marmoris auctor ita computat, ut a data quadam epocha annos (civiles illos vel Atticos, circa solstitium æstivum incipientes) numeret usque ad annum Diogneti archontis elapsos. De hujus Diogneti anno nemo veterum scriptorum aliquid tradidit : sed ex intervallis, quæ ab aliis archontibus aliunde bene notis ad Diognetum usque a Marmore computantur, evincitur Diogneti hujus annum esse Ol. 129, 1, ante Chr. 264, P. J. 4450, a. 47 primæ periodi Callippeæ sec. Ideler. Enchir. Chronol. tom. I, p. 344.

Verum non eandem ubique annos numerandi rationem Noster observat. In nonnullis enim locis simplicissime rem sic instituit, ut annorum numerus certæ cuidam epochæ adscriptus ab anno Diogneti detractus sit. Hunc computum, ad terminum ad quem recte significandum aptissimum, et versus finem Marmoris frequentissimum, Bœckhius notat litera A. Alter computus, litera B signatus a Bœckhio, uno anno auctior est, i. e. annis ex computo A repertis unum annum addit, pro more isto veterum, quo τριετηρίδες et πεντετηρίδες dicunt periodos duorum vel quatuor annorum.

Præterea tres exstant epochæ (ep. 58, 62, 63), ubi numeri marmoris a computo A duobus et tribus annis recedunt (computus C et D). Cujus rei causa aut in errore auctoris vel lapicidæ quærenda est, aut in eo quo Noster usus est archontum catalogo.

Secundum hæc anni archontum, quos Marmor memorat, ex Bœckhii rationibus constituendi sunt hunc in modum :

Ep. 32.	(Κρέων).	Ol. 24, 2. an.	420 B.
33.	Τ]λ[η]σία.	24, 1.	418 B.
34.	Δρωπίδου.		381.
35.	Ἀριστοκλέους.	43, 4.	341 A.
36.	Κριτίου α.		
37.	Σίμωνος.	47, 3.	327 B.
38.	Δαμασίου β.	49, 3.	318 A.
39.			
40.	Κωμίου.		297.
41.	Εὐθυδήμου	56, 1.	292 A.
42.			
43.			
44.			
45.		67, 2.	248 B.
46.	Ἰ]σαγόρου.	68, 1.	
47.	Πυθοκρίτου.	71, 3.	231 B.
48.	Φαινίππου β.	72, 3.	227 B.
49.	Ἀριστείδου.	72, 4.	225 (6) A (B).
50.	Φιλοκράτους.	73, 4.	222 B.
51.	Καλλιάδου.	75, 1.	217 B.
52.	Ξανθίππου.	75, 2.	216 B.
53.	Τιμοσθένους.	75, 3.	215 B.
54.	Ἀδειμάντου.	75, 4.	
55.	Χάρητος.	77, 1.	208 A.
56.	Ἀψηφίονος.	77, 4.	206 B.
57.	Θεαγενίδου.	78, 1.	205 B.
58.	Εὐθίππου.	79, 4.	199 C.
59.	Καλλίου α.	81, 1.	193 B.
60.	Διφίλου.	84, 3.	
61.	Ἀστυφίλου.	90, 1.	
62.	Εὐκτήμονος.	93, 1.	147 D.
63.	Ἀντιγένους.	93, 2.	145 C.
64.	Καλλίου β.	93, 3.	
65.	Μίκωνος.	94, 3.	139 B.
66.	Λάχητος.	95, 1.	137 B.
67.	Ἀριστοκράτους.	95, 2.	135 A.
68.			
69.	Πυθέου.	100, 1.	116 A.
70.	Καλλέου.	100, 4.	
71.	Ἀστείου.	101, 4.	109 A.
72.	Φρασικλείδου.	102, 2.	107 A.

Digitized by Google

73.			
74.	Ναυσιγένους.	103, 1.	104 A.
75.	Κηφισοδώρου.	105, 3.	
76.	Ἀγαθοκλέους.	105, 4.	93 A.
77.	Καλλιστράτου.	106, 2.	91 A.
78.			

Nonnulla quidem in iis quæ pugnam Maraioniam antecedunt (nempe Creontis et Tlesiæ nni), in dubitationem vocari possunt; sed de is uberius jam exponendi hic non est locus; uare ipsum Bœckhium adeas sagacissime de s disserentem.

Apparet igitur ex laterculo modo apposito iversos istos computos promiscue esse a Marioris auctore adhibitos. Non ita tamen ante Bœckhium statuerunt chronici interpretes, sed arias rationes excogitarunt, quibus utrumque omputandi modum conciliarent.

Etenim Gibertus in *Mém. de l'Académ. des nscr.* t. XXIII, p. 66, primos tabulæ nostræ ersus vertendos putat ita : « J'ai décrit les temps lepuis le règne de Cécrops jusqu'à l'archontat 'Astyanax à Paros, Diognète étant aussi arhonte à Athènes. » Deinde pergit :

« Or, en traduisant de la sorte, le seul archonat d'Astyanax à Paros est le terme que le chroiographe donne à ses calculs, et celui de Diognète ne sert qu'à désigner, suivant la néthode observée dans toutes les époques qui ont suivre, la magistrature Athénienne, sous aquelle le chronographe écrivoit... Or, quelle toit l'année des magistrats de cette île? Commençoit-elle au solstice d'été comme celle d'Athènes, ou se prenoit-elle du solstice d'hiver comme celle de Samos et de la plus-part des autres villes de Grèce? C'est sur quoi il nous reste à chercher quelque lumière dans les marbres mêmes, car je ne sache pas qu'on en trouve ailleurs aucun indice. Pour y parvenir, il faut observer d'abord que l'année commençant au solstice d'été, que j'appellerai Athénienne, comprend les saisons dans cet ordre, l'été, l'automne, l'hiver et le printemps, et que l'année commençant au solstice d'hiver, que j'appellerai dès à présent Parienne, pour éviter les équivoques et la confusion, par la même raison comprend les saisons dans cet ordre, l'hiver, le printemps, l'été, l'automne; d'où il résulte que l'hiver et le printemps, qui finissent une année Athénienne, commencent une année Parienne, et réciproquement que l'hiver et le printemps, qui commencent une année Parienne, finissent une année Athénienne. Si donc on trouvait que l'auteur des marbres eût renfermé sous une même année deux événements arrivés, le premier dans l'été et dans l'automne, et l'autre dans l'hiver ou le printemps suivant, ce serait sans difficulté une preuve que l'année dont il se sert est l'année Athénienne : mais si on trouve au contraire qu'il renferme sous une même année deux événements, dont le premier soit de l'hiver ou du printemps, et le second de l'une des deux saisons suivantes, il s'en suivra qu'il a employé l'année Parienne dans ses calculs. »

Jam demonstrare studet reditum Græcorum et Socratis obitum, una eademque epocha (66) memoratos non posse referri ad unum eundemque annum Atticum; nam Græcorum reditum in veris tempestatem cadere, Socratem autem auctumno diem supremum obiisse. Similiter ep. 51 Xerxem dici Hellespontum trajecisse, quod verno tempore factum esset, et pugnas pugnatas ad Thermopylas et Salaminem, quæ in æstatem caderent. Inde igitur colligi non Athenienses sed Parios annos in Marmoris computationibus intelligendos esse.

« Ce point étant donc ainsi déterminé, pergit, il en résultera une première conséquence bien remarquable dans l'application et l'usage des époques : c'est que la différence que l'on y rencontrait entre la date de quelques archontats, connue par Diodore de Sicile ou d'autres historiens; cette différence, dis-je, s'efface et disparaît entièrement.

« Selden et les chronologistes postérieurs sont arrêtés à chaque pas par cette différence prétendue. Des vingt époques ou environ qui suivent l'archontat de Callias, il y en a huit ou neuf dans lesquelles le chronographe se trouve avancer ou reculer d'un an la situation connue des archontats; ce qui ne vient que de ce que les savants se sont trompés sur la nature des années dont se sert le chronographe, et qu'ils les ont prises pour des années Athéniennes, au lieu qu'elles sont Pariennes.

« En effet, on doit observer 1° que chaque archontat Athénien concourt avec deux années Pariennes, et occupe l'été et l'automne de l'une, et l'hiver et le printemps de l'autre : d'où il arrive que les événements qui se sont passés sous un seul et même archontat Athénien, peuvent cependant être datés de deux années Pariennes différentes, savoir, d'une année antérieure lorsqu'ils sont de l'été ou de l'automne, et d'une année postérieure lorsqu'ils sont de l'hiver et du printemps.

« 2° Il faut faire attention que deux archontats Athéniens qui se suivent immédiatement, n'oc-

Digitized by Google

cupent à la vérité que deux ans ou vingt-quatre mois; mais que ces vingt-quatre mois se répartissent entre trois années Pariennes : car il y en a d'abord six mois qui terminent l'année Parienne dans laquelle l'archontat a commencé. Les douze mois suivants qui partent de l'hiver, remplissent une seconde année, et les six derniers mois en commencent une troisième : d'où il arrive qu'entre deux événements qui appartiennent à deux archontats Athéniens immédiats, il peut y avoir une année Parienne toute entière intermédiaire; et que l'un étant daté d'une première année, l'autre ne l'est que de la troisième. »

Adversarios hæc doctrina nacta est et Freretum (*Mém. de l'Acad. des Inscr.* t. XXVI, p. 200 sqq.) et Bœckhium. Ac Freretus quidem inter alia eo maxime nititur, quod ep. 24 Trojæ excidium assignatur Thargelioni mensi Attico. Sed hoc non multum valet, quoniam Thargelion mensis Pariis cum Atticis communis esse poterat. Idque ita fuisse ex eo colligo, quod Thargeliorum festum a Pariis celebratum esse expresse dicitur ab Archilocho p. 257 ed. Liebel. (Cf. O. Müller. Dor. I, p. 327). Bœckhius vero demonstravit Socratis obitum non tribuendum esse auctumno sed veri, ideoque epoch. 66 notatam in unum eundemque cadere annum Atticum. Atque epocha 51 Hellesponti trajectum memoratum esse, quod hic viam pararet ad pugnam Thermopylensem, sicuti Atho perfossus duceret ad pugnam Salaminiam; eodemque modo ep. 45 res conjungi quatuor fere annis dissitas. Patet igitur annum istum Parium merum esse Giberti inventum; neque quisquam propterea, quod initio inscriptionis præter Atticum archontem etiam Parius nominatur, quum tamen in reliqua parte nonnisi Attici archontes apponantur, Giberti opinioni adstipulandum esse censebit. Plura de singulis epochis contra disputat Bœckhius, quæ hic repetere non vacat.

Corsinus in Fast. Att. t. II, p. 40 sqq. diversos Marmoris computos explicandos esse statuit ex mutato anni Attici initio. Is enim putat ab Ol. 87, 1 demum annum Atticum a solstitio æstivo vel ab Hecatombæone mense incepisse, antea a solstitio hiberno vel a Gamelione mense. Ideo in illis epochis, quæ Olymp. 87, 1, Metonei cycli epocham, antecedunt, res positas esse omnes ex computo B, in subsequentibus ex computo A. Ex hac ratione ferri quidem potest computus A in re Olymp. 87, 1 præcedente; nam in his anni numerum ad secundum vetusti anni Attici semestre refert; sed post Olymp. 87, 1 nonnisi computus A admitti potest. Quare cogitur Corsinus, ut quæ in hac parte ex computo B supputata sunt, mutando removeat. Parum hoc accommodatum, ut fidem nostram Corsinianæ sententiæ adjungamus. Magis vero obstat quod Bœckhius docuit non ab Olymp. 87, 1 demum, sed certe jam inde ab Olymp. 72, 3 Atticum annum ab Hecatombæone incepisse. « Ac quum tot retro archontes, ait vir doctissimus, usque ad Creontem certis simpliciter Olympicis annis tribuantur a veteribus, neque quisquam unquam archontem ex his ullum duobus tribuat Olympicis annis, noli dubitare quin inde a Creonte idem Attici anni cardo fuerit. »

Reliquum est, ut ratio explicetur, quam in notandis Canonis numeris adhibuimus. Qua in re, quum totos nos ad Bœckhianam chronici editionem accommodaverimus, quæ vir clarissimus de ea exposuit, ipsissimis ejus verbis adscribam : « In canone conficiendo operam dedi, ut quos Noster vere significaverit annos, ad eos referrentur res gestæ. Firmi haud dubie certique Attici Fasti inde a Creonte erant, nec poterat Noster in Archontum Atticorum annorum temporibus facile errare aut ab aliis differre; itaque ex archontibus designavi annum Olympicum, ubi fieri poterat, ita quidem, ut archonticus et civilis Atticus annus idem esset atque Olympicus, ab eodem quippe deductus initio, solstitio fere æstivo. Hinc definivi, quo computo sumendus esset numerus in Marmore scriptus; aut si archon quidem nos deficeret, ex aliis vero rebus annus Olympicus colligi posset, etiam his usus sum. Jam ubi Marmoris annus Olympiadis certo, cui debet, anno comparatus referebat computum A, illum in Canone numerum dedi simpliciter, quem referret Marmor. Sic ep. 74 Nausigenis archontis annus est Olymp. 103, 1, cui ex computo A respondet numerus Marmoris 104, quem solum dedi. Sin numerus Marmoris cum Olympiadis anno collatus alium computum referebat, adscripsi nihilominus Marmoris numerum, sed inclusum parenthetice addidi verum numerum. Sic ep. 66 Lachetis anno Olymp. 95, 1, annus 137 in Marmore adscriptus, ex computo ille B sumendus; itaque in Canone scripsi : 137 (136). Ubi numerus supplendus vel corrigendus erat, non feci hoc nisi ad computum A constituto numero; suppleta vel correcta uncis inclusa sunt, ubi quidem certum annum supplementum vel correctio referat. Ubi vero annus Olympicus, cui respondeat epocha, certo definiri nequit, spa-

Digitized by Google

ium apposui annorum, in quod is incidere de-eat. Hoc etiam tum locum habet, ubi numerus Marmoris et archon servati sunt, sed utro com-uto, A an B, sumendus numerus sit, non con-tat, quod archontis annus aliunde non notus st. Ut ep. 34 Dropides est archon, et numerus emanet 381 : qui prout ex computo A vel B umetur, Dropides aut Olymp. 33, 4, aut Olymp. 4, 1, erit archon statuendus. Talibus in epochis umerum Marmoris traditum non adscripto al-ero parenthetico in Canone dedi, sed Olym-icum annum dupplicem. At ante annuos ar-hontes subsidia, ex quibus de computi genere udices, nos deficiunt prope omnia : posset enim le eo tum tantum judicari, si canonem Atti-orum regum et archontum perpetuorum ac lecennalium, quem Noster secutus est, tene-emus. Sed eum non tenemus integrum. Nam rimum archontum decennalium in ætatem ulla incidit Marmoris epocha, atque insuper nter Olympiadum initium et Creontem archon-em annum primum una tantum notata epocha st 31. Æschyli archontis perpetui a. 21, sed umerus intercidit. Quum tamen nulla causa sit, uare canonem Nostri hac ætate censeas distu-isse a canone aliunde noto, ex hoc consti-uimus annum epochæ [493] ad computum A. Canonem aliunde notum dico Eusebianum, una correctione ex mente Dionysii Halicarnassensis emendatum : quem dedi ad ep. 27, una cum ca-one nostro archontum perpetuorum inde ab Acasto. Apposui epoch. 31 etiam annum Olym-icum ex eodem canone constitutum. Deinde vero ea ætate, quæ inter Trojam captam et Olympiadum initium interjecta est, canon Eu-ebianus manifesto distat a Nostri canone : nam Menesthei annus 22 Nostro est numerus 945, qui ex computo A est P. J. 3505, quum Eusebio ille annus sit P. J. 3531. Itaque alius pro Nostri calculo hujus ætatis magistratuum Atticorum canon conficiendus fuit, quem in duas partes divisum dedi ad ep. 27. In quo ludicro opere construendo accidit, ut certos numeros commodius esset distincte ex computo A et B sumere ; quippe ep. 27, ex computo A sumta est, et ep. 24 ad illam comparata ex computo B ; singularem ob causam etiam ep. 29 ex computo B sumsi, de quo v. Canon. Ante epocham 27 autem epochæ 25, 26 ex computo B sumendæ, si epocha 27 ex computo A sumitur, quod alias canon sibi non constat ; idemque dicendum de reliquis ante ep. 24, quæ est Trojæ captæ, usque ad initium omnibus, in quibus canones Eusebii et Nostri prorsus conspirant, nisi quod Nostri auctoris numeri cum Periodo Juliana comparati remotiores sunt annis 26, ex computo A, vel 25 ex computo B. Quapropter si mihi confidere voluissem, ep. 1-26 debuissem omnia ex computo B ponere, et annos ante Olympiades, quos in hac parte eorum loco posui, qui posthac a prima Olympiade computati sunt, ex solo computo B definire. Sed quod universa res ex nostro de ep. 27 judicio pendet, ut in prima Canonis columna utriusque computi numeros habes, ita etiam in tertia ex utroque computo annos ante Olymp. 1 dedi. Numeros suppletos vel correctos in hac parte Canonis et a computo A et ex computo B designavi ; in textu græco numeros dedi eos, qui epochæ primæ consentanei sunt, sive ex A sive ex B sumetur... Denique per universum Canonem annos Periodi Julianæ eos dedi, quibus mediis inciperent anni Olympici annique ante Olymp. 1, prout hi a me in tertia columna designati sunt. »

Digitized by Google

MARMOR PARIUM.

(1) ....ου...[ἐξ ἀναγραφῶ]ν παν[τοί]ων [περὶ τῶν προγεγενημέ]νων ἀνέγραψε
τοὺς ἄν[ωθεν χρό-
(2) νους?] ἀρξάμ[εν]ος ἀπὸ Κέκροπος τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Ἀθηνῶν εἶως ἄρ-
χοντος ἐμ Πάρῳ [μὲν]
I. (3) ...υάνακτος, Ἀθήνησιν δὲ Διογνήτου. ¶ Ἀφ' οὗ Κέκροψ Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε καὶ 1
ἡ χώρα Κεκροπία ἐκλήθη, τὸ πρότερον καλου-
(4) μένη Ἀκτικὴ ἀπὸ Ἀκταίου τοῦ αὐτόχθονος, ἔτη ΧΗΗΗΔΓΙΙΙ. ¶ Ἀφ' οὗ 2
Δευκαλίων παρὰ τὸν Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ ἐβασίλευσε, [βα]σιλε[ύ-
(5) ο]ντος Ἀθηνῶν Κέκροπος, ἔτη ΧΗΗΗΔ. ¶ Ἀφ' οὗ δίκη Ἀθήνησι[ν ἐγέ]νετο 3
Ἄρει καὶ Ποσειδῶνι ὑπὲρ Ἁλιῤῥοθίου τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ ὁ τόπος ἐκλήθη
(6) Ἄρειος πάγος, ἔτη ΧΗΗΡΔΓΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κρ[ανα]οῦ. ¶ Ἀφ' οὗ 4
κατακλυσμὸς ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐγένετο, καὶ Δευκαλίων τοὺς
(7) ὄμβρους ἔφυγεν ἐγ Λυκωρείας εἰς Ἀθήνας πρὸ[ς Κρανα]όν, καὶ τοῦ Διὸ[ς τοῦ]
Ὀ[μβρίου Απη]μ[ί]ου τὸ ἱρὸν ἰδ[ρύσατ]ο [καὶ] τὰ σωτήρια ἔθυσεν,
(8) [ἔ]τη ΧΗΗΡΔΓ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κρ[α]ν[α]οῦ. ¶ Α[φ' οὗ Ἀμφι]κτύων 5
Δευκαλίωνος ἐβασίλευσεν ἐν Θερμοπύλαις, καὶ συνῆγε
(9) [τ]οὺς περὶ τὸν ὅρον οἰκοῦντας καὶ ὠ[νό]μασεν Ἀμφικτύονας καὶ Π[υλαία]ν οὐ-
[περ] καὶ νῦν ἔτι θύουσιν Ἀμφικτύονες,
(10) [ἔ]τη ΧΗΗΡΓΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. ¶ Ἀφ' οὗ Ἕλλην ὁ 6
Δευκ[αλίωνος Φθι]ώτιδος ἐβασίλευσε, καὶ Ἕλληνες
(11) [ὠν]ομάσθησαν, τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι, καὶ τὸν ἀγῶνα Παν[ελλήν]ι[α
ἔθεσαν, ἔτη] ΧΗΗΡΓΙΙ, βασιλεύοντος
(12) Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. ¶ Ἀφ' οὗ Κάδμος ὁ Ἀγήνορος εἰς Θήβας ἀφίκετο [ἐκ 7
Φοινίκης, καὶ] ἔκτισεν τὴν Καδμεί-
(13) αν, ἔτη ΧΗΗΡΓ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. ¶ Ἀφ' οὗ [Εὐρώτας καὶ 8
Λακεδαίμων Λακω]νικῆς ἐβασίλευσαν,
(14) ἔτη ΧΗΗΡΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. ¶ Ἀφ' οὗ ναῦ[ς μετὰ Δαναοῦ 9
καὶ τῶν πεντ]ή[κοντα Δαναΐδ]ων ἐξ Αἰγύπτου
(15) [ε]ἰς τὴν Ἑλλάδα ἔπλευσε, καὶ ὠνομάσθη πεντηκόντορος, καὶ αἱ Δαναοῦ
θυγατέρες, . . . [καὶ Ἀμυμ]ώνη? καὶ Β[ρύ-

Digitized by Google

MARMOR PARIUM.

	Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. I.	Magistrat. Attic.
..... *ex variis catalogis rerum quæ ante memoriam nostram evenerunt*, consignavi *superiora tempora* exorsus a Cecrope, qui primus regnavit Athenis, usque ad archontem in Paro *quidem* ... yanactem, Athenis vero Diognetum.				
A quo Cecrops Athenis regnavit, et regio Cecropia dicta est, quæ prius dicebatur Attica ab Actæo indigena, anni MCCCXVIII.	1318 (1317)	3132 (3131)	806 (805)	Cecropis I regis an. 1.
	ante Christ. 1582 (1581).			
A quo Deucalion Lycoreæ ad Parnassum regnavit, regnante Athenis Cecrope, anni MCCCX.	1310 (1309)	3140 (3141)	798 (797)	Cecropis I regis an. 9.
A quo lis Athenis fuit Marti et Neptuno super Halirrhothio, Neptuni filio, et locus dictus est Areopagus, anni MCCLXVIII, regnante Athenis Cranao.	1268 (1267)	3182 (3183)	756 (755)	Cranai regis an. 1.
A quo diluvium tempore Deucalionis evenit, et Deucalion imbres elapsus Lycorea fugit Athenas ad Cranaum et Jovis Pluvii Innoxii aram exstruxit, et sacra pro salute fecit, anni MCCLXV, regnante Athenis Cranao.	1265 (1264)	3185 (3186)	753 (752)	Cranai regis an. 4.
A quo Amphictyon, Deucalionis filius, regnavit in Thermopylis, et congregavit populos in vicinia habitantes, et appellavit Amphictyonas, et *Pylæam*, ubi etiam nunc sacrificant Amphictyones, anni MCCLVIII, regnante Athenis Amphictyone.	1258 (1257)	3192 (3193)	746 (745)	Amphictyonis regis an. 2.
6 A quo Hellen, Deucalionis filius, in Phthiotide regnavit, et Hellenes appellati sunt, qui prius Græci dicebantur, atque hi *Panhellenia* festum instituerunt, anni MCCLVII, regnante Athenis Amphictyone.	1257 (1256)	3193 (3194)	745 (744)	Amphictyonis regis an. 3.
7 A quo Cadmus, Agenoris filius, ex *Phœnicia* Thebas venit, et Cadmeam condidit, anni MCCLV, regnante Athenis Amphictyone.	1255 (1254)	3195 (3196)	743 (742)	Amphictyonis regis an. 5.
8 A quo *Eurotas et Lacedæmon in Laconica* regnarunt, anni MCCLII, regnante Athenis Amphictyone.	1252 (1251)	3198 (3199)	740 (739)	Amphictyonis regis an. 8.
9 A quo navis *cum Danao et quinquaginta Danaidibus* ex Ægypto in Græciam appulsa est, et vocata est Pentecontorus, et Danai filiæ, ... *et Amymone et Bryce et Hero* et Helice et	1247 (1246)	3203 (3201)	735 (734)	*Erichthonii regis an.* 3.

Digitized by Google

(16) κη κ]α[ὶ Ἡρ]ὼ? καὶ Ἑλίκη καὶ Ἀρχεδίκη ἀποκληρωθεῖσαι ὑπὸ τῶν λοιπῶν [ἱερ
ἱδρύσ]αντ[ο Ἀθηνᾶς]

(17) καὶ ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐμ παρά[πλῳ] ἐν Λίνδῳ τῆς Ῥοδίας, ἔτη ΧΗΗ
ΔΔΔΔΓΙΙ, βασιλεύο[ντος Ἀθηνῶν Ἐριχθονίου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἐριχ]-

(18) θόνιος Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις γενομένοις ἅρμα ἔζευξε καὶ τὸν ἀγῶν
ἐδείκνυε, καὶ Ἀθηναίους [ὠν]ό[μασε, κ]αὶ [βρέτας

(19) θ]εῶν μητρὸς ἐφάνη ἐγ Κυβέλοις, καὶ Ὑαγνις ὁ Φρὺξ αὐλοὺς πρῶτος ηὗρεν ἐν
Κ[ελ]α[ι]ναι[ς πόλει τῆ]ς Φρ[υγίας, καὶ ἁρμονίαν τὴν καλ]-

(20) ουμένην Φρυγιστὶ πρῶτος ηὔλησε καὶ ἄλλους νόμους Μητρός, Διονύσου, Πανός,
καὶ τὸν ἐπ - - - - - -

(21) - - - , ἔτη ΧΗΗΔΔΔΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθονίου τοῦ τὸ ἅρμα
ζεύξαντος. ¶ Ἀφ' οὗ Μίνως [ὁ] πρ[ότερος ἐ]βα[σίλευσε Κρήτης

(22) καὶ Κυδω]νίαν ᾤκισε, καὶ σίδηρος ηὑρέθη ἐν τῇ Ἴδῃ, εὑρόντων τῶν Ἰδαίων
Δακτύλων Κέλμιος κ[αὶ Δαμναμενέως καὶ Ἄκμονος, ἔτη ΧΗΡΔΓΙΙΙ, βα-

(23) σι]λεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος. ¶ Ἀφ' οὗ Δημήτηρ ἀφικομένη εἰς Ἀθήνας
καρπὸν ἐφύ[τε]υεν καὶ πρ[όπειρα ἐ]πρά[χθη πρ]ώτη δ[ειξάντων

(24) Τ]ριπτολέμου τοῦ Κελεοῦ καὶ Νεαίρας, ἔτη ΧΗΔΔΔΔΓ, βασιλεύοντος
Ἀθήνησιν Ἐριχθέως. ¶ Ἀφ' οὗ Τριπτό[λεμος ὁ Κελεοῦ καρ-

(25) πὸν] ἔσπειρεν ἐν τῇ Ῥαρίᾳ καλουμένῃ Ἐλευσῖνι, ἔτη Χ[Η]ΔΔΔΔ[ΙΙ], βασι-
λεύοντος Ἀθηνῶν [Ἐριχθέως. ¶ Ἀφ' οὗ Ὀρφεὺς Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης]

(26) υἱὸ[ς τὴ]ν αὐτοῦ πόησιν ἐξ[έ]θηκε, Κόρης τε ἁρπαγὴν καὶ Δήμητρος ζήτησιν
καὶ τὸν αὐτοῦ [εἰς ᾅδου καταβαθμὸν

(27) καὶ τὸ γῆ]θος τῶν ὑποδεξαμένων τὸν καρπόν, ἔτη ΧΗΔΔΔΓ, βασιλεύοντος
Ἀθηνῶν Ἐριχθέως. ¶ [Ἀφ' οὗ Εὔμολπος ὁ

(28) Μουσαί]ου τὰ μυστήρια ἀνέφηνεν ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰς τοῦ [πατρὸς Μ]ουσαίου
ποιήσ[ει]ς ἐξέθηκ[εν, ἔτη ΧΗΔ - βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐ-

(29) ριχθέ]ως τοῦ Πανδίονος. ¶ Ἀφ' οὗ καθαρμὸς πρῶτον ἐγένετο [φόν]ου, πρώ-
τω[ν] Ἀ[θηναίων καθηρ]άντ[ων Ἡρακλέα, ἔτη

(30) ΧΡ]ΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκροπος. ¶ Ἀφ' οὗ [ἐ]ν Ἐλευσῖνι
ὁ γυμνικὸς [ἀγὼν ἐτέθη, κ]α[ὶ θ]υ[σία βρέφους ἀν-

(31) θρώπου κ]αὶ τὰ Λύκαια ἐν Ἀρκαδίᾳ ἐγένετο, καὶ [αἱ ἐ]κκ[ηρύξεις τοῦ] Λυκάονος
ἐδόθησαν [ἐν] τοῖς Ἕλλ[η]σι[ν, ἔτ]η [Χ].[Δ]. ., βασιλεύον-

(32) τος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκροπος. ¶ Ἀφ' οὗ κα[τερ]γ[ασάμενος τὰ ἐν
Ἡ[λ]ι[δ]ι Ἡρακλῆς [τὸ τέμε]ν[ος καθιέρ]ω[σε τοῦ] Δ[ι]ός, [ἔ]τ[η ΧΔΔΔ]-

(33) βασιλεύοντος Ἀθήνησιν Αἰγέως. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀθήνησι [σπάνι]ς τῶν καρπῶν ἐγένετο,
καὶ μαντευομένο[ι]ς [τοῖς] Ἀθην[αίοις Ἀπόλ]λων ἔ[χρ]η[σε

Digitized by Google

		Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
	Archedice sorte lectæ ex ceteris *Minervæ delubrum condiderunt* eique in trajectu sacra fecerunt Lindi, quæ Rhodi urbs est, anni MCCXLVII, regnante *Athenis Erichthonio.*				
10	*A quo Erichthonius* Panathenæis primis celebratis currum junxit, et certamen monstravit, et Atheniensibus (hoc quod habent) nomen dedit, et *simulacrum* Matris Deorum apparuit Cybelis, et Hyagnis Phryx tibias primus invenit in Celænis urbe Phrygiæ, et *harmoniam* quæ vocatur Phrygia primus tibiis cecinit, et alios nomos Magnæ Matris, Bacchi, Panis, et illum ..... anni MCCXLII, regnante Athenis Erichthonio, qui currum junxit.	1242 (1241)	3208 (3209)	730 (729)	Erichthonii regis an. 8.
11	A quo Minos *prior* in Creta regnavit, et Cydoniam condidit, et ferrum inventum est in Ida, inventoribus Idæis Dactylis Celmi, *Damnameneo et Acmone anni MCLXVIII*, regnante Athenis Pandione.	[11]68 (1167)	[3282] (3283)	[656] (655)	Pandionis I regis an. [32]
12	A quo Ceres adveniens Athenas fruges seminavit et *primum rei periculum factum est monstrante* Triptolemo Celei et Neæræ filio, anni MCXLV, regnante Athenis Erechtheo.	1145 (1144)	3305 (3306)	633 (632)	Erechthei regis an. 15.
13	A quo Triptolemus, *Celei filius, fruges* sevit in Rhario campo prope Eleusinem anni M[C]XLII, regnante Athenis *Erechtheo.*	114[2] (1141)	330[8] (3309)	63[0] (629)	Erechthei regis an. 1[8].
14	*A quo Orpheus, OEagri et Calliopes filius,* poesin suam edidit, et Proserpinæ Raptum et Cereris Investigationem et ipsius *ad inferos Descensum* et *Deliciæ* eorum, qui fruges accipiebant, anni MCXXXV, regnante Athenis Erechtheo.	1335 (1334)	3315 (3316)	623 (622)	Erechthei regis an. 25.
15	*A quo Eumolpus, Musæi filius,* mysteria exhibuit Eleusine, et *patris sui* Musæi poemata edidit, *anni MCX..*, *regnante Athenis Erechtheo* filio Pandionis.	1134-1110 (1133-1109)	3316-3340 (3317-3341)	622-598 (621-597)	Erechthei regis an. 26-50.
16	A quo primum instituta est *cædis* lustratio, *primis Atheniensibus Herculem lustrantibus anni MLXII*, regnante Athenis Pandione, Cecropis filio	1062 (1061)	3388 (3389)	550 (549)	Pandionis II regis an. 8.
17	A quo Eleusine instituti sunt *ludi* gymnici *et humanum sacrificium* infantis, et Lycæa in Arcadia fuerunt, et *præconibus* Lycaonis *novi ludi* per Græciam *nunciati sunt, anni M.C...*, regnante Athenis Pandione filio Cecropis.	1061-1045 (1060-1044)	3389-3405 (3390-3406)	549-533 (548-532)	Pandionis II regis an. 9-25.
18	A quo *post peractas res in Elide* Hercules *lucum* Jovis consecravit *anni MXXX...*, regnante Athenis Ægeo.	1044-1032 (1043-1031)	3406-3418 (3407-3419)	532-250 (531-519)	Ægei regis an. 1-12.
19	A quo Athenis inopia frugum fuit, et consultus ab Atheniensibus Apollo *oraculo jussit*	1031 (1030)	3419 (3420)	519 (518)	Ægei regis an. 13.

Digitized by Google

(34) δίκα]ς ὑποσχε[ῖν] ἁ[ς] ἀμ Μίνως ἀξιώση, ἔτη ΧΔΔΔΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Αἰγ[έως]. ¶ Ἀφ' οὗ Θησ[εὺς βασιλεύων] 20

(35) Ἀθηνῶν τὰς δώδεκα πόλεις εἰς τὸ αὐτὸ συνῴκισεν, καὶ πολιτείαν καὶ τὴν δημο-
κρατίαν ἀπ[έδ]ω[κε, καὶ ἀπογε-

(36) νόμεν]ος Ἀθηνῶν τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα ἔθηκε Σίνιν ἀποκτείνας, ἔτη
ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔΓ. ¶ Ἀπὸ τῆς Ἀμ[αζ]όν[ων εἰς] τὴ[ν Ἀττικὴν στρατείας, 21
ἔτη ΡΗ

(37) ΗΗΗΡ]ΔΔΔΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀργεῖοι [μ]ε[τ' 22
Ἀδράσ[του ἐπὶ Θή]βας [ἐστράτ]ευσαν, καὶ τὸν ἀγῶνα [ἐ]ν [Νεμέ]ᾳ [ἔ]θ[εσ]αν [τῷ

(38) Διί], ἔτη ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΓΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως. ¶ Ἀφ' οὗ οἱ 23
[Ἕλλη]νες εἰς Τροίαν ἐ[στ]ράτευσ[αν], ἔτη ΡΗΗΗΗΡΙΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθη-
[νῶν

(39) Μεν]εσθέως τρειςκαιδεκάτου ἔτους. ¶ Ἀφ' οὗ Τροία ἥλω, ἔτη ΡΗΗΗΗΔΔΔΔΓ, 24
βασιλεύοντος Ἀθηνῶν [Μενεσθέ]ως δευτέρου *[καὶ εἰκοστοῦ] ἔτους, μηνὸς Θ[αρ-

II. (40) γηλιῶ]νος ἑβδόμῃ φθίνοντος. ¶ Ἀφ' οὗ Ὀρέστη[ς πρ]ο[ς]αιτῶν αὐτὸ[ς δίκην 25
ὑπέσχεν Α]ἰγίσθου θυγατρὶ [Ἠριγ]όν[ῃ ὑπὲρ Αἰ]γίσθου, καὶ αὐ[τοῖς ἡ δί-

(41) κη ἐδικ]ά[σθη] ἐν *Ἀρεί[ῳ] πάγῳ, ἣν Ὀρέστης ἐνίκησεν [ἰσωθεισῶν τ]ῶν [ψήφων],
ἔτη [Ρ]ΗΗΗΗΔΔ[ΓΙΙ]ΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Δημοφῶντος. ¶ Ἀφ' οὗ 26
[Σαλα-

(42) μῖνα ἐν] Κύπρῳ Τεῦκρος ᾤκισεν, ἔτη ΡΗΗΗΗΔΔΔΓΙΙΙ, βασιλεύοντος
Ἀθηνῶν Δημοφῶντος. ¶ Ἀφ' οὗ Νε[ιλ]εὺς ᾤκισ[ε Μίλητον καὶ τὴν] ἄλ[λ]η[ν] 27
ἅ[πα]σ[αν

(43) Ἰωνί]αν, Ἔφεσον, Ἐρυθράς, Κλαζομενάς, [Πρι]ήν[ην, Λέβε[δον, [Τέω], Κολ-
φῶνα, [Μ]υοῦντα, [Φώκ]α[ιαν], Σάμον, [Χίον, καὶ] τὰ [Παν]ιώνι[α] ἐγένετο,
ἔτ[η

(44) ΡΗΗΗ]ΔΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν *Μέ[δοντο]ς τρειςκαιδεκάτου [ἔτ]ους. ¶ 28
Ἀφ' οὗ [Ἡσ]ίοδος ὁ ποιητὴς [ἐφάν]η, ἔτη ΡΗΡΔΔ[ΙΙΙ], βασιλεύοντος Ἀθηνῶν
[Μεγα-

[45] κλέους]. ¶ Ἀφ' οὗ Ὅμηρος ὁ ποιητὴς ἐφάνη, ἔτη ΡΗΔΔΔΔΙΙΙ, βασιλεύοντος 29
Ἀθηνῶ[ν Δ]ιογνήτου. ¶ Ἀφ' οὗ Φ[εί]δων ὁ Ἀργεῖος ἐδήμευσ[ε τὰ μ]έ[τρα 30

(46) καὶ ἀ]νεσκεύασε, καὶ νόμισμα ἀργυροῦν ἐν Αἰγίνῃ ἐποίησεν, ἐνδέκατος ὢν ἀφ'
Ἡρακλέους, ἔτη ΡΗΔΔΔΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν [Φε-

(47) ρεκλέ]ους. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀρχίας Εὐαγήτου, δέκατος ὢν ἀπὸ Τημένου, ἐκ Κορίνθου 31
ἦγαγε τὴν ἀποικίαν [εἰς τὰς] Συρακού[σας, ἔτη ΗΗΗΗΡΔΔΔΔΙΙΙ,

Digitized by Google

		Annus marmoris.	Period. Julian. Annus mediys.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
	eos pœnas subire, quascunque Minos postularet, anni MXXXI, regnante Athenis Ægeo.				
20	A quo Theseus Athenis duodecim urbes in unam civitatem collegit, et reipublicæ formam et democratiam *concessit*, et relictis Athenis ludos Isthmios instituit postquam Sinin interemerat, anni DCCCCLXXXXV.	995 (994)	3455 (3456)		Thesei regis an. 2.
21	Ab *Amazonum* in [Atticam expeditione anni DCCCCL]XXXXII, regnante Athenis Theseo.	992 (991)	3458 (3459)	480 (479)	Thesei regis an. 5.
22	A quo Argivi sub Adrasto *contra Thebas profecti sunt, et Nemea in Jovis honorem instituerunt*, anni DCCCCLXXXVII, regnante Athenis Theseo.	987 (986)	3463 (3464)	475 (474)	Thesei regis an. 10.
23	A quo Græci contra Trojam expeditionem susceperunt, anni DCCCCLIV, regnante Athenis Menestheo, anno regni decimo tertio.	954 (953)	3496 (3497)	442 (441)	Menesthei regis an. 13.
24	A quo Troja capta est, anni DCCCCXLV, regnante Athenis *Menestheo*, anno regni *vicesimo* secundo, mensis Thargelionis die septimo ante finem.	945 (944)	3505 (3506)	433 (432)	Menesthei regis an. 22.
25	A quo Orestes *ipse supplicans* de Ægistho litem habuit cum Ægisthi filia *Erigone, iisque caussa judicata est* in Areopago, in qua Orestes vicit *æqualibus numero suffragiis*, anni [D]CCCCXXX[VII]II, regnante Athenis Demophonte.	93[9] (938)	3511 (3512)	427 (426)	Demophontis regis an. 5.
26	A quo *Salamina in* Cypro Teucer condidit, anni DCCCCXXXVIII, regnante Athenis Demophonte.	938 (937)	3512 (3513)	426 (425)	Demophontis regis an. 6.
27	A quo Neleus condidit *Miletum et ceteras omnes Ioniæ civitates*, Ephesum, Erythras, Clazomenas, *Prienen*, *Lebedum*, *Teo*, Colophonem, Myuntem, *Phocæam*, Samum, *Chium*, *atque Panionia* instituit, anni [DCCC]XIII, regnante Athenis *Medonte*, anno decimo tertio.	8[13]	3637	301	*Medontis* archontis an. 13.
28	A quo Hesiodus poeta *claruit*, anni DCLXX[III], regnante Athenis *Megacle*.	67[3]	3777	161	*Megaclis* archontis [an. 22].
29	A quo Homerus poeta claruit, anni DCXXXXIII, regnante Athenis Diogneto.	643 (642)	3808	130	Diogneti archontis [an. 25].
30	A quo Phidon Argivus *in publicum redegit pristinas mensuras et sustulit*, et nummum argenteum in Ægina cudit, undecimus ab Hercule, anni DCXXXI, regnante Athenis *Pherecle*.	631	3819	119	*Phereclis* archontis [an. 8].
31	A quo Archias, Euageti filius, decimus a Temeno, e Corintho eduxit coloniam Syracusas, anni CCCCXCIII, regnante Athenis Æschylo, anno vicesimo primo.	493	3957	*Olympiad.* 5,4	Æschyli archontis an. 21.

Digitized by Google

(48) βασιλεύον]τος Ἀθηνῶν Αἰσχύλου ἔτους εἰκοστοῦ καὶ ἑνός. ¶ Ἀφ' οὗ κατ' ἐνιαυτὸν ἄ
ἦρ[χ]εν ὁ ἄρ[χ]ων, ἔτ[η] **ΗΗΗΗΔΔ**. ¶ Ἀφ' οὗ . . . . . ο . . υ

(49) . . . . . , ἔτη **ΗΗΗΗΔΓΙΙΙ**, ἄρχοντος Ἀθήνησι [Τλη]σία. ¶ Ἀφ' οὗ Τέρ-
πανδρος ὁ Δερδένεος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τοὺ[ς κιθ]α[ρῳδ]ῶν [ἐδί]δ[αξεν],
οὓς [κ]αὶ αὐλητ[ὴς συν-

(50) ηύ]λησε, καὶ τὴν ἔμπροσθε μουσικὴν μετέστησεν, ἔτ[η] **ΗΗΗΡΔΔΔΙ**, ἄρχον-
τος Ἀθήνησιν Δροπί[δ]ου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀ[λυάττη]ς Λυδ[ῶν ἐβα]σίλευσ[εν, ἔτη
(51) **ΗΗΗΔ]ΔΔΔΙ**, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκλέους. ¶ Ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐγ Μιτ-
λήνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα . . . ολ . . . θ . . [ἔτη **ΗΗΗΔΔ** . .,
(52) ἄρχον]τος Ἀθήνησιν μὲν Κριτίου τοῦ προτέρου, ἐν Συρακούσαις δὲ τῶν [γεω-
μόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν. ¶ [Ἀφ' οὗ Ἀμφικτύ]ο[νες ἐνίκη-
(53) σαν ἑλ]όντες Κύρραν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύ-
ρων, ἔτη **ΗΗ[Η]ΔΔΓΙΙ**, ἄρχοντος Ἀθήνησι Σίμω[ν]ος. ¶ Ἀφ' οὗ [ἐν Δελ-
(54) φοῖς στεφ]ανίτης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη, ἔτη **ΗΗΗΔΓΙΙΙ**, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου
τοῦ δευτέρου. ¶ Ἀφ' οὗ ἐν Ἀθ[ήν]αις κωμῳ[δῶν χο]ρ[ὸς νὺρ]έθη, [στη]σάν[των τρα-
(55) τὸν] τῶν Ἰκαριέων, εὑρόντος Σουσαρίωνος, καὶ ἄθλον ἐτέθη πρῶτον ἰσχάδω[ν]
ἄρσιχο[ς] καὶ οἴνου [ἀμφορ]ε[ύς? ἔτη **ΗΗ** . . . ἄρχοντ]ος[Ἀθήνησι] . .

[56] . . ¶ Ἀφ' οὗ Πεισίστρατος Ἀθηνῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη **ΗΗΡΔΔΔΔΓΙΙ**, ἄρ-
χοντος [Ἀθήνησ]ι Κ[ωμί]ου. ¶ Ἀφ' οὗ Κροῖσος [ἐξ] Ἀσίας [εἰς] Δελφο[ὺς
ἀ[πέστειλεν . . . .

(57) ἔτη **ΗΗΡ]ΔΔΔΔΙΙ**, ἄρχοντος Ἀθήνησι[ν Εὐθ]υδήμου. ¶ Ἀφ' οὗ Κῦρος ὁ Περ-
σῶν βασιλεὺς Σάρδεις ἔλαβε καὶ Κροῖσον ὑπὸ [Πυθία]ς σφαλ[έντα ἐζώγρησεν,
ἔτη **ΗΗΡΔΔΓΙΙΙ**, ἄρχοντος Ἀθήνησι . . . ἦν

(58) δὲ]καὶ Ἱππῶναξ κατὰ τοῦτον ὁ ἰαμβοποιός. ¶ Ἀφ' οὗ Θέσπις ὁ ποιητὴς [ἐφάνη],
πρῶτος ὃς ἐδίδαξε [δρ]ᾶ[μα ἐν ἄ]στ[ει, καὶ ἐ]τέθη ὁ [τ]ράγος [ἆθλον], ἔτη
ΗΗΡ[ΔΔ] . . ἄρχοντος Ἀθ[ήνησι]

(59) . . . . ναίου τοῦ προτέρου. ¶ Ἀφ' οὗ Δαρεῖος Περσῶν ἐβασίλευε Μάγου τελευτή-
σαντος, ἔτη [**ΗΗ**]**Ρ**[**Γ**]**Ι**, ἄρχοντος Ἀθή[νησι]. . . . . ¶ Ἀφ' οὗ Ἁρμόδιος καὶ
[Ἀριστογε]ίτων ἀπέκτε[ιναν Ἱπ-
(60) πα]ρχον Πεισιστράτου Ἀ[θηνῶν τύραννο]ν, καὶ Ἀθηναῖοι [ἐξανέστ]ησαν τοὺς
Πεισιστρατίδας ἐκ [τοῦ Πε]λασ[γικ]οῦ τείχους, ἔτη **ΗΗΔΔΔΔΓΙΙΙ**,
ἄρχοντος Ἀθήνησι . .

(61) . . . ¶ Ἀφ' οὗ χοροὶ πρῶτον ἠγωνίσαντο ἀνδρῶν· ὧν διδάξας Ὑπό[δι]κος ὁ Χαλκι-
δε[ὺς] ἐνίκ[ησεν], ἔτη **ΗΗΔΔΔΔ**[**ΙΙΙΙ**], ἄρχοντος Ἀθήνησιν [Ἰ]σαγόρου. ¶
Ἀφ' οὗ Νε..... Ἱππία [υἱὸς? ἐτελεύ-

Digitized by Google

		Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
32	A quo annui archontes cœperunt, anni CCCCXX.	420 (419)	4031	24,2	*Creonte archonte.*
33	A quo ....., anni CCCCXVII[I], archonte Athenis *Tle*sia.	418 (417)	4033	24,4	[T]l[e]sia archonte.
34	A quo Terpander, Derdenei filius, Lesbius, nomos *citharodicos docuit, quos tibicen tibia simul modulatus est,* et vetustam musicam mutavit, anni CCCLXXXI, archonte Athenis Dropi*de.*	381	4069 / 4070	33,4 / 34,1	Dropi*de* archonte.
35	A quo *Alyattes* in Lydia regnavit, *anni* [CCCX]XXXI, archonte Athenis Aristocle.	[34]1	4109	43,4	Aristocle archonte.
36	A quo Sappho Mytilenis in Siciliam fugit ..., *anni CCCXX*.., archonte Athenis quidem Critia priore, Syracusis autem rerum potitis Geomoris.	340-332 vel 328 (327)	4110-4116 vel 4123	44,1-46,1 vel 47,2	Critia I archonte.
37	A quo *Amphictyones vicerunt* capta Cyrrha, et certamen gymnicum editum fuit pecuniarium ex spoliis, anni CC[C]XXVII, archonte Athenis Simone.	327 (326)	4124	47,3	Simone archonte.
38	A quo *Delphis* rursus certamen idque jam coronarium institutum est, anni CCCXVIII, archonte Athenis Damasia secundo.	318	4132	49,3	Damasia II archonte.
39	A quo Athenis comœdia *inventa* est ab Icariensibus, inventore Susarione; et præmium positum est primum ficuum cophinus et vini *amphora, anni CC ... archonte Athenis ...*	317-298	4133-4152 / 4153	49,4 - 54¾	— —
40	A quo Pisistratus Athenis tyrannidem occupavit, anni CCLXXXXVII, archonte *Athenis Comia.*	297	4153 / 4154	54,4 / 55,1	*Comi*a archonte.
41	A quo Crœsus ex Asia Delphos misit ... *anni* [CCL]XXXXII, archonte Athenis *Euth*ydemo.	[29]2	4158	56,1	*Euth*ydemo arch.
42	A quo Cyrus Persarum rex Sardes cepit, et Crœsum a Pythia deceptum *vivum cepit, anni CCLXXVIII, archonte Athenis ... Vixit autem* hujus tempore et Hipponax, iambicus poeta.	[278]	4172	59,3	— —
43	A quo Thespis poeta *floruit, qui primus* docuit *tragœdiam in astu, cujus præmium* fuit hircus, anni CCL[XX].., archonte *Athenis*... næo priore.	272-270	4178-4180	61,1-3	— næo I archonte.
44	A quo Darius in Persis regnavit, Mago defuncto, anni [CC]L[V]I, archonte Athenis ...	25[6]	4194	65,1	— —
45	A quo Harmodius et Aristogiton interfecerunt Hipparchum, Pisistrati filium, *Athenarum tyrannum*, et Athenienses *ejecerunt* Pisistratidas *ex Pelasgico* muro, anni CCXLVIII, archonte Athenis ...	248 (247)	4203	67,2	— —
46	A quo primum certarunt chori virorum, cujusmodi primum quum docuisset Hypodicus Chalcidensis, vicit, anni CCXXXX[IV], archonte Athenis *I*sagora.	24[4]	4206	68,1	*I*sagora archonte.
47	A quo Ne... Hippiæ *filius* (?) Athenis *vitam finivit*, anni CCXXXI, archonte Athenis Pythocrito.	231 (230)	4220	71,3	Pythocrito archonte.

Digitized by Google

(62) τησ]εν Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΗΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυθοκρίτου. ¶ Ἀφ' οὗ ἡ 48
ἐμ Μαραθῶνι μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς τοὺς Πέρσας [καὶ] Ἀρ[ταφέρνεα
τὸ]ν Δαρείου ἀδελ-

(63) [φιδοῦ]ν τὸν στρατηγόν, ἣν ἐνίκων Ἀθηναίοι, ἔτη ΗΗΔΔΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθή-
ν[ησι τοῦ] δευτέρου Φ[αι]ν[ίππου· ἧ] ἐν μάχῃ συνηγωνίσατο Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς

(64) [ἐτ]ῶ[ν] ὢν ΔΔΔΓ. ¶ Ἀφ' οὗ Σιμωνίδης, ὁ Σιμωνίδου πάππος τοῦ ποιητοῦ, 49
ποιητὴς ὢν καὶ [αὐτός, νικᾷ Ἀθή]νησι, καὶ Δαρεῖος τελευτᾷ, Ξέρξης δὲ ὁ υἱὸς
βασιλεύει [Περσῶν, ἔτη

(65) ΗΗΔ]ΔΓ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστείδου. ¶ Ἀφ' οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς τρα- 50
γῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησε καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐγένετο, καὶ Στησίχορος
ποιητὴς εἰ[ς]

(66) τὴν Ἑλλάδα ἀ[φίκετ]ο, ἔτη ΗΗΔΔΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Φιλοκράτους. ¶ Ἀφ' 51
οὗ Ξέρξης τὴν σχεδίαν ἔζευξεν ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ τὸν Ἄθω διώρυξε, καὶ ἡ ἐν
Θερμο-

(67) [πύ]λαις μάχη ἐγένετο, καὶ ναυμαχία τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα πρὸς τοὺς
Πέρσας, ἣν ἐνίκων οἱ Ἕλληνες, ἔτη ΗΗΔΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιάδου. ¶ 52
Ἀφ' οὗ ἡ ἐν

(68) Πλαταιαῖς μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς Μαρδόνιον τὸν Ξέρξου στρατηγόν, ἣν
ἐνίκων Ἀθηναῖοι, καὶ Μαρδόνιος ἐτελεύτησεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τὸ πῦρ ἐρρύη κ[ᾶον

(69) ἐν Σικ]ελίᾳ περὶ τὴν Αἴτν[η]ν, ἔτη ΗΗΔΓΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξανθίππου. ¶ 53
Ἀφ' οὗ [Γέ]λων ὁ Δεινομένους [Συρακουσῶν] ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗΔΓ,
ἄρχοντος Ἀθήνησι Τιμοσθέν[ο-

(70) υς. ¶ Ἀ]φ' οὗ Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους ὁ Κεῖος, ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρών, ἐνίκησεν 54
Ἀθήνησιν διδάσκων, καὶ αἱ εἰκόνες ἐστάθησαν Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος,
ἔτη ΗΗΔΙΙ[Ι],

[71] ἄρχοντος Ἀθήνησι[ν Ἀ]δειμάντου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἱέρων Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη 55
ΗΗΓΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χ[άρ]ητος. ἦν δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς κατὰ τοῦ-

(72) τον. ¶ Ἀφ' οὗ Σοφοκλῆς ὁ Σοφίλλου ὁ ἐκ Κολωνοῦ ἐνίκησε τραγῳδίᾳ ἐτῶν ὢν 56
ΔΔΓΙΙΙ, ἔτη ΗΗΓΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ἀψηφίονος. ¶ Ἀφ' οὗ ἐν Αἰγὸς ποτα- 57
μοῖς ὁ λίθος ἔπεσε,

(73) καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἐτελεύτησεν βιοὺς ἔτη ΡΔΔΔΔ, ἔτη ΗΗΓ, ἄρχοντος
Ἀθήνησι Θεαγενίδου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀλέξανδρος ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ υἱὸς Περδίκ- 58

(74) κας Μακεδόνων βασιλεύει, ἔτη ΗΡΔΔΔΔΓΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐθίπ-
που. ¶ Ἀφ' οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ΡΔΓΙΙΙΙ ἐτελεύτησεν ἐν [Γέ- 59

Digitized by Google

		Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
48	A quo ad Marathonem pugna commissa est ab Atheniensibus contra Persas, et Artaphernem Darii nepotem, exercitus ducem, qua vicerunt Athenienses, anni CCXXVII, archonte Athenis secundo *Phænippo;* in quo prœlio una certavit Æschylus poeta *annos* natus XXXV.	227 (226)	4224	72,3	Phænippo II archonte.
49	A quo Simonides, Simonidis poetæ avus, qui et *ipse* fuit poeta, *vincit* Athenis; et Darius obit, Xerxes vero ejus filius *Persis* imperat, *anni* [CCX]XV, archonte Athenis Aristide.	225 vel 226 (225)	4225	72,4	Aristide archonte.
50	A quo Æschylus poeta tragœdia primum vicit, et Euripides poeta natus est, et Stesichorus poeta *in* Græciam *venit*, anni CCXXII, archonte Athenis Philocrate.	222 (221)	4229	73,4	Philocrate archonte.
51	A quo Xerxes navigiorum pontem junxit in Hellesponto, et Athonem perfodit, et in Thermopylis pugna commissa est, et pugna navalis a Græcis ad Salaminem contra Persas, in qua vicerunt Græci, anni CCXVII, archonte Athenis Calliade.	217 (216)	4234	75,1	Calliade archonte.
52	A quo ad Platæas pugna commissa est ab Atheniensibus contra Mardonium Xerxis ducem, in qua vicerunt Athenienses, et Mardonius occubuit in pugna, et ignis defluxit *in Sicilia* circa Ætnam, anni CCXVI, archonte Athenis Xantippo.	216 (215)	4235	75,2	Xantippo archonte.
53	A quo Gelon Dinomenis filius *Syracusis* tyrannidem occupavit, anni CCXV, archonte Athenis Timosthene.	215 (214)	4236	5,3	Timosthene archonte.
54	A quo Simonides Leoprepis filius, Ceius, qui memorandi artem invenit, vicit Athenis docens, et statuæ positæ fuerunt Harmodii et Aristogitonis, anni CCXII[I], archonte Athenis Adimanto.	21[3]	4237	75,4	Adimanto archonte.
55	A quo Hiero Syracusis tyrannidem occupavit, anni CCVIII, archonte Athenis Charete. Vixit autem et Epicharmus poeta hujus tempore.	208	4242	77,1	Charete archonte.
56	A quo Sophocles Sophilli filius, qui e Colono fuit, vicit tragœdia annos natus XXVIII, anni CCVI, archonte Athenis Apsephione.	206 (205)	4245	77,4	Apsephione archonte.
57	A quo ad Ægos flumen lapis cecidit, et Simonides poeta obiit ætatis anno XC, anni CCV, archonte Athenis Theagenide.	205 (204)	4246	78,1	Theagenide archonte.
58	A quo Alexander obiit, filius autem illius Perdiccas Macedonibus imperavit, anni CXCIX, archonte Athenis Euthippo.	199 (197)	4253	79,4	Euthippo archonte.
59	A quo Æschylus poeta, quum vixisset annos LXIX, obiit in *Gela* Siciliæ urbe, anni CXCIII, archonte Athenis Callia primo.	193 (192)	4258	81,1	Callia I archonte.

Digitized by Google

[75] λ]ᾳ τῆς [Σι]κελίας, ἔτη ΗΡΔΔΔΔΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλ[ί]ου τοῦ προτέρου. ¶ Ἀφ' οὗ Εὐριπίδης ἐτῶν ὢν ΔΔΔΔΙΙΙ τραγῳδία πρῶτον ἐνίκησεν, ἔτη ΗΡΔ[ΔΓΙΙΙ, 60

(76) ἄρχ]οντος Ἀθήνησι Διφί[λου. ἦ]σαν δὲ κατ' Εὐριπίδην Σωκράτης καὶ [Ἀνα]ξαγόρας. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀρχέλαος Μακεδόνων βασιλεύει Περδίκκου τελευτήσαντος, ἔτη Η[ΡΓΙ, 61

(77) ἄρχ]οντος Ἀθήνησιν Ἀστυφίλου. ¶ Ἀφ' οὗ Διονύσιος Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΔΔΔΔΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκτήμονος. ¶ Ἀφ' οὗ Εὐριπίδης βι[ώ- 62 63
σας ἔτη ΡΔΔΓΙΙΙ

(78) ἐτε]λεύτησεν, ἔτη ΗΔΔΔΔΓ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀντιγένους. ¶ Ἀ[φ'] οὗ 64
Σοφοκλῆς ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ΡΔΔΔΔΙ ἐτελεύτησεν, καὶ Κῦρος ἀνέβ[η, ἔτη
ΗΔΔΔΔΙΙ,

(79) ἄρχ]οντος Ἀθήνησι Καλλίου τοῦ * [δευ]τέρου. ¶ Ἀφ' οὗ Τελέστης Σελινούντιος 65
[ἐ]νίκησεν Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΔΔΓΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Μίκωνος. ¶ Ἀφ' οὗ 66
[ἐπανῆλθον οἱ με-

(80) τ]ὰ Κύρου ἀναβάντες, καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφ[ο]ς ἐτελεύτησεν βιοὺς ἔτη
ΡΔΔ, ἔτη ΗΔΔΔΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Δάχητος. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀ[στυδάμας 67
πρῶτον ἐδίδαξεν ?]

(81) Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΔΔΓ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκράτους. ¶ Ἀφ' οὗ Ξ.λος..... 68
[ὁ Σηλ]υβριανὸς διθυράμβῳ ἐνίκησεν Ἀθήνησιν, ἔτη Η[Δ.. ἄρχοντος Ἀθήνησιν...

(82) ¶ Ἀφ'] οὗ Φιλόξενος διθυραμβοποιὸς τελευτᾷ βιοὺς ἔτη ΡΓ, ἔτη ΗΔΓΙ, 69
ἄρχοντος Ἀθήνησιν Πυθέου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀναξανδρίδης ὁ κωμ[ῳδοποιὸς 70
Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΙΙΙ, ἄρχοντος]

(83) Ἀθήνησι Καλλέου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀστυδάμας Ἀθήνησιν ἐνίκησεν, ἔτη ΗΓΙΙΙΙ, ἄρχοντος 71
Ἀθήνησιν Ἀστείου. κατεκάη δὲ τότε κα[τὰ τὸν οὐρανὸν ἡ πυρίνη δοκίς. ¶ Ἀφ' οὗ 72
ἡ ἐν Λεύκτροις

(84) μάχη ἐ]γένετο Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων, ἣν ἐνίκων Θηβαῖοι, ἔτη ΗΓΙΙ,
ἄρχοντος Ἀθήνησιν Φρασικλείδου. καὶ ὁ Ἀλ[έξανδρος δὲ ὁ Ἀμύντου κατὰ
τοῦτον Μακεδόνων]

(85) βασιλεύει. ¶ Ἀφ' οὗ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος ὁ δεύτερος ἐνίκησεν Ἀθήνησιν, καὶ 73
ᾠκίσθη Μεγάλη πόλι[ς ἐν Ἀρκαδίᾳ, ἔτη ΗΓΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δυσκινήτου.]

(86) ¶ Ἀφ' οὗ Διονύσιος Σικελιώτης ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ υἱὸς Διονύσιος ἐτυράννευσεν, 74
καὶ Ἀλε[ξά]ν[δρου τελευτήσαντος Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης Μακεδόνων βα]-

(87) σιλεύει, ἔτη ΗΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ναυσιγένους. ¶ Ἀφ' οὗ Φωκεῖς τὸ ἐν 75
Δελφοῖς ἱρὸν [κατέλαβον, ἔτη ΡΔΔΔΔΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθή]-

Digitized by Google

		Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
60	A quo Euripides annos natus XLIII, tragœdia primum vicit, anni [CLX]XVIII, archonte Athenis Diphilo. Vixerunt autem tempore Euripidis Socrates et Anaxagoras.	1[78]	4272	84,3	Diphilo archonte.
61	A quo Archelaus in Macedonia regnavit, Perdicca defuncto, anni C[LVI], archonte Athenis Astyphilo.	1[56]	4294	90,1	Astyphilo archonte.
62	A quo Dionysius Syracusis tyrannidem occupavit, anni CXLVII, archonte Athenis Euctemone.	147 (144)	4306	93,1	Euctemone archonte.
63	A quo Euripides, quum *vixisset annos LXXVIII*, obiit, anni CXLV, archonte Athenis Antigene.	145 (143)	4307	93,2	Antigene archonte.
64	A quo Sophocles poeta, quum vixisset annos XCI, obiit, et Cyrus *invasit fratrem suum, anni CXLII*, archonte Athenis Callia *secundo*.	[142]	4308	93,3	Callia II (III) archonte.
65	A quo Telestes Selinuntius vicit Athenis, anni CXXXIX, archonte Athenis Micone.	139 (138)	4312	94,3	Micone archonte.
66	A quo *rediere qui* cum Cyro iverant, et Socrates philosophus obiit ætatis anno LXX, anni CXXXVII, archonte Athenis Lachete.	137 (136)	4314	95,1	Lachete archonte.
67	A quo *Astydamas primum docuit* Athenis, anni CXXXV, archonte Athenis Aristocrate.	135	4315	95,2	Aristocrate archonte.
68	A quo X. los ..... *Sel*ymbrianus dithyrambo vicit Athenis, anni C[X..., *archonte Athenis*...	134-117	4316-4333	95,3-99,4	— —
69	*A* quo Philoxenus dithyrambicus obiit, quum vixisset annos LV, anni CXVI, archonte Athenis Pythea.	116	4334	100,1	Pythea archonte.
70	A quo Anaxandrides comicus ... *Athenis anni CXIII, archonte* Athenis Callea.	[113]	4337	100,4	Callea archonte.
71	A quo Astydamas Athenis vicit, anni CIX, archonte Athenis Astio. Arsit autem tunc *in cœlo trabs ignita*.	109	4341	101,4	Astio archonte.
72	*A quo in Leuctris pugna* commissa est inter Thebanos et Lacedæmonios, in qua vicerunt Thebani, anni CVII, archonte Athenis Phrasiclide. *Hujus autem tempore* Alexander *Amyntæ filius in Macedonia* regnavit.	107	4343	102,2	Phrasiclide archonte.
73	A quo Stesichorus Himeræus secundus vicit Athenis, et condita fuit Megalopolis *in Arcadia; anni CVI, archonte Athenis Dyscineto*.	[106]	4344	102,3	*Dyscineto* archonte.
74	A quo Dionysius Siculus obiit, filius autem ejus Dionysius tyrannidem occupavit, et Alexandro *defuncto Ptolemæus Alorita in Macedonia* regnavit, anni CIV, archonte Athenis Nausigene.	104	4346	103,1	Nausigene archonte.
75	A quo Phocenses Delphicum templum *occuparunt, anni XCIV, archonte* Athenis Cephisodoro.	[94]	4356	105,3	Cephisodoro archonte.

Digitized by Google

(88) νησι Κηφισοδώρου. ¶ Ἀφ' οὗ Τιμόθεος βιώσας ἔτη ΡΔΔΔΔ ἐτελεύτησεν, ἐτ[ε- 75
λεύτησεν δὲ καὶ Περδίκκας, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου Μα]-

(89) κεδόνων βασιλεύει, καὶ Ἀρτοξέρξης ἐτελεύτησεν, Ὦχος δὲ ὁ υἱὸς β[ασιλεύει
Περσῶν, καὶ] - - - - - - - - - - - - - - -

(90) .ενίκησεν, ἔτη ΡΔΔΔΔΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀγαθοκλέ[ους. ¶ Ἀφ' οὗ] 77
- - - - - - - - - - - - - - [καὶ ὁ πρὸς τοὺς Φωκεῖς πόλεμος

(91) ἐγ]ένετο, ἔτη ΡΔΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιστ[ράτου. ἦσαν δὲ τότε καὶ
- - - - - - - - - - - - - - - Πλάτων?

(92) ὁ φιλό]σοφος [καὶ Ἀριστοτέλης μαθη]τ[ὴς]? τούτου. ¶ Ἀφ' οὗ Κ[αλλ]ι - - 78
- - - - - - - - - - - - - - - -

(93) ... [ἔτ]η Ρ.... ἄρχοντος [Ἀθήνησιν - - - - -

Digitized by Google

	Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
76 A quo Timotheus quum vixisset annos XC, obiit, *et vitam finivit Perdiccas et frater ejus Philippus, Amyntæ filius*, in Macedonia regnavit, et Artaxerxes obiit, Ochus vero filius ejus *regnavit in Persia*, et ... vicit, anni XCIII, archonte Athenis Agathocle.	93	4357	105,4	Agathocle archonte.
77 *A quo* ..... *et contra Phocenses bellum* fuit anni XCI, archonte Athenis Callis*trato*. Erant autem tunc et ..... *Plato (?) philosophus et Aristoteles, discipulus ejus.*	91	4359	106,2	Calli-s*trato* archonte.
78 A quo *Calli* ..... anni L ... archonte *Athenis*				— —

Digitized by Google

ANNOTATIO.

Vs. 1-2.

Prima tituli verba ex more antiquitatis exhibuisse videntur nomen auctoris; quod conjectando supplere nemo tentavit præter editorem Danielis *(Daniel secundum LXX, ex Tetraplis Origenis nunc primum editus e singulari Chisiano codice, annorum supra DCCC. Romæ 1772 fol.)*, qui versum restitui voluit hunc in modum : Δημήτριος ὁ Φανοστράτου Φαληρεὺς ἐκ τῶν συμπάντων ὑπαρχόντων ἀνέγραψα τοὺς etc. Quod absurdum, quia Demetrius Phalereus circa a. 283 a. Christ. diem jam obierat (v. Clinton F. H. ad an. 283). Baumgartenius (*Zusætze zur allgemeinen Welthistorie*) spatium lacunæ explendæ parum curans scribendum proposuit : οὕ[τως τῶ]ν πάν[τ]ων [χρόν]ων ἀνέγραψα τοὺς ἂν [εὗρον]. Quod Bœckhius dedit ἐξ ἀναγραφῶ]ν παν[τοί]ων [περὶ τῶν προγεγενημέ]νων commendatur verbis quibus usus est Eusebius in Canone p. 87 : χρόνων ἀναγραφὰς συναλεξάμην παντοίας, sed excedit spatium lacunæ. — Τοὺς ἄν[ωθεν χρόνους] ἀρξάμ[εν]ος supplevit Seldenus. — Nomen archontis Parii utrum fuerit Ἀστυάναξ, an Πολυάναξ, an Εὐρυάναξ, dijudicari nequit.

Epoch. 1. *vs.* 3-4.

Actæum regem memorat Pausan. I, 2, 5: Ἀκταῖον λέγουσιν ἐν τῇ νῦν Ἀττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον· ἀποθανόντος δὲ Ἀκταίου Κέκροψ ἐνδέχεται τὴν ἀρχὴν θυγατρὶ συνοικῶν Ἀκταίου. Contra Philochorus ap. Euseb. Præp. Evang. X, 10, p. 489 (v. Philoch. fr. 8) Atticam inde ab Ogygis temporibus usque ad Cecropem regibus caruisse dicit; Actæum enim et alios reges, qui post Ogygem regnasse fabulis traderentur, uti Porphyrionem et Celænum, numquam exstitisse. Etenim si in antiquissimas Atticæ terræ fabulas inquiras, videbis quidem arcto vinculo ob naturam suam et significationem Cecropem cum Actæo (Jovi Ἀκταίῳ) esse conjunctum, summamque inter eos intercedere similitudinem; sed quum postea antiquæ Atticæ fabulæ eo potissimum consilio adornarentur, ut continuus inde regum ordo conficeretur, hoc semel constituto et temporum decursu a multitudine approbato, multæ personæ mythicæ, quæ insignem in vetustis fabulis locum obtinuerant, paullatim in oblivionem abibant, earumque memoria nonnisi in ἐπιχωρίοις quibusdam traditionibus colebatur. Ab altera parte, ut temporis spatium, quod a Cecrope ad Theseum elapsum statuerunt, rite expleretur, aliorum nonnullorum regum nomina efficta sunt, quos antiquior fabula prorsus ignorat. Atque ipse Cecrops ab primitiva Atticæ religione alienus est, et post Ionum demum invasionem eum, quem nunc tenet, locum occupavit, sicuti in Mythologo, nisi memoria fallit, rectissime contendit Buttmannus.

Ἀκτικὴν, priscum regionis Atticæ nomen, memorat Strabo IX, 1, 18, tom. III, p. 365 ed. Siebenk. : Ἀκτικὴν ... ἀπὸ Ἀκταίωνός φασιν, Ἀτθίδα δὲ καὶ Ἀττικὴν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ· ubi Ἀκταίων alia forma est nominis Ἀκταῖος (similiter dicitur et Αἰγεὺς et Αἰγαίων et Αἰγαῖος, v. Müller. Prolegg. ad Mythol. p. 272, Welcker Trilog. p. 149, 296). De nexu fabulæ de Actæone a canibus dilacerati cum cultu Jovis Ἀκταίου v. Müller. l. l. p. 271 et Orchomen. p. 248, 349.

Pro Ἀκτική alii ponunt Ἀκταία, ut Pausan. l. l. Hesych. v. Ἀκταία (tom. I., p. 209, not. 7 et 10 ed. Albert.), Tatian. Adv. Gent. et ex eo Euseb. Præp. Evang. X, 9, 11 (κατὰ δὲ Φόρβαντα Ἀκταῖος, ἀφ' οὗ Ἀκταία ἡ Ἀττική).

Tertia nominis forma est Ἀκτή. Strabo IX, 1, 3, tom. III, p. 333 ed. Siebenk. : Ἀκτή ἐστιν ἀμφιθάλαττος ... διὰ τοῦτο καὶ Ἀκτὴν φασι λεχθῆναι τὸ παλαιὸν καὶ Ἀκτικὴν τὴν νῦν Ἀττικὴν παρονομασθεῖσαν, ὅτι τοῖς ὄρεσιν ὑποπέπτωκε τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς. Cf. Apollod. ap. Stephan. Byz. v. Ἀκτή (Apollod. fr. 157), Harpocration s. h. v., Plin. H. N. IV, 4, Syncell. Chron. tom. I, p. 284, 289 ed. Dindorf., alios, qui originem nominis, quod mythicas istas personas creavit, recte perspexerunt.

De primo anno Cecropis satis magna est auctorum dissensio. *Hellanicus* et *Philochorus* (v. Philoch. fr. 8) ab Ogyge ad Olymp. 1 computant annos 1020. Ogyges igitur ponendus a. 1796 a. Chr. Ab hoc vero ad Cecropem Philochorus numerat a. 189. Itaque Cecropis annus primus est 1607, qui numerus anno Marmoris annis 25 vel 26 auctior est.

Eusebius in Canone primum Cecropis annum notat N. 461, cui respondet a. P. J. 3158, vel

Digitized by Google

a. Christ. 1557. Quemadmodum igitur Philochorus Cecropem 25 vel 26 annis priorem ponit iam Marmoris auctor, sic Eusebius eum totidem annis posteriorem facit.

Excerpta Barbara p. 76 a Cecrope ad Olymp. numerant annos 814 et ab eodem usque ad eontem (Ol. 24, 2 vel 683 a. Chr.) a. 907. Inde icitur a. 1590 a. Chr., qui a Nostro distat an- 8 vel 9.

Orosius I, 9 diluvium Deucalioneum ponit sub gno Amphictyonis a. 810 ante Urbem condi- m, i. e. ante Ol. 8, 1 vel 748 a. Chr. secundum ocham Fabii Pictoris. Ex hoc computo diluum evenit 782 ante Olymp. 1, a. P. J. 3214, a. ır. 1558. Quæritur quonam Amphictyonis anno m accidisse Orosius statuerit. Sumamus annum iartum, ita ut Deucalion eodem anno Athenis vis Olympii templum condiderit (v. Marm. ep.), quo Erichthonius Deliacum templum exstru- sse dicitur (ap. Hieronym. Can. p. 78). Itaque uum Cecropi communi fere omnium consensu o anni, Cranao vero 9 anni assignentur, diluvim poneretur 63 annis post primum annum Cecropis, ideoque hic esset 1621 a. Chr. Orosius itur a Marmore differret a. 39 vel 40. Sin in his alculis pro Fabii epocha posueris Varronianam, x qua Roma condita est Olymp. 6, 3 vel 754 . Chr.), Cecropis annus 1 erit 1627, diluvium 564 vel a. P. J. 3208.

Clemens Alexandr. (Strom. I, p. 336 ed. Col.) Cecrope ad Alexandri Magni in Asiam trajectum computat annos 1828, a Demophonte ad undem 1250. Igitur Cecropis initium ponendum oret 2162 (1828 × 334). Quod quum a reliquorum testimoniis longe recedat, Clementis numeri ro corruptissimis habentur. Sed hoc citius quam ogitatius pronunciatum esse infra ad ep. 24 denonstrabo.

Differentia illa 25 vel 26 annorum, quæ Marnori cum Eusebii calculis intercedit, eadem reperitur etiam in regnis ceterorum regum Atticorum usque ad Demophontem. Unde colligere icet Marmoris auctorem singulis regibus totidem ere annos tribuisse quam Eusebium. Quare laterculum eorum ex Euseb. Arm. ed. Mai opponamus:

1.	Cecrops I	a. 50.
2.	Cranaus	« 9.
3.	Amphictyon	« 9.
4.	Erechtheus I	« 50.
5.	Pandion I	« 40.
6.	Erechtheus II	« 50.
7.	Cecrops II	« 44 (40 p. 134).
8.	Pandion II	« 25.
9.	Ægeus	a. 48.
10.	Theseus	« 30.
11.	Menestheus	« 23.
		a. 378.

Ex his emendandum putarem Clementis locum modo laudatum, ubi a Cecrope usque ad Demophontem computantur anni 578, qui numerus ad Eusebianum redigi posset, si pro 1828 scriberemus 1628; nisi verisimilius esset Clementis auctorem a Cecrope numerasse quod alii rectius ab Ogyge numerarunt.

Ceterum jam hoc loco indicare mihi liceat rem, ad quam in sequentibus sæpius recurram. Etenim negari nequit, et mihi quidem persuasissimum est, temporum computationes in rebus mythicæ ætatis cyclorum quorundam majorum ope institutas esse. Jam vero, nisi omnia me fallunt, cyclus ille, qui in veteri chronographia fundamentum quasi et basis erat, cui majorum periodorum computatio superstrueretur, annorum fuit *sexaginta trium*. Cur ita statuam, infra, ubi de æra Trojana dicendum erit, uberius exponam. Ubi si verum me vidisse largieris, apparet quomodo spatium illud inter Ogygem et Cecropem interjectum tam accurate, ut nobis videtur, veteres definierint. Anni enim 189, quos Philochorus ponit vetustos computos reddens, tres efficiunt cyclos majores (3 × 63). Anni vero 378, qui deinde a Cecrope ad Demophontem vel bellum Trojanum numerantur, duplex prioris periodi spatium vel 6 cyclos explent.

De differentia 26 annorum inter Nostri et Eusebii calculos Bœckhius adscribit hæc: «Ceterum Lydiatus [quem equidem inspicere non potui] p. 235 ingeniose docet, hujus differentiæ vestigium in ipsis Eusebianis inesse, dum Deliaci templi exstructio, quæ quippe certo anno assignata esset qualiscunque periodi, modo in Cecropis annum 37 (Canon Gr. p. 110, Hieronym. Can. p. 76) modo in annum Amphictyonis 4 refertur (Hieronym. Can. p. 78): quæ differentia est 26 annorum. Simile habes ep. 4 et 6, item 12.» Templum Deliacum igitur quum a. 4 Amphictyonis conditum dicatur, vides rem poni annis 63 post Cecropis a. 1; atque fontem Hieronymi, ubi idem a. 37 Cecropis tribuit, Cecropem 26 annis priorem fecisse. Res enim magni momenti, quæ παραπηγμάτων instar erant in chronologia, totis cyclis distineri solent.

Epoch. 2. vs. 4—5.

De Lycorea Pausan. X, 6: Τῶν ἀνθρώπων ὅσοι διαφυγεῖν τὸν χειμῶνα ἠδυνήθησαν, λύκων ὠρυγαῖς ἀπεσώθησαν ἐς τοῦ Παρνασσοῦ τὰ ἄκρα ὑπὸ ἡγεμόσι

Digitized by Google

τῆς πορείας τοῖς θηρίοις· πόλιν δὲ ἣν ἔκτισαν, ἐκάλεσαν ἐπὶ τούτῳ Λυκωρείαν. Cf. Strabo IX, c. 3, § 3; Steph. Byz. s. v.; O. Müller. Dor. 1, p. 303, 212, Orchom. p. 479; Dodwell. *Travels* I, p. 139.

Rem Eusebius ex Pontaco ponit Cecropis anno 20, ex Scaligero a. 16, apud A. Mai. p. 281, a. 17.

Epoch. 3. vs. 5—6.

De re vide Hellanici fr. 69, 82, Philochor. fr. 16, Demosthen. in Aristocrat. p. 641, 26 ed. Reisk., Pausan. I, 21, 7; I, 28, 5, Apollodor. III, 14, 2. Cf. Benseler. ad Isocrat. Areopag. p. 2—9.

Noster rem ponit a. 1 Cranai (nam Cecropi, uti Eusebius, dat annos 50). Gr. Can. Cecropis a. 41, Hieronym. Can. p. 76 a. 39, apud Pontac. a. 49.

Epoch. 4. vs. 6—8.

Palmerius lacunas supplevit ita: εἰς Ἀθήνας πρό[τερ]ον, καὶ τοῦ Διὸ[ς παυομένου, δι' ἑαυτ]ὸν τὸ ἱρ[ὸν Ἀπόλλ]ωνα δ[ομήσατ]ο [καὶ] etc. Quod nihili est. Prideaux scripsit: πρὸς Κραναόν, καὶ τοῦ Διὸ[ς Φυξίου καὶ Ὀλυ]μ[πί]ου τὸ ἰ[ε]ρὸν ἰδ[ρύσατ]ο [καὶ] etc. Chandler: Διὸ[ς τοῦ Ὀλυ]μ[πί]ου; cetera Prideauxii retinuit. Verum ne hæc quidem literis superstitibus satis conveniunt. Seldeni enim apographum habet ita:

ΔΙ°.. ΥΟ... Δ... ΜΤΟΥ.

Jam apud Pausan. I, 32, 2 legitur: Ἐν Ὑμηττῷ δὲ ἀγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός· βωμοὶ δὲ καὶ Ὀμβρίου Διὸς καὶ Ἀπόλλωνός εἰσι Προσηΐου· καὶ ἐν Πάρνηθι Παρνήθιος Ζεὺς χαλκοῦς ἐστι, καὶ βωμὸς Σημαλέου Διός· ἔστι δὲ ἐν τῇ Πάρνηθι καὶ ἄλλος βωμός, θύουσι δὲ ἐπ' αὐτοῦ, τοτὲ μὲν Ὀμβριον, τοτὲ δὲ Ἀπήμιον καλοῦντες Δία. Hoc loco adjutus Bœckhius sagaciter in Marmore restituit: τοῦ Διὸ[ς το]ῦ Ὀμ[βρίου Ἀπη]μίου. «Ex Ὀμβρίου, dicit, opinor superest O..., lacuna angustiore a Seldeno notata; ad ΑΠΗΜΙΟΥ manu ducit lectio Δ...ΜΤ°Υ. Deucalion igitur primum hanc aram condidisse dictus fuerit ibique immolasse σωτήρια, et condidisse posthac etiam Olympieum: vel, si malis, auctor noster Olympieum putavit primum Ὀμβρίῳ Ἀπημίῳ dicatum fuisse.» Posterius probabile est propter alium locum Pausaniæ (I, 18, 7 et 8): Ἔστι δὲ ἀρχαῖα ἐν τῷ περιβόλῳ, Ζεὺς χαλκοῦς... καὶ τέμενος τὴν ἐπίκλησιν Ὀλυμπίας. Ἐνταῦθα ὅσον ἐς πῆχυν τὸ ἔδαφος διέστηκε, καὶ λέγουσι μετὰ τὴν ἐπομβρίαν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνος συμβᾶσαν ὑπορυῆναι ταύτῃ τὸ ὕδωρ... Τοῦ δὲ Ὀλυμπίου Διὸς Δευκαλίωνα οἰκοδομῆσαι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον ἱερόν, σημεῖα ἀποφαίνοντες, ὡς Δευκαλίων Ἀθήνησιν ὤκησε, τάφον τοῦ ναοῦ τοῦ νῦν οὐ πολὺ ἀφεστηκότα. Jovi Phyxio Deucalion sacra fecit in Parnasso; vide Apollodor. I, 7, 2.

In eo, quod sub Cranai regno diluvium Noster ponit, plurimos habet assentientes. Apollodorum III, 14, 5, Varronem ap. Augustin. C. D. XVIII, 10, Euseb. Chron. Gr. p. 27, Syncell. p. 157 (125), Cedrenum, Tatianum et Euseb. in Præp. Ev. Canon Euseb. N. 490 rem tribuit Cecropis a. 30 vel 31, P. J. 3187, quod duobus tantum annis a Marmore distat (ea differentia illa 26 annorum). Chronicon Thrasylli ap. Clem. Strom. I, p. 335 rem collocat a P. J. 3201; Orosius (v. ep. 1) a. P. J. 3208 ex ea Varroniana. Inter Orosii computum et Thrasylli differentia est 7 annorum, Thrasyllus ab Eusebio distat annis 14. Apud Eusebium inter Deucalionis adventum ad Parnassum et fugam Athenas 14 anni intercedunt (3173—3187), in Marmore anni 45.

Epoch. 5. vs. 8—10.

T]οὺς dedit Selden.; λα]οὺς voluit Prideaux. Πυλαία]ν οὖ[περ] Palmerii est.

De Amphictyonibus v. Sainte-Croix, *Des anciens gouvernements fédératifs.* Paris, 1809, p. 1—115, F. W. Tittmann, *Ueber den Bund der Amphictyonen.* Berol., 1812, Petersen, *der Amphictyonische Forbund*, etc.

Amphictyonem, Deucalionis filium, confœderationis Pylææ auctorem ex more antiquitatis effictum esse inter ipsos veteres bene viderunt Anaximenes (συνέδριον... ὠνομάσθη... ἀπὸ τῶν περιοίκους εἶναι τῶν Δελφῶν τοὺς συνεχθέντας, ὡς Ἀναξιμένης ἐν πρώτῃ Ἑλληνικῶν) et Androtion ap. Pausan. X, 8, 1 (v. Androt. fr. 33). Noster quoque verbis οἱ περὶ τὸν δρον (Pylæas angustias οἰκοῦντες verum indicat; cf. Bœckh. Not. crit. ad Pindar. Nem. VI, 40; Corp. Inscript. I, p. 808, ubi Ἀμφικτίονες scribitur; Hüllmann *Anfänge der Gr. Geschichte* p. 161, sqq. Quare etiam alias, ubi populorum urbiumque fœdera exstiterunt, Amphictyonis conditoris nomen occurrit (cf. Fréret ap. Sainte-Croix, p. 308. sqq., Herrmann. *Gr. Staatsalterthümer*, § 12, not. 13). Sic Amphictyonem quoque Atticæ regem, quem Marmoris auctor ab Amphictyone, Deucalionis filio, aperte distinguit, Bœckhius (ad nostrum locum) suspicatur originem debere Calaureaticæ Amphictioniæ, cujus pars fuerunt Athenæ (cf. Strabo VIII, p. 374, B, Sainte-Croix. l. l. p. 116, O. Müller. Æginet. p. 32 sqq., De Sacris Minervæ Pol. p. 1, Orchom. p. 247, Bœckh. *Staatshaushalt.*, tom. II, p. 368, et in Commentatt. Academ. Berolinens. 1816, p. 117). Utut est, neminem fugit Amphictyonem, sicuti Cranaum

Digitized by Google

quasi in Atticorum regum seriem intrusos
e. Neuter affinitatis vinculo cum Cecrope
ajunctus; uterque auctochthon. Cranaus et
nphictyon inter se quidem conjunguntur, ita
nen ut diversa eorum natura ipsa fabula
primatur. Nam Pausan. I, 2, 5 : Κραναῷ Ἀμ-
τύων ἐπαναστὰς, θυγατέρα ὅμως ἔχων αὐτοῦ,
ύει τῆς ἀρχῆς.

Verum non omnes Amphictyonem Deucalio-
filium ab Attico rege distinxerunt. Apollo-
r. I, 7, 2 : Γίνονται ἐκ Πύῤῥας Δευκαλίωνι παῖδες·
λλην μὲν πρῶτος..., δεύτερος δὲ Ἀμφικτύων, ὁ
τὰ Κραναὸν βασιλεύσας τῆς Ἀττικῆς. Idem III,
, 5, : Κραναὸν ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων ἐβασίλευσε.
οὗτον ἔνιοι μὲν Δευκαλίωνος, ἔνιοι δὲ αὐτόχθονα
γουσι.

Καὶ Πυλαίαν] Suidas v. Πυλαγόραι : Πυλαία
ρὶ Ἀμφικτύοσιν, ὁ τόπος ἐν ᾧ ἐκαθέζοντο οἱ ἔκεισε
μπόμενοι, καὶ αὐτὴ ἡ συνάθροισις. Strabo IX, 3,
: Τὴν δὲ σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν... ἐπειδὴ ἐν Πύ-
ις συνήγοντο, ἃς καὶ Θερμοπύλας καλοῦσιν. Cete-
ım Straboni Amphictyonum collegium instituit
crisius. Hermann. Antiquit. Gr. 14, 1. Accu-
ıtius locum conventus indicat Herodot. VII,
oo; cf. Tittmann. l. l. p. 76, Hüllmann. l. l. p. 164.

Res memorata a Marm. septem annis post di-
ıvium ponitur. «Qui cum Tatiano ex Argivis regi-
us computant res gestas, Amphictyonem (Atti-
ım intellige) componunt cum Sthenelo, disce-
ntes paullulum ab Eusebiano canone.» *Bœckh.*
tenim apud Eusebium annus primus Amphicty-
nis annum 1 Stheneli 14 annis antecedit. Cete-
ım multo prius poni Amphictyonum institutum
uam probabiliter fieri potuerit, demonstrare
tuduerunt Fréret apud Sainte-Croix l. l. p. 216,
t Schubart De Homero p. 62. Uterque rem post
ellum Trojanum ponunt.

Epoch. 6. vs. 10, 11.

De Γραικοῖς locus classicus ap. Aristot. Meteor.
, 14, p. 548 ed. Duvall. : Καὶ γὰρ οὗτος (ὁ κα-
ούμενος ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς) περὶ τὸν
Ελληνικὸν ἐγένετο μάλιστα τόπον· καὶ τούτου περὶ
ὴν Ἑλλάδα τὴν ἀρχαίαν. Αὕτη δ' ἐστὶν ἡ περὶ τὴν
ωδώνην καὶ τὸν Ἀχελῶον· οὗτος γὰρ πολλαχοῦ τὸ
εῦμα μεταβέβληκεν. Ὤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα
καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοί, νῦν δὲ Ἕλληνες.
Cf. Apollodor I, 7, 3, Plin. H. N. IV, 14, Steph.
yz. v. Γραικός, Euseb. Chron. 23, Can. Hiero-
ym. p. 76. Ante Aristotelis ætatem *Græcorum*
omen non obviam fieri probavit Clavier. Hist.
III, p. 18 sqq. Cf. Sturz. De dialect. Macedon.
p. 8, Creuzerus in Epistolis ad Hermannum
de Homero et Hes. p. 179.

Vs. 11 lacunam Palmerius explevit ita : Πανα-
θ[ή]ναι[α ἔθεσαν ἔτη]; Prideaux. : Παναθ[η]ναΐ[κὸν
συνεστήσαντο ἔτη]. Ad hæc Bœckhius : « Sed ep.
10 prima Panathenæa Erichthonio tribuuntur;
et is fertur ea festa, olim Ἀθήναια dicta, primus
nominasse Παναθήναια. Panathenæa egisse Eri-
chthonius traditur ab Hellanico et Androtione,
ab utroque in Atthide ap. Harpocrat. v. Παναθή-
ναια : antea esse Ἀθήναια dicta produntur ex Atthi-
de Istri ap. Harpocrat. ibid. Cum prioribus fere
facit Apollodorus III, 14, 6, item Eratosthenes
personatus et Hyginus; adde Meurs. Panathen.
c. 3. Anne igitur sexta hac epocha de Athenæis
agit? Sic scribendum foret τὸν ἀγῶνα [τὸ]ν Ἀθη-
ναίων. Alii quod altero loco de magnis, altero
de parvis Athenæis dictum putant, id admitti
nequit; nihil enim neque de *magnis* nec de *par-
vis* in lapide dictum. At qui sunt qui hac epo-
cha ludos instituisse feruntur? nonne Hellenes?
Quodnam enim aliud subjectum sumas ad ver-
bum ἔθεσαν? Nec falsum hoc supplementum
videtur; neque indefinitum subjectum ferri po-
test. Num vero Hellenes potuerunt aut Ἀθήναια
aut Παναθήναια instituere? Vidit hanc difficulta-
tem Lyd. p. 243 et rem ad Hellenem referens
excogitavit aliquid, quod nemini arridebit ma-
gnopere : scilicet Erichthonium, priusquam rex
esset factus, esse in Scythiam profectum; hinc
reducem esse ab Hellene et Amphictyone fratri-
bus hospitio exceptum, eique ab Hellene con-
silium datum Panathenæorum instituendorum.
Immo Hellenes, quum primum hoc universi
reciperent nomen, dicti fuerint Πανελλήνια in-
stituisse, ut Παναθήναια instituta sunt, quando
Cecropii prisci Ἀθηναῖοι vocari cœpti sunt (ep.
10). Itaque sive lapicidæ error sive Seldeni est,
corrige Παν[ελλήν]ι[α. Πανέλληνες novit jam Ho-
merus, eosque Phthiotidem habitantes, ubi Hel-
lenis regnum; igitur in promptu erat Πανελλήνια
solemnia et certamina tribuere antiquissimis
temporibus. Alias Panhellenia ab Æaco primum
in Ægina Jovi Panhellenio instituta feruntur,
ubi haud dubie ab initio Hellenia dicta erant,
ut Juppiter passim Hellenius audit antiquitus
(Müller Ægin. p. 18 sqq., p. 155 sqq.) : id no-
ster fonte usus nescio quo transtulerit ad Helle-
nem et eam ætatem, qua Græci cœperint Helle-
nes ex illo vocari. Et nescio an Hadrianus
Attica Panhellenia Jovi Panhellenio in principe
Græciæ urbe ideo instituerit, quod et ipse ex
vetustiore fama accepisset, ab universis Græcis
olim hæc solemnia celebrata esse, neque ea
Æginæ putaret propria esse et peculiaria ».

Præclare hæc a viro summo disputata : nihilo-

Digitized by Google

minus valde dubito num invito ipso Marmore, invita denique vulgari de Panathenæorum institutione fabula, corrigendum sit. Fieri potuit ut eadem res ex diversis fontibus (cf. ad ep. 10) bis poneretur, deinde vero ut fonte usus nescio quo Marmoris auctor Panathenæa ad Hellenem referret. Mirum quidem hoc; sed mirum illud quoque quod in Euseb. Arm. N. 485 Cecropis a. 25 lego : « *Ab Hellene, Deucalionis et Pyrrhæ filio, Hellenes dicti sunt* (*nempe Hellanodici*). *Ab eodem Acte dicta est Attica.* » Ubi procul dubio res ad diversos homines pertinentes librarii culpa ad unum Hellenem relatæ sunt; simile quid et Nostro quoque accidere potuit. Præterea omnino non constat de supplemento; fortasse præter verbum etiam nomen excidit, Seldeno lacunam notante justo breviorem. Sin quid mutandum, præfero illud : τὸν ἀγῶνα [τὸ]ν Ἀθηναίων.

Euseb. Arm. rem ponit Cecropis a. 25; Euseb. Can. ex Scalig. autem, ut ex Bœckhio video, Cecropis a $\frac{26}{27}$. Atque hoc rectius; concinit enim cum Nostro; teneas modo omnia ap. Euseb. 26 annis superiora esse.

Epoch. 7. vs. 12—13.

Bœckhius explevit [ἐκ Φοινίκης], ut ep. 9 legitur ἐξ Αἰγύπτου. Priores editores receperunt conjecturam Palmerii [κατὰ χρησμόν].

De re notissima v. Apollodor. III, 14, 1. Pausan. IX, 12, 1. Marmoris auctor initium chronologiæ Thebanæ ponit 63 annis post a. 1 Cecropis; quod bene quadrat cum eo quem statui cyclo. Euseb. Arm. N. 588 Cadmum memorat a. $\frac{8}{9}$ Pandionis. Igitur 63 annis vel uno cyclo posteriorem facit quam Marmor. Deinde Cadmus iterum ponitur N. 711. Qui numerus ab N. 588 distat a. 123. Si 126 essent anni, duo explerentur cycli; sed duo vel tres anni in tantis numeris in tantaque Eusebiani nostri canonis perturbatione non veniunt in censum. Itaque tres jam habemus de Cadmi ætate sententias; quarum prima Thebarum conditorem uno cyclo, altera duobus cyclis, tertia quattuor cyclis Cecrope posteriorem ponit. Hæ differentiæ principales sunt; præterea minores quædam reperiuntur. Sic Cadmi mentio fit ap. Euseb. N. 699. Easdem de Thebana chronologia diversitates aliis locis apud Euseb. produntur. Zethi et Amphionis regnum ponitur N° 600 et N° 693, raptus Europæ N° 568, 589, 710, 720, Bacchus, N° 508, 624, 689, 712. Inter numeros de Baccho laudatos, N° 508 (a. J. P. 3205) Bacchus, Semeles filius, vitem invenisse refertur. Unde colligitur exstitisse chronologias, quæ Cadmum antiquiorem fecerint quam ipse auctor Marmoris. Atque hunc computum pro valde antiquo habendum esse docemur loco Herodoti (II, 145) ubi hæc : Διονύσῳ μέν νυν, τῷ ἐκ Σεμέλης τῆς Κάδμου λεγομένῳ γενέσθαι, κατὰ ἑξήκοντα (sic recte vv. dd. pro vulg. ἑξακόσια) ἔτεα καὶ μάλιστά ἐστι ἐς ἐμέ· Ἡρακλεῖ δέ, τῷ Ἀλκμήνης, κατὰ εἰνακόσια ἔτεα· Πανὶ δὲ τῷ ἐκ Πηνελόπης ἐλάσσω ἔτεα ἐστι τῶν Τρωϊκῶν κατὰ τὰ ἀκμαιότατα μάλιστα ἐς ἐμέ. Jam quum ex Herodoti rationibus Troja capta sit a. 1270, si cum Larcher Panem editum ponimus a. 1260, Bacchus ponendus est a. 1520 vel 250 ante Trojam (quæ forent 4×63); ideo Cadmus avus eidem temporis assignandus esset, quo Noster collocat Cecropem. Herodotus igitur Bacchum ponit circiter 4 cycl. (252 a.) ante epocham Trojanam. Eandem rationem etiam Noster sequi debuit, si hujus de mentionem injecisset. Nam uti Cadmum, sic etiam epocham Trojanam (ut infra videbimus) uno cyclo posteriorem ponit quam Herodotus. Contra Apollodorus (fr. 72) nonnisi tres epochas a Dionyso ad Trojam captam statuit. Is enim Dionysum inter deos relatum dicit Persei anno trigesimo secundo; igitur a Persei a. 1 ad apotheosin Dionysi numerandi anni sunt 31 + quæ dimidia est epocha; deinde a Dionysi apotheosi ad Herculem et Argonautas numerantur anni 63 vel una epocha. Inde ad Herculis apotheosin συνάγεται ἔτη λ′ vel ut alii legunt λη′. Neutrum verum esse videtur; pro κη′ scribendum esse opinor, κβ′. Literæ η et β pro ipsarum in codicibus similitudine facillime confunduntur. Atque sic scribendum esse etiam alia ratione colligo. Etenim in Vita Hellanici demonstratur hunc auctorem in Sacerdotibus Junonis in eodem tempore ponere apotheosin Herculis et Thesei iter in Cretam; ita ut primus Sacerdotum liber ista re finiretur, alter ab hacce initium caperet. Jam vero Clemens (Strom. I, p. 336 c) Argonautis ad Thesei expeditionem numerat 32 annos, tot, quot ego in nostro quoque loco requiro. — Locus Clementis modo laudatus similimus est nostro, easdemque plane (si levissimas discrepantias exceperis) rationes numerales reddit. Quare liceat apponere. Ἀπὸ Περσέως στρατείας, inquit, ἐπὶ Ἰλίου κτίσιν ἔτη τριάκοντα τέσσαρα (debuit : 32), ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν ἔκπλουν τῆς Ἀργοῦς ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα, ἐκ τούτου ἐπὶ Θησέα καὶ Μινώταυρον ἔτη τριάκοντα δύο. Porro ab Herculis apotheosi ad illam Dioscurorum anni sunt 53. Ἐνταῦθά που, Clemens addit, ἡ Ἰλίου κατάληψις. Verisimile est Dioscurorum apotheosin cadere in annum *expeditionis* Troja-

Digitized by Google

ɛ, ita ut ab Hercule inter deos relato usque ad ·ojam captam sint anni 63. Igitur a Persei no 1 ad excidium Trojæ tres computantur ɔochæ.

Epoch. 8. vs. 13-14.

Palmerius supplevit : ἀφ οὗ [Ἀγηνορίδαι Φοι]νί-ις. Perperam. Lydiatus, ἀφ οὗ [Εὐρώτας καὶ κκεδαίμων Λακω]νικῆς. Quod retinuit Bœckhius. ed hoc non aptum propterea quod Lacedæmon t gener Eurotæ, neque subest cur Lydiati con-ecturæ caussa utrumque simul regnasse statua-ius. Quidni scribamus Λακεδαίμων τοῦ Διός?

De Lacedæmone Pausan. III, 1, 2 : Ὡς Λακε-αιμόνιοι λέγουσι, Λέλεξ αὐτόχθων ὢν ἐβασίλευσε ρῶτος ἐν τῇ γῇ ταύτῃ... Λέλεγος δὲ γίνεται Μύλης... Ιύλητος δὲ τελευτήσαντος, παρέλαβεν ὁ παῖς Εὐ-ώτας τὴν ἀρχήν... ἅτε δὲ οὐκ ὄντων αὐτῷ παίδων ρρένων, βασιλεύειν καταλείπει Λακεδαίμονα, μη-ρὸς μὲν Ταϋγέτης ὄντα... ἐς Δία δὲ πατέρα ἀνήκοντα ατὰ τὴν φήμην. Συνῴκει δὲ ὁ Λακεδαίμων Σπάρ-ῃ θυγατρὶ τοῦ Εὐρώτα. Cf. Apollod. III, 10, 3. Steph. B. v. Ἀβίνη.

Lacedæmon condita est sec. Hieronym. Can. ɔ. 73 a. 10 Amphictyonis; sec. Euseb. Can. Gr. p. 112 Erichthonii a. 2, P. J. 3326.

Præter vulgarem hanc traditionem alia exstat, ex qua Sparta condita est a Spartone Phoronei filio. Hanc secutus Euseb. Arm. N. 300 Spartæ origines ponit a. P. J. 2997.

Epoch. 9. vs. 14-17.

« Versu 14 lacunas sumsi majores esse quam notatæ sunt. Seldenus solum supplevit ναῦ[ς; Chandl. : ναῦ[ς πεντ]ήκοντα κωπ[ῶν; reliqua non digna quæ referantur. Equidem ut certe aliquid commodum haberes, scripsi : ναῦ[ς μετὰ Δαναοῦ et cetera quæ in textu minusculis expressa habes. » *Bœckh.*

De re v. Apollodor. II, 1, 4, Eustath. ad Hom. Il. A, 42, p. 37, 25, Hygin. Fab. 168, 277, ibique Muncker., Plin. H. N. VII, 56, Nonni Synagog. ad Gregor. Naz. Ino I, n. 67.

Vs. 15. Nomina Danaidum ex conjectura posuit Bœckhius, bene sciens quam sint incerta. Ἀμυ]μώνη quidem prioribus editoribus reponenda visa est omnibus; sed ne hoc quidem extra dubitationem positum. Nam legi potuit Δαμ]ώνη vel Φικομ]ώνη. Danaidum catalogum v. ap. Apollodor. et Hyginum l. l., qui vero in multis inter se dissentiunt. Archedice Danais est apud neutrum; sed inter Thespii filias ejus nomen occurrit ap. Apollodor. II, 7, 8, 5, siquidem ex codicibus, neque ex mera conjectura Ægius vulgatam : Εὐρυπύλης Ἀρχέδικος mutavit in Εὐρύπυλος Ἀρχεδίκης. Ceterum reperiuntur ap. Apollodorum : Euridice, Hippodice, Callidice; ap. Hyginum : Autodice et Daplidice (?).

Vs. 16. Palmer. dedit : ἱδρύσ[αντ]ο Λινδίας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα vel Λινδίαν Ἀθηνᾶν. Prideaux. : [ἱερὸν ἱδρύ]σαν[το]. Heynius ad Apollodor. II, 1, 4 : [βρέ-τας ἱδρύ]σαν[το]. Bœckh. Prideauxii supplementum probavit, addito in fine versus : Ἀθηνᾶς; rejecit autem illud τῆς Λινδίας, quoniam sequenti versu Lindi mentio fieret.

Vs. 17. Vulgo legebant : ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐμ παρα-[λι]άδι ἐν Λίνδῳ τῆς Ῥοδίας. Heynius l.l. proposuit : ἐν παραλίᾳ πεδιάδι. Neutrum aptum. Ex Marmore Seldenus exhibet hæc : ΓΑΡ..ΑΔΙ, ad quæ notat : « Elicuerit fortasse aliquis ΓΑΡΑΡΑΔΙ aut ΓΑΡΑΓΑΔΙ ex elementorum quæ supersunt in Marmore vestigiis ». Bœckhius : « Pro infaustis aliorum conatibus certam dedi emendationem ἐμ παράπλῳ; ΓΑΔΙ fuit ΓΛΩΙ. » Sed vel sic sententia admodum inconcinna est. Nam primum dicitur tres Danaides sorte lectas Minervæ simulacrum consecrasse, et deinde, eas quum in itinere Rhodum præternavigarent sacra fecisse in litore. Quæ quam oscitanter enuntiata sint quisque sentit. Quare scribendum proposuerim ΘΕΡΜΥΔΡΩΙ. Θέρμυδρον vel Θερμυδραί vel Θέρμυδρα portus est Lindiorum. Apollodor. II, 5, 11 nostræ ed. de Hercule : Θερμυδραὶς Λινδίων λιμένι προσίσχει. Tzetz. Chil. II, 369 : Θερμύδρῳ δὲ προσσχὼν λιμένι Ῥόδου. Cf. Steph. Byz. Fortasse etiam quod sequitur ἐν Λίνδῳ Seldenus animo magis quam oculis in Marmore vidit; fueritque ἐν Θερμύδροις λιμένι. Minerva Lindia antecedenti versu memorari potuit. Igitur sensus foret : Danaides simulacrum posuerunt Minervæ Lindiæ, et in loco edito (quo simulacrum posuerant) ad Thermydra portum sacra fecerunt. Particula ἐν h. l significat *ad*, ut ep. 57, ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς est *ad Ægos flumen;* Herodot. II, 171, ἐν τῇ λίμνῃ *ad lacum*, etc.

De re Diodor. V, 58 : Ἱδρύσατο (Δαναὸς μετὰ τῶν θυγατέρων) τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ καθιέρωσεν· τῶν δὲ τοῦ Δαναοῦ θυγατέρων τρεῖς ἐτελεύτησαν κατὰ τὴν ἐπιδημίαν τὴν ἐν τῇ Λίνδῳ. Strabo XIV, 2, 11 : Πόλις (Λίνδος) ἐπὶ ὄρους ἱδρυμένη... ἱερὸν δὲ ἐστὶν Ἀθηνᾶς Λινδίας αὐτόθι ἐπιφανές, τῶν Δαναΐδων ἵδρυμα. Diodorea et Nostra ex communi fonte fluxisse videntur. Ex vulgari fabula omnes Danaides incolumes veniunt in Peloponnesum.

Secundum Diodori (l.l.) narrationem Danaides

Digitized by Google

in Rhodum veniunt paullo ante quam Cadmus ad sororem investigandam profectus est. Apud Euseb. Arm. p. 314 Mai. Danaidum historia memoratur sub Amphictyone, atque in Canone hujus regis anno 5 vel 6 assignatur. Qui computus a Nostri calculis rem a. 3 Erichthonii tribuentis distat annis septem. Idem vero Euseb. primum Danai annum cum anno 15 (14) Erichthonii componit; et septimo Danai anno Danaides procos trucidasse narrantur. Orosius rem nostram ponit a. 775 ante Romam conditam; i. e. ex æra Fabiana 747, ex æra Varron. 753 ante Olymp. 1; quod Marmoris epocham superat annis 12 vel 13.

Epoch. 10. vs. 17-21.

V. 17. De Panathenæis ab Erichthonio institutis Apollodor. III, 14, 6. Harpocration v. Παναθήναια: Ἦγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου... πρὸ τούτου δὲ Ἀθήναια ἐκαλεῖτο... Suidas s. v.: Πρῶτον ὑπὸ Ἐριχθονίου, τοῦ Ἡφαίστου καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ. De Theseo festi hujus auctore cf. Plutarch. Vit. Thes. c. 21. Pausan. VIII, 2, 1: Λυκάων... Δία ὠνόμασε Λυκαῖον, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λυκαῖα. Οὐκ ἔτι δὲ τὰ παρ' Ἀθηναίοις Παναθήναια τεθῆναι πρότερα ἀποφαίνομαι· τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι Ἀθήναια ὄνομα ἦν. Παναθήναια δὲ κληθῆναί φασιν ἐπὶ Θησέως, ὅτι ὑπὸ Ἀθηναίων ἐτέθη συνειλεγμένων εἰς μίαν ἁπάντων πόλιν.

V. 18. Ἅρμα ἔζευξε] Erastothenes Cataster. 13: Οὗτός (Ἡνίοχος) ἐστιν Ἐριχθόνιος, ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς γενόμενος. Τοῦτον λέγουσιν ὅτι ὁ Ζεὺς εἶδεν πρῶτον ἐν ἀνθρώποις ἅρμα ζεύξαντα ἵπποιν θαυμάσαι, ὅτι τῇ τοῦ ἡλίου ἀντίμιμον ἐποιήσατο διφρείαν, ὑποζεύξας ἵππους λευκοὺς, πρῶτόν τε Ἀθηνᾷ πομπὴν ἤγαγεν ἐν ἀκροπόλει· καὶ ἐποιήσατο πρὸς τούτοις ἐπιφανῆ θυσίαν αὐτὴν σεμνύνων... Αὐξηθεὶς τὸ ἅρμα εὗρε, καὶ ἐθαυμάσθη, ἀγωνιστὴς γενόμενος, ἦγαγε δὲ ἐπιμελῶς τὰ Παναθήναια. Cf. Ælian. Var. Hist. III, 38, Plin. Hist. Nat. VII, 57, Virgil. Georg. III, 113, Hygin. P. A. II, 13, Aristid. Orat. in Minerv. p. 12, Panath. p. 107 ed. Jebb., Themist. Or. XXVII, p. 337, citante Bœckhio.

In sequentibus Bœckh.: καὶ Ἀθηναίους [ὠ]νό-[μασε, κ]αὶ [βρέτας τῆς θε]ῶν μητρὸς ἐφάνη. Chandlerus ex Prideauxio dederat: καὶ Ἀθήναι[α μετω]ν[όμασε κα]ὶ [ἄγαλμα (Palmer. ἕδος) τῆς θε]ῶν μητρὸς ἐφάνη.

Ἀθηναίους legitur in Seldeni autographo, quare non erat cur id Chandlerus mutaret in Ἀθήναια. Deinde μετωνόμασε sic dici non posse contendit Bœckhius, suumque Ἀθηναίους ὠνόμασεν vertit: *dedit Atheniensibus quod jam habent nomen*, conferens ep. 6: Ἕλληνες ὠνομάσθησαν, et Herodot. VIII, 44: Ἀθηναῖοι... ἐπὶ Κέκροπος βασιλῆος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι· ἀδεξαμένου δὲ Ἐρεχθῆος τὴν ἀρχὴν Ἀθηναῖοι μετονομάσθησαν· ubi vero Wesseling. cum Berkelio (ad Steph. Byz. v. Ἰωνία) probabiliter conjecit primitus in Herodoto fuisse: Ἀθηναίοις Ἐρεχθεῖδαι μετωνομάσθησαν.

De simulacro Matris Deorum cœlitus delapso Herodian. I, 35: Αὐτὸ τὸ ἄγαλμα δύκεται, ὡς λέγουσιν... τοῦτο δὲ πάλαι μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι λόγος εἰς τινα τῆς Φρυγίας χῶρον Πεσσινοῦντα δὲ ὄνομα αὐτῷ· τὴν δὲ προσηγορίαν λαβεῖν τὴν ἀπὸ τοῦ πεσόντος ἀγάλματος, καὶ πρῶτον ἐκεῖσε ἱδρῦσθαι. Cf. Ammian. Marcell. XXII, 22; Appian. Alex. De bello Hannib. VII, 56.

Verba ἐγ Κυβέλοις de Cybelis montibus intelligenda esse videntur secundum Strabon. XII, 5, 3, p. 567: Ἔστι δὲ ὄρος ὑπερκείμενον τῆς πόλεως (Πεσσινοῦντος), τὸ Δίνδυμον, ἀφ' οὗ ἡ Δινδυμήνη, καθάπερ ἀπὸ τῶν Κυβέλων ἡ Κυβέλη. De urbe cogitat Bœckhius: « Non video, inquit, quidem nostro loco Κύβελα s. Κύβελον oppidum intelligendum sit, de quo v. Steph. Byz. v. Κύβελα et interpp., atque ibi tale simulacrum fuerit. »

De Hyagnide tibiarum inventore Alexander Polyhistor ap. Plutarch. De Mus. 5, p. 1133, F: Τὸν Μαρσύαν φασί τινες.... εἶναι Ὑαγνίδος υἱὸν, τοῦ πρώτου εὑρόντος τὴν αὐλητικὴν τέχνην. Cf. Appuleius in Floridis init., G. H. Bode Histor. poes. lyr. Gr. tom. I, p. 168.

Ἐγ Κ[ελ]αιναῖ[ς πόλει τῆ]ς Φρ[υγίας καὶ ἀρμονίαν τὴν καλ]ουμένην explevit Palmer., nisi quod Bœckhius spatii causa inseruit vocem πόλει. De Celænis urbe, ad quam fabulæ de Olympo, Marsya et Hyagnide, musicæ orgiasticæ inventoribus, referuntur, v. Strabo XII, p. 578, A. p. 866 B, Xenophon. Anab. I, 2, 8, Eustath. ad Il. tom. I, p. 25, 1 Lips. — De harmonia Phrygia Athen. XIV, 18, p. 624, B: Ταύτην δὲ ἁρμονίαν Φρύγες πρῶτοι εὗρον καὶ μετεχειρίσαντο. Ὁ δὲ Ἀριστόξενος τὴν εὕρεσιν αὐτῆς Ὑάγνιδι τῷ Φρυγὶ ἀνατίθησι. Cf. Bode l. l. passim, O. Müller. Eumen. p. 92, G. Hermann. Opusc. VI, p. 154 sqq.

Vs. 20. Palmerius proposuit: Καὶ τὸν ἐπ[ιχώ]ριον ἡρώων vel ἐπι[χωρίων θεῶν καὶ ἡρώων. « Exstentem, Bœckhius ait, καὶ τὸν ἐπ[ὶ Πυθῶνι ἔπαινε]τὸν Αυδιστί aut simile. » Quam in rem excitat locum Plutarchi De Musica § 15, pag. 1136, C, ubi sic: Ὄλυμπον πρῶτον Ἀριστόξενός φησιν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ μουσικῆς ἐπὶ τῷ Πυθῶνί φησιν ἐπικήδειον αὐλῆσαι νόμον. Cf. de Olympo Plutarch. ibid. § 7, p. 1133, D, E: Εἶναι τὸν Ὄλυμπόν φασιν ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ὀλύμπου τοῦ Μαρσύου, ὃ

Digitized by Google

ποιητικότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους· οὗτος γὰρ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου, καὶ τὴν αὔλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ, τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, οἷς νῦν χρῶνται οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν. Fabric. Bibl. Gr. tom. I, p. 135.

Quadrigarum inventio Euseb. ex Pontac. collocat ad annum 17, Euseb. ex Scal. ad annum 14 Erichthonii. Eodem anno, quo Noster Magnæ matris simulacrum inventum esse dicit, Euseb. Arm. ponit Dardaniam a Dardano conditam. Quod ideo moneo, quia Dardanus cultum Cybeles Dardaniæ, cum Pessinuntia sæpissime ab auctoribus confusæ (v. Welcker. Trilog. p. 201 sqq.), instituisse dicitur.

Ceterum quum hac epocha nomi Bacchici memorentur, verum ep. 7, quæ ab nostra 13 vel 14 tantum annis dissita est, Cadmi, qui avus erat Bacchi, regnum notetur, intelligitur non ex uno eodemque fonte hæc a Nostro petita esse. Similiter etiam ep. 6 et 10 ex diversis auctoribus depromsisse videtur. Vix enim Nostrum ita defendere volueris, ut eum reliquisse statuas vulgarem Græciæ traditionem, quæ Bacchum filium faceret Semeles; quamquam fuerunt qui dei matrem dicerent aut Cererem aut Proserpinam (Diodor. III, 62, 67, 74). Major etiam diversitas est de Panis parentibus, quem Noster non potuit Penelopæ ex Mercurio filium habere (Herodot. II, 145, Schol. Theocr. I, 123, Serv. ad Virg. Æn. II, 43); quæ genealogia ab Atticis auctoribus plane respui debuit. His sine dubio Pan fuit ex Mercurio et Dryopis filia ortus (Hymn. in Pan. v. 36). Alios dei parentes vid. ap. Schol. Theocrit. I, 3, Apollod. I, 4, 1.

Epoch. 11, vs. 21–23.

Vs. 21. πρ[ότερος Bœckh., vulgo πρῶτος. Κρήτης addidit Palmerius.

Vs. 22. Dubitari potest num ex literis in Marmore superstitibus Κυδωνίαν refingendum sit, an Ἀπολλωνίαν. Nam eadem urbs primum appellata est Apollonia, postea vero a Cydone, Apollinis ex Acallide, Minois filia, Cydonia transnominata. Sic quidem fabula refert; sed historia docemur (v. Hœck. Cret. I, p. 23) Cydoniam circa Olymp. 64 a Samiis esse conditam. Ex his igitur præstaret scribere Ἀπολλωνίαν. At recte Prideauxius: « Quum chronographus noster nomina locis, habita ad sua tempora ratione, imponat, et Apolloniæ nomen longe prius quam hoc Marmor exaratum fuit, antiquatum esset, Κυδωνίαν potius quam Ἀπολλωνίαν in lacunam insero. » Acmonis dactyli nomen Bœckh. addidit ex Phoronide ap. Schol. Apollon. Rh. I, 1129, ubi servata sunt hæc:

Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,
εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης,
οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαιστοῖο
εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις, ἰόεντα σίδηρον
εἰς πῦρ ἤνεγκαν, καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

De ferri inventione v. Strabo X, 3, 22, Plin. H. N. VII, 57, alii. De Dactylis Idæis multa dant Hœck. Cret. I, p. 279, p. 319 sqq., Lobeck. Aglaopham. II, p. 1156 sqq., Welcker. Trilog. p. 168 sqq., 174 sqq.

Quum in hac epocha nonnisi Pandionis regis nomen in Marmore legatur, verum numerus prorsus sit obliteratus, annus a Nostro positus conjectura eruendus est.

In Chron. Euseb. p. 27, et in versione Armeniaca p. 135 Mai., ferri inventio non sub Pandione facta dicitur, sed sub Erichthonio. Similiter Euseb. Arm. p. 134 res Danaidum (v. ep. 9) non Erichthonii regno, ut Marmor, sed Amphictyonis assignavit, et in Canon. Euseb. vidimus primo loco Danaides et Danaum poni 7 annis superiores, altero 12, tertio 19 annis posteriores quam in Marmore. Eædem fere differentiæ de nostra quoque epocha reperiuntur. Etenim quod Euseb. p. 135 ferrum sub Erichthonio inventum dicit, id bene quadrat cum Thrasylli computatione, qui ap. Clem. Alex. (Strom. I, p. 335 ed. Colon.) Idæ incendium et ferri inventionem refert ad a. P. J. 3274 (Scalig. Can. Isag. II, p. 175), i. e. sec. Euseb. ad annum 48 Erichthonii. In canone autem Euseb. Arm. Dactylos Idæos ponit a. 18 Pandionis; qui posterior computus ab altero distat annis 20; quæ differentia uno tantum anno major est, quam illa ep. 9 notata. Sic igitur in Marmore res tribuenda foret a. 5 vel 6 Pandionis.

Verum non solum ferri inventio, sed etiam regnum Minois nostra epocha memoratur. Euseb. Armen. Minoem ponit Pandionis 26. (Euseb. Scal. ejusdem a. 32.) Hic computus ab Marmoris numero circa 20 annos distaret. Eandem differentiam vidimus in rebus Danaidum. Ideoque in rebus nostræ epochæ omnes istas diversitates computationis habes, quæ ep. 9 occurrunt. Sed vel Nostri rationes Eusebio non incognitæ fuisse videntur; nam ad annum 7 Pandionis ponit fratres Minois, Rhadamanthum et Sarpedonem. Hæc igitur sunt cur mutandos censeam numeros a Prideauxio, Chandlero, Bœckhioque datos; qui omnes rem cum Eusebio Scaligeri rem assignant Pandionis a. 32, P. J. $\frac{3282}{3283}$, ante Olymp. 1 $\frac{756}{765}$; quamquam bene sentit Bœckhius hæc non satis apta esse. Jam si rem septimo Pandionis anno tri-

Digitized by Google

buimus, in canone nostro scribendum foret ita

[1193]	[3257]	[680]	Pandion
(1192)	(3258)	(679)	an. 7.

Epoch. 12. vs. 23, 24.

Vs. 23. Palmer. conjecit : καὶ πρ[ίνινον ἐ]πρά[ϋνε τὸν βίον πρ]ώτη δ[ιὰ Τ]ριπτόλεμον, i. e. *iliceum mansuefecit vivendi genus per Triptolemum.* Quod prorsus absurdum. Prideauxius : καὶ πρ[ὸς ἄλλους ἔπεμψε πρ]ώτη δ[ιὰ Τριπτόλεμον. Ad hæc Bœckhius : « Literis superstitibus parum convenit; nec probabiliter Triptolemus dicetur fruges prius ad alios transmisisse quam eas in Rario seminasset campo (ep. 13). Quod de meo dedi, consentaneum rei; verbum ἐπράχθη ne fortius quam pro rerum ratione esse censeas, insigne nota molimen cum successu effectum; in quo commodum est ἐπράχθη, ut si dicitur ἐπράχθη τοῦτο τὸ ἔργον. » Sed, ut ingenue fatear, minime placet illud πρ[όπειρα ἔ]πρά[χθη πρ]ώτη; neque tamen melius quidquam habeo.

In iis quæ deinceps apud Bœckhium leguntur, δειξάντων Τριπτολέμου τοῦ Κελεοῦ καὶ Νεαίρας, vox δειξάντων fortasse typothetæ errore exstat pro δείξαντος, quum illud καὶ Νεαίρας nonnisi ad significandam Triptolemi matrem (quæ vulgo dicitur Μετάνειρα) appositum esse possit.

De re v. Apollodor. I, 5, 1; III, 14, 7, ibique Heynium; Diodor. I, 29.

Tatianus et Euseb. in Præp. Evang. rem evenisse referunt sub Lynceo, rege Argivorum, qui ap. Euseb. regnare incipit a. 14 Pandionis, desiit a. 14 Erechthei. Euseb. Arm. in Canone Triptolemum ponit a. 32 Pandionis; et septem annis post, a. 39 Erechthei, raptum Proserpinæ.

Epoch. 13. vs. 24–25.

Verba ὁ Κελεοῦ spatii explendi causa addidit Bœckhius; καρπόν est Palmerii. Præterea Prideauxius cum eoque Bœckhius Γ mutaverunt in Π, quoniam numquam duæ epochæ in eundem annum referrentur. Quæ ratio num valeat, peritiores dijudicent. Rem in eundem annum cadere, in quem id quod ep. 12 memoratur, consentaneum; atque hominem nostrum Parium in Cereris rebus prolixiorem fuisse, ideoque duas res eodem anno gestas separatim retulisse non est absonum. Et sine dubio magnum hic annus erat in vetustiore chronologia παράπηγμα. Quod quidem in Marmore nostro ex multis fontibus conflato jam non accurate agnoscere licet. Sed non magna opus est mutatione. Sumas epocham nostram non cadere in annum 632, sed in 630 ante Olymp. 1. Tum igitur ab Olymp. 1 distat a. 10 × 63, porro ab æra Trojana (441 ante Ol. 1) a. 3 × 63.

De campo Rario prope Eleusinem Pausan. I, 38, 6 : Τὸ πεδίον τὸ Ῥαρίον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρποὺς, καὶ διὰ τῶν οὐλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαί σφισι καὶ ποιεῖσθαι πέμματα ἐς τὰς θυσίας καθέστηκεν. Suidas : Ῥαριὰς, ἡ Δημήτηρ. Ῥάρος γὰρ ἔσχεν υἱὸν Κελεόν. Κελεὸς ὄ, Τριπτόλεμον· ὁ δὲ Ῥάρος πλανωμένην τὴν Δημήτρα καὶ ζητοῦσαν τὴν κόρην ὑπεδέξατο ἐν τῷ οἴκῳ· ὑπὲρ τῆς τοιαύτης οὖν χάριτος ἡ Δημήτηρ τὸν ἀπόγονον Ῥάρου Τριπτόλεμον ἐδίδαξε τὴν τοῦ σίτου γεωργίαν.

Epoch. 14. vs. 25 – 27.

Primam lacunam Chandlerus explevit ita : [ἀφ' ο]ὗ [Ὀρφεὺς τὴ]ν; quod ob vacuum in Marmore spatium amplificavit Bœckhius. Idem ad extrem. vs. 25 annotat hæc : « Videntur plura periisse : versus enim apud Seldenum valde brevis est. Quod ego dedi sequitur literarum vestigia. Κόρης ἁρπαγὴ καὶ Δήμητρος ζήτησις coeveniunt Orpheo; v. Lobeck. Aglaopham. p. 546, 827 sqq., 818 sqq., et nota Orphei carmen circumlatum esse Δήμητρος πλάνας. Mox Chandlerus : Καὶ τ[ὴ]ν αὐτοῦ [κατάβασιν καὶ μύθους] τῶν, etc., hoc μύθους Prideauxio acceptum referens. Orphicus liber fuit Κατάβασις ἐς ᾅδου (Lobeck. Aglaoph. p. 373) : sed τὸν, non τὴν lapis habet : igitur dedi καὶ τὸν αὐτοῦ [καταβαθμὸν ἐς ᾅδου. Μύθους vero ferri non potest, nam in lapide est ΘΟΣΤΩΝ; debebatque certe μύθους τοὺς περὶ τῶν etc. dici; nec μύθων mentio auctoris videtur ingenio convenire, qui satis credulus. Primum conjeceram πάθος, condicionem, quasi τὸ θεῖον πάθος eorum qui apud inferos sunt; postea prætuli γῆθος, quo verbo in soluta oratione utitur Plutarch. Ages. c. 29. Viderat Orpheus apud inferos ex illis, qui Cereris fruges acceperant, unum et alterum jam defunctum, iisque fruentem deliciis, quæ ex istius sectæ disciplina initiatorum propriæ sunt (Plato Rep. II, p. 363, C; cf. Lobeck. p. 806). »

Orpheum Noster ponit Erechthei a. 25; eodem fere anno (a. 23 Erechthei) Euseb. Arm. N. 642 notat Eumolpum. Tatianus Orpheum et Musæum collocat sub Prœto Argivo, qui imperium suscipit a. 39 Erechthei regnatque per 17 annos. Tatianus igitur Orpheum ad minimum 14 annis seriorem facit quam lapis. Euseb. Arm. Orpheum memorat sub a. 13 Ægei, qui computus a Nostro plus 100 annis distat. Etenim maximus est veterum dissensus de antiquissimis illis poetis, Orpheo, Eumolpo (v. ep. 15), Philammone, Thamyre. Quod de uno, idem de ceteris valet. Quan-

Digitized by Google

atque fuerit fabularum temporumque confusio, ex eo optime intelligitur, quod veteres, ut ex iis tricis sese elaquearent, plures Eumolpos statuerunt, quorum primus ab ultimo quinque generationibus est sejunctus. Schol. ad Œdip. Col. 1053 : Ἀκεστόδωρος δὲ πέμπτον ἀπὸ τοῦ πρώτου Εὐμόλπου εἶναι τὸν τὰς τελετὰς καταδείξαντα, γράφει οὕτως · κατοικῆσαι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἱστοροῦσι πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας τοὺς μετὰ Εὐμόλπου παραγενομένους πρὸς βοήθειαν κατὰ τὸν πρὸς Ἐρεχθέα πόλεμον · τινὲς δέ φασι καὶ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν τὴν συντελουμένην κατ' ἐνιαυτὸν ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρι καὶ Κόρῃ. Ἄνδρων μὲν οὖν γράφει οὐ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, ἀλλ' ἀπὸ τούτου Εὔμολπον πέμπτον γεγονότα. Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκα, τοῦ δὲ Εὔμολπον · τοῦ δὲ Ἀντίφημον · τοῦ δὲ Μουσαῖον τὸν ποιητήν, τοῦ δὲ Εὔμολπον τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν, καὶ ἱεροφάντην γεγονότα.

Quæ quum ita sint, vix definiri potest cuinam Erechthei anno Marmoris auctor ep. 15 Eumolpum, mysteriorum conditorem, assignaverit. Etenim numerus in lapide mutilus est. Suspicor Nostrum posuisse Eumolpum eodem anno, quo Tatianus posuit Orpheum, sicut Euseb. Eumolpum memorat eodem tempore, quo Noster Orpheum. Inde sequeretur Eumolpum ponendum esse post a. 39 Erechthei; ad minimum 14 annos post epoch. 14.

Epoch. 15. vs. 27-28.

Seldenus quum in lapide legeret literas NOY, supplevit : ἀφ' οὗ Καύκων ὁ Κελαινοῦ, nisus loco Pausaniæ (IV, 1, 4), ubi hæc : Πρῶτοι βασιλεύουσιν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ (in Messenia) Πολυκάων ὁ Λέλεγος καὶ Μεσσήνη γυνὴ τοῦ Πολυκάονος. Παρὰ ταύτην τὴν Μεσσήνην τὰ ὄργια κομίζων τῶν μεγάλων θεῶν Καύκων ἦλθεν ἐξ Ἐλευσῖνος, ὁ Κελαινοῦ τοῦ Φλυοῦ. Deinde legit τοῦ [πλαιοῦ Μ]ουσαίου. Sed quum in aprico sit, nostra epocha de Eleusiniorum mysteriorum conditore agi, recte Prideauxius observavit Seldenum facili errore NoY legisse pro AIOY; idem locum sic restituit, uti nunc legitur.

De Musæo v. Passov. Introduct. in Musæum. De Eumolpo cf. Hesych. et Photii Lexica s. v. Εὐμολπίδαι. — De anni numero v. ad ep. 14.

Epoch. 16. vs. 29-30.

Bœckhius : « Seld. putabat de lustratione urbis agi ob Androgei cædem instituta, quæ res notante Palmerio potius ad ep. 19 pertinet. Nihilominus Prid., quem Chandler. sequitur, scripsit : καθαρμὸς πρῶτον ἐγένετο [διὰ φόν]ου, urbis lustratio cæde *piacularium hominum* (καθαρμάτων) perfecta. Reliqua intacta reliquere priores. Mellius Palm. conjecit : ἐγένετο [φόν]ου, quod dedimus. Agitur de prima *homicidæ* lustratione. Tum ΓΡΩΤΩΙΑΟΝ manu ducit ad πρώτω[ν] Ἀθηναίων, et EANT ad καθηράντων : quæ quum mihi viderer recte invenisse, addidi insuper Ἡρακλέα. Deferimur enim jam in Herculis ætatem ; Herculisque in gratiam instituta minora Eleusinia, quibus initiatus est et simul ob Centaurorum cædem lustratus. Diodor. IV, 14 (ubi vide Wess.) : Δημήτηρ πρὸς τὸν καθαρμὸν τῶν Κενταύρων φόνου τὰ μικρὰ μυστήρια συνεστήσατο τὸν Ἡρακλέα τιμῶσα. Apollodor. II, 5, 12. »

At literæ suppletæ non conveniunt spatio lacunarum (v. autograph.); deinde offendere debet, quod ex Bœckhii ratione Herculis lustratio omnium prima fuisse diceretur ; certe non memini hoc uspiam in vett. fabulis elatum esse ; immo prima cædis lustratio fuisse narratur illa Ixionis, Antionis vel Leontei filii. Quapropter ego ex relictis literarum vestigiis IAION eruendum censeo nomen ΙΞΙΟΝΟΣ et in EAN latere vel ΑΕΟΝΤΕΩΣ vel ΑΝΤΙΩΝΟΣ. Itaque scriberem fere sic : ἀφ' οὗ καθαρμὸς πρῶτον ἐγένετο [φόν]ου, πρώτο[υ] Ἰ[ξ]ίον[ος, Α]εοντ[έως, (vel Ἰξίο-νος, Ἀντίωνος) ἐμφύλιον ἄνδρα κτανόντος, vel ὑπὸ Διὸς ἀγνισθέντος, vel tale quid.

De Ixione vide Schol. Apollon. Rh. III, 62, Schol. Pindar. Pyth. II, 39, Diodor. IV, 69, Apollodor. I, 8, 2, Hygin. Fab. 155. Cf. O. Müller. Orchom. p. 195, Eumenid. p. 137, Welcker. Trilog. p. 547 sqq.

Numerus, cujus in marmore non nisi postrema pars (ΔII) superest, notante Lydiato non alius esse potest nisi 1062.

Epoch. 17. vs. 30-32.

Priores editores in fine versus 30 novam epocham incipere crediderunt. Sed rectissime Bœckhius monet spatio relicto non posse id suppleri, quo opus esset si ibi finiretur epocha. « ΑΦΟΥ, inquit, debet corruptum censeri, et in promptu est K]ΑΙΦ[ΥΣΙΑ. Lycaon, qui deinceps Lycæa dicitur instituisse, infamis est scelesto infantis immolandi instituto, diu isto retento ; utraque res eidem Lycaoni diserte tribuitur a Pausania VIII, 2. At is, quem Pausanias intelligit, Cecropi I æqualis fertur ; Noster Lycæorum auctorem ad ep. 17 rettulit : consentaneum est, quum in Lycæis immolatus infans sit, eidem Lycaoni eidemque ætati a Nostro etiam hujus sacrificii originem tribui. Ad hanc sententiam Palmerius quoque direxit supplementum : ἀφ' οὗ [ἀνθρωποθυσί]αι [καὶ] etc. Sed nos quod non agnoscimus illud ἀφ' οὗ, ad vocem θυσία, quam posuimus, ex

Digitized by Google

Pausaniæ loco addimus βρέφους ἀνθρώπου, et deinceps supplemus κ]αὶ. Post AI nulla videtur lacuna esse, cujus speciem Seldeno obtulerit diductior scriptura. Mox quod dedi αἱ ἐκκηρύξεις τοῦ Λυκάονος, id certum judico; dicitur *de præconibus novos ludos per Græciam nuntiantibus.* Ἐν ante τοῖς, et ἔτῃ præbuit Palmerius. Pro N in loco numeri temporum computus postulat Δ, et cave id in ΔΙ dissolvas, nisi enim ante N majorem lacunam statuas, fieri illud non potest. »

Ad quæ moneo Bœckhii supplementum minime cadere in spatia lacunarum, neque omnino certum esse num de sacrificiis humanis h. l. sermo fuerit. Locus Pausaniæ ab eo excitatus hic est VIII, 2, 1 : Λυκάων ὁ Πελασγοῦ τοσάδε εὗρεν ἢ ὁ πατήρ οἱ σοφώτερα. Λυκοσούραν τε γὰρ πόλιν ὤκισεν ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ, καὶ Δία ὠνόμασε Λυκαῖον, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λύκαια· οὐκ ἔτι δὲ τὰ παρ' Ἀθηναίοις Παναθήναια τεθῆναι πρότερα ἀποφαίνομαι. ... Δοκῶ δὲ ἔγωγε Κέκροπι ἡλικίαν τῷ βασιλεύσαντι τῶν Ἀθηναίων καὶ Λυκάονι εἶναι τὴν αὐτὴν ... Λυκάων δὲ ἐπὶ τὸν βωμὸν τοῦ Λυκαίου Διὸς βρέφος ἤνεγκεν ἀνθρώπου, καὶ ἔθυσε τὸ βρέφος, καὶ ἔσπεισεν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τὸ αἷμα· καὶ αὐτὸν αὐτίκα ἐπὶ τῇ θυσίᾳ γενέσθαι λύκον φασὶν ἀντὶ ἀνθρώπου ... Λέγουσι γὰρ δὴ, ὡς Λυκάονος ὕστερον δή τις ἐξ ἀνθρώπου λύκος γένοιτο ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τοῦ Λυκαίου Διὸς, γίγνοιτο δὲ οὐκ εἰς ἅπαντα τὸν βίον· ὅποτε δὲ εἴη λύκος, εἰ μὲν κρεῶν ἀπόσχοιτο ἀνθρωπίνων, ὕστερον ἔτει δεκάτῳ φασὶν αὐτὸν αὖθις ἄνθρωπον ἐκ λύκου γενέσθαι, γευσάμενον δὲ ἐς ἀεὶ μένειν θηρίον.

Ex his supplere liceret : Καὶ Λυκοσ]ούρ[αν ὤκισεν ἐν τῷ Λυκ]αί[ῳ. — Vox ἐκκήρυξις, quam Bœckhius dedit, alias non occurrit. Fortasse fuit ἐκεχειρίαι. — Ceterum de Lycaone v. Apollodor. III, 8, 1, 2; cf. O. Müller. Dor. I, p. 306, 372.

Lycæa Euseb. ponit N. 876 a. P. J. 3573, longe post epoch. Marmoris.

Epoch. 18. vs. 32-33.

Prideaux. : ἀφ' οὗ κα[θαρσία ἐγένετο Ἀθήν]ησι [κ]αὶ Ἡρακλῆς [ἐμυήθη ἐν Ἄγραις πρ]ῶ[τος καὶ ἔ]δος[ἐποιήθη ἔτη Χ ... Perperam. Eandem sententiam paullo aliter expressit Chandler. Bœckhius Olympiorum institutionem hoc loco relatam esse putans ΗΣΙΑΙ mutavit in ΗΛΙΔΙ et ΔΟΣΤ in ΔΙΟΣ ΕΤ, ideoque dedit : ἀφ' οὗ κα[τερ]γασάμενος τὰ ἐν] Ἡ[λ]ι[δ]ι Ἡρακλῆς [τὸ τέμε]ν[ος καθιέρ]ωσε τοῦ] Δ[ι]ὸς [ἔ]τ[η] ΧΔΔΔ .. Sed plura hæc sunt quam lacunæ admittunt; neque tempora rei satis accommodata. Itaque quum tota res incertissima sit, suo quisque ingenio indulgens lacunas expleat. Ne tamen ἀσύμβολος discedam, moneo rem nostra epocha positam, quæcunque fuerit, referri ad Ægei a. 1-12. Jam Euseb. Arm. Ægei anno 9 assignat Argonautas; quorum mentio in Chronico nostro non minus desideratur quam illa Olympiorum. Quidni igitur locum ita restaxeris, ut Hercules et Argonautæ in eo componantur? Quod quomodo efficiendum indicatur literis superstitibus: ΗΣΙΑΙ; in iis latet ΜΑΓΝΗΣΙΑΙ. Itaque lacunas expleo hunc in modum: ἀφ' οὗ κα[τελί]π[η ἐν Μαγν]ησίᾳ Ἡρακλῆς [ἀπὸ τῶν] [Ἀργοναυτ]ῶ[ν καὶ Ἰάσον]ος ἔτη etc. Quæ quidem cum lacunis a Bœckhio notatis optime concinunt. Superstitem literam Γ mutavi in Π, et in fine dedi ΝΟΣ pro ΔΟΣ.

De Hercule ad Aphetas in Magnesia relicto Herodot. VII, 193 : Ἔστι δὲ χῶρος ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ τῆς Μαγνησίας, ἔνθα λέγεται τὸν Ἡρακλέα καταλειφθῆναι ὑπὸ Ἰήσονος καὶ τῶν συνεταίρων etc. Apollodor. I, 9, 19; Schol. Pind. Pyth. IV, 301; Schol. Apollon. Rh. I, 1168, 1289; Hygin. Fab. 14; Stephan. Byz. v. Ἀφεταί.

Jam si recte statui de Argonautarum hic ag expeditione, licet eam cum Eusebio Arm. tribuere Ægei anno 9. (Eusebius ex Scalig. nota a. 12 Ægei), ante Olymp. 1 a. 723, ante Trojam capt. a. 91; quod satis convenit calculis Apollodori (vide ad ep. 7). qui 1½ cyclos numerat a Troja capta ad Argonautas. — Alium computum sequitur Euseb. N. 784, ubi ad Thesei an. 2 dicit : *Medea Colchis discessit;* Argonautæ igitur circa 40 annos posteriores ponuntur quam Nostro. Cum his componere licet Apollod. II, 6, 3, 4 : Καθ' ὃν δὲ χρόνον ἐλάτρευε (Ἡρακλῆς) παρ' Ὀμφάλῃ, λέγεται τὸν ἐπὶ Κόλχους πλοῦν γενέσθαι, καὶ τὴν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου θήραν, καὶ Θησέα παραγενόμενον ἐκ Τροιζῆνος τὸν Ἰσθμὸν καθῆραι.

Quod Olympiorum institutionem attinet, Apollodorus eam posuisse debet uno cyclo vel 63 annis ante æram Trojanam (v. ad Apollod. fr. 72). Quocum quadrat Syncellus, qui alios dicit Olympia ab Hercule instituta tradere 470 a. ante Ol. 1 (= 62 a. ante Apollodori epocham Trojan.; a. 36 Ægei, sec. Euseb., qui ibi Herculis certamina commemorat), alios vero a. 430 (= a. 28 Thesei sec. Euseb.), 40 annis post. Igitur eandem habes diversitatem quam in expeditione Argonautarum, a qua Olympia sejunguntur epocha dimidia. — Thrasyllus ap. Clem. Alex. Strom. I, p. 336 Herculis Olymp. ponit a. Thesei 18 (P. J. a. 3497; v. Scalig. Isag. tempp. II, p. 175); quod ab Euseb. et Hieronym., qui rem collocant ad Thes. a. $\frac{28}{29}$, differt 10 annis. Dissensus inde videtur explicandus esse, quod alter a Troja capta, alter ab expeditionis anno in calculis suis proficisceretur.

Digitized by Google

Epoch. 19. vs. 33-34.

Σπάνι]ς et [τοῖς] Ἀθην[αίοις Ἀπό]λλων dedit Palerius, ἔ[χρησε Bœckhius; Palmer. proposuit [ἔ]κεν, Chandler ἠ[νάγκασεν. De re iisdem fere erbis Diodor. IV, 61: Εἶθ' ὁ μὲν θεὸς ἔχρησεν, ἐὰν ῦ Ἀνδρόγεω φόνου τῷ Μίνωϊ δίκας δῶσιν, ἃς ἂν ετνος δικάσῃ. Cf. Apollodor. III, 15, 8, Plutarch. hes. 15, Pausan. I, 1, 1; I, 27, 9, Euseb. Præp. v. V, 19, ubi Apollinis oraculum exstat hisce erbis conceptum :

Λοιμοῦ καὶ λιμοῦ τέλος ἔσσεται, ἢν περ ἑαυτῶν
σώματ' ἀπὸ κλήρου ἄρρεν καὶ θῆλυ νέμητε
Μίνωϊ εἰς ἅλα ὅταν ἀποστέλλοντες, ἀμοιβὴν
τῶν ἀδίκων ἔργων· οὕτω θεὸς ἵλαος ἔσται.

Euseb. Minois maritimum imperium ponit a. 31 Ægei; cædem Androgei a. 2 Thesei.

Epoch. 20. vs. 34-36.

Vs. 35 ex literis superstitibus ΑΠΡΕΩ Bœckhius eruit ἀπέδωκε. Prideaux. dederat : καθέστηκεν. Idem Bœckhius dedit ἀπογενόμενος Ἀθηνῶν. « Manifesto dictum erat, inquit, Theseum Isthmia instituisse *relictis Athenis*, sive is sponte excessisse Nostro visus, sive ostracismo ejectus, ut fabulantur. » Palmer. conjecerat : νομογράφος καὶ πολέμαρχ]ος Ἀθηνῶν. Prideaux. : ἑαυτοῦ βασιλέυοντ]ος Ἀθηνῶν. Chandler : δημοκρατίαν [πρῶτος καθεστηκώ]ς Ἀθηνῶν.

De re v. Thuc. II, 51, Diodor. IV, 61, Plutarch. Thes. c. 24, Strabo IX, 1, 20. Plura in Meursii Theseo, Ultraj. 1684, 4 et in Gronov. Thes. tom. X.

Quod Noster ad Thesei a. 2 collocat, idem Euseb. Pontac. ponit Thesei a. 1, Euseb. ap. Scal. a. 5., Hieronym. Can. ap. Scalig. a. 18. Euseb. Arm. ad Thesei a. 22 notat : *Thesεus Athenis profugit.*

Epoch. 21. vs. 36-37.

Chandler. dedit : ἀπὸ τῆς Ἀμυον[ίας] τῆς πρώτης. Ad hæc Bœckh. : « Debebat certe Ἀμμονιάδος esse. Sed quamquam mature in Græcia, etiam Athenis, cultus Ammon (v. Œconom. civ. Athen. tom. II, p. 257 sqq. coll. p. 411), tamen nemo novit Ἀμμονιάδα τὴν πρώτην, ut novimus Ὀλυμπιάδα, nec dubito, quin Seldenum fefellerint oculi. AMMON ubi legit, scriptum erat ΑΜ[ΑΙ]ΟΝ. Sub Theseo enim Amazones in Atticam irrupisse ferebantur; et in promptu est supplere : ἀπὸ τῆς Ἀμ[αζ]όν[ων εἰς] τὴ[ν Ἀττικὴν στρατείας, ut ex Thrasylli Chronico dixit Clemens Strom. I, p. 336 : Εἵς τε τὴν Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας στρατείαν, vel si mavis ἐπὶ τὴν Ἀττικήν, ut de eadem re fabulis celebratissima dixit Plato Menex. p. 239, B. »

Apud Clementem l. l. leguntur hæc : Ἀπὸ Περσέως στρατείας ἐπὶ Ἰλίου κτίσιν, ἔτη τριάκοντα τέσσαρα, ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν εἰσπλουν τῆς Ἀργοῦς, ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα· ἐκ τούτου ἐπὶ Θησέα καὶ Μινωταῦρον, ἔτη τριάκοντα δύο· εἶτα ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, ἔτη δέκα· ἐπὶ δὲ τὸν Ὀλυμπίασιν ἀγῶνα, ὃν Ηρακλῆς ἔθηκεν ἐπὶ Πέλοπι, ἔτη τρία· εἰς δὲ τὴν Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας στρατείαν καὶ τῆς Ἑλένης ὑπὸ Θησέως ἁρπαγὴν, ἔτη ἔννεα.

Thrasyllus igitur ab Argonautis ad Amazonum bellum numerat a. 54, Noster (ab Ægei a. 9 — Thes. a. 5) a. 44. — Euseb. rem ponit a. 30, Latinus Hieronym. Can. a. 29 Thesei. Verum quum Thrasyllus conjungat Helenæ raptum et Amazonum bellum, Helena autem ab Hieronymo Thesei a. $\frac{4}{6}$ rapta dicatur, hoc ex eodem computo fluxisse videtur, cui Noster addictus erat.

Epoch. 22. vs. 37-38.

Palmer. supplevit : Ἀργεί[ω]ν εὖ Ἄδρασ[τος καὶ Ἀμφιάραος ἐ]βασίλευσαν. Quæ retinuit Prideaux., nisi quod pro inepto isto εὖ poneret Ἐτέοκλος. Chandler. dedit : ἀφ οὗ Ἀργεῖοι[σιν] Ἄδραστος ἐβασίλευ[ε]ν, ΝΕΥ mutato in ΣΙΝ. Probabilius locum restituit Bœckh. « Ludorum Nemeorum institutio, inquit, ex nota fabula tributa est Septem ducibus, qui in itinere erant Nemeam delati. Manifesto igitur scribendum : ἀφ' οὗ Ἀργεῖοι [μ]ε[τ'] Ἀδράσ[του ἐπὶ Θή]βας [ἐστράτ]ευσαν. Quum Seldenus agnosceret literas ΒΑΣ et ΕΥΣΑΝ, nata ei species, quasi ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ legeretur : ac videtur ex ΒΑΣ aberrasse ad ΕΣ, quod ideo omiserit, ΙΛ autem sumsisse pro obliterato ΤΡΑΤ, quod arctius scriptum fuerit. Nam etiam quæ incredibilia esse putes, credibilia reddet v. 66. »

Ἐ]ν [Νεμέ]ᾳ est Palmerii; ἔ]θ[εσ]αν Chandleri, pro qua voce Palmer. dederat συν]ήθ[λευσ]αν. Verba τῷ Διί, ut spatium expleret, adjunxit Bœckhius, etiam ἐπ' Ἀρχεμόρῳ locum habere posse monens.

De Septem contra Thebas expeditione nota sunt omnia. De institutione Nemæorum v. Pausan. II, 15, 2, Apollod. III, 6, 4.

Euseb. rem notat Thesei a. 2. vel 3, ideoque bello Amazonum superiorem facit; cf. etiam locum Thrasylli (ep. 21).

Epoch. 23 vs. 38-39.

Supplementa sunt Seldeni. De canone vide ep. 24.

Epoch. 24. vs. 39-40.

Post δευτέρου lapicidæ incuria excidit εἰκοστῷ, ut jam Seldenus vidit.

Digitized by Google

Quod attinet æram Trojanam, tot obruimur et tam diversis veterum scriptorum computationibus, ut singulas enumerare negotium sit tædii plenum, eas vel probare vel improbare res vana nec vacua ab arrogantia. Nam nemo hodie nescit quænam fides his habenda sit omnibus. Sed quum rationes nostræ ita ferre soleant, ut certus quidam Trojano bello numerus assignandus sit, eorum maxime computos sequimur, qui in ipsa antiquitate summam diligentiæ et eruditionis in his rebus laudem abstulerunt. Atque in universum viri docti legem quasi scripserunt, nihil in mythicæ ætatis chronologia nobis relictum esse nisi Alexandrinorum computationes quantum ejus fieri posset restituere; contra in examen eas vocare inutile esse et temerarium. Nam niti eas monumentis pervetustis. His adjutos et magna doctrinæ copia variisque priorum scriptorum conaminibus Alexandrinos præ ceteris potuisse probabilem aliquam chronologiam constituere. — Longe absum ut hæc reprehendam. Neque tamen propterea reliquorum testimonia, ut plerumque fit, negligenda sunt. Nam antiquiorum quoque auctorum sententiæ non meræ fuerunt conjecturæ, sed item profectæ sunt ex rationibus vetustarum ἀναγραφῶν, quibus sane eadem auctoritas concedi debet ac catalogis regum Lacedæmoniorum. Omnes enim isti recensus, seriore demum ætate confecti, carent fide historica. Neque tamen verisimile est, auctores ἀναγραφῶν in constituendis regum imperiis prorsus indulsisse fingendi libidini, sed conjecturæ suæ certis quibusdam legibus moderari debuerunt. Quæ vero fuerint istæ leges, ex annis singulis regibus tributis vix cognosci poterit; magis in ea re adjuvabimur observandis temporum distantiis, tum iis quibus magna historiæ παραπήγματα apud eundem scriptorem distinentur, tum iis, quæ de eodem facto apud diversos historicos deprehenduntur. Quid vero ad talem disquisitionem instituendam commodius sese offert quam variæ illæ de Trojana epocha scriptorum sententiæ? Igitur paullo uberius de iis agemus. Sed antequam de *anno* Trojæ captæ sermonem faciamus, nonnulla de *die* excidii præmittenda sunt.

Plurimi Trojam eversam aiunt die *septimo* vel, quod eodem redit, die *octavo* Θαργηλιῶνος φθίνοντος aut ἱσταμένου. Plutarch. Camill. c. 19 : Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασιν. Callisthenes apud Schol. Eurip. Hecub. 895 : Καλλισθένης δευτέρῳ Ἑλληνικῶν· Ἑάλω δὲ ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς, ὡς μέν τινες ἱστορικῶν τῇ η' ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα (γράψας), τῇ η' φθίνοντος. Διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτη, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη.

Μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. Clem. Alex. Strom. I, p. 381 Pott., p. 139 Sylburg.: Ἀγίας καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς Πανήμου (mens. Macedonici, qui respondet Thargelioni et Scirophorioni, v. Clinton. F. H. tom. III p. 354, i, et p. 359) ὀγδόῃ φθίνοντος ... καί τινες τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων ὀγδόῃ φθίνοντος τοῦ τελευταίου ἔτος Μενεσθέως ... ἕτεροι Σκιροφοριῶνος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Trojam captam referunt. Dionys. Hal. Archæol. I, p. 51, 4 : Ἴλιον ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ ἔαρος (sic recte Scalig. pro vulgata θέρους) ἑπταικαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὃς Ἀθηναίοις τοὺς χρόνους ἄγουσι. (De quo loco plura disserit Bœckh. ad nostram ep.) Lysimachus ap. Schol. Eur. Hec. l. l. posuit Thargelionis diem *decimum*, si quidem numerus integer est.

Ab his distinguendi sunt Hellanicus et Duris et Dinias Argivus (Tzetz. Posth. 780; Clem. Alex. l. l.), qui ex Argivis sine dubio ἀναγραφαῖς Trojam captam narrant Thargelionis die *duodecimo*, πληθυούσης σελήνης. Quamvis enim plenilunium cadat in diem XIII vel XIV mensis lunaris, pertuit tamen, notante Bœckhio, in aliquo cyclo etiam in diem decimum ejus mensis cadere. « Itaque, Bœckhius ait, Hellanicus hunc diem dedit, quod traditum ab aliquo poeta erat, plenilunium fuisse quum caperetur Troja. Neque alia caussa est, quare diei XIII Gamelionis cædes Agamemnonis tributa sit, nempe plenilunio eam accidisse fabulati sunt haud dubie. »

Videmus igitur Trojæ excidium a vett. relatum esse ad omnes lunæ luminum varietates, tum ad lunam crescentem, tum ad plenam, tum ad decrescentem; quibus respondent fere in mense lunari 29 dierum, dies septimus, decimus quartus, vicesimus primus. Hi numeri neque plane fortuiti sunt, neque accuratissima rerum computatione reperti, sed ex ipsa fluxerunt Græcorum religione. Plurima enim ac præcipua antiquæ Græciæ festa arcto vinculo conjuncta erant cum anni vicissitudinibus et cum lunæ in quovis mense varietatibus. In iis vero duo potissimum numeri maximi sunt momenti, septenarium dico et nonarium, quos jure nominaveris *sacros*. Quæ eorum fuerit vis, cognoscere licet ex festis nonnullis Jovis et Apollinis, cujus dei cultus magnam saltem partem ex antiquiore illo Jovis Pelasgici profectus est. Sic in festis Apollineis ubique

Digitized by Google

regnat Apollo iste ἑβδομαγέτης; de quo v. Plutarch. Sympos. VIII, 1, 2, p. 342, Ei; 17, p. 238, Proclus ad Hesiod. Op. 767, Dionys. Hal. Ars Rhet. 3, p. 243 Reisk. coll. Valcken. De Aristob. Jud. § 37, p. 13, citante O. Müllero in Dor. I, p. 329. Nam nascitur deus secundum Delphorum fabulam *septimo* die Munychionis mensis (qui primus est ex novem illis anni Apollinei. Plutarch. Quæst. Gr. 9), vel, uti Delii ferebant, eodem die Thargelionis (Diog. Laert. III, 2, 2, 44; Apollodor. fr. 89). *Septimo* die Munychionis draconem interficit (Schol. Pind. Pyth. arg.), eodemque die theoria Delphica Tempe proficiscitur, et Athenienses *quattuordecim* pueros mittunt Cretam (v. Müller. l. l.); septimo Thargelionis die Athenis in aliisque Græciæ urbibus magnum Thargeliorum festum celebratur. Hic est dies ille Trojæ excidii, hic porro dies natalis virorum celeberrimorum, Socratis et Platonis (Apollod. fr. 82, 89; cf. fr. 95, ubi Epicurus die septimo Gamelionis natus esse dicitur); hoc denique Thargelionis die Persas ad Granicum vincit Alexander, Carthaginienses sternuntur a Timoleonte, atque omnino faustus dies est Græcis, barbaris nefastus (Plutarch. Camill. 19). Eodem die septimo ejusdem mensis in Bœotia celebrantur Daphnephoria, ut Müllerus statuit, sicut eodem die Boedromionis et Pyanepsionis cognomina ab Atticis festa aguntur (Müller. p. 231 sqq.). — Cum his cohæret quod Spartanorum reges Apollini sacra faciunt νουμηνίας ἀνὰ πάσας καὶ ἑβδόμας ἱσταμένου τοῦ μηνὸς Herodot. VI, 57. Quare ipse deus audit νουμήνιος Philochor. fr. 178, 181; cf. Schol. ad Aristoph. Plut. 1127: Ἔξω γὰρ τῶν ἑορτῶν ἱεραί τινες τοῦ μηνὸς ἡμέραι νομίζονται Ἀθήνησι θεοῖς τισὶν, οἷον νουμηνία καὶ ἑβδόμη Ἀπόλλωνι. Etiam plenilunii dies sacer erat Apollini (v. c. in Zacyntho, Plutarch. Dion. c. 23). Itaque omnes mensium hebdomades ad Apollinem referebantur. — Præter hæc alia multa congeri possunt, quæ septenarii numeri auctoritatem comprobent. Ut paucis defungar, memoro septem illos pueros totidemque puellas, qui in Delphinium mittebantur, illos qui apud Sicyonios Apollinem et Dianam placabant (Pausan. II, 2, 2), illos denique quos Corinthii mittebant in templum Junonis (Schol. Eur. Med. 273, Pausan. II, 3, 6, Philostrat. Her. 19, 14; cf. Müller. Eumenid. p. 141). Huc spectant Solis filii septem et Helena (Σελήνη) ἑπταετὴς a Theseo, Æthræ filio, rapta (Plut. Theseus 14, v. Hellan. fragm. 74), et βοῦς ἑβδόμος, πόπανόν τι τῶν θυομένων οὕτως ἐν ταῖς ἀγωτάταις Ἀθήνησι θυσίαις (v. Clitodem. fr. 16). Addas alia innumera, quæ hunc numerum revocent in historia Bœotiæ, ex qua regione plurimi festorum cycli et accuratior temporum computatio ad reliquos Græcos perve nisse videntur. Sic Müllerus De Minyis p. 221 componit septem portas Thebarum, septem filios Amphionis, septem ἀρχηγέτας Platæenses, septem Iolaidarum familias, confœderationem septem civitatum, quæ in Calauria conventus habebant.

Haud minores partes in rebus mythicis tribuuntur numero nonario; sed nolo hic exempla accumulare; vide v. c. Müller. De Minyis p. 73, 218, Dor. I, p. 228, 235, 242, 248, Eumenid. p. 143 sq.; cf. quæ de Carneis festo habet Athen. IV, p. 141 E. — Etenim ut in numerandis mensis diebus, septem ad unitatem quandam conjungebantur, sic *novem* conjungebantur menses, qui annum Apollineum constituerent. — Jam vero constat plures annos a Græcis ad majores cyclos conjunctos esse. Notissimæ sunt ἐννaετηρίδες (v. Müller. Min. p. 220, Dor. I, p. 319). Sed præterea alia annorum periodus exstitisse debet, quæ a Bœotia, ut videtur, profecta magnam in Græcia nacta est auctoritatem. Illum cyclum intelligo, quem Pausanias IX, 3, 3 innuit his verbis: Δαίδαλα οὖν ἄγουσι οἱ Πλαταιεῖς ἑορτὴν δι' ἔτους ἑβδόμου, ὡς ἔφασκεν ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἐξηγητής· ἀληθεῖ μέντοι λόγῳ, δι' ἐλάσσονος καὶ οὐ τοσούτου χρόνου. Ἐθελήσαντες δὲ ἀπὸ Δαιδάλων ἐς Δαίδαλα ἕτερα ἀριθμῆσαι τὸν μεταξὺ χρόνον ἐς τὸ ἀκριβέστατον, οὐκ ἐγενόμεσθα οἷοί τε ... Ταύτην μὲν ἰδίᾳ Πλαταιεῖς ἑορτὴν ἄγουσι, Δαίδαλα μικρὰ ὀνομάζοντες· Δαιδάλων δὲ ἑορτὴν τῶν μεγάλων καὶ οἱ Βοιωτοὶ σφίσι συνεορτάζουσι, δι' ἑξηκοστοῦ δὲ ἄγουσιν ἔτους· ἐκλιπεῖν γὰρ τοσοῦτον χρόνον τὴν ἑορτὴν φασιν, ἡνίκα οἱ Πλαταιεῖς ἔφευγον. Ξόανα δὲ τεσσαρεσκαίδεκα ἕτοιμα σφίσιν ἐστὶ κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον παρασκευασθέντα ἐν Δαιδάλοις τοῖς μικροῖς.

Quæ de origine hujus periodi Pausaniæ narrabantur, cum historia non concinunt, sed exegetæ sunt inventum, uti ostendit O. Müller. De Minyis p. 221, quo loco etiam de temporum intervallis inter parvorum Dædalorum celebrationem interjectis, deque cyclo illo sexaginta annorum conjecturam protulit, quam verissimam habeo. Duodecim menses lunares, dicit, si cuique 29 dies tribuantur, imperfectum annum lunarem efficiunt dierum 348. Sexaginta tria horum annorum lunarium novem diebus excedunt sexaginta annos solares Per. Jul. Quæ res sponte nos adducit, ut novem statuantur periodi septem annorum, quorum septimus quisque uno die brevior esse debuit. Optime hæc conveniunt iis quæ narrabantur Pausaniæ. Nam post absolutos septem annos lunares (= $6\frac{2}{3}$ an. solares) parva Dædala a Platæensibus celebrabantur; verum nona par-

Digitized by Google

vorum Dædalorum celebratione quum lunaris annus eodem die quo solaris absolveretur, magna Dædala a tota Bœotia agebantur. — Habemus igitur festum sexagesimo tertio quovis anno ab omnibus Bœotis celebratum, quod similiter ac Daphnephoria (v. Proclus ap. Phot. p. 987) aperte præ se fert significationem chronologicam. Accuratius hæc persequi jam quidem non licet, attigisse sufficiat. Hoc unum tantum moneo, in magnæ hujus periodi divisione easdem reperiri proportiones, quam in illa singulorum annorum. Nam uti menses in hebdomades diviserunt, novem autem menses ad unum quoddam conjunxerunt, sic novem periodi septem annorum magnum illum Dædalorum cyclum effecerunt.

Putari quidem posset hunc cyclum nonnisi ad Dædalorum festos pertinuisse; nam alibi, quantum sciam, numquam memoratur. Sed omnino paucissima de his rebus veteres nobis tradiderunt; ipsisque Græcis (ut Pausaniæ locus demonstrat) hæc omnia propter serioris ætatis temporum computationes minus perspecta erant. Quare antiquitatis silentium nihil impedit, quin cyclus ille a majori Græciæ parte ad tempora computanda adhiberetur atque basis quasi esset antiquissimæ chronologiæ. Neque vanam hanc suspicionem esse, satis, opinor, arguunt, quæ de intervallo inter Ogygem et Cecropem, deque illo inter Cecropem et Demophontem interjecto, porro quæ de Cadmi, Dionysi, Herculis, Argonautarum temporibus in antecedentibus monui; plura hujus generis præbebunt sequentia. Verum præter illa spatia 63 annorum, quibus res magnæ, quæ παραπηγμάτων instar sunt, distineri solent, sæpius attendi ad minora intervalla septem vel quattuordecim etc. annorum, tam crebro obvia in antiqua chronologia, ut attentiorem non possint effugere.

Quæ omnia quum fluxerint ex vetustis templorum ἀναγραφαῖς, ultro de earum institutione subnascitur suspicio. Ex iis enim, quæ modo in medium protulimus, intelligitur necessitudinem quandam ἀναγραφαῖς intercessisse cum cyclis illis festorum, qui ipsi ex antiqua temporum computandorum doctrina profecti sunt. Neque quidquam facilius explicatu. Nam et festorum procuratio et annalium confectio iisdem demandatæ erant sacerdotibus. Hi, ut consentaneum est, initio præter nomina sacerdotum et annos, quibus quisque sacerdotio ornatus fuerit, ea tantum consignarunt quæ proxime spectabant ad dei cultum templique historiam. Quæ quoniam tantum non omnis in festis illis posita esset, annales eandem nacti sunt divisionem ac festa deorum. Mox autem non amplius in eo acquieverunt ut suæ res memoriæ literis mandarent, sed priscas quoque dei, templi, populi su. historias fabulasve ad chronologicas rationes revocarunt. Eas igitur, quod facile largieris, eodem modo adornabant ac reliqua. Majoris res momenti majoribus, minoris minoribus cyclis distinebant. Nam quamquam in universum quidem genealogias fabularum respexisse videntur, tamen, quum hæ annorum numeros parum curent, accuratiora omnia ipsorum arbitrio erant relicta.

Temporum decursu præter nomina sacerdotum et poetarum musicorumque victorias festis illis deportatas, res quoque ad politicam Græcorum nec non barbarorum historiam pertinentes, et archontum nomina, eorum certe sub quibus festa celebrata erant, in annalibus enotarunt. Sed ne hæc quidem ita proposita esse videntur, ut suus singulis annus assignaretur; sed ita ut nonnisi ad hunc vel illum cyclum, tamquam ἐπισημασίαι, res ac nomina apponerentur. Inde differentiæ illæ vel septem vel quatuordecim annorum, quæ non modo in antiquissimæ memoriæ, sed etiam in historicæ ætatis rebus tam sæpe occurrunt.

Quod tempus attinet, quo ἀναγραφαί nostræ non amplius meri essent sacerdotum catalogi, sed ad annalium formam propius jam accederent, id post Olympiadum initium ponendum esse, non potest dubitari. Nam et scribendi ars ea ætate satis vulgaris esse debuit, et desiderium quoddam et studium superiorum rerum memoriam recolendi inque ordinem redigendi efflagitatur (*).

(*) De antiquissimis, quæ ex vett. scriptoribus in notitiam nostram pervenerunt, ἀναγραφαῖς v. O. Müller. Dor. I, p. 130, et Boeckhius in Corp. Inscr. tom. I, p. 63 sq., tom. II. N° 2655, ubi ex inscriptione Halicarnassea, recentioris illa quidem memoriæ, catalogum dat Sacerdotum Neptuni. Cf. Preller. in libello de Hellanico (Derpati Livonorum, 1840), p. 36, quo loco laudat O. Müllerum (in Ephemerid. Gœtting. 1837, p. 893), impugnantem Clintonis opinionem, qui ἀναγραφάς regum Lacedæmoniorum et sacerdotum Junonis reditus Heraclidarum et belli Trojani temporibus conditas esse asseveravit. Verba Mülleri a Prellero exscripta hæc sunt: «Es ist gewiss dass diese Urkunden verhæltnissmæsaig sehr alt waren, da sie den kundigsten Forschern (Hellanicus, Eratosthenes) verbürgt genug schienen, um der chronologischen Berechnung ganzer Zeitræume zu Grunde gelegt zu werden. Dessenungeachtet sind wir wohl genœthigt anzunehmen, dass in der Zeit, wo die Schrift bei den Griechen sich bestimmter nachweisen læsst, d. h. im achten oder hœchstens neunten Jahrhunderte vor Chr. Geb., der Landesgeschichte kundige Spartaner nach der Erinnerung der ælltesten Leute und auf das Alterthum stolze Priester von Argos nach allerlei Spuren und Vermuthungen diese Register zusammengesetzt haben. —Wæren aber alle diese Verzeichnisse in der Zeit, bis zu der sie hinauf gehen, oder auch nur

Digitized by Google

Verum antequam pergamus et ex ipsa historia ententiam nostram comprobemus, monendum st quantopere primitivos, quos veteres annales xhibebant, numeros seriores auctores obscura- erint. Multa sane in his debentur mendis libra- iorum, plura autem turbata sunt eo quod scri- tores, qui priscam computandi rationem prorsus gnorabant, sæpenumero rotundos (quos nos am dicimus) numeros posuerunt pro illis qui re era et ipsi rotundi quodammodo erant, neque amen esse serioribus videbantur. Sic verbi causa Euseb. pro annis illis 189, quos Philocho- us inter Ogygem et Cecropem elapsos dicit, ponit 190. Similiter pro 63 nominantur 60, pro 126 dicunt 120, etc. Quod aut ex studio modo memorato explicandum est, aut inde, quod lu- nares annos mutarunt in solares. Posterius præ ceteris cadit in eruditionem Alexandrinorum (*).

His præmissis videamus de epocha Trojana. Tenendum vero est aliis primum, aliis ultimum belli annum pro epochæ numero haberi. Annos numerabimus a prima Olympiade; nam quia hæc ipsa παράπηγμα in vett. ἀναγραφαῖς post Olymp. I demum compositis esse debuit, sine dubio Trojana æra totis cyclis ab Olymp. I erit sejuncta.

Marmor Parium expeditionem contra Trojam ponit 441 vel 7 × 63 a. ante Olymp. I, vel 1217 ante Chr. Hic numerus plurimis probatus esse debuit, præsertim Atticis scriptoribus; ex eoque profecti sunt calculi Eratosthenis et Apollodori.

um die Zeit der Heraclidenwandrung niedergeschrieben, so müsste schon damals eine Uebung der Schreibekunst und zugleich ein Eifer für Aufbewahrung denkwürdiger Facta statt gefunden haben, der sich mit der Dürftigkeit und Unzuverlæssigkeit der griechischen Geschichte in diesen Jahrhunderten nicht vertragen will. Die griechische Geschichte müsste dann frühzeitig den Character gleichzeitiger Annalistik zeigen, etwa wie die rœmische von der Zeit der Republik an. »

(*) Hanc temporum tractationem agnoscere mihi videor in Apollod. II, 5, 11, ubi Hercules labores peregisse dicitur : ἐν (sic codd.; in editt. ἐνὶ) μηνὶ (μησὶ m. Vatic.) καὶ ἔτεσιν ὀκτώ. Profecto non invenit hæc in carminibus, sed computando eruit. Verisimile vero est veterem fabulam labores peractos dixisse *novem* annis (lunaribus), qui μέγαν Græcorum ἐνιαυτὸν efficiebant. Præterea *novem* numerus magnas partes agit in Herculis historia (Leonem interficit 18 annos natus; cum 18 navibus contra Trojam proficiscitur). Jam si doctus noster chronographus lunares annos ad solares revocavit (63 a. lun. = 60 a. solar.), repperit 8 an. 5 mens. Ideoque scribendum foret. ε' μησὶ καὶ ἔτεσιν ὀκτὼ, vel πέντε μ. κ. ἔ. ὀ. Eadem ratio, ut suspicor, est alius loci (I, 9, 27, 6), ubi Argonautas dicit τὸν πάντα πλοῦν absolvisse ἐν δ (δυσὶ Lycophr. 175) μησί. Excidit aut ὀκτὼ ἔτεσιν, aut scriptum fuit ἐν ἑκατὸν καὶ δυσὶ, quod librarium offendit, qui ideo ἑκατὸν omiserit.

Vita Homeri, quæ sub Herodoti nomine circumfertur, a Troja ad Olymp. I exputat a. 494. Hic numerus de excidii anno intelligendus. Itaque expeditio collocanda a. 504 vel 8 × 63 ante Olymp. I = 1280 ante Christ.

Idem numerus est *Herodoti*, qui, ut recte statuit Clinton F. H. p. 6, excidii annum posuit 1270; ideoque expeditionis annum 1280. — Distat Herodoti calculus ab illo Marmoris uno cyclo; quocum quadrat, quod Argonautæ apud Herod. I, 3 una tantum generatione (= 1/2 cycl.) ante bellum Troj. ponuntur; quum alii eos ponant 1 1/2 cycl. ante epocham Trojanam.

Aretes apud Censorin. De die nat. c. 21 (v. Timæi fr. 152. Cf. Vita Timæi), a Troja ad Olymp. I numerat annos 514; quod referendum est ad annum expeditionis, ita ut epocha posita sit in anno excidii (504 ante Olymp. I = 1280 ante Chr.).

Duris Samius ap. Clem. Alex. Strom I, p. 337 : ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου εἰς Ἀσίαν διάβασιν numerat ἔτη χλια. Itaque Troja capta esset 1334 ante Chr.; expeditionis annus 1344 vel, si Marmoris rationes sequimur, 1343 ante Chr., 567 vel = 9 × 63 ante Olymp. I; quod duobus cyclis a Marmore distat.

Cum Duride consentit *Timæus*. Nam quod Clem. Alex. l. l. dicit eum a Troja capta ad Olymp. I numerare a. 417, id falsum esse ex aliis quæ de Timæi chronologia comperta habemus, luculenter apparet. Vide quæ de ea re exposuimus in Vita Timæi. Cum Timæo ap. Clem. Alex. componitur Clitarchus.

Duris quum suum epochæ Trojanæ annum verisimiliter sumserit ex anagraphis templi Junonis Samiæ, cujus cultus ab illo Junonis Argivæ derivatur (v. Menodotum ap. Athen. XV, p. 672, A), eundem numerum exspectes ab Hellanico positum esse in Sacerdotibus. Attamen *Hellanicus*, si quidem recte cum Philochoro aliisque Atthidum scriptoribus componitur (Hell. fr. 63, Philoch. 8), in Trojana epocha ad Marmoris computum proxime accessisse debet. Nam auctores modo allati ab Ogygeo diluvio ad Olymp I numerasse dicuntur annos 1020. Jam quum ab Ogyge ad Cecropem cycli sint tres, a Cecrope vero ad finem Menesthei sex cycli statuantur, epocha Trojana caderet in a. 1229 a. Chr. vel 453 ante Olymp. I. Philochorus igitur a Marmore 12 annis differret. Quæ differentia fortasse tollenda est ita, ut in Philochori fragm. ,αχ' facili errore scriptum statuas pro ,αη'.

« *Excerpta Barbara*, Bœckhius ait, a Menesthei exitu vel initio Demophontis, computatis sin-

Digitized by Google

gulorum regum et archontum perpetuorum Atticorum annis, ubi Acasto tribuit a. 36 (editur 39), usque ad initium Olympiadum præbent annos 437, annumerato primo Demophontis anno, sed non enumerato secundo Æschyli, cui Olympiadem primam tribuunt.» Sed non est cur annorum numerum Acasto datum mutemus; immo ex antiquo fonte fluxisse videtur. Nam si Acasto, ut editur, 39 anni assignaveris, Trojana epocha cadit in a. 441 (= 7 × 63) ante Olymp. I; quod concinit cum Marmore, nisi quod hoc expeditionis annum fecit, quem illa pro anno excidii sumpserunt.

Aliorum computos affert Clemens Alex. Strom. I, p. 402 Pott., p. 145 Sylb., tom. II, p. 93 ed. Klotz. Verba sunt: Εἰσὶ δὲ οἳ ἀπὸ Κέκροπος μὲν ἐπὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα συνάγουσιν ἔτη χίλια ὀκτακόσια εἴκοσι ὀκτὼ, ἀπὸ δὲ Δημοφῶντος χίλια διακόσια πεντήκοντα, καὶ ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι ἢ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα· ἀπὸ τούτου ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ' οὗ φασὶν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανείας, ἔτη ἑπτακόσια δέκα πέντε, ὡς δὲ Ἔφορος, ἑπτακόσια τριάκοντα πέντε, ὡς δὲ Τίμαιος καὶ Κλείταρχος, ὀκτακόσια εἴκοσι, ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, ἑπτακόσια ἑβδομήκοντα τέσσαρα.

Accuratius hic locus nobis examinandus, quoniam plerumque pro corruptissimo habetur, quippe qui a vulgaribus calculis longe recedat. Nos fatemur quidem vitiis nonnullis eum laborare, et ex diversis fontibus conflatum esse, simul vero largiendum est plura systematum chronologicorum Apollodoreo multo antiquiorum inesse vestigia.

Primum igitur dicit a Cecrope ad Alexandri διάβασιν annos esse 1826. Itaque Cecrops ponendus 1386 vel 22 × 63 a. ante Olymp. I. Deinde Demophontem ponit 1250 ante 334 a. ante Chr., vel 808 ante Olymp. I. Cum Demophontis anno primo, vel ultimo Menesthei conjungitur excidium Ilii; itaque expeditio cadit in a. $\frac{8+6}{8+9}$ vel 13 × 63 ante Olymp. I.

« A Trojana *epocha* (nam sic verba intelligenda sunt) ad reditum Heraclidarum alii numerant 120, alii 180 annos.» In his aut minus accurate 120 pro 126, et 180 pro 189 posuit, aut ex fonte hausit, ubi lunares anni ad solares erant revocati. Rem ita esse tum per se probabile est, tum ex iis colligo, quæ de Timæi calculis subjiciuntur. Is enim ab 334 a. Chr. ad Heraclidas numerasse dicitur a. 820, ita ut hos posuerit 1154 a. Chr. vel 378 (= 6 × 63) annis ante Olymp. I. Jam quum epocha Trojana ex Timæi computo sit a. 1343, inter hanc et Heraclidarum reditus interjecti sunt a. 189 (3 × 63).

Sosibius Laco, Eratosthenes, Apollodorus, nec non Ephorus, ut videtur, Trojanam epocham computarunt ex recensibus regum Lacedæmoniorum; accipe eorum laterculum:

1.	Eurystheus	42.	
2.	Agis	1.	
3.	Echestratus	36.	
4.	Labotas	35.	(37 Euseb.)
5.	Doryssus	29.	
6.	Agesilaus	41.	(44 Euseb.)
7.	Archelaus	58.	(60 Euseb.)
8.	Teleclus	40.	
9.	Alcamenes	37.	
		319.	

Anno postremo Alcamenis Eusebius antiquos fontes secutus (non vero errore, ut cum Müllero statui ad fr. 72 Apollodori) primam assignat Olympiadem. In nonnullis regnis annorum numerus fluctuat. Nos Syncellum potissimum secuti exputavimus a. 319; Euseb. exputat a. 325. Verus numerus qui fuerit, eo significatur, quod septenarius in singulis regnis tum clare sese prodit, ut posses eum minimis mutationibus ubique fere restituere. Hac ratione admissa, numeros ita constituerem: 42, 35, 35, 28, 42, 56, 42, 35. Sic nancisceremur 315 (= 5 × 63) annos pro 325. Jam si Olympias I datur anno postremo Alcamenis; primus Eurysthei annus foret 1091 a. Chr.; qui annus ab epocha Trojana, qualem Marmor aliique tradiderunt, distat a. 126, sive 2 × 63; id quod concinit loco Clementis, ubi nonnullos ait inter Trojam et Heraclidas posuisse a. 120. [Fuere etiam qui nonnisi unam epocham interjectam statuerent, ut ex Strabone patet. (XIII, p. 582: Ὀρέστην μὲν γὰρ (φασὶν) ἄρξαι τοῦ στόλου· τούτου δ' ἐν Ἀρκαδίᾳ τελευτήσαντος τὸν βίον διαδέξασθαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πενθίλον, καὶ προελθεῖν μέχρι Θράκης, ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον, ὑπ' αὐτὴν τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν εἰς Πελοπόννησον κάθοδον) et ex Nostri computo.]

Neque vero temerarie de Eurysthei anno primo me statuisse probatur Ephori calculis, qui nondum addictus esse potuit artificiosioribus numeris Alexandrinorum. Etenim Ephorus, referente Diodoro XVI, 76, ab Olymp. 109, 4 s. 341 a. Chr. ad Heraclidas numeravit circa a. 750; inde idem annus eruitur, quem nos dedimus initio regni Eurysthei, quod ex veterum ἀναγραφῶν simplicitate pro ipsa reditus epocha sumendum est. Apud Clementem idem Ephorus

Digitized by Google

nnisi a. 735 ad Heraclidas numerasse dicitur. si numerus corruptus est, hoc ita possit exicari, ut Ephorus 14-15 annos dederit Eurynei infantiæ, eosque ab 42 annis Eurystheo catalogo tributis detraxerit (Apollodor. totim fere addidit illis 42); ideoque numerus ementis primum *regis* Eurysthei annum signicaret (1076 a. Chr.). Similiter de Phaniæ nuero ap. Clem. judicandum.

Eratosthenes et Apollodorus Trojanam expetionem 23 annis posteriorem faciunt quam uctor Marmoris (1194); Heraclidarum reditum onunt 13 annis ante 1191 (28 ante 1076). Ideo patium quod antiquiores posuerunt 126 annoum inter Trojam et Heraclidas interjectorum, um diminuendum est 36 annis, ita ut ab expeitione Troj. ad reditum Her. sint a. 90. — einde vero primam Olympiadem posuerunt on in Alcamenis postremum annum (35 vel 7), sed in octavum vel decimum. Huic 27 anorum differentiæ si addis illam 36 annorum, tota st annorum 63.

Quæ moverint Eratosthenem et Apolldorum t ita statuerent et ἀναγραφῶν simplicitatem dereinquerent, quærenda sunt in studio tum Lacelæmoniorum ἀναγραφὰς cum illis Atheniensium onciliandi, tum res quam accuratissime dispoendi ad historiæ probabilitatem. Itaque quum Demophonte usque ad Melanthum, ab Heralidis Peloponneso pulsum, in Excerpt. Barbar. irca 60 tantum anni numerentur, ideoque Atici auctores ad hanc rem respicientes bellum Trojanum et reditum Heraclidarum uno tanto yclo sejuncta statuere potuerint: Alexandrini hronologi hoc spatium temporis quod ab aliis ulgo 126 annorum esse dicebatur, ita debuerunt oarctare, ut cum Attica chronologia posset onciliari. Quod fecerunt, ut modo indicavi; ro 126 annis posuerunt 90 annos. Sed vides el hoc nimium esse, si ad Melanthi historiam ttenderis. Verisimile est igitur, Eratosthenem ion tam ad Melanthum repexisse, quam ad tempora, quibus Heraclidæ Atticam aggredi conati unt. Neque istos 90 annos Eratosthenes primus omputando invenit, sed ex Atticorum nonnullorum computis accepit. Etenim jam apud Thucydidem (I, 3) a Trojæ excidio ad Heraclidarum reditum anni esse dicuntur octoginta.

Idem aliis quoque auctoribus probatum esse debuit. Inde enim explico numerum Sosibii, qui, referente Clem. Alex., Trojam captam posuit a. 395 ante Olymp. I, i. e. 1171 a. Ch. n. Nimirum addit 80 annos ad annum 1091, qui, ut antea monui, in vetustis ἀναγραφαῖς et ab Ephoro pro reditus epocha ponebatur. Jam quum Sosibius, Callimachi æqualis, in anno Heraclidarum reditus nondum recesserit ab veterum catalogorum simplicitate, consentaneum est annum 1104, quem Eratosthenes huic rei assignat, ab hoc ipso demum ratiocinando esse repertum.

Etenim catalogi incipiebant ab rege Eurystheo. Ejus regni annus primus (1091) ab antiquioribus ponebatur pro epocha reditus Heraclidarum. Sed quum Eurystheus in ipsa Peloponneso natus narraretur, offendere debuit hujus *regis* anno primo reditus epocham assignari. Quare jam Ephorus, ut suspicati sumus, 14-15 annos tribuit infantiæ Eurysthei, atque regno ejus non 42, ut in catalogo erat, sed 27 tantum annos dedit. Aliter fecit Eratosthenes. Is probabilius statuit, Eurystheum non decimo quarto vel quinto, sed vigesimo octavo demum ætatis anno regnum suscepisse; neque tamen hos 28 annos in 42 illis in catalogo notatis comprehensos esse voluit, sed illis addidit, ita ut Eurystheus circa idem tempus regnare cœpisset, quo Ephorus voluisse videtur, atque inde ab hoc anno numeraret 28 annos ad natales Eurysthei. Præterea Eratosthenes, ut jam O. Müller. Dor. II, p. 502 suspicatus est, unum vel duos annos tribuit Aristomeni. Itaque Eurystheus regnare incipit 29-30 annis post reditum Heraclidarum. — Qui quum hunc in modum 29-30 annis superior factus esset quam a prioribus statui soleret, ab hoc vero usque ad Olympiadem primam certus quidam numerus, ut videtur, receptus esset, consentaneum est etiam Olympiadem primam totidem annis ab Eratosthene superiorem factam. Igitur ab Alcamenis anno 37 remota est ad ejusdem annum 8. — Explicandum autem restat cur Eratosthenes regibus Lacedæmoniorum non 315 annos, sed 325 sec. Eusebium tribuerit. Porro si in hisce non omnia accuratissime ad annum expendi, hoc, puto, propter numerorum fluctuationem lectores excusabunt.

Pauca his subjungere liceat de loco, quem Lycurgus et quæ cum eo componitur Iphiti Olympias in veteribus anagraphis occupaverit.

Eusebius Arm. p. 139 ed. Mai Apollodorum dicit a coloniis Ionicis (quæ communi omnium consensu 60 annis solaribus, vel uno cyclo post Heraclidarum reditum ponuntur) usque ad Lycurgum numerare annos 159. Idem ex Eratosthene tradit Clem. Alex. I, c. 21, p. 402 Potter., tom. II, p. 92 Klotz.; v. Apollodor. fr. 73. Jam si reputaveris Corœbi Olympiadem circa triginta annos ab Eratosthene superiorem factam esse quam

Digitized by Google

in anagraphis, probabile est Iphiti Olympiadem eandem sortem expertam esse. Igitur quod Apollodoro ab Ionum coloniis sejunctum erat annis 159, idem in vett. anagraphis ab iis distabat 189 sive 3×63 annis, vel 4×63 a. ab reditu Heraclidarum. A Corœbi Olympiade ad Heraclidas, uti vidimus, numerabantur 5 cycli; unde efficitur Iphiti Olympiadem positam fuisse 63 annis ante 776, vel a. 839 ante Chr. Atque ita rem habere docent scriptores Eratosthene antiquiores. Nam Thucydides I, 18: Ἔτη γάρ ἐστιν, ait, μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου ἀφ' οὗ Λακεδαιμόνιοι τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ χρῶνται. Itaque ut nostrum numerum nanciscamur, ad a. 404 addendi sunt 435. Eundem computum reddit Euseb. Arm., qui p. 137 dicit Thespii ætate jura scripsisse Lacedæmoniis Lycurgum. Etenim a Thespio ad Olymp. I Excerpta Barbara numerant a. 66, Eusebius 56 tantum annos computat; quæ decem annorum differentia pendere videtur ab illa decem annorum differentia, quam in annis regibus Lacedæmoniorum tributis deprehendimus. Similiter Callimachus a Corœbo ad Iphitum nonnisi 52 annos exputat, quum primitus fuisse debeant 63. — Reliqua de Lycurgi ætate testimonia afferre et ex diversis veterum systematis chronologicis explicare non est hujus loci; vide quæ congesserunt O. Müller. Dor. I, p. 132; II, p. 503, Clinton F. H. p. VIII, et 416 sqq., cujus tamen rationes omnino improbandæ sunt.

Ut redeam, unde digressus sum, supersunt nonnulla de æra Trojana testimonia, quæ vero aut cum Apollodori calculis consentiunt, ut ap. Dionys. H. I, p. 60 Sylb., aut tam vaga sunt, ut certius aliquid ex iis concludi nequeat, sicut illud apud Diogen. Laert. IX, 41, ubi Democritus dicit se μικρὸν διάκοσμον scripsisse annis 730 post Trojæ casum (v. Clint. ad a. 460). Talia enumerare nullius est utilitatis.

Epoch. 25. vs. 40-41.

Palmer. dedit Ὀρέστη[ς ἐν Σκυθ]ίᾳ τῶν αὐτο[ῦ μανιῶν ἰάθη, καὶ Α]ἰγίσθου θυγατρὶ [Ἠριγ]όν[ῃ τῇ Αἰ]γίσθου καὶ αὐ[τῷ δίκη ἐγένετ]ο, et deinde [ἴσων ψήφ]ων [οὐσῶν]. Probabilius est quod dedimus ex Bœckhii conjectura, licet multa semper erunt incerta.

De Erigona v. Etym. M. p. 38 (42), 4: Αἰώρα, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν καλοῦσιν Εὐδειπνον. Λέγεται γὰρ Ἠριγόνην τὴν Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας θυγατέρα σὺν Τυνδάρεῳ τῷ πάππῳ ἐλθεῖν Ἀθήναζε κατηγορήσουσαν Ὀρέστου· ἀπολυθέντα δὲ, ἀναρτήσασαν ἑαυτὴν, πρωτοτρόπαιον τοῖς Ἀθηναίοις γενέσθαι. Cf. diversas de ea fabulas ap. Hygin. 122 et Dictys VI, 4, Tzetz. ad Lycophr. 1374. — De calculo Minervæ, quem dicunt, v. Bœckler. Dissert. Acad. I, p. 270, Schœmann. *Attischer Process* p. 722, O. Müller in Addendis ad edit. Eumenidum p. 40 sqq., Fritzsche in censura Eumenidum a Müllero editt. P. I, p. 62 sqq.

Numerum 93(9) restituit Bœckh. Seldenus posuit 942, Lydiatus 937; quorum hic propter sequentis epochæ annum ferri nequit, ille propter aliorum de re nostra testimonia non probabilis est. Nam secundum Homer. Od. Γ, 305 Ægisthus post necem Agamemnonis *septem* regnat annis; Canon Hieronymi Orestis regni initium ponit a. 6; Canon Gr. a. 4 Demophontis. — Hellanicus (fr. 82) judicium nostrum actum esse narrat ἐννέα γενεαῖς postquam Mars et Neptunus de Halirrhothio caussam dixissent. Videt hæc explicari non posse ex illa generationum ratione, quam Herodotus plerumque sequitur, neque ex illa, quæ novem generationes pro totidem ponit regibus. Igitur quum vulgo a Cecrope ad Demophonten sex cycli numerentur, statuendum foret unam generationem Hellanico esse 42 annorum, ita ut duo cycli sint 3 generationes; aut novem γενεαῖς Athenienses significare voluerunt totidem cyclos 63 annorum; nam fuisse qui a Cecrope ad Demophontem novem epochas statuerint, supra vidimus ex loco Clementis. Ceterum apud Hellanicum l. l. scribendum puto: Τοῖς ἐκ Λακεδαίμονος ἐλθοῦσι καὶ τῷ Ὀρέστῃ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν δίκην ἔφασαν. Τέλος δὲ ἀμφοτέρων ἐπαινούντων (vulgo ἐπαινούντων) οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἄκρ ἔστησαν ἐννέα γενεαῖς ὕστερον. ἡ Ἄρης, etc.

Epoch. 26. vs. 41-42.

Τὴν Σαλαμῖνα supplevit Seldenus; articulum rejecerunt Prideaux. et Bœckh.

Res, de qua v. Strabo XIV, 5, 3, ponitur *septem* annis post captam Trojam; etiam antecedens epocha ex vetustarum ἀναγραφῶν computatione 7 annis post Trojam ponenda erat.

Quæ sequitur epocha de coloniis Ionicis ab nostra sejuncta est 126 annis; quod intervallum proprie ponendum erat inter Trojæ epocham et illam coloniarum Ionicarum. Fortasse hæc ex Cyprio vel Salaminio auctore hausta sunt; qui a Salaminis originibus computavit, quæ ab aliis a Trojana epocha computabantur. — Monendum vero est Nostrum epocham Trojanam non posuisse, uti debebat, in anno expeditionis, sed cum plerisque serioris ætatis scriptoribus in anno excidii; quod inde apparet quod in lapide inter eo. 24 et 25 majus spatium vacuum reli-

Digitized by Google

tum est. Atque mirum est inde ab excidio Trojæ usque ad Diognetum in Marmore numerari 945 annos, qui ad annum explent quindecim cyclos. Num casu fortuito hoc factum est, an ex eo colligere licet tabulam nostram majori quodam annorum cyclo absoluto in Paro insula composuam esse?

Epoch. 27. vs. 42-44.

Pro Νηλεύς, quod contra literarum vestigia scripserant priores editores, Bœckhius cum Wesselingio (ad Herodot. IX, 97, ubi v. etiam Wachr.) restituit Νειλεύς. Sequentia Palmerius ita: Ὥρισ[ε Μίλητον ἐ]γ [Καρί]ᾳ λ[αὸν] ἀ[γείρα]ς Ἰώνων, οἳ ἔκτισ]αν Ἔφεσον, Ἐρυθρὰς, Κλαζομενὰς, Γ[έων] κα[ὶ Λέβεδ]ον ὑπὸ Κολοφῶνα, [Κολοφῶνα, Μ]υοῦντα, [Φώκαι]α[ν, Πριήνην], Σάμον, Χίον. Reliqua, præter anni numerum, eadem sunt quæ apud Bœckhium. Palmerium secuti sunt Prideaux. et Chandler., nisi quod ille scripsit καὶ Λέβεδον καὶ Κολοφῶνα, Μυοῦντα etc; hic vero: ὥρισεν ἐγ Καρίᾳ Μίλητον ἀγείρας Ἴωνας, οἳ ὥρισαν Ἔφεσον, et post Κλαζομενάς dedit: Πριήνην καὶ Λέβεδον, Τέω, Κολοφῶνα, Μυοῦντα, Φώκαιαν, Σάμον, etc. Ab his omnibus longius recedit Bœckhius, qui suas rationes his exponit verbis: « Miletus, inquit, primo loco nominanda erat ut Nelei urbs, tum Ephesus inter reliquas potissima, quæ vs. 43 initio comparet. Dedi igitur ὥρισε Μίλητον; Γ vs. 42 superest ex ΜίληΤον. Addidi καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν Ἰωνίαν; ΑΛΑΗΧ fuit ΑΛΛΗΝ, ΑΡ...Σ.. autem ΑΓΑΣΑΝ; .....ΑΝ est ΙΩΝΙΑΝ. Sequuntur Ephesus, Erythræ, Clazomenæ, Τ..ΗΝΚΑΤ muto in ΓΡΙΗΝΗΝ; Κ fuit Ϗ, ΑΤ fuit Ν. Nam καὶ, quod Chandler. habet, nequit ferri. Post hæc est ΑΓΡΟΝΟΝΥΠΟ pro ΛΕΒΕΔΟΝΤΕΩ. Facile commutantur ΑΓΡ et ΛΕΒ, ΝΟΝ et ΔΟΝ, Υ et Τ, ΠΟ et ΕΩ. Ceterarum civitatum ordinem recte dedit Chlauder.; eundem ex eodem, ex quo Noster, fonte habet Ælianus V. H. VIII, 5, quæ res Robertsono calumniandi præbuit materiam. Vs. 44 Palm. verba Μενεσθ[έ]ως τρεισκαιδεκάτου ἔτους e vs. 39 male esse repetita censet; E in hac voce Seldeni operæ omisisse videntur, qui id habet in minusculis et in notis; non enim defendi forma Μενεσθῶς potest exemplis Πειραιῶς, Παιανιῶς, ἀγυιῶς, etc., quæ ex alio sunt genere. Medontem desiderabat jam Seld., quo magis verisimile, Μενεσθέως vere in lapide fuisse. Quare etsi Palmerii conjectura nimium audax vix admittenda est, tamen in eo videtur lapicida peccasse, quod Με(νεσθέω)ς scripserit pro Μέ(δοντο)ς, quod probat etiam Dodwellus. « Lydiatus illud Μενεσθέως mutavit in μὲν Νηλέως. Idem pro ΔΙΙΙ, quod in lapide est, posuit ΗΙΙΙ, ut numerus esset 803. Quæ omnia improbanda. Numerus non alius esse potest ac 813. »

Marmor igitur Ionicas colonias ponit 126 a. p. Salaminem conditam, atque a. 13 Medontis. Ex vett. ἀναγραφῶν ratione, ut jam monui, res collocanda erat 126 (2×63) post æram Trojanam. Ac revera apud Eusebium a primo anno Demophontis ad a. 13 Medontis numerantur 125 anni; neque dubito quin sic computaverit auctor, ex quo Noster Medontis annum sumsit, nesciens hoc non quadrare cum altero suo numero. Sin talem confusionem Marmoris auctori tribuere nolueris, statuendum est Nostrum, eandem rem a. 132 post Trojam captam et tamen anno 13 Medontis tribuentem, alium ante oculos habuisse regum catalogum, qui usque ad Medontem sex annos plus numeravit quam ille Eusebii. Codro e. g. non 21, sed 27 annos tribuerit.

Verum minime verisimile est istum annum 13 Medontis ex historiæ traditione desumtum esse, sed pendet is sine dubio ex illo regum catalogo, quem Eusebius secutus est; et ex vulgari illa sententia Ionicarum coloniarum deductionem ab æra Trojana duobus distare cyclis. — Historiam si consultaveris et rei probabilitatem, consentaneum est rem cadere in primum annum Medontis. Quare suspicor antiquiores a Demophonte usque ad Medontem non cum Eusebio numerasse 113, sed 126 annos. Idque indicare videtur Euseb. Arm. p. 136, ubi Medonti non 20 annos tribuit, sed 8 tantum (9 in latinis); itaque auctor unde hoc fluxerit, prioribus regibus 12 annos plus dederit. Ceterum laterculus regum a Demophonte ad Medontem hic est:

	Euseb. Can.	Excerpt. Barb.
Demophon	33	35
Oxyntas	12	14
Aphidas	1	1
Thymœtas	8 (9)	9
	54 (55)	59
Melanthus	37	37
Codrus	21	21
	58	58

Jam si Aphidæ 14 annos dederis, quattuor Thesidæ explent unam epocham 63 annorum; Codro si dederis 26 annos, duo novæ stirpis reges per idem temporis spatium regna-

Digitized by Google

verint. Conjectura hæc nituntur, sed admodum illa probabili, si quidem concesseris vera esse quæ de ἀναγραφῶν rationibus statuimus.

Ut ulterius progrediamur; quoniam Ionicæ coloniæ primo Medontis anno deductæ ab Olymp. 1 ex veterum chronologia 5 cyclis distant, sequitur inde, ut a Medonte usque ad Æschyli a. 1 vel 2, cui Olymp. 1 adscribitur, anni sint 315 (5+63). Ecce laterculum :

	Can. Euseb.	Eus. Arm. p. 136.	Exc. Barb.
1, Medon	20	8 vel 9	20
2, Acastus	36	36 (35 Chron. p. 35)	39
3, Archippus	19	19	40
4, Thersippus	41	41	23
5, Phorbas	31	30	33
6, Megacles	30	30	28
7, Diognetus	28	28 (25 Eus. Chron. p. 35)	28
8, Pherecles	19	16	15
9, Ariphron	20	20 (31 Eus. Chron. p. 37)	30
10, Thespieus	27	27	40
11, Agamestor	20	17	26
	291		322

Ex his ad nostras rationes proxime accedunt Excerpta Barbara, quorum magna est auctoritas; differentia est septem annorum. Verum non id egit Excerptorum auctor, ut a Medonte ad Olymp. 1 certus cyclorum numerus expleretur, sed ad id animum attendit, puto, ut posteris Medontis, qui usque ad Clidicum βασιλεῖς appellantur (cf. Pausan. I, 3, 2 : Εἰ δέ μοι γενεαλογεῖν ἤρεσκε καὶ τοὺς ἀπὸ Μελάνθου βασιλεύσαντος ἐς Κλείδικον τὸν Αἰσιμίδου, καὶ τούτους ἂν ἀπηριθμησάμην; cf. Hermann. Gr. Antiquit. § 103 et quos laudat), rotundum, quem dicere licet, annorum numerum assignaret. Jam ab Æschylo usque ad Clidicum numerantur anni 56; quibus si addideris a. 322, a Medonte ad Clidicum numerantur 378 vel 6×63. Igitur summam annorum, quibus Medontidæ regnarunt, in universum ex sensu veterum catalogorum computavit; verum non dubito, quin primitivus annorum numerus usque ad Æschylum vel Olymp. 1 fuerit 315, inde usque ad Clidicum 63.

Hæ si fuerint rationes antiquissimæ chronologiæ, jam quæritur, quasnam rationes Marmor Parium, quod jam longe abest a vetustiorum simplicitate, secutum sit. Quid de spatio inter bellum Trojanum et colonias Ionicas interjecto statuendum esse putem, supra jam indicavi. Aliter statuit Bœckhius, qui Marmoris Canonem a Troja capta usque ad Ionum colonias ita constituendum putat, ut Noster assumpserit numeros Excerptorum Barb. (qui quinque annos plus præbent quam Canon Eusebii); atque annum Trojæ captæ ex computo B sumendum esse censet. Ideo Canonem Marmoris adornavit hunc in modum :

A.M. (944)	Menesthei	a. 22	P. J.	3506
943	—	23	—	3507
942	—	1	—	3508
908	—	35	—	3542
907	Oxyntæ	1	—	3543
894	—	14	—	3556
893	Aphidantis	1	—	3557
892	Thymœtæ	1	—	3558
884	—	9	—	3566
883	Melanthi	1	—	3567
847	—	37	—	3603
840	Codri	1	—	3604
826	—	21	—	3624
825	Medontis	1	—	3625
813	—	13	—	3637
806	—	20	—	3644

Quibus subjicit hæc : « Melanthum consentiebant omnes esse ex Messenia ab Heraclidis pulsum et deinceps Atticæ regem creatum; et a Troja capta usque ad finem Thymœtæ, cui Melanthus successit, anni sunt sexaginta: patet igitur Nostrum annis sexaginta post Ilii excidium reditum Heraclidarum collocasse, quod consentire cum nonnullorum sententia apud Strabonem (XIII, p. 582) notavit Dodwellus. Ceterum quod Ionicam coloniam Medonte archonte deductam Parius statuerit, convenit ei cum vetusta fama, quæ Medontis et Nelei dissidium ei coloniæ deducendæ originem fuisse tradiderat; rem quæ in Acastum distulerant, non initium Ioniæ conditæ, sed stabilitam jam et quodammodo perfectam novam rempublicam spectabant. » Etenim Euseb. Ionicas colonias deductas ait a. 13 Acasti, quod a Nostri rationibus distat 20 annis; neque tamen hanc differentiam ita explicandam puto, ut Bœckhius vult, sed pendet illa ut videtur ex diversa chronologia, de qua infra monebimus.

Quod deinde reliquorum archontum perpetuorum annos attinet, Marmor Parium a Medontis anno 20 usque ad Creontem, primum archontem annuum (Ol. 24, 2), numerat annos 387 (vid. Marm. a. 419), Eusebius 367. Differentia est viginti annorum. Eusebius autem Charopis, primi archontis decennalis, annum primum assignat Olymp. 6, 4, contra Dionys. Hal. Olymp. 7, 1. Hunc quum sequendum esse censeat Bœckhius, canonem Eusebii ita emen-

Digitized by Google

dandum esse dicit, ut aut Hippomeni novem anni tribuantur pro decem, aut ob mutatum interim anni Attici cardinem uni ex Charopis successoribus, exempli caussa huic ipsi Hippomeni anni novem et semestre adscribantur. Posterius ubi statueris, annos ante mutatum cardinem omnes sex mensibus priores sumendos esse, primum igitur Charopis annum proprie ab anno medio Olymp. 6, 4 computandum fore, sed tamen cum Dionysio signandum numero Olymp. 7, 1. Inde jam sequi Olymp. 1, 1 non cum Eusebio tribuendum tertio, sed secundo anno Æschyli. Itaque si Parius tot annos singulis inde ab Æschylo archontibus tribuisset, quot Eusebius ad mentem Dionysii correctus, Nostrum in computando illo spatio, quod est inter Medontis a. 20 et Æschyli a. 1 interjectum, annis differre 21. Hos igitur inter archontes dividendos esse, atque ita quidem, ut Marmoris annus 631 incidat in Phereclem, cujus nomen prodi terminatione in lapide superstite. — His ita disputatis Bœckhius ex diversis archontum numeris, quos vett. nobis tradiderunt (vide supra), novum catalogum fingit Marmoris rationibus accommodatum. Est vero hic :

A. M. 805	Acasti a.	1	P. J. 3645		
770	—	36	— 3680		
769	Archippi	1	— 3681		
751	—	19	— 3699		
750	Thersippi	1	— 3700		
728	—	23	— 3722		
727	Phorbantis	1	— 3723		
695	—	33	— 3755		
694	Megaclis	1	— 3756		
667	—	28	— 3783		
666	Diogneti	1	— 3784		
639	—	28	— 3811		
638	Phereclis	1	— 3812		
624	—	15	— 3826		
623	Ariphronis	1	— 3827		
594	—	30	— 3856		
593	Thespiei	1	— 3857		
554	—	40	— 3896		
553	Agamestoris	1	— 3897		
514	—	40	— 3936		
513	Æschyli	1	— 3937		
512	—	2	— 3938	Olymp.	1,1
493	—	21	— 3957	—	5,4
491	—	23	— 3959	—	6,2
490	Alcmæonis	1	— 3960	—	6,3
489	—	2	— 3961	—	6,4
488	Charopis	1	— 3962	—	7,1
479	—	10	— 3971	—	9,2
478	Æsimidæ	1	— 3972	—	9,3
469	—	10	— 3981	—	11,4
468	Clidici	1	— 3982	—	12,1
459	—	10	— 3991	—	14,2
458	Hippomenis	1	— 3992	—	14,3
450	—	9 ($9\frac{1}{2}$)	— 4000	—	16,3
449	Leocratis	1	— 4001	—	16,4
440	—	10	— 4010	—	19,1
439	Apsandri	1	— 4011	—	19,2
430	—	10	— 4020	—	21,3
429	Eryxiæ	1	— 4021	—	21,4
420	—	10	— 4030	—	21,1
(419)	Creontis		— 4031	—	24,2

Ceterum valde dubito num hac ratione dissensus Eusebiani et Parii Canonis explicandus sit. Meam qualemcunque de hac re opinionem proferam ad epoch. 31.

Epoch. 28. vs. 44-45.

Ἐφάνη dedit Selden.; Μεγακλέους pro Μεγακλοῦς primus proposuit Prideaux. In numero apud Chandlerum est [Δ], Bœckh. dedit [III], quia sic Hesiodus distaret ab Ionica colonia numero rotundo annorum 140, et ab Homero annis 30.

Inter eos qui Hesiodum Homero antiquiorem fecerunt, numeratur Ephorus (fr. 164) et Attius poeta vel Ateius philologus ap. Gell. III, 11, (v. Osann. Analect. crit p. 63, a Bœckhio citata); cf. Tzetz. Prolegg. ad Hesiod. p. 14. Plura dat Ulricius Histor. poeseos Græc. tom. I, p. 333 sq. Welcker. in Poetis Homericis p. 146 sqq.

Epoch. 29. vs. 45.

Inter veterum de Homeri ætate testimonia ad Nostri rationes proxime accedunt : Porphyrius in Φιλοσοφ. ἱστορ. ap. Suidam v. Ὅμηρος (275 post Trojam, et deinde paullo aliter 130 ante Olymp. 1; posterius concinit cum Parii numero ex computo B si sumas, quare hunc computum in Marmore notavit Bœckhius), Solinus Polyhist. c. 43 (Hom. nascitur 272 post Troj.), Nepos ap. Gellium XVII, 21 (circa a. 136 ante Olymp. 1), Cicero De rep. II, 10 (a. 138 ante Olymp. 1). Sosibius Laco Homerum ponit 90 annis ante Olymp. 1; idem fere sensisse debet Herodotus (II, 53), qui Homerum 400 annis ante suam ætatem vixisse dicit. Apud Ciceronem (l. l.; v. Apollodor. fr. p. 444) 30 annis ante Lycurgum ponitur. Fluxit hoc ex scriptis Alexandrinorum. Apparet igitur ex iis, quæ antea de Lycurgi ætate diximus, Sosibium suum numerum ponere ex rationibus veterum ἀναγραφῶν, quæ Lycurgum assignarunt a. 63 ante Olympiadem 1. Poste-

Digitized by Google

verint. Conjectura hæc nituntur, sed admodum illa probabili, si quidem concesseris vera esse quæ de ἀναγραφῶν rationibus statuimus.

Ut ulterius progrediamur; quoniam Ionicæ coloniæ primo Medontis anno deductæ ab Olymp. 1 ex veterum chronologia 5 cyclis distant, sequitur inde, ut a Medonte usque ad Æschyli a. 1 vel 2, cui Olymp. 1 adscribitur, anni sint 315 (5+63). Ecce laterculum :

	Can. Euseb.	Eus. Arm. p. 136.	Exc. Barb.
1, Medon	20	8 vel 9	20
2, Acastus	36	36 (35 Chron. p. 35)	39
3, Archippus	19	19	40
4, Thersippus	41	41	23
5, Phorbas	31	30	33
6, Megacles	30	30	28
7, Diognetus	28	28 (25 Eus. Chron. p. 35)	28
8, Pherecles	19	16	15
9, Ariphron	20	20 (31 Eus. Chron. p. 37)	30
10, Thespieus	27	27	40
11, Agamestor	20	17	26
	291		322

Ex his ad nostras rationes proxime accedunt Excerpta Barbara, quorum magna est auctoritas; differentia est septem annorum. Verum non id egit Excerptorum auctor, ut a Medonte ad Olymp. 1 certus cyclorum numerus expleretur, sed ad id animum attendit, puto, ut posteris Medontis, qui usque ad Clidicum βασιλεῖς appellantur (cf. Pausan. I, 3, 2 : Εἰ δέ μοι γενεαλογεῖν ἤρεσκε καὶ τοὺς ἀπὸ Μελάνθου βασιλεύσαντος ἐς Κλείδικον τὸν Αἰσιμίδου, καὶ τούτους ἂν ἀπεριθμησάμην; cf. Hermann. Gr. Antiquit. § 103 et quos laudat), rotundum, quem dicere licet, annorum numerum assignaret. Jam ab Æschylo usque ad Clidicum numerantur anni 56; quibus si addideris a. 322, a Medonte ad Clidicum numerantur 378 vel 6×63. Igitur summam annorum, quibus Medontidæ regnarunt, in universum ex sensu veterum catalogorum computavit; verum non dubito, quin primitivus annorum numerus usque ad Æschylum vel Olymp. 1 fuerit 315, inde usque ad Clidicum 63.

Hæ si fuerint rationes antiquissimæ chronologiæ, jam quæritur, quasnam rationes Marmor Parium, quod jam longe abest a vetustiorum simplicitate, secutum sit. Quid de spatio inter bellum Trojanum et colonias Ionicas interjecto statuendum esse putem, supra jam indicavi. Aliter statuit Bœckhius, qui Marmoris Canonem a Troja capta usque ad Ionum colonias ita constituendum putat, ut Noster assumpserit numeros Excerptorum Barb. (qui quinque annos plus præbent quam Canon Eusebii); atque annos a Trojæ captæ ex computo B sumendum esse censet. Ideo Canonem Marmoris adornavit hunc in modum :

A.M. (944)	Menesthei	a. 22	P. J.	3506
943	—	23	—	3507
942	—	1	—	3508
908	—	35	—	3542
907	Oxyntæ	1	—	3543
894	—	14	—	3556
893	Aphidantis	1	—	3557
892	Thymœtæ	1	—	3558
884	—	9	—	3566
883	Melanthi	1	—	3567
847	—	37	—	3603
840	Codri	1	—	3604
826	—	21	—	3624
825	Medontis	1	—	3625
813	—	13	—	3637
806	—	20	—	3644

Quibus subjicit hæc : « Melanthum consentiebant omnes esse ex Messenia ab Heraclidis pulsum et deinceps Atticæ regem creatum; et a Troja capta usque ad finem Thymœtæ, cui Melanthus successit, anni sunt sexaginta : patet igitur Nostrum annis sexaginta post Ilii excidium reditum Heraclidarum collocasse, quod consentire cum nonnullorum sententia apud Strabonem (XIII, p. 582) notavit Dodwellus. Ceterum quod Ionicam coloniam Medonte archonte deductam Parius statuerit, convenit ei cum vetusta fama, quæ Medontis et Nelei dissidium ei coloniæ deducendæ originem fuisse tradiderat; rem qui in Acastum distulerant, non initium Ioniæ conditæ, sed stabilitam jam et quodammodo perfectam novam rempublicam spectabant. » Etenim Euseb. Ionicas colonias deductas ait a. 13 Acasti, quod a Nostri rationibus distat 20 annis; neque tamen hanc differentiam ita explicandam puto, ut Bœckhius vult, sed pendet illa ut videtur ex diversa chronologia, de qua infra monebimus.

Quod deinde reliquorum archontum perpetuorum annos attinet, Marmor Parium a Medontis anno 20 usque ad Creontem, primum archontem annuum (Ol. 24, 2), numerat annos 387 (vid. Marm. a. 419), Eusebius 367. Differentia est viginti annorum. Eusebius autem Charopis, primi archontis decennalis, annum primum assignat Olymp. 6, 4, contra Dionys. Hal. Olymp. 7, 1. Hunc quum sequendum esse censeat Bœckhius, canonem Eusebii ita emen-

Digitized by Google

dandum esse dicit, ut aut Hippomeni novem anni tribuantur pro decem, aut ob mutatum interim anni Attici cardinem uni ex Charopis successoribus, exempli caussa huic ipsi Hippomeni anni novem et semestre adscribantur. Posterius ubi statueris, annos ante mutatum cardinem omnes sex mensibus priores sumendos esse, primum igitur Charopis annum proprie ab anno medio Olymp. 6, 4 computandum fore, sed tamen cum Dionysio signandum numero Olymp. 7, 1. Inde jam sequi Olymp. 1, 1 non cum Eusebio tribuendum tertio, sed secundo anno Æschyli. Itaque si Parius tot annos singulis inde ab Æschylo archontibus tribuisset, quot Eusebius ad mentem Dionysii correctus, Nostrum in computando illo spatio, quod est inter Medontis a. 20 et Æschyli a. 1 interjectum, annis differre 21. Hos igitur inter archontes dividendos esse, atque ita quidem, ut Marmoris annus 631 incidat in Phereclem, cujus nomen prodi terminatione in lapide superstite. — His ita disputatis Bœckhius ex diversis archontum numeris, quos vett. nobis tradiderunt (vide supra), novum catalogum fingit Marmoris rationibus accommodatum. Est vero hic :

A. M. 805	Acasti a.	1	P. J. 3645			
770	—	36	— 3680			
769	Archippi	1	— 3681			
751	—	19	— 3699			
750	Thersippi	1	— 3700			
728	—	23	— 3722			
727	Phorbantis	1	— 3723			
695	—	33	— 3755			
694	Megaclis	1	— 3756			
667	—	28	— 3783			
666	Diogneti	1	— 3784			
639	—	28	— 3811			
638	Phereclis	1	— 3812			
624	—	15	— 3826			
623	Ariphronis	1	— 3827			
594	—	30	— 3856			
593	Thespiei	1	— 3857			
554	—	40	— 3896			
553	Agamestoris	1	— 3897			
514	—	40	— 3936			
513	Æschyli	1	— 3937			
512	—	2	— 3938	Olymp.	1,1	
493	—	21	— 3957	—	5,4	
491	—	23	— 3959	—	6,2	
490	Alcmæonis	1	— 3960	—	6,3	
489	—	2	— 3961	—	6,4	
488	Charopis	1	— 3962	—	7,1	
479	—	10	— 3971	—	9,2	
478	Æsimidæ	1	— 3972	—	9,3	
469	—	10	— 3981	—	11,4	
468	Clidici	1	— 3982	—	12,1	
459	—	10	— 3991	—	14,2	
458	Hippomenis	1	— 3992	—	14,3	
450	—	9 ($9\frac{1}{2}$)	— 4000	—	16,3	
449	Leocratis	1	— 4001	—	16,4	
440	—	10	— 4010	—	19,1	
439	Apsandri	1	— 4011	—	19,2	
430	—	10	— 4020	—	21,3	
429	Eryxiæ	1	— 4021	—	21,4	
420	—	10	— 4030	—	21,1	
(419)	Creontis		— 4031	—	24,2	

Ceterum valde dubito num hac ratione dissensus Eusebiani et Parii Canonis explicandus sit. Meam qualemcunque de hac re opinionem proferam ad epoch. 31.

Epoch. 28. vs. 44-45.

Ἐφάνη dedit Selden.; Μεγαχλέους pro Μεγαχλοῦς primus proposuit Prideaux. In numero apud Chandlerum est [Δ], Bœckh. dedit [III], quia sic Hesiodus distaret ab Ionica colonia numero rotundo annorum 140, et ab Homero annis 30.

Inter eos qui Hesiodum Homero antiquiorem fecerunt, numeratur Ephorus (fr. 164) et Attius poeta vel Ateius philologus ap. Gell. III, 11, (v. Osann. Analect. crit p. 63, a Bœckhio citata); cf. Tzetz. Prolegg. ad Hesiod. p. 14. Plura dat Ulricius Histor. poeseos Græc. tom. I, p. 333 sq. Welcker. in Poetis Homericis p. 146 sqq.

Epoch. 29. vs. 45.

Inter veterum de Homeri ætate testimonia ad Nostri rationes proxime accedunt : Porphyrius in Φιλοσοφ. ἱστορ. ap. Suidam v. Ὅμηρος (275 post Trojam, et deinde paullo aliter 130 ante Olymp. 1; posterius concinit cum Parii numero ex computo B si sumas, quare hunc computum in Marmore notavit Bœckhius), Solinus Polyhist. c. 43 (Hom. nascitur 272 post Troj.), Nepos ap. Gellium XVII, 21 (circa a. 136 ante Olymp. 1), Cicero De rep. II, 10 (a. 138 ante Olymp. 1). Sosibius Laco Homerum ponit 90 annis ante Olymp. 1; idem fere sensisse debet Herodotus (II, 53), qui Homerum 400 annis ante suam ætatem vixisse dicit. Apud Ciceronem (l. l.; v. Apollodor. fr. p. 444) 30 annis ante Lycurgum ponitur. Fluxit hoc ex scriptis Alexandrinorum. Apparet igitur ex iis, quæ antea de Lycurgi ætate diximus, Sosibium suum numerum ponere ex rationibus veterum ἀναγραφῶν, quæ Lycurgum assignarunt a. 63 ante Olympiadem 1. Poste-

Digitized by Google

riores easdem proportiones retinuerunt, sed Lycurgi ætatem ex Eratosthenis et Apollodori computationibus sumserunt. Ceterum de Homeri ætate cf. Thucyd. I, 3, Ephor. fr. 164, Theopomp. fr. 221 b, Philochor. fr. 52-54, Apollodor. fr. 74, et in universum quos Bœckhius laudat: Lil. Gyraldum De poetis dialog. II, Jos. Scaliger. in sua συναγωγῇ p. 377, Küster. Histor. crit. Homer. I, 2. Adde inter recentiores Ulricium Histor. poes. Gr. tom. I, p. 270 sq.

Epoch. 30. vs. 45-47.

Φ[εί]δων supplet Selden. In sequentibus Palmer.: Καὶ μέτρα] ἐσκεύασε. Prid.: ἐδημ[οσί]ευσ[εν ἐν Ἄργει, καὶ μέτρα καὶ σταθμὰ] ἐσκεύασε. Chandler.: ἐδημεύ[θη καὶ μέτρα καὶ σταθμὰ] ἐσκεύασε. In iis quæ Bœckhius dedit pro NEY, quod Seldeni apographum habet, repositum est MET. Pro ἀνεσκεύασε Bœckhius primum conjecerat μετεσκεύασε (v. O. Mülleri Æginet. p. 191). Φερεκλέ]ους jam Selden. restituit; Prideaux. voluit Διογνήτου.

De re v. Strabo VIII, p. 549, B, et 577, B. Plin. H. N. VII, 57, Plutarch. Narrat. amator. 2, Pausan. VI, 22, 2, Isidor. Origg. XVI, 24, Etymol. M. p. 388, Pollux Onomast. IX, 6; cf. Perizon. ad Æl. V. H. XII, 10; O. Müller. Æginet. p. 51-63, Dor. I, p. 155 sqq., Larcher. *Mém. de l'Acad. des I.* tom. XLVI, p. 27-50.

Noster Phidonem undecimum ab Hercule dicit. Ex eodem computo Caranus, Phidonis frater, undecimus ab Hercule est Africano ap. Euseb. Chron. Gr. p. 45. Verum Ephorus (fr. 60) Phidonem undecimum facit a Temeno; itaque ab Hercule Phido esset decimus quartus. Velleio denique Caranus ab Hercule decimus sextus dicitur.

In anni numero a veris calculis longe abest Parius; satis habuit rotundum numerum pro accuratiore posuisse. Nam quum Trojam captam ponat a. 945, Phidonem vero a 630 (ex computo B), vides Phidonem poni 5×63 post Trojam, et 10×63 ante Diognetum. Vera Phidonis ætas, ut O. Müllerus l. l. demonstravit, ponenda est ab Olymp. 3 usque ad Ol. 11. Eusebius Phidonem memorat ad annum 26 Thespiei, 24 annis ante Olymp. 1, vel secundum Excerpt. Barbar. 40 annis ante Olymp. 1; itaque si Phidonis tyranni initium ponimus Ol. 3, 4, Eusebii auctor uno cyclo a vero numero aberrasset.

Epoch. 31. vs. 47-48.

[Εἰς τὰς] spatii explendi causa addidit Bœckh.

Quod Archias dicitur decimus a Temeno, id non ad cognationem referendum videtur, sed mere ad computationem chronologicam. Nam ad Bacchiadarum familiam pertinuisse Archiam, probabile est propterea, quod quæ de Archia apud Plutarch. Narrat. amator. 2 et Diodor. Exc. De Virtut. p. 548 narrantur, eadem a Scholiast. Apollon. Rh. IV, 1212, 1216 traduntur de Bacchiadis et Chersicrate. V. Bœckh. Explic. Pind. Ol. VI, p. 153, O. Müller. Dor. I, p. 115, W. Müller. De Corcyræorum Republica p. 13. (Chersicrates fortasse idem fuit qui Archias; similiter juvenis ille ab Hercule occisus apud eundem Hellanicum (fr. 3) et Archias audit et Cheirias).

Syracusæ in Can. Eusebii conditæ dicuntur Ol. 11, 4 sive 733 a. Chr. Idem statuit Timæus, ut ex Trojæ epocha recte constituta apparet (cf. Vita Timæi). Neque dubium est Thucydidem quoque (VI, 4) ab Eusebii numero, uno tantum vel duobus annis abesse. V. Clinton. F. H. p. 278 ed. Krüg.; Bœckh. Explicat. Pind. p. 115, C. Hermann. Antiquitat. Gr. § 84. Mülleri (Dor. I, p. 122, II, p. 487 et 504) sententia impugnatur loco Polyæni (V, 5, 1, 2), quem attulit Clinton. l. l.

Aliam computationem sequitur Diodorus (XIII, 59). Is Megara condita dicit Ol. 7, 2, 751 a. Chr. Jam quum alii Syracusas uno anno post Megara et Naxum conditas esse statuant, alii inter Megarorum et Syracusarum origines quinque vel sex annos ponant, secundum Diodorum Syracusæ deductæ sunt aut Ol. 6, 3; 750 ante Chr., aut Ol. 6, 1, $\frac{1}{2}$; 756-757 a. C.

Antiochus (Strabo VI, p. 262, D) Syracusas eodem fere tempore conditas narravit quo Croton, i. e. paullo post. Nescimus autem cuinam anno Antiochus Crotonis origines assignaverit (Timæus rem ponit 710 a. Chr.), quare ex his certius aliquid erui nequit.

Jam ut ad Marmoris annum accedamus, Selden. et Bœckh. dederunt Olymp. 5, 4 = 457 ante Chr., Dodwellus et Prideaux. Olymp. 5, 3, Marsham Ol. 2, 4 (cf. Gœller. De situ Syracus. p. 6 sq.) — Bœckhii numerus igitur conciliari potest cum alteris calculis Diodori. Præterea Eusebius Olymp. 1, 1 componit cum Æschyli anno secundo; itaque ejusdem annus 21, quo Syracusæ a Marmore conditæ dicuntur, est Ol. 5, 4. Atque hoc Eusebii computo Bœckhius nititur non solum in computando Syracusarum anno, sed etiam in constituendis numeris, quos in reliquorum archontum perpetuorum regnis Marmor secutum sit. Verum dubitari potest,

Digitized by Google

num Noster eodem modo quo Alexandrini statuerit Olymp. 1, 1 cadere in annum 2 Æschyli. Mihi quidem multo probabilius est anno 21 Æschyli a Marmoris auctore idem tempus significari, quod Eusebius notavit ejusdem Æschyli anno secundo, ideoque Syracusarum epocham Nostro incidere in primum annum Olympiadis primæ, et viginti annis superiorem esse Diodorea, quadraginta duobus annis præcedere Eusebianam. Nam fuisse Nostro hanc epocham magnum temporum παράπηγμα, inde colligitur, quod similiter atque in illa belli Trojani et coloniarum Ionicarum expresse addidit annum archontis.

Accedit quod hac ratione differentia illa viginti annorum, quæ in perpetuorum archontum regnis Eusebio cum Marmore intercedit, simpliciter in eo quærenda foret, quod Nostro Æschyli annus 21 erat, qui Eusebio erat Æschyli annus 2. In priorum archontum regnis igitur summa annorum fuerit eadem, contra de Æschyli et Alcmæonis regnis Noster aliter statuerit ac Eusebius.

Sed videamus quomodo orta sit illa differentia. — Catalogus Bacchiadarum, qualem ex Alexandrinorum libris dedit Diodorus et inde Euseb. Arm. p. 164 et Syncell. p. 179, hic est :

1, Aletes	a. 38	Sync.	(35 Euseb.)
2, Ixion	» 38	—	(37 Eus.)
3, Agelas	» 35	—	(37 Eus.)
4, Prymnis	» 35		
5, Bacchis	» 35		
6, Agelas	» 30		
7, Eudemou	» 25		
8, Aristodemus	» 35		
9, Agenor	» 16		
0, Alexander	» 25		
11, Telestes	» 12		
12, Automenes	» 1 = sec. Euseb. 777 ant. Chr., Æschyli a. 1.		
	325		

Subjicit Syncellus : Οἱ Κορινθίων (βασιλεῖς) ἕως τοῦδε τοῦ χρόνου διήρκεσαν, μεθ' οὓς ἐνιαύσιοι πρυτάνεις, ὡς μέν τινες ἐπὶ Αἰσχύλου ἄρχοντος καὶ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, ὡς δὲ ἕτεροι, μετὰ ταῦτα, ὡς πρόκειται.

Ex quibus intelligitur non solum Eusebium, sed etiam alios rem ita adornasse, ut regum Corinthiorum finis exciperetur Olympiadum initio.

Igitur ex Diodori recensu Bacchiadis totidem anni tribuuntur quot regibus Lacedæmoniorum usque ad finem Alcamenis, cui adscribitur ap. Euseb. Olymp. 1, 1. Verum quemadmodum ad ep. 24 contendimus ex veterum ἀναγραφῶν rationibus 315 tantum annos regibus Lacedæmoniorum tributos esse, sic etiam Bacchiadis primitus 315 (=5×63) anni assignati fuerunt.

Itaque Aletæ annus primus esset 1091, quem annum antiquiores, uti Ephorus, pro Heraclidarum reditus epocha habuerunt.

Jam vero alii chronographi, qui accuratius omnia ad historiæ fidem exputare volebant, Aletem dixerunt μὴ οἰκιστὴν τῆς Κορίνθου γεγονέναι, ἀλλὰ βασιλέα, ἔτει τριακοστῷ μετὰ τὴν Δωριέων ἄφιξιν (Didymus ap. Schol. ad Pind. Olymp. XIII. Cf. Wesseling. ad Diodor. tom. IV, p. 289). Qui si pro reditus Heraclidarum epocha retinuerunt a. 1091, Aletæ annus primus fuit 1061, atque Automenes collocandus erat a. 746, 30 annis post Olymp. 1; vel, si Bacchiadis 325 annos tribueris, a. 736 a. Chr. s. 40 an. post Olymp. 1, 1; huic fere anno Eusebius Syracusas deductas ait, quam rem equidem arcte cohærere puto cum Automenis anno, cum illo igitur tempore motuum intestinorum, quo antiqua regum dominatio mutaretur in annui magistratus procurationem. Itaque diversæ de Syracusarum anno computationes pendebunt ex anno qui ex diversis computis assignabatur Automeni. — Alii ita computasse videntur, ut 325 annos adderent anno 776, ideoque pro primo Aletæ anno et pro Reditus epocha nanciscerentur a. 1101. Jam vero ex eorum ratione, qui Aletam triginta annis post reditum Heraclidarum Corinthi regem factum esse statuerunt, Aletæ annus primus fuit 1071, et consequenter Automenis annus 746 a. Chr. Primus annus Olymp. 1 assignandus erat anno 8 Alexandri. Alii denique Olympiadem primam eidem a. 8 Alexandri adscripserunt, sed huic regi non 25, sed 15 tantum annos dederunt, ita ut Bacchiadæ regnaverint 315 annis. Sic igitur ab Olympiade prima usque ad Automenem 20 anni erant. Jam si sumas Marmoris auctorem Automenem composuisse cum anno 21 Æschyli et cum Olympiadum initio; facile fieri potuit ut alii, qui Automenem 20 annis post posuerunt, primam Olympiadem adscriberent anno Æschyli primo.

Secundum Apollodori calculos Automenes ponitur a. 749 (cf. Müller. Dor. II, p. 487); quod satis bene quadrat cum illis calculis, ex quibus Diodorus, Alexandrinorum sectator, Syracusas conditas statuisse videtur a. 750 a. Chr.; quem numerum ideo præfero alteri, 756-57. V. supra.

Epoch. 32. vs. 48.

Selden. supplevit ἠρέθη ὁ ἄρχων, Palmer. ἦρξεν Κρέων, Prideaux. ἦρξεν ὁ Κρέων.

Digitized by Google

Epoch. 33. vs. 48.

Quum literæ in Marmore tantum non omnes evanuerint, Selden., Palmer., Bœckh. a supplendi negotio abstinuerunt. Prideaux. tentavit: Ἀφ' οὗ Λακεδαιμονίοις Τύρταιος συνεμάχησεν. Probabilius Baumgartenius, suffragante Wagnero, Archilochi Parii mentionem factam esse statuit. Quare Wagnerus scribi vult: Ἀφ' οὗ [Ἀρχίλοχ]ο[ς, ὁ Τελεσικλο]ῦς, ὁ ποιητὴς ἐφάνη, vel ἀφ οὗ Ἀρχίλοχος τοὺς ἰάμβους ἐδίδαξε. Archontis nomen Seldenus in Marmore legit ΑΥΣΙΑ. Qui quum alius esse vix possit atque ille qui a Pausan. IV, 15 Τλησίας vocatur, jam Palmerius, cui suffragatur Bœckh., Seldenum male legisse suspicatus est. Pausanias quidem huncce archontem tribuit a. Olymp. 23, 4, sed hoc errore positum esse pro 24, 4 ex ipso Pausania demonstravit Bœckh.

Epoch. 34. vs. 49, 50.

Supplementa sunt Bœckhii; ante quem alii alia multa tentarunt. Palmer.: τοὺς νόμους τοὺς λύρας καὶ αὐλῶν ἐδίδαξεν· et deinde: οὓς [κ]αὶ αὐλητ[αῖς συνηύ]λησε. Vir doctus in Miscell. Obss. vol. II, p. 341 sq. pro ἐδίδαξε, quod Bœckhius retinuit, voluit ἤλλαξεν vel μετήλλαξεν, et deinde τοὺς νόμους τοὺς Λακεδαιμονίων διορθοῦσθαι αὐλητὰς ἤσκησε. Chandler.: τοὺς νόμους τοὺς παλαιῶν καινοῦσθαι αὐλητὰς ἐθέλησε. Ad suum supplementum (οὓς καὶ αὐλητὴς συνηύλησε) Bœckh. notat hæc: « Nomi fuere citharœdici; sed ut citharisteriis nomis accinebant aliquando tibicines (νόμοι κιθαριστήριοι, οἷς καὶ προσηύλουν, ait Pollux X, 83), quippe αὐλοῖς κιθαριστηρίοις (id. X, 81), ita consentaneum est etiam citharœdicis simul cum cithara accinisse aliquando tibias. Novimus etiam ἔναυλον κιθάρισιν, et mistas vocibus canentium tibias simul citharasque (Metr. Pind. III, 258). Atque aliquid Terpandro cum tibiis commercii fuisse, colligas inde, quod Glaucus Rheginus (ap. Plutarch. De Mus. 4) dixerat eum δεύτερον γενέσθαι μετὰ τοὺς πρώτους ποιησάντας αὐλῳδίαν. »

Ceterum de Terpandro v. Plehn. Lesbiac. p. 138 sqq., Hœck. Creta tom. III, p. 367 sqq., Ulric. Histor. poes. Gr. tom. II, p. 341 sqq., Bodeum in Histor. poes. lyric. tom. II, passim.

Nomen Archontis Δρωπίλου Bœckh. mutavit in Δρωπίδου, quia hoc nomen reperitur in gente Codridarum, ex quibus vel illo tempore sæpius archontes legebantur.

De ætate Terpandri cum Nostro consentit Can. Euseb., qui eum floruisse dicit Ol. 33, 2. Neque refragatur quod Hellanicus Lesbius eum primum vicisse dicit in Carneis ludis (Ol. 26 institutis secundum Sosibium Laconem), neque quod Phanias Eresius (ap. Clem. Alex. Strom. I, p. 398) eum Archilocho juniorem facit.

Contra Glaucus Ital. ap. Plut. De Mus. 4, p. 1132, C, Terpandrum Archilocho antiquiorem dicit; quid quod Hieronymus apud Athenæum XIV, p. 635, F, Lycurgi æqualem facit.

Epoch. 35. vs. 50 - 51.

Verba supplevit Selden.; idem numerum [34]1 rectissime restituit. Ep. 41, quæ a nostra 49 annis distat, memoratur Crœsus. Unde colligitur Nostrum cum Eusebio et Excerptis Barbaris Alyatti regi dedisse annos 49, non vero 57, quot sunt apud Herodot. I, 25. Igitur initium regni Alyattis ex Marmoris computo ponendum est Olymp. 43, 4. Excerpta Barb. præbent Olymp. 43, 1, Eusebius Olymp. 42, 2 (42, 4 ed. Mai). Cf. Corsini F. A. tom. III, p. 66.

Liceat mihi pauca interponere de Heraclidis Lydorum regibus. Princeps de iis locus apud Herodotum (I, 6) legitur his verbis: Ἦν Κανδαύλης... τύραννος Σαρδίων, ἀπόγονος δὲ Ἀλκαίου τοῦ Ἡρακλέος. Ἄγρων μὲν γὰρ ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου, τοῦ Ἀλκαίου, πρῶτος Ἡρακλειδέων βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων, Κανδαύλης δὲ ὁ Μύρσου ὕστατος... Ἔσχον δὲ τὴν ἀρχὴν ἐκ θεοπροπίου... ἄρξαντες μὲν ἐπὶ ἐννέα τε καὶ εἴκοσι (πεντεκαίδεκα Larcher.) γενεὰς ἀνδρῶν, ἔτεα πέντε τε καὶ πεντηκόσια... μέχρι Κανδαύλεω τοῦ Μύρσου. Numerus annorum aperte haustus est ex ἀναγραφαῖς Asiæ minoris a Græcis sacerdotibus secundum systema nostrum chronologicum adornatis. Etenim 504 anni explent 8 cyclos. Unius anni differentia in tantis numeris non venit in censum.

Candaulis annus fatalis diverse traditur. Clinton (F. H. p. 310) ex variis auctorum testimoniis exputat a. 718, 715, 708. Larcher. ad Herodot. ponit a. 716. Equidem posuerim a. 713, ita ut Herodotea ratio ab illa, quam Eusebius reddit (a. 699), distet bis septem annis (cf. quæ monui in Vita Xanthi versus finem), atque Candaules mortuus sit 63 annis post Olymp. 1, 1. Tum igitur regum chronologia erit hæc:

a. 1343. Herculis apotheosis (quæ ex vulgari computatione ponitur 63 annis ante epoch. Trojanam)
Alcæus
Belus
1280. æra Trojana (v. ad epoch. 24)
Ninus
1217. Agron, primus rex (63 post Troj. epoch.).

Digitized by Google

713. Candaules moritur (9 × 63 post Troj. epoch.).

Etiam qui deinceps sequuntur Lydorum regum chronologia ita est comparata, ut facile appareat eam non ex monumentis fide dignis constitutam, sed a Græcis sacerdotibus esse confectam, qui sane probabilitatis speciem in singulis regnis computandis sequi debuerunt, ceterum omnia adornarunt secundum cyclos suos et minores septem annorum epochas. Quæ quum ita sint, facile apparet, quam ingratum negotium susceperint viri docti qui singula ad veras historiæ rationes revocare auctorumque inter se discordiam conciliare studuerint. Quod quidem eo minus fieri potest, quo majori in barbarorum chronologia licentia usi sunt Græci ἀναγραφῶν auctores. Sed ob id ipsum hæc apprime accommodata sunt ad harum ἀναγραφῶν rationes penitius perspiciendas. Quare non abs re fore puto nonnulla monuisse de temporibus regum Medorum, quæ mirum quantum vexarunt viros doctos.

Herodot. I, 130 dicit : Μῆδοι ὑπέκυψαν Πέρσῃσι... ἀρξαντες τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης ἐπ' ἔτεα τριήκοντα καὶ ἑκατον δυῶν δέοντα, παρὲξ ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἦρχον. Verum non plane constat sibi Herodotus in annorum numero. Nam lib. I, c. 102, 106, 130 statuit ita :

1.	Dejoces regnat a.	53.
2.	Phraortes	22.
3.	Cyaxares	40.
4.	Astyages	35.

Inde nonnisi 122 anni colliguntur, demtis 28 annis, quibus penes Scythas regnum erat. Igitur verus numerus erit medius, 126=2 × 63. — Dejoces, ut Diodorus II, 32 ex Herodoto computat, a Medis rex electus est Ol. 17, 2=712 ante Chr. vel 64 (=63) annis post Olymp. I. Itaque Medorum regnum eadem epocha incipit, qua desinit in Lydia regnum Heraclidarum.

Contra alii exstiterunt qui non quatuor, sed octo Medorum reges numerarunt. Quorum Canon apud Euseb. hic est :

1.	Arbaces	28
2.	Mandaces	20
3.	Sosarmus	30
4.	Artycas	30
5.	Dejoces	4
6.	Phraortes	21 (vitiose 51).
7.	Cyaxares	32
8.	Astyages	38
		253

Sumamus pro vero numero 252 = 4 × 63. Vides igitur Eusebii fontes cum regum numero etiam annorum vel cyclorum numerum duplicasse.

Ctesias apud Diodor. l. l. novem reges posuit, quorum prioribus octo tribuit annos 282 (28, 30, 30, 30; 22, 40, 22, 40). Jam si Astyagi, nono regi, cum Herodoto damus annos 35, summa annorum est 317 = 5 × 63, abundantibus duobus annis. Itaque Astyagi nonnisi 33 a. tribuerit. Hæc sufficiant, ut intelligas, quomodo de his chronologiis statuendum sit. Ceterum catalogum virorum doctorum qui diversa hæc ex sacris scriptis vel ex auctoribus orientalibus vel alio quovis modo inter se conciliare voluerunt, dedit Bæhr. in Excurs. ad Herodot. I, 130.

Ut de Medorum regibus, sic etiam de regibus Assyriorum magnus est Herodoti et Ctesiæ dissensus. Etenim ut Diodorus l. l. ex Herodoto tradit, Assyrium regnum duravit a. 500, vel, uti in nostris Herodoti editionibus legimus a. 520; sec. Ctesiam vero annis 1360 (v. Bæhr. ad Ctesiam p. 419). Scilicet Herodotus, qui Medis duas epochas tribuit, quadruplicem circiter epocharum numerum tribuit Assyriis (4 × 126 = 504). Idem procul dubio fecit Ctesias (4 × 315 = 1260, qui numerus fortasse restituendus est pro 1360).

Epoch. 36. vs. 51-52.

Lacuna probabiliter expleri non potest. « Fortasse, Bœckhius ait, aliquid de Phaone dictum erat. » γεωμόρων supplerunt Palmer. et Marsham.

Quod annum attinet, quum numerus in Marmore mutilatus sit, neque Critiæ archontis annum aliunde cognitum habeamus, certi quidquam definiri nequit. Olymp. 46, 2, 3, 4 et Olymp. 47, 1 archontes fuerunt Philombrotus, Solon, Dropides II, Eucrates. Restat igitur aut Olymp. 47, 2, aut annus inter Ol. 43, 3 et 46, 2 interjectus. Verisimiliter notatus erat annus Olympiadis 44 vel 45. Nam ad Olymp. 44 Euseb. ex Scalig. Sappho et Alcæum floruisse dicit (in Euseb. Arm. idem refertur ad Olymp. 46).

De Sappho vide quos laudat Ulricus l. l. II, p. 360. De Geomoris v. Herodot. VII, 155, Dionys. Hal. X, 38, Hesych. s. h. v.; cf. Müller. Dor. II, p. 61, Gœller. De situ Syracus. p. 9, C. Hermann. Antiq. § 60, 4.

Epoch. 37. vs. 52-53.

Supplevit Palmer. De re v. Strabo IX, 3, 4, Pausan. X, 37, 4, Æschin. In Ctesiphont. t. III, p. 497 ed. Reisk., Plutarch. Solon. c. 2.

Digitized by Google

Pausan. certamen pecuniarium ponit Olymp. 48, 3; primum certamen coronarium, ut Noster, Olymp. 49, 3. Nimirum Pausanias primam Pythiadem pentaeteridem, Noster, ut videtur, ennaeteridem fuisse statuit. Plura de hac re v. apud Bœckhium in Explicat. Pindar. p. 205 sqq. Cf. tamen Clinton. F. H. tom. II, p. 243 edit. tertiæ (Oxford. 1841), qui Simonem archontem non ad Olymp. 47, 3, sed ad Olymp. 47, 2 referendum esse censet.

Epoch. 38. vs. 53-54.

Στεφανίτης dedit Selden.; ἐν Δέλφοις spatii explendi causa addidit Bœckh.

Pausan. X, 7, 3 : Δευτέρᾳ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο.

Ceterum apud Chandlerum pro HHHΔΓIII (318) legitur HHHΔ[Δ]II (322 = Olymp. 48, 3), qui numerus quamvis a Marmore alienus melius rei conveniret quam alter. (V. Bœckh. l. l., Clinton. l. l. p. 240 sqq. Adde quod hoc modo Pythia instituta sunt 189 annis vel 3 cyclis post Olympia.)

Epoch. 39. vs. 54-55.

Ἐν Ἀθ[ή]ναις dedit Palmer.; Κωμῳ[δῶν χο]ρ[ὸς ηὐρ[έθη [στη]σάν[των αὐτὸν] supplevit Bœckh. Palmer. tentaverat : Κωμῳ[δία π]ρ[ῶτον ἐτέ]θη [ἐπὶ] σαν[ίσι. Bentleius : ἐν ἀ[πήν]αις κωμῳ[δίαι ἐφορ]έθησαν [ὑπὸ] τῶν Ἰκαριέων. Quæ omnia longius recedunt a literis in Marmore servatis. Reliqua supplementa Bentleio debentur.

De anni numero certius nihil potest statui.

Epoch. 40. vs. 56.

Lacunas expleverunt Palmer. et Lydiat. De anno Bœckhius annotat hæc : « Annus inter computum A et B ambiguus : quare eandem anni Olympici notam dedi quam Corsin. t. III, p. 94, etsi alia significatione. Corsinus enim illa nota intelligit solum integrum annum Julianum 4154, non ego; mihi enim hæc nota hoc significat, annum Olympicum aut qui P. J. a. 4153 aut qui P. J. a. 4154 inceperit intelligendum esse. Corsini rationem probat Schultzius Spec. Appar. ad Annal. critt. (1826, 4) p. 40 : ab initio Pisistrati enim ad expulsos Pisistratidas annos effluxisse quinquaginta (Aristot. Polit. V, 9, 23 John. et Eratosth. ap. Sch. Arist. Vesp. 522), et expulsos esse Pisistratidas Olymp. 67, $\frac{2}{3}$ (Thucyd. VI, 59). At hæc manent integra, ubi ex anno vulgari Attico ab Olymp. 54, 4 ad Olymp. 67, 2 computes quo pulsi Pisistratidæ. Proinde, si ep. 45 quæ numerum habet 248, ad Olymp. 67, 2 referetur, quo facto 248 ex computo B erit pro 247; ep. 40 numerus 297 poterit ad Olymp. 54, 4 ex computo A referri; ut ab altera epocha ad alteram exacte sint anni quinquaginta. Sed si Noster annos non prorsus plenos sumpserit, ep. 40 potest etiam ex computo B ad Olymp. 55, 1 referri. Quare, ut dixi, rem in ambiguo relinquo. » Cf. Clinton. F. H. ad an. 560.

Epoch. 41. vs. 56-57.

Supplevit Palmer. Sed quoniam versus ceteris brevior est, Bœckh. suspicatur post ἀπέστειλε aliquid excidisse, v. c. Αἴσωπον μαντευσόμενον; nisi præstat Prideauxii ratio, qui lacunæ spatium inter Ἀσίας et Δελφούς non recte notatum esse putans supplevit ita : [τῆς] Ἀσίας [ἐβασίλευσε καὶ εἰς] Δελφο[ὺ]ς ἀπέστειλεν; idque eo probabilius est, quod ex epoch. 35 et 42 patet Marmoris annum primum esse regni Crœsi. Nam sicut Alyattæ cum Eusebio tribuit annos 49, sic Cræso cum eodem dat a. 15. Apud Herodot. I, 86 Cræso dantur 14 anni et 14 dies, secundum veterem sine dubio traditionem. Alyattæ et Cyro dantur a. 63, totidemque Ardyi et Sadyatti. Ceterum de Crœsi regno magna est apud veteres et recentiores dissensio. Excerpt. Barbar. Crœsi initium ponunt Olymp. 55, 2; Euseb. Scalig. Olymp. 54, 3; Euseb. Arm. Olymp. 55, 1, finem Olymp. 58, 1 et 58, 3. Ex Sosicratis computo (ap. Diog. Laert. I, 95) Crœsi finis cadit in Olymp. 59$\frac{1}{2}$, ut videtur. Clinton Crœsum regnasse statuit Olymp. 55, 1 — 58, 3, Volneius 52, 2 — 55, 4; Vœmelius in Exercitatt. chronolog. Ol. 53, 1 — 56, 4, idemque, notante Bœckhio, Marmoris epochas 35 et 41, corrigendo ep. 35 numero, suis rationibus accommodavit. Cf. Clinton. p. 311, cujus quidem rationes improbandas esse censeo.

Epoch. 42. vs. 58.

Palmer. dederat : ὑπὸ [Πυθί]ης σφαλ[λόμενον ἐζώγρησεν, quod Bœckhius ita correxit, ut nunc legitur. Herodot. I, 86 : Οἱ Πέρσαι τάς τε δὴ Σάρδις ἔσχον καὶ αὐτὸν Κροῖσον ἐζώγρησαν.

De Hipponactis Ephesii ætate cum Nostro consentit Plinius H. N. XXXVI, 5. Proclus ap. Phot. cod. 239, p. 342 Sylb., eum Darii Hystaspis temporibus vixisse dicit. Alii (v. Plutarch. De Mus. p. 1133) eum ad Terpandri ætatem removerunt. : v. Hipponact. et Ananii Iamborr. fragm. colleg. et recens. Welcker. Götting. 1817.

Epoch. 43. vs. 58-59.

Selden. : ἐδίδαξεν Ἀλ[κησ]τιν. Prideaux. : ὁ πα-

Digitized by Google

τῆς [ἐξ ἁμάξης| πρῶτος ἐδίδαξεν [Ἀλκηστιν, καὶ ἐ]τέθη ὁ [τ]ράγος [ἆθλον νενικηκότι] ἔτη etc. Chandl.: ὁ ποιητὴς [ἐφάνη], πρῶτος ὃς [καὶ] ἐδίδαξε [τραγῳδίαν, ἧς ἆθλον ἐ]τέθη [τ]ράγος, ἔτη etc. «Desidero, Bœckh. ait, propiorem cum litteris traditis concentum, quem fere præstant nostra. N distraho in ΔP; ΑΛ fuit ΑΜ, ΣΤΙΝ muto in ΣΤΕΙ. Cetera aperta : Χ videtur Λ fuisse.» Archontis nomen incertum; alii scripserunt Ἀθή]ναιος, alii Ἀλκ]αῖος.

Anni numerus oblitteratus est. Suidas Thespidem docuisse dicit Olymp. 61. Videtur igitur Marmor posuisse Olymp. 61, 1 vel 2 vel 3 (Marm. a. 273, 272, 271); nam Olymp. 61, 4 archon est Heraclides.

Epoch. 44. vs. 59.

Euseb. in Canone rem memorat ad Olymp. 64, 4 (in cod. Arm. ad Olymp. 65, 1), a. P. J 4193, et idem in Præp. Evang. X, 9 : Δαρείου τὸ δεύτερον κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ξε' ὀλυμπιάδος καταντᾷ. Consentit Canon Astronomicus Ptolemæi, cujus summa est auctoritas. His vero non respondet numerus 253, quem ex lapide transscripsit Selden. Quare Prideaux. conjecit in lapide non fuisse III sed ΓΙ, ideoque numerum esse 256. Quam conjecturam probarunt Bentleius (Opusc. p. 290), Corsinus (F. A. tom. III, p. 122), Chandler., Bœckh. Marmor igitur uno anno differt ab Eusebio.

Epoch. 45. vs. 59-61.

V. 59 supplementum dedit Selden. V. 60. Ἀθηνῶν τύραννο]ν est Prideauxii. In sequentibus Palmer. : σ[υμπα]ρ[έστ]ησαν τοὺς Πεισιστρατίδας ἐκ[χωρεῖν τοῦ Πε]λασ[γικ]οῦ τείχους, ex Herodot. V, 64. Chandler.: συνα[νέστ]ησαν τοὺς Πεισιστρατίδας ἐκβάλλειν τοῦ π. τ. Utrumque merito improbat Bœckh., qui mutato Σ et Ε, et pro Ρ assumto Ν, scribit ἐξανέστησαν τοὺς Π. etc.

Numerus referri debet ad ejectos Pisistratidas (Ol. 67, 2), nam Hipparchus jam Olymp. 66, 3 cæsus est. Vide de temporibus Pisistratidarum Clinton. F. H. p. 201 sqq.

Epoch. 46. vs. 61.

Supplevit Selden. Idem de chorago notat hæc: « Ejus nomen pæne in Marmore oblitteratum aliunde restitui, puto, nequit. *Hypodicus* si legam, favent satis et elementorum, quæ supersunt, vestigia et lacunæ spatiolum. Chalcidensem fuisse palam est. Nam Χαλκιδεὺς tantum non integrum in Marmore habetur. Quisquis demum hic fuerit, et poetam et musicum fuisse insignem, dubitandum non est. Viderint ergo perspicaciores, an *Hippicus* carminum scriptor numero Eusebiano 976 (qui æque ignotus est), aut *Hippasius*, nomen apud Capellam æque controversum L. 9, aut *Pondas et Hyperides*, in libello cum Censorino plerumque edito, aut medelam hic subministrent, aut hinc accipiant. »

Epoch. 47. vs. 61-62.

Quid hac epocha Noster notaverit sciri nequit. Semler. conjecit νε[ωτεροποιεῖν| Ἱππί[ας ἐπείρασεν τὴν τυραννίδα] ἐν etc. Quod nemini persuaserit. Chandler.: ἀφ' οὗ νε[ὼς Ἀθηνᾶς τῆς Ἱππίας ἱδρύσθη] Ἀθήνησιν. Neglexit igitur literas EN in Marmore superstites; deinde vero de templo Minervæ Hippiæ Athenis nihil constat. Bœckh. de sua conjectura : «Nostro loco, ait, Ἱππία statuo genitivum esse. Hippias quinque filios habuit (Thucyd. VI, 55) : sicuti vero ipse ut Nelides ex Nelei filio est Pisistratus vocatus (Herodot. V, 65), et Codri filius Neleus; ita conjecerim Hippiæ filiorum unum fuisse Νέ[στορα vel Νε[ιλέα. Sed Hippias post exactionem usque ad Marathonium prœlium non sedit ignavus : reditum eum interim tentasse docet Herodotus V, 91, ubi quæ referuntur, pertinent ad annum hac epocha superiorem. Similiter quum Darius legatos in Græciam mitteret terram et aquam poscentes (Olymp. 71, 4), et paullo ante talia agitare Hippias potuit, maxime post primam Marathonii expeditionem Olymp. 71 ineunte susceptam : quidni eo annorum intervallo unus ex Hippiæ filiis patris adjutor captus ab Atheniensibus et supplicio affectus fuerit? Tale quiddam hoc loco scriptum fuisse conjicio, sumptum fortasse ex Phaniæ libro de tyrannorum interitu : et huc direxi supplementum. »

Epoch. 48. vs. 62-64.

Palmer. : πρὸς τοὺς Πέρσας [καὶ] Ἀριέντεα σ]ατράπην τ]ῶν Δαρείου ἀδελφ[ιοῦ]ν τὸν στρατηγὸν, vel σ[ατράπη]ν Δαρείου ἀδελφιδέον. Pro Ἀριέντεα Prideaux., quem secuti sunt reliqui, reposuit Ἀρταφέρνεα (Herodot. VI, 94, Pausan. I, 32, 6, Nepos Miltiad. 4). Pro σατράπην Chandler. posuit articulum τὸν. — ἀδελφιδοῦν pro ἀδελφιδέον dedit Bœckh. In sequentibus Ἀθήν[ησι τοῦ] δευτέρου [Φαινίππου] supplevit Palmer. Deinde dedit ἐν μάχῃ, Bœckh. ᾗ ἐν μάχῃ.

De pugna Marathonia circa diem XVII Metagitnionis mensis pugnata, non vero Boedromionis die VI, ut Plutarchus refert (De Herodot. malign. 26, Glor. Athen. c. 7), v. Bœckh. in Procem. Ind. lectt. Universit. Berolin. æstiv. 1816; cf. Ideler.

Digitized by Google

Enchirid. chronolog. I, p. 291, Clinton. F. H. ad a. 490.

Æschylus secundum Nostrum (ep. 59) natus est Olymp. 63, 4. Concinit quod Suidas eum 25 annos natum Olymp. 70, 1 primum docuisse tradit. Ceterum cf. Hermann. Opusc. II, p. 161, ubi demonstrat alios Æschyli natales retulisse ad Olymp. 64, 4.

Epoch. 49. vs. 64-65.

Aristides archon fuit Olymp. 72, 4, anno qui sequitur pugnam Marathoniam; quare Marmoris numerus, prout computus A vel computus B adhibitus, vel 225 vel 226 fuit. Hoc vero anno Simonides Leoprepida elegis in honorem eorum, qui prœlio Marathonio occubuerant, compositis vicit Æschylum (Vit. Æschyli). Dubitari nequit ad hanc ipsam rem respicere Nostrum avo tribuentem quæ tribuenda erant nepoti. Quare optime Bœckhius supplevit ποιητὴς ὢν καὶ [αὐτὸς, νικᾷ Ἀθήν]ησιν. Palmer. voluit: καὶ [αὐτὸς ἐφάνη Ἀθήν]ησι; Bentlei. καὶ αὐτὸς τελευτᾷ Ἀθήνησιν. Quæ omnia propter temporum rationes admitti vix posse fusius docet Bœckhius.

De Simonide avo Leoprepidæ, eodemque poeta, omnino nihil constat. Leoprepida expresse memoratur ep. 54 (Olymp. 75, 4) et ep. 57 (Olymp. 78, 1), ubi nonagenarius diem obiisse narratur. Fuit igitur Simonides sexaginta novem annos natus illo tempore, quo avus ejus vel vicisse vel floruisse vel obiisse dicitur. Hæc a vero abhorrere quisque videt. Neque magis probabile est Marmoris auctorem confudisse Simonidem Leoprepidæ avum cum Simonide Leoprepida, quem avum Simonidis genealogi fuisse scimus. Itaque nihil relictum esse puto nisi ut statuamus Leoprepidæ tempora diversissime tradita esse; nonnullos igitur duos distinxisse Simonides poetas, quorum alterum avum fecerunt, alterum nepotem. Inde explicandus Eusebius, qui sine ulla distinctione Simonidem floruisse dicit Olymp. 55, 4; 61, 1; 73, 3. Primus numerus ab altero distat 21 annis, alter a tertio 49 annis. Videntur igitur duæ chronologiæ exstitisse, quarum altera Simonidem uno cyclo justo antiquiorem fecit.

Ceterum de Simonidis vita v. Ulricii Hist. poes. Gr. tom. II. p. 505, Bodei Hist. poes. lyr. Gr. tom. II, p. 122 sqq.

Darii regno tribuuntur 36 anni ab Herodot. VII, 4 (ubi v. Bæhr.), in Canon. Ptolem. et ap. Euseb.; ita ut Xerxis annus primus sit Olymp. 73, 4. Noster sequi videtur Ctesiam (ap. Phot. cod. 72), qui Dario 31 tantum annos dat. Cf. Clinton. l. l. p. 313.

Epoch. 50. vs. 65-66.

Ἀ[φίκετ]ο supplevit Palmer. — Rem alii plurimi rectius ponunt Olymp. 75, 1. Magis Noster in eo erravit, quod Stesichorum *primum* ad Olymp. 75 refert (*alterum* Stesichorum laudat ep. 73, Olymp. 102). Nam antiquus ille Stesichorus, quem novimus, vixit circa Olymp. 33-56. Quapropter Klein. (Stesichor. fr. p. 5 sqq.) suspicatur poesin in familia Stesichori propagatam esse, ita ut is qui ep. 50 memoratur, a prisco illo quintus, alter, cujus mentio fit ep. 73, nonus esset. Plura v. ap. Bodeum l. l. p. 43 sqq.

Archon Olymp. 73, 3 et 73, 4 aliunde non notus. « Quare Philocratem, Bœckhius ait, ad alterutrum referas annum ex computo A vel B. Prætuli B, quod Noster ep. 60 Olymp. 84, 3 Euripidem annos 43, non 44 natum statuit. »

Epoch. 51, vs. 66-67

Res primo loco memoratæ pertinent ad Olymp. 74, 4. Ad Thermopylas pugnatum est post celebrata Olympia et Carnea (Herodot. VIII, 72 coll. VII, 206, VIII, 26) medio mense Hecatombæone. Prœlium ad Salaminem cadit in diem XX Boedromionis. Plutarch. Camill. c. 19, Polyæn. III, 11; cf. Ideler. Enchirid. chronolog. p. 309, Clinton. p. 310.

Epoch. 52. vs. p. 67-69.

V. 68 extr. Selden. enotavit ΕΡΥΗΚ .. Quare Palmer. supplevit: ἐῤῥύηκεν ἐν Σικελίᾳ. Prideaux. voluit ἔῤῥευκεν vel ἠρύχθη. Sed Chandler. literam K omisit. « Forsterianæ collationis auctor, Bœckhius ait, in margine plumbo adscripsit quod dedi; qui etsi posthac atramento addidit: « ΕΡΥΗΚ *recte*, » tamen patet quod antea plumbo allitum erat, ex lapide petitum esse, nempe duo P justo arctius scripta. » Cf. Thucyd. III, 116: Ἐῤῥύη δὲ καὶ περὶ τὸ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο ὁ ῥύαξ τῷ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης. Deinde Bœckhius addidit κ[ᾶν s. κ]αῖον; ante ἐν Σικ. poni vult τὰ, Αἰτνίαν denique mutavit in Αἴτνην. Numerum dedit ex collatione Forsteriana. Seldenus præbuit Η .... ΓΙ, Chandler Η ... ΔΓΙ.

